[redacted]

PATHOLOGIAE

GRAECI SERMONIS

ELEMENTA

SCRIPSIT

C. AUGUSTUS LOBECK.

PARS PRIOR

QUA CONTINENTUR DISSERTATIONES
DE PROSTHESI ET APHAERESI, DE SYNCOPE,
DE PARECTASI, DE METATHESI, DE PARATHESI
ET SCRIPTURA HYPHEN.

REGIMONTII BORUSSORUM 1853.

SUMTU FRATRUM BORNTRAEGER.

LONDINI APUD D. NUTT, Strand and WILLIAMS & NORGATE, Henriette Street. — PARISIIS APUD A. FRANCK, rue Richelieu & FR. KLINCKSIECK, rue de Lille. — AMSTELODAMI APUD IOH. MUELLER.

DISSERTATIO QUINTA

DE

PARATHESI ET SCRIPTURA HYPHEN. *)

---

*) Haec primum vulgata sunt in Programm. academ. anni 1848 et sequentium.

VIRO ILLUSTRISSIMO

CAROLO BENEDICTO HASE

INSTITUTI FRANCOGALLIAE SOCIO

MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECAE PARIS. OBSERVATORI etc. etc.

GRATIAE ET REVERENTIAE TESTANDAE CAUSA

D.

C. A. LOBECK.

PRAEFATIO.

Huic libro praestruxi Prolegomena Pathologiae, quae vestibuli instar sunt; nunc lectores ad penetralia artis a Grammaticis opipare instructae deducendi sunt, quo si intraverint non admodum mirabor si spectatores novitii sibi in nosocomium quoddam devenisse videantur circumsistentibus undique vocabulis varie distortis similibusque versuum quos metrici acephalos, procephalos, ischiorrhogicos vocant; nam versus quoque quamvis divino ore fusi sua habent πάθη. Id caput fuit priscae disciplinae, cujus reliquias per multa volumina sparsas hoc in libro ordinatim componere constitui — μικρὰς στράγγας ἀπ' Ὠκεανοῦ. Initium quaerendi attulerunt celebres illae de origine linguae deque analogia et anomalia disputationes per multas aetates acerrimo studio continuatae. Imparilitas autem vel in ordinatione vocabulorum cernitur vel in formatione; illi subjectae sunt figurae eloquutionis, huic passiones; utramque autem sollertissime tractarunt Grammatici analogiae canones generales relinquentes Grammatistis. Illorum in numero primas obtinet Didymi explanator Herodianus, cujus

de dictionibus singularibus libellus multa ex hac doctrina delibata habet. Huic se aggregant scholae oecumenicae ductores partim Alexandrinorum dapes regales depasti partim suis viribus nitentes, omnes autem hoc studio ducti ut vocabula a recta et simplici ratione abalienata affectionis qualiscunque praescriptione excusarent. Prima igitur mihi et antiquissima cura fuit ut omnia, quibus Herodiani et proximorum vestigia impressa essent, studiose conquirerem partim antiquitatis reverentia ductus partim id ad artis literalis archaeologiam pertinere ratus ut non ea demum quae scholae principes protulissent sed etiam successorum et pedisequorum pericula et quasi crepundia artis in conspectu ponerem abjectis tamen quae nimis perverse hallucinati essent; cujusmodi haud pauca non solum novitii Grammatosophistae effuderunt sed etiam antiqui usque ab Heraclito etymologi omnium vocabulorum causas dicere conati; in quos convenit illud quod Hecataeus de universa gente pronunciavit *οἱ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοί εἰσιν*. His omnium seculorum ramentis interposui varias de vocabulis controversis conjecturas, de quibus dubium est num uni illarum corruptionum, quas Technici enumerant, subjici debeant an simul pluribus an vero nulli sed potius a communi fonte profluxerint nullo inter se contactu sed libero solutoque in diversas partes flexu, qualia multa finxit Archaeus sive spiritus rector sive quo alio nomine appellandus est arcanus ille onomaturgus, sonorum quibus sensus humani promuntur modulator. Illarum autem vocum pars magna e remotis regionibus repetita ideoque vix summatim cognita est, cognoscendi autem facultas nulla nisi appositis tanquam adminiculis ejusdem coloris exemplis

quorum structura constat. Hac una ratione speciem insolentiae effugiunt inventoque, quo pertinent, ordine et genere certam notam accipiunt atque locum sibi a natura assignatum recuperant alioqui vagae, abruptae et inaestimabiles. Neque jam vereor ne quis hanc operam in literulis apicibusque positam micrologiae cujusdam incuset; nam ut physiologi a rebus manifestis profecti deinceps minutissima quaeque microscopii ope scrupulose perscrutantur, ita graecae analogiae investigatio, unde illa ab antiquis celebrata *ἀκριβολογία ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι* pendet, quo ulterius progreditur eo altius ad interiores et reconditas partes descendit primorum elementorum speculatrix. — Quin aliquammulta praeterierim ad rem necessaria minime dubito, sed excusabit operis omnes fere graeci sermonis partes complexi varietas inexsuperabilis et quod opinione citius obrepsit *τὸ τῆς λήθης γῆρας*. Haec et multa illa quae disputavi quidem sed diffidentia consilii injudicata reliqui trado et mando iis qui hoc rude et silvestre solum excolere pergent. Quo facto *sulcos iterata priores orbita delebit.* Linguarum graecae et latinae affinium et ortu, ut ajunt, priorum si vel maxime notitiam habuissem quantam vellem hic tamen rationem duxissem nullam, non quo haec studia contemnam, ut quidam narrat [1]), sed quia non Ogygiam linguam tractare institui sed Graecam, quae per se ipsa satis superque negotii facessit. Jam nihil reperio

---

1) Sic fecit Rumpelius Casuslehre p. 69. Equidem contraria omnia dixi in Parall. 127. adn. Sed Mezzofantiis istis qui consultis lexicis et compendiis manualibus sibi graece scire videntur et jam missis habenis per centum linguas vagantur, non invideo.

farragine, quam Valckenarius edidit *περὶ βαρβαρισμοῦ* inscriptam; in hac enim enumerantur aphaeresis, metathesis aliaeque vocum conversiones licitae illicitaeque pag. 194. Eundemque usum loquendi sequutus Theodosius in Gramm. p. 40. non dubitavit pronunciare *εὑρίσκονται βαρβαρισμοὶ ἐν τοῖς ποιηταῖς ἀμέτρητοι οἵτινες γίνονται ἕνεκα μέτρου* [2]). Aliis placuit schematismos dicere et metaschematismos ut Quintilianus I. 8, 14. *poetis, quia plerumque metro inservire coguntur, adeo ignoscitur ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur; metaplasmos enim et schematismos et schemata vocamus*; quo loco verba *et schematismos* delenda censet Spaldingius, quia apud Grammaticos Putschianos hoc nomen non legatur. Veruntamen habemus Polybii libellum *περὶ σχηματισμοῦ*, in quo tractat systolen, metathesin aliasque affectiones [3]); hoc autem nomen sic describit *μετασχηματισμός ἐστι λέξεως συνήθους κίνησις μέτρου χάριν καὶ κατασκευῆς*, quae est tralaticia affectionis definitio.

Verum non solum de appellatione discrepant hujus aridae et exsanguis nomenclaturae compositores sed etiam de numero. Trypho in Mus. Crit. Cantabr. T. I. 33. universam materiam distribuit generatim *κατὰ τὸ ποσόν* et *κατὰ τὸ ποιόν*. Illius generis, quo quantitas mutatur, decem et octo species simplices recensent Draco p. 155. et Grammaticus Gregorio adjunctus p. 675. eaeque species *κατὰ συζυγίαν* componuntur, quia novem adjectione (*πλεονασμῷ ἢ προςθήκῃ*) efficiuntur, totidem aliae defectione (*ἐνδείᾳ*)

2) Quintilianus I. 5, 16 sq. in barbarismis numerat literarum mutationem, divisionem, complexionem et alias affectiones quae etiam in vocibus vulgo approbatis reperiuntur. Nec dubium quin Herodianus ceterique qui *περὶ βαρβαρισμοῦ* scripserunt nonnunquam in hanc regionem deverterint quam nos peragrabimus. Idem argumentum in Didymi aliorumque commentariis *περὶ φθορᾶς* sive *παρεφθορυίας λέξεως* per occasionem tractatum esse colligimus ex eo quod Schol. Dion. p. 943. dicit *τὸ οὕτω παρεφθορά ἐστι τοῦ οὕτως*. Hujus generis nonnulla inserta sunt libello qui Herodiano inscribitur *περὶ λέξεων ἡμαρτημένων*. Hisque similia *ἠλογημένα* vocantur ut genitivi *δουρός*, *γουνός* Herod. Mon. 34, 30. *εὖαδε* Apoll. Adv. 509. etc.

3) Licentius Schol. Horat. I. Sat. II. 113. syncopen adjectivi *solidus soldus* figuram appellat; EM. 508, 38. *κερτομέων σχῆμα παρασύνθετον*.

cui non dissimilis est schematum divisio κατ' ἐπίτασιν et κατ' ἔκλυσιν Herod. de Fig. p. 590. T. VIII. ed. Walz. Adjectione constant prosthesis, anadiplosis, ectasis, epectasis, diaeresis, parenthesis, diplasiasmus, paremptosis, proschematismus [4]). Defectione vero aphaeresis, arsis, systole, syncope, synaeresis, ellipsis, paralipsis, ecthlipsis, apocope, quae singulae singulis respondent pleonasticis. Atque harum ellipticarum affectionum Choeroboscus Epim. in Psalm. p. 31. Can. p. 84. et Herodianus de Genit. parag. in Anecd. Cram. T. III. 230. tres tanquam primarias exsignant, aphaeresin, syncopen, apocopen, easdemque consociat Trypho p. 51. ἔλλειψίς ἐστι λέξις οὐ κατὰ τὸ πλῆρες ἐξενηνεγμένη· γίνεται δὲ κατ' ἀρχήν, κατὰ μέσον, κατὰ τέλος, οἷον ἀφαίρεσις (εἴβειν), συγκοπή (μώνυχες), ἀποκοπή (δῶ). Cujus comparationis haec causa videtur quod tribus illis tollitur litera syllabica, ceterae vero mutationis afferunt minus; nam ellipsis quae proprie ita dicitur (ἕταρος) paralipsis (Ἀχιλεύς) systole (ξερός) ecthlipsis (σκηπτοῦχος) syllabarum numerum non imminuunt; synaeresis (Πηλεῖ) vocales servat integras; crasis (ἔνθους) non opprimit sed miscet et involvit. Ad qualitatem spectant duae inconjugae, metathesis literarum et trope, quam alii metalepsin sive metabolen vocant, alii antithesin, hoc est commutatio elementorum ea, qua momenta temporum sive quantitas non mutatur velut μυελός μυαλός, νίτρον λίτρον. Verum si longa vocalis pro brevi ponitur aut contra, illa proprio nomine appellanda est ectasis, haec systole. Sed illo numero vicenario non omnia continentur, quae Grammaticorum aliqui passionum nomine comprehendunt. Trypho enim subditivus et Polybius p. 613. T. VIII. addunt τμῆσιν, qua vocabula vulgo copulari solita divelluntur πόλις ἄκρη pro ἀκρόπολις. Id vero non justius huc adnumeratur quam μητρὸς ἀδελφός pro μητράδελφος et contraria tmesi disjunctorum conglutinatio ἀγριόχοιρος pro ἄγριος χοῖρος. Nec satis cogitate Choeroboscus Can.

---

4) Hoc per errorem omisso in Epim. Cram. I. 131. numerantur ὀκτὼ εἴδη πλεονασμοῦ. Sentententiam Grammaticorum parum accurate reddidit Matthiae Gramm. §. 33.

p. 103 sq. dativos ὑσμῖνι, Δωδῶνι affectis sive πεπονθόσι attribuit, qui potius a nominativis imaginariis ὑσμίν, Δωδών derivati sunt v. Parall. 305. Stultius auctor commentarioli jejuni et incomti, qui πάθη λέξεων inscribitur in Anecd. Boiss. T. III. 320. huc refert μετασχηματισμόν παρθενική ἀντὶ τοῦ παρθένος, μετατύπωσιν Ἰλιόθεν ἀντὶ τοῦ ἐξ Ἰλίου, παραγωγήν Πριάμοιο. Alia sunt quae vocantur πάθη prosodiarum ut Ὑφ' ἓν πάθος προςῳδιῶν Hesych. Etenim in App. Etym. Gud. 674, 40. recensentur quatuor barbarismi species, κατὰ ἐναλλαγὴν στοιχείων, κατὰ πλεονασμόν, κατ' ἔνδειαν, κατὰ προςῳδίαν [5]). Accentiuncularum vero duo sunt genera, unum tripertitum, quod proprie ita dicitur, τόνοι, πνεύματα, χρόνοι, alterum quod abusive ἡ ἀπόστροφος, ἡ ὑφέν, ἡ ὑποδιαστολή Cram. Anecd. IV. 309, 5. De tonorum et spirituum mutationibus praeter Donatum in Art. p. 26. agunt Grammaticus de Barbar. p. 196. Polybius 229. et Choeroboscus Can. 467. EM. 721, 50. his verbis: βαρβαρισμός ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν περὶ τὸν τόνον, ἐάν τις εἴπῃ ἀκρᾶτος· κατὰ δὲ χρόνους βαρβαρίζουσιν οἱ λέγοντες πινακίς ἐκτεταμένως, κατὰ δὲ πνεῦμα, ἐὰν ψιλώσῃ τις τὴν ὑπό. Temporum quidem immutatio proprio nomine distinguitur ectasis et systolae. Si vero ὁμίχλη dicitur pro ὀμίχλη vel μῶρος pro μωρός, id sine controversia huic quaestioni implicatum est sed in hoc tamen libro non tractabitur; nam doctrinae de accentibus dicata sunt solida doctorum volumina; pneumatologia ab omnibus ita neglecta jacet ut hac aetate vix ad aliquam maturitatem perventura videatur. Tres impropriae prosodiae a nonnullis πάθη vocantur διὰ τὸ ἐν παθητικαῖς λέξεσι τίθεσθαι Moschopul. Fragm. in Ritschelii Praef. ad Thom. CCXVI. Schol. Dion. 713, 17. ab aliis σημεῖα φωνῆς πεπονθυίας, easque a signis prosodiacis distinguunt, quia non solum vocalibus appinguntur sed etiam consonis Schol. Dion. 683, 22. Cram. Anecd. T. IV. 309. Horum nihil ad hujus scriptionis institutum pertinet. Ce-

---

5) Zonaras p. 370. βαρβαρισμός ἐστι παράτονος λέξις ἤτοι παρὰ τὰ στοιχεῖα ἢ περὶ τὰς προςῳδίας. EM. 200, 10. τὸ βλήμενος ἀναδρομὴν ἔπαθε τοῦ τόνου.

terum easdem illas formae nativae interpolationes Grammatici non semper iisdem nominibus appellant sed alii aliter et saepius credi licet librarios discrimina antiquitus fixa per ignorantiam confudisse. Sic, ut in passionibus defectivi generis subsistam, Pollux IX. 65. pro aphaeresi apocopen nominat *οἱ δύο χαλκοῖ τεταρτημόριον καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ταρτημόριον ὠνομάζετο·* alius hoc nomen ad syncopen transfert *τὸ σπέσσι ἀπὸ τοῦ σπέεσσι γίνεται κατὰ ἀποκοπήν* Etym. Gud. 537, 21. alius literae primae detractionem ad ecthlipsin ut EM. 702, 39. *τὸ ῥά ἔκθλιψιν ἔπαθε τοῦ ᾱ.* Nec minus fluxum syncopae nomen. Primum enim apocope sic dicitur *κάρη ἀντὶ τοῦ κάρηνα* v. Techn. p. 5. adn. tum aphaeresis *ἔφατο καὶ κατὰ συγκοπὴν φάτο* EM. 788, 43. *ἐγείνατο καὶ κατὰ συγκοπὴν γείνατο* 491, 5. tum crasis *ἄεργος καὶ συγκοπῇ ἀργός* Epim. Cram. II. 381, 7. *πρωίαν καὶ τροπῇ πρωίην καὶ κατὰ συγκοπὴν πρῴην* 398, 25. *τρίερος κατὰ συγκ. τρῆρος* EM. 764, 56. deinde hyphaeresis consonae: *τὸ ἔνδοι τινὲς ἐκ συγκοπῆς τοῦ ἐνδόθι* Apoll. Adv. 610. *γέγονα καὶ κατὰ συγκ. γέγοα* Schol. Eur. Hec. v. 3. vel etiam plurium *Εὐρύπων Εὐρύποντος Εὐρυποντίδης καὶ κατὰ συγκ. Εὐρυποΐδης καὶ κατὰ συναίρεσιν τοῦ ο καὶ ι καὶ ἐκτάσει Εὐρυπῴδης* EM. 397, 12. *παρὰ τὸν Ἀχέροντα ἀχεροντίς καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ ἔκτασιν ἀχερωίς*, scilicet quia Hercules hanc arborem ex Orco attulisse ferebatur [6]).

6) Hoc apparet non prius credi potuisse quam ludorum gymnicorum victores coronis populneis remunerari coepti essent. Homerus autem nullam coronarum mentionem habet neque convivalium neque earum quae victoribus datae sunt, Herculisque ipsius nomen in ludis, quos celebrat, ne semel quidem interponit. Hoc nescio an illi spectaverint qui *ἀχελωίς* scripserunt vel ut aquaticam arborem significarent (*Ἀχελῷον γὰρ πᾶν ὕδωρ λέγουσι* v. Wellauer. ad Aesch. Pers. 850.) vel ut Acheloi accolam. Vulgato simile est *ἀχερώ* Cereris terraeve nomen Hes. Eaedem illae consonae *ντ* e medio abeunt ubi adjectivorum in *εις* exeuntium primus quartusque casus pluralis ad similitudinem singularis rediguntur, *φαρμακόεις πόσιες* Nic. Al. 293. pro *φαρμακόεντες* et v. 266. *ἀμπελόεις ἕλικας.* Schol. *ὁ τρόπος μετάληψις-ἄλλοι δὲ αἰτιατικὴν φασιν ὁμόφωνον εἶναι τῇ εὐθείᾳ*, metalepsin vocans mutationem generis ut ad v. 129. *ψολόεντος ἐχίδνης-τὸ σχῆμα μετάληψις*, quo schemate idem poeta utitur ap. Athen. XV. 683. D. *ἀργῆεις κύλικες* et Matro Nicandri

Verum haec nominum technicorum confusio quam licenter vagetur, non unus erit dicendi locus. Universum autem numerum ad breviorem summam redigemus arsin aphaeresi subjicientes, anadiplosin prosthesi, ellipsin et ecthlipsin exaeresi, diplasiasmum capiti de paremptosi inscripto.

§. 2. Expositis nominibus et generibus affectionum, quae a Grammaticis tradita sunt, sequitur quaestio perdifficilis quid sit *πάθος*. Id Graeci quidem nullo loco distincte et explanate definiunt sic ut intelligi possit ubi cardo rei vertatur, sed nunc nativo opponunt ut Apollonius de Adv. 592. *φυσική ἐστιν ἐν τῷ αἱ (ἀντὶ τοῦ ταί) ἡ ἀπόστασις τοῦ τ οὐκ ἐν πάθει*, nunc rationali ut Choeroboscus Dict. 731. *τὸ δέχθαι καὶ τὸ βλῆσθαι πεπονθότα εἰσίν· τὸ ἀνάλογον αὐτῶν δεδέχθαι καὶ βεβλῆσθαι*, et frequentissime *τῷ ἐντελεῖ, τῷ ὁλοκλήρῳ* Apoll. Adv. 573. Choerob. Can. 155, 2. etc. Illa Cl. Sacerdotis finitio in Art. I. 1. p. 29. *metaplasmus est dictio aliter composita quam debet metri vel decoris causa* et Diomedis II. 22, 435. *metaplasmus est transformatio quaedam recti solitique sermonis in alteram speciem metri vel decoris causa*, dupliciter peccat. Primum enim metri et decoris nulla est ratio in vocabulis quotidianis *χρυσοῦς, πατρός, ἔσται* et aliis, quae in soluta oratione aliter dici non possunt et tamen in numero affectorum habentur; et longissime abest a vocabulis quae in nullo genere sermonis mutationi obnoxia sunt ut *μεσημβρία, οἰκτιρμός*. Cujus rei observatione nititur illa distinctio Epim. I. 71. *ἀνδρός-τὸ πάθος πλεονασμός· τῶν δὲ παθῶν τὰ μὲν ἀναγκαῖά ἐστι, τὰ δὲ οὔ, οἷον κατ' ἐμοῦ, ὑπείρ, καταί· τὰ δὲ ἀναγκαῖα διὰ τὴν σύνταξιν ὡς ἐνταῦθα*, hoc est *διὰ τὴν ἀσυνταξίαν τοῦ ν καὶ τοῦ ρ*. Hujus autem necessitatis non una nec simplex est ratio. Mutationum, quas concinnitas exigit, aliae cum ipsis vocabulis natae sunt, *συμβάλλω, τριχός, δέδεγμαι* — quae aliter fingi non potuerunt; aliae vero vocabulis

---

aetatem non multum antecedens *κίχλας ὑψιπετῆεις* Ath. IV. 136. C. Meinekio in Exercitt. ad Athen. I. p. 16. haec quasi ad rectos casus in — *ῆης, ῆης* referenda, mihi usitatis accommodata videntur, de qua diversorum casuum homophonia dicam ubi in ordinem incurret.

mutatis adhibitae, μεσημβρία, ἀνδρός, quibus supersederi poterat si nativae voces μέση ἡμέρα vel μεσημερία (ut θερμημερία, μεσομηνία) et ἀνέρος servatae fuissent. Illae igitur continentur rationibus canonicis, quas Artigraphi in elementis docent; hae, quia praeceptis universalibus comprehendi non possunt, separatim tractantur in pathologia. Verum in Diomedis explicatione illud quoque displicet, quod affecta opponit rectis atque solitis, quasi haec duo verba idem sonent. Sed rectum est dicere πατέρος, solitum vero πατρός, ideoque adnumeratur τοῖς πεπονθόσι EM. 741, 48. Moschopul. Gramm. p. 28. Ἠδυνάμην, si ex ratione aestimamus, barbarum est, ut a Grammatico de Barbar. vocatur, et exlex; sin ex consuetudine, atticum. Sed consuetudo non semper in eodem vestigio stetit. Adjectivi forma antiquior est ξεῖνος sed ab usu repudiata, qui tamen ponti nomen non mutavit. Quo dubium fit utrum Εὔξεινος interpolatum dici oporteat an rectum et legitimum. Eaque perpetua est affectionum contrariarum concertatio. Alii veterum affectum dicere solent quidquid a primitivo parte aliqua deflexit, sive id usitatum est sive ab usu abalienatum sive etiam conjectando effictum; qua in re saepe modum et finem transeunt. Herodianus Mon. p. 41. μόνον τὸ χείρων πρὸ τοῦ ω ἔχει τὸ ρ· αἴτιον δὲ τὸ πάθος, significans vel χειρίων prototypon esse cujus nullum vestigium extat, vel χερείων, unde χείρων ortum esse nullo exemplo demonstrari potest. Sed multo audacius est quod idem fingit p. 22. μόνον τὸ ὕψος ἀπὸ τοῦ υ ἀρχόμενον ἔχει ἐπιφερόμενον διπλοῦν· αἴτιον δὲ τὸ πάθος· scilicet trope aeolica ὕψος pro ὄψος factum putat, hoc autem ab ὄπτω τὸ βλέπω ut Choerob. in Psalm. 99, 22. quod illi nunquam in mentem venisset nisi Grammatici officium esse putasset omnium vocabulorum, quantum fieri posset, analogias et affinitates ostendere. Huic non multum diversa est Apollonii ratio de Adv. 603. τὸ κεῖθεν ὑπὸ πάθος πίπτει καὶ τὸ ὄπισθεν-καὶ τὸ νέρθεν δύο πάθη ἀνεδέξατο. Nam quia vulgo ἑτέρωθεν, ἀμφοτέρωθεν et aeolice κηνόθεν, dorice τηνῶθεν dicitur, his consentanea comminiscitur principia κεινόθεν, ὀπίσωθεν etc. quae neque leguntur usquam neque graeco sermoni affingi opus est

exitus derivatorum libere varianti. Sed nimirum illi superstitiosi analogiae speculatores, quibus persuasum fuit vocabulorum fictores quasi praescripta lineamenta sequutos esse, facere non potuerunt, quin omnia, quae non ad libellam aequa reperissent, vel aucta vel imminuta vel alia quapiam corruptione contacta putarent. Nos vero hanc inaequalitatem a natura profectam et cum vocabulis ipsis natam esse statuimus. Sed maximam affectionum copiam produxit improba etymologorum sedulitas. Nam quum multa reperiantur vocabula, quae derivata esse pateat, principia vero eorum aut nulla inveniri possint aut valde dissimilia, propere recurritur ad syncopas, epentheses, tropas aliasque praestigiosae artis machinas: ἀμιχθαλόεις παρὰ τὸ ἄμικτον τροπῇ, ἀσκηθής παρὰ τὸ σχέθω κατὰ σύνθεσιν καὶ ἔκτασιν καὶ τροπήν, ἐλεφαίρω παρὰ τὸ ἔλπω ἐλπαίρω πλεονασμῷ τοῦ ε καὶ ὑπερθέσει τοῦ ε καὶ τροπῇ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασύ et sic alia aeque portentosa: ἀσάμινθος παρὰ τὸ τὴν ἄσην μινύθειν, αἰγανέη ἀπὸ τοῦ ἄγαν ἵεσθαι, καταῖτυξ ἀπὸ τοῦ κάτω τετύχθαι, καλαῦροψ παρὰ τὸ ῥέπειν τὸ κᾶλον, τιθαιβώσσειν παρὰ τὸ τιθέναι τὴν βόσιν, ὀρυμαγδός παρὰ τὸ ὄρος καὶ ὅμαδος, omniumque calidissimum φιλήτης ἐκ τοῦ ὑφειλέτης κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ υ καὶ τοῦ ε καὶ ἐκτάσει τοῦ ε etc. v. Diss. II. P. II. §. 5. quas ad ineptias illi nunquam delapsi essent nisi τὴν ἀνάπτυξιν τῆς ἐτυμολογίας in primis Grammatici officiis duxissent. Nobis non eadem est persuasio neque pudet vel quotidianorum vocabulorum causas nescire, cujusmodi sunt ἀνθερεών, ἀνεψιός, ἀσελγής, ἀγέρωχος, ἀνδράποδον, ἀβέλτερος, βαλάντιον, κενέβρειον, κρησφύγετον, κυρήβια, λαυκανία, περιστερά et verba ἀγανακτεῖν, ἀλισγεῖν, ἀρνεῖσθαι, ἀναισιμοῦν et καταισιμοῦν, ὀῤῥωδεῖν, περιημεκτεῖν, μεταλλᾶν (Prolegg. 94.), σκορδινᾶσθαι, ὠρακιᾶν etc., quorum etyma qui eruerit, nae ille *ire per extentum funem mihi posse videtur*. Equidem statutum habeo omnes affectiones, quas Grammatici vel de etymis satagentes vel analogiae causa confinxerunt operosius, silentio praetermittere ne haec disputatio, quae jam satis saburrae habebit, oneretur gravius. Neque tamen ignoro quam difficile sit hujus regionis fines ita describere ut neque plus complectatur

quam causa requirat, neque minus quam necesse sit. Dialectorum idiomata ut excludantur auctor mihi est Herodianus de dichron. 288. *τὸ Ἀθηνᾶ καὶ μνᾶ* [7]) *ἐστι κατὰ πάθος, τὸ δὲ Ἑλένα κατὰ διάλεκτον* et de Parag. genit. 229. *ἡ τροπὴ πενταχῶς γίνεται, κατὰ πάθος, ἐλαφηβόλος, κατὰ διάλεκτον ὄνοιρος* etc. [8]), quo nomine significantur dialecti gentiliciae topicaeque, non *ἡ κοινή*, quae ab Homero repetitur, neque hujus moderatrix attica [9]). Sed ex illis tamen non pauca asciverunt scriptores numeris soluti, quos negligere nullo modo possumus, alius archaismi gratiam aucupans, alius assuetudine sermonis popularis, in quem omnium fere dialectorum rivuli confluxerunt, quae Apollonius vocat *τὰ παρεισδύοντα τῶν διαλέκτων* de Pron. p. 3. velut *Εὔξεινος, ἀπηλιώτης, πανδοκεύς, Πειραιεύς* (Trajectus), *νειός, καμμύειν, Διόσκουροι, κούρειον*, alia. Itaque ad haec quoque attendere et oportet et opus est. Hinc succedit

---

7) Hoc restituendum est Arcadio 96, 24. *τὰ εἰς να βαρύνεται, εἰ μὴ κατὰ πάθος γένοιτο, Ἀθηνᾶ, μηνᾶ.* Hic canon plenius sed non suo loco repetitur p. 101, 1. ubi quae praecedunt *τὰ εἰς α μακρὸν μὴ ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα πλὴν τοῦ ρ παροξύνεται, Ἥρα, ὀπώρα, χώρα*, nequiter mutilata sunt. Fuerunt enim duo canones, unus *τὰ εἰς ρα μακρὸν μακρᾷ παραληγόμενα παροξύνεται ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα, πήρα, χώρα· πλὴν τοῦ φ διὰ τὸ Φηρά* (urbis nomen). alter *τὰ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενα παροξύνεται Ἥρα, ὥρα, ὀπώρα*, quibuscum continuandae sunt regulae p. 96, 26. et p. 101, 16. scriptae.

8) Tertio loco ponitur *κατὰ παραγωγὴν λέγω λόγος*, quarto *κατὰ πάθος ἐλαιάφυτον ἐλαιόφυτον*, quae corrigenda sunt *κατὰ σύνθεσιν ἡλίου φυτόν ἡλιόφυτον.* Hoc plantae nomen fuit, cujus facilis corruptio, quia lingua rustica *ἐλαία* in *ἐλία, ἐλαιοτριβεῖον* in *ἐλιοτριβεῖον* pervertit. Nomen *πάθος* ex superiore versu repetitum est.

9) Schol. Pind. Ol. III. 81. *ἡ γραμματικὴ ἐπὶ μόνῃ τῇ κοινῇ διαλέκτῳ τὸ κράτος ἔχει καὶ δι' αὐτὴν συνεστάθη· πρὸς γὰρ τὰς ἄλλας, τὴν Δωρίδα καὶ Αἰολίδα καὶ Ἀττικὴν καὶ Ἰάδα, ἔχει ἀσυντελῶς· διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῆς κοινῆς κανόνας ἀπαιτούμεθα, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων μόνα ἰδιώματα.* Nihilo secius illae a grammatica canonica aberrationes, quas affectiones appellamus, dialectis assignantur aliis aliae: *αἱ συγκοπαὶ τῶν Αἰολέων εἰσὶν ἴδιαι, αἱ ἀφαιρέσεις τῶν Ἰώνων, αἱ ἀποκοπαὶ καὶ ἐπεκτάσεις τῶν Ἀττικῶν* Excc. Vat. Bast. 690. Schol. Oppian. Hal. I. 186. et 231 etc. Sed saepe etiam vocabulorum formas nativas et proprias in dialectis reperiri docent: *τοῦ ἑταῖρος ἀναλογώτερον τὸ ἕταρος* Herod. Mon. 21, 8. *ἀνάλογόν ἐστι τὸ κόϊλος τρισυλλαβοῦν* 21, 3. etc.

alia deliberatio pari difficultate atque haud scio an etiam majore impedita de vocabulis quae pro diversa scriptura diversum intellectum praebent. Nam universe quidem valet Grammaticorum praeceptio: *τῶν φωνῶν τὰ πάθη ἐστὶν οὐ τῶν σημαινομένων* Apollon. de Adv. 568. et iterum p. 623. *τὰ πάθη οὐ τῶν δηλουμένων ἐστὶν ἀλλὰ τῶν φωνῶν.* Neque aliud suadet Consentius p. 11. *pone metaplastum non est quia mutatio accentus significationem mutat, ut in graecis νόμος, νομός.* Hac igitur ratione removentur omnia, quorum origo quidem eadem sed intellectus pro specie diversus est ut *ἔθος ἦθος, ἀσπάραγος ἀσφάραγος, ῥέμβος ῥόμβος, μόρος μοῖρα μόρα, ὀφέλλω ὀφείλω* etc. Nonnullorum tamen tam tenue est discrimen et tam crebra confusio ut dubium sit utrum significationis causa mutata sint an *κατὰ πάθος* ut *σκληρός σκληφρός, στριφνός στιφρός, ἐχυρός ὀχυρός, τέγος στέγος, λάρυγξ φάρυγξ, σκαίρειν σπαίρειν, καχλάζειν παφλάζειν, θάρσος θράσος, pansus passus, lotus lautus, antiquus anticus, codex caudex, pulsare pultare,* quorum natura eadem est sed lenis soni inclinatio commoditatis causa introducta videtur ut res ejusdem generis specie diversae propria quadam nota insigniri possent. Et ex hoc genere persaepe difficilis est quaestio quid aut assumendum aut rejiciendum sit. Sed plurimum haesitationis circa vocabula ejusdem potestatis biformia et triformia, quorum ea conditio est ut et alterum ex altero conversum et singula seorsum nata esse possint ut *πλόκαμος πλοχμός.* Itaque imitabimur juris consultorum cautionem qui titulum quendam digestorum inscripserunt *de rebus dubiis*; quam dubitandi artem si perdidicissent Grammatici, disciplina nostra invidiae et dividiae haud paullo minus haberet. Verum haec, quae nunc breviter et summatim disputata sunt, si quid adhuc habent obscuritatis, clariora fient ipsa tractatione, quam auspicabor a syzygiarum, quas Draco descripsit, symplegmate primo.

DISSERTATIO PRIMA

DE

PROSTHESI ET APHÆRESI.

PROŒMIUM.

Josephus Synops. p. 566. T. III. πρόςθεσίς ἐστι προςθήκη κατ' ἀρχὴν συλλαβῆς ἢ στοιχείου, οἷον ἄσταφις (hoc accentu), θαμά. Hic quod in cod. Ven. scriptum est πρόθεσις, idem legitur apud Gramm. Paris. Gregorio adjunctum p. 675. Moschopulum Titzianum p. 27. et 28. aliosque probantibus Endlichero et Lindemanno ad Cl. Sacerd. p. 29. sed Larcherus ad Orion. 116. not. 82. et Bastius ad Greg. l. c. merito praeoptarunt πρόςθεσις. quod et ambiguitate caret et infinito frequentius est, pariterque verbum non solum apud Grammaticos sed etiam Strab. XII. 589. ὁ ποιητὴς εἴρηκεν ἀμφοτέρως καὶ προςτιθεὶς τὴν πρώτην συλλαβὴν δῆμον Ἀπαισοῦ καὶ ἀφελὼν ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ. Aliter sed minus apte appellat Schol. Apoll. II. 1219. ἠθεῖος ἀπὸ τοῦ θεῖος κατ' ἐπένθεσιν τοῦ η γέγονε ὡς βαιός ἠβαιός. Prosthesi contrariam aphaeresin sic definiunt ἀποβολὴ κατ' ἀρχὴν συλλαβῆς ἢ στοιχείου οἷον κεῖνος, εἴβω Joseph. l. c. Tryph. §. 20. p. 36. Quia vero persaepe dubitatur utrum litera addita an recisa sit, de utraque conjuncte disputabo ita ut primo loco vocales enumerentur simplices, secundo consonae, tertio syllabae ex utrisque compositae.

CAP. I.

De litera alpha.

§. 1. Haec potissimum anteponitur vocabulis quae a sigma consona suffulto incipiunt: ἀσκαμωνία εἶδος βοτάνης Suid. quae vulgo σκαμμωνία scammonia et scammonium sed rectius σκαμωνία vocatur ab inventore Scamone

ut ferunt [1]). Hic Portus quidem librarios articulum doricum cum nomine *σκαμωνία* temere compegisse statuit, quo vitio cumulatus est Hesychius, Suidas non ita saepe [2]), nec tamen veri simile est eum herbae nomen vulgare e scriptore petivisse dorico, ipsumque *ἀσκαμμωνία* legitur in cod. Etym. Paris. in Anecd. Paris. T. IV. 119. *Ἤσκαιρεν ἐσκίρτα* Hes. Valckenarius ad Herod. VIII. 5. in suspicionem adduxit, sed certa est prosthesis derivati, cujus Phrynichus meminit App. 24. *ἀπὸ τοῦ σκαίρω παράγωγον σκαρίζω καὶ ἀσκαρίζω κατὰ πρόσθεσιν ὡς σκαλίζω ἀσκαλίζω*, quod pro *σκαλεύω* dictum videtur; *ἀσκαρίζει ἀντὶ τοῦ σκαρίζω ὡς ἄσταφις* (sic) *ἄσταχυς* Erotian. quibus convenit nominis scriptura duplex *σκαρίς* et *ἀσκαρίς*. — *Παρὰ τὸ σκῶλον, ὅ ἐστι σκόλοπα, σκωλιάζειν καὶ κατὰ πλεονασμὸν ἀσκωλιάζειν, ὅπερ Ἐπίχαρμος σκωλοβατίζειν φησίν* EM. 155, 35. sed hujus verbi, cui alpha nunquam detrahitur, aliud traditur etymon *κῶλον* v. Prolegg. Path. 134. cui sigma additum volunt ut *ἀσκαλαβώτης παρὰ τὸ ἀκαλῶς τὸ ἡσύχως* EM. 154, 16. Proll. 392. Haec perincerta est originatio; sed stellionis nomen interdum *σκαλαβώτης* scribitur v. Jacobs ad Aelian. p. 220. Capsam cacti Theophrastus *σκαλίαν* appellat, Plinius *ascalian*, quod Lexicographi perperam nominativo *ascalia* subjiciunt; idem vel affine genus *σκόλυμος* dicitur hodieque *ἀσκόλυμβρος*. De *σκύρον* et *ἄσκυρον* ne hoc quidem constat eandemne plantam significet an diversas. *Ἀσχαλίδωμα* a Suida sine interpretatione traditum fortasse idem valet quod *σχαλίδωμα*

---

1) *Σκαμμωνεῖα διὰ τοῦ ω καὶ τῆς ει διφθόγγου κατὰ παράδοσιν* Choerob. Orth. 262. Sed plantarum nomina terminantur vocali simplici *ἀρωνία, λειμωνία, παιωνία, ῥοδωνία* et all. v. ad Buttm. 406. et Parall. 317. quorum nonnulla interdum acuuntur more periecticorum v. Wimmer. ad Theophr. I. 9, 4. *Σκαμμωνία* duplici *μ* scriptum est in Arist. Probl. I. 41. et 43. p. 884. et saepissime apud herbarios et medicos, sed prima corripitur in Eubuli versu Com. Fr. T. III. 214.

2) *Ἀδένη ἡ φλύαρος ἡ δεῖνα* Bernhardy aeolicam glossam esse suspicatur ex *ἁ δεῖνα* conflatam. Eodem vergunt *Αἴθυια ἡ ἴυδη καὶ ἡ ὄρνις, Αἱ νῆτται αἱ νῆσσαι, Αἰνῖται δέ.* Ceteroqui articulum Suidas addere non solet nisi propriis *ὁ Κίς, ὁ Κώχ.*

sive *σχαλίδες* id est furcillae bicornes, quibus piscatores retia siccanda sublevant, similes furcis cancrorum sive *chelis* et hinc fortasse nomen sortitae; vulgo autem *στάλικες* appellantur. — Choeroboscus Can. 305. EM. 160, 7. *παρὰ τὸ σπῶ γίνεται σπάλαξ καὶ πλεονασμῷ ἀσπάλαξ καὶ μεταθέσει ἀσφάλαξ*[3]), cujus forma attica *σκάλοψ* verbo *σκάλλω* connexa fidem facit bisyllabum ab origine propius abesse. Et ab eodem *σπάω* derivata sunt *Ἄσπαλον σκῦτος* Hes. quod Vossius apte cum *σπάτον cutis* contendit v. Parall. p. 80. *σπαίρειν* et homericum *ἀσπαίρειν* v. Technol. 134. *ἄσπαλος ἰχθύς* Hes. sive hoc fuit piscium nomen generale, unde *ἀσπαλιεύς* fluxit, sive proprium ejus qui *σπάρος* appellatur; postremo *ἀσπάλαθος ἄκανθα παρὰ τὸ σπᾶν* EM. cui appositum est *σφαλάσσειν* pungere v. Techn. 247. Ab eodem *σπῶ* (*σπαράσσω*) originem ducit *ἀσπάραγος τὸ ἐξ ἀκανθῶν φυόμενον τραχύ* Hes. Hinc *σπάραγος cuma* in Gloss. et *ἐλειοσπάραγον*, *ἀγριοσπάραγον*. De *ἀσπάζεσθαι* dubito, etsi Corais ad Heliod. 175. veterum sententiam sequitur. — *Ἄσπληνον, οἱ δὲ σπλήνιον, δύναμιν ἔχει σπλῆνα τήκειν* Diosc. Mat. III. c. 151. Cum *φάρυγξ* cognatum est *σφάραγος* sive *ἀσφάραγος*, cui Herodianus ap. Zonar. p. 303. alpha pleonasticum tribuit v. Proll. 303. Praetermitto *σπιδής* et *ἀσπιδής*, quod qui praetulerunt, ab alio principio arcessivisse videntur, et pronomen aeolicum *ἄσφι*, *ἄσφε*. — Tertio ante *στ*: *ἄσταχυς*, *ἀσταφίς*, *ἀστεροπή*[4]) *ἀστράβηλος*, utrumque a *στρέφω* unde *στράπτω*, *στραβός transversa tuens*, *ἀστράβη* ephippium transversarium, *ἀστράγαλος* vertebra v. Techn. 41. et alia quae in Proll. 140 sq.

---

3) Pro *ἀσπαλάκων* Paus. VII. 24, 7. Mosq. et Ald. *σφαλάκων*, quod Schubartus probavit, alii *ἀσφαλάκων*.

4) Plat. Crat. 409. C. *ἀστραπὴ λέγεται ὅτι τοὺς ὦπας στρέφει*, si sic dixisset *ὅτι στρέφεται καὶ στρεπτή ἐστι*, ridendo verum dixisset v. Techn. 41. Proprie loquutus est Pindarus Nem. IX. 45. *ἀστεροπὴν ἐλέλιξε*. Orion. p. 17, 23. *ἀστεροπτή κατ' ἀποβολὴν τοῦ τ ἀστεροπή. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν*, quod hoc auctore indignum. Ceterum ex tribus appellativis *κεραυνός*, *στεροπή*, *βροντή*, conficta sunt totidem fabricatorum nomina *Ἄργης*, *Στερόπης*, *Βρόντης*· nam fulmen dicitur *ἀργὴς κεραυνός*, Jupiter fulgurator *ἀργικέραυνος*.

attuli. Ἀστρηνές ὀξύ Hes. nihil aliud est quam στρηνές. Ἀστυφελίζειν huic numero subtraxit Spitznerus ad Il. XVI. 7. πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐστυφέλιξεν, scholion subscriptum Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ α ἀστυφέλιξεν sic corrigens ἐστυφέλιξαν, quod summe probabile est. Si illud aliunde cognitum esset, Aristarchum ἀστυφέλιξαν propter sex, qui praecedunt, eosdem sonos praetulisse dicerem; nam ἔχει τι ὄγκον σεμνοῦ τὸ α πλεονάσαν Eustathius inquit ad h. l. laudaturque antiquis versus canorus XXIII. 116. πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα πάραντα τε — quem hic reprehendit [5]). Sed Aristarchus illo loco verbum plurale propter eandem rationem praeposuisse videtur qua φύγον ἡνία scripsit Il. VIII. 137. et φάσγανα πέσον XV. 714. quo modo Homerus alia nomina hujus generis cum verbo plurali conjungit βέλεα ῥέον XII. 159. ἄγγεα ναῖον Od. IX. 222. πέσον ἄγγεα XV. 13. τρέμον γυῖα XI. 527. πέδιλα τά μιν φέρον V. 75. [6]) Ante mutam cum liquida alpha abundare docet Herodianus ap. Orion. p. 28. ἀπὸ τοῦ κρέμω ῥηματικὸν ὄνομα κρέμων καὶ κρέμονες τὸ πληθυντικὸν καὶ πλεονασμῷ ἀκρεμὼν ὡς ἄσταχυς, quod confirmat Theognostus Cram. 35, 14. et 39, 10. κρεμὼν ὀξύτονον καὶ διὰ τοῦ ο γράφεται (κλίνεται) καὶ τρισυλλάβως λέγεται ἐπὶ τῆς αὐτῆς σημασίας. Bisyllabi auctor extat nullus; nam urbis nomen Κρεμών, quae a Romanis Cremona dicitur, per ο mega declinatur neque unquam alpha recipit; sed est appellativum ab EM. 52, 24. disceptatum ἀκρέμων ὁ κλάδος καὶ κρεμὼν λέγεται πρὸς διάφορον ἐτυμολογίαν· ἢ γὰρ παρὰ τὸ ἄκρον γίνεται ἀκρέμων [7]) ἢ παρὰ τὸ κρέμω

---

5) Alia hujus parechesis exempla attuli ad Phr. 691. et Parall. 21. adn. Ab homerico σπλάγχν' ἐπάσαντο descivit Apollonius πάντα φαάνθη scribens III. 1361. v. Well. ad h. l. Alpha in eodem verbo quater repetitum habent homerica ἀμφαγάπαζον et ἀμφαγάασθαι, quodque nuper Quinto restitutum est ἀμφαγάσαντο VII. 722.

6) In singulari constat verbum κεῖσθαι in exitu senarii εἵματα κεῖται Od. VI. 26. κειμήλια κεῖται XV. 113. ὀνείατα κεῖται X. 9. et cum aliis nominibus IV. 127. XVI. 284. et in imperfecto modo aucto τεύχε' ἔκειτο Il. III. 327. δέμνι' ἔκειτο Od. VIII. 277. δόμοι καὶ κτήματ' ἔκειτο XIV. 291. εἵματ' ἔκειτο, modo non aucto τεύχεα κεῖτο XXII. 109.

7) De accentu dixi ad Aj. p. 171.

κρεμών. Huic potius alpha praecisum videtur, quod idem 534, 54. eidem adjectivo accidisse putat: κράςπεδον παρὰ τὸ ἄκρα καὶ τὸ πέδον κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ α καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ, idque etiam a Schol. Theocr. II. 53. aliisque comprobatur et a fide non abhorret, etsi ἀκρόπεδον intercidit nec satis stabilitur scriptura cod. ἀκροσπέδοις pro κρασπέδοις in Plut. Quaest. Plat. X. c. III. Θρέω quod Wyttenbachius verbo ἀθρέω substruxit Techn. 153. non minus ignotum est quam σκέω, unde Schneiderus in Lex. ἀσκέω repetit; illud veteres ad δρῶ τὸ βλέπω referunt Epim. II. 337. EM. 26, 4. hoc, quia aliquoties de politura dicitur, ad ξέω. Ἀβρίξαι τὸ ἀπὸ βορᾶς νυστάξαι Suid. fortasse ἀποβρίξαι scribendum est ut ἀφυπνοῦν dicitur pro obdormiscere, Ἀφλάσαι ἀπολέσαι Hes. pariter ἀποφλάσαι et pro Ἀχλυδιᾷν θρύπτεσθαι apud eundem χλιδιᾷν omissa vocali, quae a librariis saepius importune addita est. — Eorum, quae unam in exordio habent consonam, ordinem ducit ἄγαυρος, si sequimur Schol. Hes. Theog. 832. ἄγαυρος βαρύνεται πλεονασμῷ τοῦ α ἐκ δισυλλάβου τοῦ γαύρου γενόμενον. Verum enim vero Orion. p. 14. ἀγαυρός παρὰ τὸ γαίω-ἢ παρὰ τὴν ἄγην τὴν ἔκπληξιν ἀγηρός· οὕτως εὗρον ἐν τῷ περὶ παθῶν Ἡρωδιανοῦ, qui adjectivum ἀγηρός de suo fabricatus est, sed verbo ἄγαμαι affine ἀγαίομαι a significatione laetandi non longe discedit ut in Apoll. III. 470. οὔ οἱ ἔγωγε κακῇ ἐπαγαίομαι ἄτῃ et III. 1262. Αἰσονίδης ἐπαγαίετο κάρτεϊ γυίων a Scholiastis priore loco ἐπιχαίρω, altero ἔχαιρε, ἐγαυρία explicatur, huic autem accedit homericum γαίων, cui quum Glossographi idem interpretamentum γαυριῶν adhibeant, perdubium fit utrum harum vocum fundamentum fuerit γα an αγ[8]). — Ἄδοροι Antimachus maluit dicere quam ut Homerus δοροί-παρὰ τὸ ἐκδεδάρθαι κατὰ πλεονασμὸν ἄδοροι ἢ ἀντὶ κακόδοροι ἢ οὐ δεδαρμένοι· Οὕτως Ἡρωδιανὸς (περὶ παθητικῶν cod.) EM. 18, 39. cui de etymo adstipulatur Arcadius p. 68.

8) Eustathius 1161, 33. ἀγαυρός ab ἀγαυός, hoc autem EM. a γαίω repetit. Idem ille 199, 45. ἀγανός παρὰ τὸ γάννυσθαι, ὅθεν καὶ γάνος ἡ χαρά· id alii αὐγήν interpretantur.

τὰ εἰς ος δισύλλαβα βαρύνεται ὁπότε γίνεται ἀπὸ τῶν παραληγομένων τῇ ει ῥημάτων-σεσημείωται τὸ δαρός (scr. δορός) sed utrum Antimachi utres ex corio rudi an subacto confecti fuerint εἰδείη ἂν ὁ ἰδών. — Ἀκακαλλίς Athenaeus ait esse narcissi nomen, quod apud Hesychium κακαλίς scribitur. Ἀκιδνός saepius legitur sed κιδνός apud hunc solum; nam in Gud. 321', 35. pro Κιδνοί σώφρονες scribendum est κεδνοί, neque notum fuit Herodiano in Epimerismis ἄκιδνος a verbo κίειν repetenti ap. Orion. 8, 12. cui etiam synonymon ἀκιρός accommodari potest. Ἀλαλή παρὰ τὸ λαλῶ Arcad. 108, 23. cui praeivit Herodianus Mon. 39, 6. Ἀλαλητός ἀπὸ τοῦ λαλητός προςθέσει τοῦ α Arcad. 82, 1. Schol. Il. IV. 436. τὸ α πλεονάζει τῷ ἀλαλητός Apoll. Synt. I. 2, 4. quibus non plus concedimus quam hoc nomen et ἀλαλά et λαλεῖν vocis humanae sonos exprimere. Suidas illi alpha epitaticum tribuit sed substantivum λαλητός non magis usitatum est quam φιλητός, φωνητός aliave hujusmodi; nam σπορητός, ἀμητός ad diversum genus pertinent, de quo dixi ad Buttm. 402. Ἀλάζών Valckenarius Opusc. I. 128. ed. Lips. eodem modo auctum esse quo ἀσταφίς credidit Hesychii glossae Λαζών ἀλαζών, cui quodammodo auxiliatur verbum λάζω id est ὑβρίζω Techn. 76. et 83. sed jure abjicitur. Ἀλαπάζειν et λαπάζειν vulgo quidem de rebus longe diversis dicuntur, sed ab antiquis doctis rediguntur ad unum: λαφύττειν καὶ λαπάζειν τὸ ἐκκενοῦν καὶ ἀναλίσκειν, ὅθεν καὶ ἐπὶ τοῦ πορθεῖν τὸ ἀλαπάζειν οἱ ποιηταὶ τάττουσιν Athen. VIII. 362. E. eoque intellectu Aeschylus λαπάζειν usurpavit et λαπαδνός, ut Hermannus corrigit pro ἀλαπαδνός, cui EM. sic, ut verbo ipsi, alpha pleonasticum assignat; ἀλάπαθα οἱ Ἀττικοὶ τὰ κενώματα Schol. Theocr. II. 85. et Sch. BL. ad Il. V. 166. ubi Bekkerus nescio quam ob rem λάπαθα scripsit. — Τὸ μαλόν πλεονασμῷ τοῦ α γίνεται ἀμαλόν, ἐξ οὗ τὸ ἀμαλδύνω καὶ ἀμαλάπτω παράγεται Eust. 690, 48. qui alio loco p. 1270, 58. antiquam scripturam ἄρνα μαλήν Il. XXII. 310. interpretatur μαλλωτήν, et hodie lana vocatur μάλη et μαλίον fortasse ob mollitudinem ut μῆλον ovis et *mollestra* pellis ovilla; mollis autem

convenit cum graecis μωλύς, μολόχη, μαλάχη, malva Proll. 333. Haec velificantur Buttmanni opinioni synonyma esse μαλακός et ἀμαλός, illud primitivo vicinius, hoc vocali amplificatum Lexil. II. 262. Nihilo secius quae cum ἀμαλός significatione maxime conveniunt ἁπαλός et ἀταλός [9]) alpha proprium et nativum habere videntur. — Μέρδω τὸ μαρμαίρω καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀμέρδω Schol. Eur. Hec. 1005. Hoc ἀμέρδειν proprie idem significat quod μαίρειν, μαρμαίρειν, hinc autem transfertur ad res quae objacentia fulgore suo excaecant v. Techn. 74 sq. sive ut Philo dicit de Opif. Mund. p. 2. B. ταῖς μαρμαρυγαῖς καταοκιάζουσι, uno verbo ἀμαυροῦσι. Cujus id consequens est ut μέρδειν primitivi instar habeatur. Ἀμιχθαλόεις et quod Antimachus praetulit μιχθαλόεις jam diu interpretantium ingenia exercuit; plerique ad μίγνυμι referunt. Ἄμυνα παρὰ τὸ μύνη ἡ πρόφασις μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α EM. 8, 25. quibus nonnulli latinum *moene* apponunt, unde *praemunire* dicitur pro praetexere, assumtis germanicis *vorschuetzen*, *Vorwand*; sed aliis diversa videntur vocabula. Confuse idem p. 108, 8. ἀνηρίτης ἀπὸ τοῦ Νηρέως· οὐκ ἔστι δὲ πλεονασμὸς ἀλλὰ παραγωγή. Ἡρωδιανός· qui hoc, puto, voluit ἀνηρίτης ἀπὸ τοῦ νηρίτης κατὰ πρόςθεσιν· τὸ δὲ νηρίτης παραγωγή ἐστιν οὐκ ἀπὸ τοῦ Νηρέως ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νηρός· sic enim alibi res decernitur Suid. s. Νηρίτης v. ad Phr. 42. Proll. 395 sq. Ἄνηστις παρὰ Κρατίνῳ ὁ νῆστις πλεονασμῷ τοῦ α ὡς ἄσταχυς Athen. II. 47. A. v. §. 2. Cum nomine gallico *benna*, quo Festus genus vehiculi significari tradit, comparatur Πήνα ἀπήνη Hes. Ἀφαυρός ut huc referamus admonet ejusdem glossa Φαῦρος κοῦφος, nisi pro φλαῦρος scriptum est ut Kuestero visum [10]) vel etiam vocalis excidit initialis. — Ultima sunt quorum principia a vocali: primum ἀάζω cujus alpha utrumque ad

---

9) Τὸ ἁπαλὸν δασυνόμενον ἐπιφορᾶς γενομένης τοῦ τ ἐψιλώθη Apollon. de Pron. 74.

10) Sic etiam Γλαυρός σεμνός Hes. pro γαῦρος subrepsisse suspicantur; ἄγλαυρος Schol. Nic. Th. 441. interpretatur ἀγλαός, cui cognatum videtur. Ab ἀφαυρός non longe distant φαῦλος, παῦρος, *parvus*, *parum*.

proprietatem soni pertinet sicut interjectio ipsa variatur pro affectu loquentis, ἅ, ἇ ἄ et ἀ. Tum adjectiva quaedam poetica: ἀάσχετον-εἴρηται κατ' ἐπέκτασιν Apollon. Lex. Zonaras pleonasmum vocat, Eustathius vero 618, 38. τὸ μὲν πρῶτον ᾱ ἐπιτείνει, τὸ δὲ δεύτερον στερεῖ, duoque Quinti Smyrnaei propria ἀάπλετος et ἀάσπετος v. Spitzner. Observv. p. 7. et quartum sine auctore traditum ἀάθικτος ἀντὶ τοῦ ἄθικτος πλεονασμῷ τοῦ δευτέρου ᾱ EM. 1, 7. quem locum a Sylburgio asterisco notatum omisit Gaisfordus; de geminatione brevis alpha dicetur alibi. Id num aliis vocalibus antepositum sit, non certum constat; dubium enim est ἀειλῶ sive ἀΐλλω, de quo loquutus sum in Techn. 113. et Ἄοζος θεράπων, Ὀζεία θεραπεία Hes. et alii; unde quaestio nascitur utrum ὄζος Ἄρηος Martis subolem significet sic ut homo amabilis Χαρίτων φυτόν vocatur Theocr. XXVIII. 7. et alibi Κύπριδος ἔρνος vel θάλος, an ministrum, qui etiam ἄζος dicitur a verbo ἄζομαι ut Schweighaueserus suspicatur ad Athen. T. III. 570. nec dissimilis est inconstantia nominis eadem fere potestate praediti ἀοσσητήρ, ἐοσσητήρ, ὀσσητήρ. — Ὦρος ὁ ὕπνος καὶ ἄωρος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ μηδὲν πλέον σημαίνοντος EM. 1175. quod si ab ἄω τὸ πνέω propagatum est[11]), unde verbum ἀωτεῖν repetunt, pleonasmi species tollitur.

His enumeratis duo supersunt ad tractandum genera. Unum est eorum quae praeter alpha unam duasve literas dissimiles habent nec tamen diversa videntur: χειρῶν ἠδὲ ποδῶν ἀκινάγματα τὰ τινάγματα ἢ κινήματα πλεονασμῷ τοῦ ᾱ καὶ τοῦ γ̄ καὶ τροπῇ τοῦ η̄ εἰς ᾱ EM. 48, 39. qui nisi gravem citasset testem Herodianum, non difficilis foret correctio κινύγματα vel ἀμαρύγματα ut Homerus dixit ποδῶν ἀμαρυγαί. Sed scripto suppetiatur Hesychius Ἀκίναγμος τιναγμός κίνησις[12]) et correptione eadem affectum

11) Sic a θεῶμαι fit θεωρός i. q. θεατής, cui κνέωρον apposui Parall. 81. Pro κεωρία, quod in Thes. e Theognosto affertur, scribendum est θεωρία.

12) Suidas et EM. ἀμάρυγμα multis nominibus exponunt φόρημα εἴδωλον αἴθυγμα κίνησις et quod Aeschylus dixit αἰθέριον κίνυγμα Eustathius explicat αἰθέριον εἴδωλον. Pro φόρημα illic reponendum

nōmen leporis *σκίναξ* hoc est *εὐκίνητος ταχύς* Schol. Nic. Th. 577. Verum urgent alia super aliis: *στελίς ἡ ἰξία* et *ἀστυλίς φυτὸν ὅθεν ὁ ἰξός* Hes. *ψόλος ἡ ἀσβόλη* Sch. Od. XXIV. 359. quibus adjunctum videtur *σποδός*. Ad haec *μᾶρον ἀμάρακος* Proll. 310. *μαῖμαξ μαιμάκτης ἀμαιμάκετος* cf. Doederlein. Gloss. p. 95. *δάκνω ἀδάχω, δηγμός ἀδαγμός, μαρμαίρω ἀμαρύσσω.* Huc etiam reponi possunt *Ἀφαρεύς* regis Messenii nomen a Pharis Messeniae ductum correpta vocali; *ἀφάκη* vicia cognata *τῷ φακῷ* et *Ἀστέλεφος τὸ περὶ τὴν κιθάραν δέρμα* Hes. a neutro *στέρφος*, nisi fallor; *Μούκηρος ἀμυγδαλῆ* Hes. quorum primitivum ostendere videtur latinum *nux* affine graeco *νώγαλα* sive *νωγαλεύματα*, quomodo tum alia vocantur edulia in mensis secundis apposita tum praecipue varia nucum et nucleorum genera; amelli nomen, cujus frutices Columella tradit apibus gratissimos esse, fortasse specie modo differt a graeco *μελίτεια* et *μελίταινα*. Ad alterum genus pertinent quae cum prosthesi merismum mutant ut *ἀφλοισμός*, si a *φλύω* derivatum est, de quo paulo post; *ἀραιός παρὰ τὸ ῥαίω* [13]) *πλεονασμῷ τοῦ α. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου* EM. 134, 17. Theogn. II. 52, 19. de quo nihil definiam nisi quod sub oculos venit, adjectivo convenire voces ab Hesychio traditas *Ἀρβόν διεστός ἀραιόν*, *Ἀρβάκις ὀλιγάκις*, verbo autem latinum *rarus*. Sed manifesta ratione continentur *λίπα, ἄλειφα, Ἀλῖναι ἀλεῖψαι* Hes. latinumque *linere*, quibus vicina sunt *ἔλαιον* oleum *ὄλπη*. *Ἄναυρος* proprium et commune a *νάω* arcessivi Proll. 259. Huic persimile *Ἄμυρος* item fluvii nomen et appellativum *ἄμυροι τόποι κάθυγροι καὶ ἄγαν ῥέοντες ἀπὸ τοῦ μύρειν* Hes. cui assentior fere sed demto *τῷ ἄγαν*. *Σπέρχω ἀσπερχές* et quaedam similia paullo post expendam. Nunc autem explicabo prosthesi contrariam aphaeresin.

---

videtur *ὅρμημα*, quo Suidas *αἴθυγμα* interpretatur. In Euphorionis Fragm. CLXIII. Meinek. Anall. p. 158. *ἀελλόποδος αἰθαρύτας*, fortasse reponendum *ἀελλόποδας σαθαρύγας* ex Hesychio *Σαθάρυγα ταραχήν* et Theognost. Cram. II. 11, 14. *σαθάρυγξ ἡ ταραχή*.

13) Ap. Arcad. 445, 5. vitiose *ῥέα* scriptum est.

§. 2. Sermo novitius alpha nonnunquam ex supervacaneo addit, ut ἀσπίϑα scintilla, ἀσκόλυμβρος scolymus, ἀρατζίνη pro ῥητίνη, et multo saepius omittit σφαλίζω EM. 500, 26. Epim. II. 353, 22. σπάραγγι asparagus, στράγγαλι talus pedis, quae nemo dubitat incuria plebejae prolationis decurtata dicere etsi ad veritatem pressius accedant quam ἀστράγαλος, ἀσπάραγος vel ut Attici dicunt ἀσφάραγος. Quae vero Grammatici antiqui allegant aphaeresis exempla, ea aut ad alpha pleonasticum pertinent aut ob aliam causam in controversiam vocari possunt. Ad illud genus refero μαῦρος ἀπὸ τοῦ ἀμαυρός γέγονε Arcad. 69. μαυρουμένη ἀπέβαλε τὸ α διὰ τὸ μέτρον Schol. Agam. 303. Adjectivum quidem bisyllabum, si ex aetate auctorum aestimetur, multo posterius est trisyllabo sed verbum μαυροῦν hoc est fulgore excaecare, germanice *blenden* v. Techn. 75. alteri antiquitate antecedit vel certe par est et convenientius etymo quod Philoxenus tradidit παρὰ τὸ μαίρω τὸ λάμπω ὅϑεν μαρμαίρω Orion. 10, 13. Schol. Od. IV. 824. Anecd. Paris. T. IV. 10. quanquam alpha hoc non privativum est, ut ille dicit, sed pleonasticum, quo vacat μαῦρος. Et hoc primitivi loco habuit Apollonius in Lex. ἀμαυρόν περισσὸν ἔχει τὸ α. Cum ἀμαυρός naturali quodam vinculo cohaeret ἀμυδρός, cui quae in fronte accrevit litera sedem precariam deseruit in derivativo μυδρίασις hoc est ἀμαύρωσις τοῦ ὁρατικοῦ Galen. Definn. T. XIX. 435. Illi Suidas adjungit duo diversi generis nomina Μοργούς καλοῦσι τοὺς ἀμοργούς τὸ α ἀφαιροῦντες ὥςπερ μαῦρον τὸ ἀμαυρόν καὶ σφόδελον τὸν ἀσφόδελον καλοῦσι [14]). Plantae nomen quum nemo sciat unde natum sit, quis asseveret alteri alpha deesse? Vocem plebejam μολγός in Arist. Eqq. 972. nonnulli interpretati sunt τὸν ἐξαμέλγοντα καὶ κλέπτοντα τὰ κοινά Schol. h. l.[15])

14) Epim. I. 264. σφοδελόν ἀφαιρέσει τοῦ α ὡς παρ' Ἀριστοφάνει (Fragm. T. III. 1198.) τινὲς δὲ καὶ τῆς παφ ἀλλὰ (scr. τὸ τῆς Παφίας ὄνομα) παρὰ τὸ ἀπαφίσκειν· καὶ παρ' Ἡσιόδῳ μαυροῦσι. De homerico κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα dubitatum est siccine scribendum sit an κατὰ σφ. Τινὲς δὲ γράφουσι σποδελόν διὰ τὴν σποδόν Sch. Od. XI. 539.

15) Hujusmodi nebulones latine dici possunt *sucones* et *hirudines aerarii.*

et Pausanias Eust. 838, 54. eundem *ἀμοργόν* dici refert *ἐκ τοῦ ἀμέργειν ἤγουν καρπολογεῖν· sed alii* *βραδύν* reddunt, alii *γλαυκόν*, alii *τυφλόν*, eoque nos ad diffidentiam etymologiae ab aliis traditae adducunt. Pollux Tarentinos utrem *μολγόν* nominasse testatur ac si Scholiastae verba ad Aristoph. l. c. *Ἐρατοσθένης μολγόν καὶ ἀμολγόν* ad hanc vocem pertinent, alpha quo latinum *bulga* caret (v. Aglaoph. 966.) credibilius est trisyllabo adjectum esse sicut latinum *mulgeo* si confertur cum germanicis et slavicis *μέλκη* v. Needham. ad Geopp. XVIII. 21. *milka*, *mleko*, *milac*, antiquius et integrius videri debet quam graecum *ἀμέλγω*. — *Ἡ τοῦ μακροῦ α ἀφαίρεσις σπάνιος καὶ ἴσως τὸ βάλε ἐκ τοῦ ἀβάλε* Epim. I. 264, 31. quod firmius asseverat Apollonius de Conj. 522. *τὸ ἄβαλε* (sic) *ἐντελές ἐστι-καὶ ἀφαιρεθὲν τὸ αὐτὸ δηλοῖ.* Sed haec aphaeresis eximitur diastasi: *ὁ Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι δύο μέρη λόγου εἰσί* Epim. II. 183, 1. — *Κύλλοι (δ᾽) οὐ δίζοντο· ὁ δὲ ποιητὴς παρὰ τὸ κύλον· καὶ ἀττικῶς καὶ τῶν ἀκύλων καὶ τῶν βαλάνων· καὶ ἡ ἐτυμολογία βοηθεῖ· ἀχύλους γὰρ λέγει κατὰ τροπὴν τοῦ χ εἰς κ. Πρὸς τὴν ἐτυμολογίαν ἀφαιρέσει δεδώκαμεν* EM. 544, 50. quae ad hunc ferme modum accipienda videntur: *κύλλοι παρὰ τὸ κύλον ἤγουν κοῖλον· ὁ δὲ ποιητὴς ἀκύλους λέγει καὶ ἀττικῶς οὕτω λέγονται. — Ἄλλοι δὲ παρὰ τὸν χυλόν κατὰ τροπὴν τοῦ χ εἰς τὸ κ καὶ ἡ συνήθεια βοηθεῖ· ἀχύλους γὰρ λέγει. Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταύτην τὴν ἐτυμολογίαν ἀφαιρέσει δεδώκαμεν*, hoc est *nonnulli fructus ilicis ἀκύλους nominari putant quasi ἀχύλους (correpto ypsilo)* — *αἱ γὰρ ἄκυλοι σκληραὶ καὶ ξηραί εἰσι* Sch. Theocr. V. 94. — *et eosdem κύλους dictos arbitramur facta aphaeresi.* Sed haec quam incerta sit notatio latet neminem. Hemistichium illud *κύλλοι δ᾽ οὐ δίζοντο* poetae epici esse puto de omissa post fruges repertas *βαλανηφαγίᾳ* loquentis ut Lucret. V. 1415. *sic odium coepit glandis*; pro usu attico quae afferuntur verba fortasse sunt Pherecratis Fragm. XXV. 217. *καὶ τὰς βαλάνους καὶ τὰς ἀκύλους καὶ τὰς ἀχράδας περιόντες.* Idem EM. 514, 28. *κινάκης ὁ ἀκινάκης παρὰ Σοφοκλεῖ· τὸ γὰρ Ἀνακρεόντειον χωρὶς τοῦ ι γράφεται καὶ γέγονεν ἔκθλιψις τοῦ ι καὶ κρᾶσις τοῦ ωα ὡς ὦ Ἄπολλον Ὤπολλον. Ἐὰν δὲ ἔχῃ τὸ η* (scr.

τὸ ι̅) δῆλον ὅτι ἀφαιρέσει τοῦ α̅ οἷον ἀστεροπή στεροπή στραπή ὡς „σὺν τῇδε τῇ στραπῇ". Ἐν δὲ τοῖς ἀντιγράφοις ἔχει τὸ ι̅ καὶ δῆλον ὅτι στραπῇ. Itaque apud Anacreontem dubium fuit utrum *τὠκινάκῃ* scribendum sit ut *τὠκινάκεϊ* apud Herodotum an *τῷ κινάκῃ*, qua forma Sophocles usus est; eaque imminuta videri debet si thema fuit *ἀκή*, unde *ἄκων, ἄκαινα, ἄκανθα, ἄκανος*, sed Guietus ad Hes. s. *Κάνακις* a *καίνω* repetit, ac fortasse ne ullum pilum graecae vocis habet sed persicum est ut in EM. dicitur. *Στραπή* non legimus sed modo verbum *στράπτω*, nec probatur loco Tragici, in quo codd. *τῇστραπῇ* praebuerunt ut *θἠμέρᾳ*, verbum autem si ex usu communi judicetur, pro affecto habendum est, si vero ex etymo (*στρέφω*) pro integro. Sequitur commentum calidius. Epim. I. 73. *παρὰ τὴν αἶσαν αἴσυλος καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α̅ ἀαίσυλος καὶ ἀφαιρέσει τῆς στερήσεως ἔμεινε τὸ αὐτὸ σημαινόμενον. Οὕτω δ' ἔχειν φησὶν Ἡρωδιανὸς καὶ τὸ ἐτώσιον παρὰ τὸ ἐτεὸν τὸ ἀληθές ἀετώσιον καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν ἐτώσιον· ἔμεινε δὲ τὸ ἐν συνθέσει σημαινόμενον·* quibus in EM. 39, 47. levioris notae auctor subscribitur Methodius. *Αἴσυλος* alii paullo probabilius *παρὰ τὸ ἄσαι τὸ βλάψαι*. De altero eandem sententiam proponit Herodianus in Sch. Il. XVIII. 410. *τὸ ἄητον σύνθετον παρὰ τὸ ἐτός, ἐξ οὗ καὶ ἐτεός, καὶ τὸ πληθυντικὸν ἐτά ἐν ἐπιῤῥηματικῇ συντάξει καὶ τὸ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς οὐκ ἐτός ἀντὶ μεσότητος τοῦ ἐτῶς.* Vult igitur cum adjectivo verbali *ἐτός verus* composita esse *ἄετος* et *ἀετώσιος vanus, falsus*, his autem erepsisse alpha privativum manente tamen intellectu, quare *οὐκ ἐτός* (i. e. *οὐκ ἀετέως* sive *ἀέτως*) significare *non sine veritate* uno verbo *vere*[16]). Illa vero particulae privativae aphaeresis unde probabitur? num ratio concedit ut pro *ἄκακος* dicatur *κακός*? Imo *ἔτος* illud etymo caret. — *Ἐκ τοῦ ἀρά ἡ εὐχή γίνεται ἀρήν τὸ*

16) Hesychii verba *Οὐκ ἔτος οὐ ματαίως, οὐκ ἀληθῶς* vexant interpretes. Ille vero primum formulam atticam interpretatur verbum de verbo reddens, tum vocem simplicem unde adjectivum *ἐτεός* natum putatur v. Diss. II. C. II. §. 3. Ex *ἀέτως* illi *αὔτως* contractum volunt, sed hoc et *ἄετος* nusquam legitur.

πρόβατον καὶ ἀποβολῇ τοῦ α ῥήν EM. 140, 54. sed Gud. 79, 4. *ῥήν τοῦ ῥηνός καὶ συστολῇ ῥανός καὶ ἐν ὑπερβιβασμῷ ἀρνός*. Nos omissis nugalibus hoc contendimus thema primigenium fuisse in ρ desinens praecedente vocali, unde *ἀρνός ἀρνειός aries ἐῤῥηνοβοσκός* et alia in Parall. 74. adnot. 6. collata; sed id quum nomen articulatum quaereretur, transiisse in *ῥήν*, quod quia solum in usu est, ab aphaeresi germana sejungi oportet. Ultimum est quod Stephanus affert *Ἀμαζόνειον τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ - ἔστι δὲ καὶ ἐν Βιθυνίᾳ Μαζαῖον κατὰ παραφθοράν*, quod nomen in Thes. omissum cum Amazonibus non plus commercii habet quam gentilicium *Μαζαῖοι* et andronymicum *Μαζαῖος*. De aliis hujus generis nominibus Grammatici concertant: *Ἀπαισός διὰ τὸ μέτρον Παισόν εἶπεν ὡς Σπληδόνα* Sch. Vict. ad Il. V. 612. quod Trypho p. 34. prosthesis nomine signat, sed aliter EM. 157, 34. *Ἀσπληδών πλεονασμὸς ποιητικός ἐστι τοῦ α· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν*, cujus haec fortasse ratio fuit quod alterius nulla similitudo extat, alterum cum *σπληδός* conferri potest cf. Meinek. ad Steph. p. 135. *Ἄρυπες Φερεκύδης ἀντὶ τοῦ Ῥύπες κατὰ πλεονασμόν* EM. 150, 56. *Ἄφθας ὁ Διόνυσος* (sic) *τὸ α ἐπιτατικὸν ὡς ἄσταχυς* Suid. *οἱ Ἴωνες τὸ Ἀθάμας κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ α καὶ τροπῇ τοῦ θ εἰς τὸ τ Τάμμας λέγουσι* Sch. Il. IX. 193. *Ἀσσυρίην εἶπε τὴν Συρίαν* Sch. Apoll. II. 946. quae nomina Romanis quoque scriptoribus interdum indiscreta sunt. *Ἀβρεττηνή χώρα τῆς Μυσίας ἀπὸ Βρεττίας νύμφης* Steph. *Ἄθυμβρος ποταμὸς ἢ Θύμβρος* EM. 45, 21. De vocabulis rarioribus praesertim barbaris saepe dubitatur utrum idem significent an diversum, velut Stephanus cum *Ἀπαισός* et *Παισός* confert *Ἄταρνα* et *Τάρνα*, Eustathius vero Atarnam Mysiae assignat, Tarnen Achajae; *Ἀκύφας ὄνομα πόλεως, Κύφας χωρίον Λακωνικῆς* Choerobosc. Can. 39. *Κύφος* Perrhaebiae oppidum, quod Hemsterhusius ad Plut. p. 116. ab Acyphante non diversum putat. Montem et castellum Coeles Syriae Tabor Polybius *Ἀταβύριον* vocavit oberrante montis Rhodii memoria ut Schweighaueserus suspicatur ad L. V. 70. Benselerus vero de Hiat. 235. ut hiatus tollatur, *Ταβύριον* reponit. Boeotiae fons *Ἀκιδαλίη* nominatur et *Κιδαλία*, gens antiqua Phocidis

Ἀκραγαλλίδαι et *Κραυγαλλίδαι*, dux Galatarum alibi *Ἀκιχώριος*, alibi *Κιχώριος* v. Siebelis ad Paus. IX. 19, 4. *Κῖρις* Italiae fluvius Lycophr. idem puto, qui a Strabone *Ἄκιρις* appellatur. Mediae incolae *Ἄμαρδοι* et *Μάρδοι* v. Tzschuck. ad Strab. XI. 451. *Ἀζαριτία* fons Chalcedoniae Strab. a Stephano *Ζάρητα* nuncupatur, *Βάκαινον* urbs Siciliae eademque *Ἀβάκαινον*, rex Odrysarum nunc *Ἀμάδοκος* nunc *Μήδοκος* v. Vales. ad Harpocr. 216. Libys quidam *Ἀψεφᾶς* et *Ψάφων* Reisk. ad Maxim. Tyr. XXXV. 4, 170. Alumeto ut Festus ait pro Laumedo. Hoc in genere certum est librarios multifariam in utramque partem peccasse alpha nunc omittendo, nunc adjiciendo, praecipue ante lambda cujus forma vocalium primae simillima est: *Ἀλίβυες* Suid. pro *Λίβυες*, *Λύκος* pro *Ἄλυκος* ut Wesselingius censet ad Diod. XV. 17. *Ἀλύκαια* pro *Λύκαια* quod defendit Siebelis Paus. VIII. 27, 3. *Ἀλύβας* et *Λύβας* in codd. VI. 6, 4. Sed saepe etiam ante alias consonas, id quod veteres quoque Critici animadverterunt: *Μύρτις παρὰ Δημοσθένει — Θεόπομπος δὲ Ἀμυρταῖον ὀνομάζει· ἰδεῖν οὖν (δεῖ) εἰ γραφικά ἐστιν ἁμαρτήματα* Harpocr. Sic *Γελάδας* saepius scriptum est pro *Ἀγελάδας*, *Ἀριανός* pro *Ῥιανός*, *Ἀμελησαγόρας* pro *Μελησαγόρας*, quod jure praefert Keilius Anall. p. 156. namque nominibus sic compositis ut *Τιμησίθεος*, *Κτησίβιος*, *Χαιρησίλεως* etc. alpha non praeponitur, raro non propriis *ἀμνησίκακος*, *ἀδεισιδαίμων*, *ἀτισανδρεῖν*. Sic fluctuant alia multa [17]) quae propter obscuritatem etymi aut raritatem exemplorum ad calculos revocari non possunt, nec solum propria sed etiam communium nonnulla. *Ἀγρηνόν δίκτυον ἢ ἔνδυμα δικτυοειδές, Ἐρατοσθένης δὲ γρῆνον λέγει* Hes. cf. Proll. 200. idemque diversis locis affert *Ἄκιρις λύχνος* et *κῖρις*, *Σκάνθας κράββατος* et *ἀσκάντης* scamnum, *Ἀκακαλίς* sive *Ἀκακαλλίς νάρκισσος* et *κακαλίς*, quorum etyma longe retro posita. Sed quae in eodem glossario reperiuntur *Ῥη-*

---

17) *Βούῤῥας* et *Ἀβούῤῥας* fluvii nomen v. Jacobs. ad Aelian. p. 426. *Ἀμαζήνη* Strab. XVI. 767. *Ἀμαρσυάδης* Plut. V. Thes. XVII. *Stura* pro *Astura* v. Oberlin. ad Vib. Seq. 248. *Graephis* in codd. omnibus Plin. IV. 7, 12. pro *Acraephia*.

γῶν βοηθῶν, Φυσγετός συρμός, Χερωΐς εἶδος δρυός [18]), Αὐσκάζει φεύγει, haec igitur et alia talia peperit incuria librariorum literas initiales, quibus rubricam inducere vellent, inter scribendum omittentium ut postea appingerent; cujus officii nonnunquam obliti sunt v. Gregor. Ind. Lat. s. *Rubricatio* et Tittmann. Praef. Zonar. p. XVIII. Aliae glossae e libris vitiosis excerptae sunt ut Μύγματα καταξέσματα fortasse ex Eur. Andr. 828. δάϊ' ἀμύγματα, nisi quis ex alio Hesychii loco Μύσχαι (sic) ἀμυχαί colligat verbo νύσσω simile fuisse aliquando μύσσω. Sed Κόλος ψωμός, si comparamus nomina vulgatiora κόλλιξ et κόλλαβος id est bucca panis vel offa rotundula Proll. 287. non solum incorruptum sed paene magis nativum videtur quam homericum ἄκολος offa, quod ad idem principium κόλος et κολοβός referri licet. Κοσταί κριθαί nihil sane differt ab ἀκοστή, quod si ab ἀκή ut Valckenarius suspicatur Observatt. ad Origg. p. 299. derivatum est, bisyllabum aphaeresi addici oportet; sed idem nomen apud Hesychium γοιταί scribitur et in Theogn. Can. p. 13, 27. γοσταί, quod cum *hordeum* et *Gerste* concinit. Item serpentum nomina ἀκοντίας et κοντίλος a diversis principiis ἄκων (ἀκή) et κοντός (κένσαι) nata videntur, eademque specie sunt duo homerica nomina ἀλὸς ἄχνη et ἀλὸς χνόος· nam utroque significatur ἅλμη. Nomen *stella* Salmasius ad Tertull. Pall. 252. ex accusativo graeco ἀστέρα conversum conjectat; quod contra dici potest latinum atque germanicum *Stern, sterro, stairno* incorruptam originem prae se ferre, ἀστήρ vero et *astrum* aucta esse vocali ut ἀστεροπή [19]) ac proprie significare fulgorem. *Sparagus*, quod Nonius ex Varrone profert, Scaliger in Conject. 395. respuit tanquam barbarum; sed hic tamen barbarismus refert et quasi regenerat ipsum etymon quod in §. 1. indicavi σπῶ σπαράσσω. Ἄνηστις supra in exemplis pleonasmi retuli auctore Athenaeo.

---

18) Sic etiam in cod. Mosq. Paus. V. 14, 3. scriptum est pro Ἀχερωΐς. Ἄλιντος ἄμιλλα, Λίνδεσθαι ἁμιλλᾶσθαι Hes. quod Piersonus ad Moer. 52. ἀλίνδεσθαι scribendum censet. Ἀμύζει pro μύζει sive μυζᾷ Xenoph. et ἀβάρακες Athen. jam ab aliis notata sunt.

19) Arist. Thesm. 1050. πυρφόρος αἰθέρος ἀστήρ Schol. ὁ κεραυνός.

Sed Doederlinus in Dissert. de Alpha intensivo p. 17. ἄνηστις, inquit, *potius forma primitiva est, νῆστις apocopata* (aphaeresi truncata). Quam in sententiam eo deductus videtur quod haec vocabula non aliter comparata putaret quam ἀνήκεστος νήκεστος, ἀνηλεγής νηλεγής, νηλεής ἀνηλεής et alia, quorum formam productiorem principatum tenere statui ad Phryn. 710. quia longe frequentior est omniaque vocabula, quae vocalem vel diphthongum in exordio habent, hoc modo componi possunt ἀνάριθμος, ἀνέραστος, ἀνίερος, ἄνυδρος, ἀνείμων, ἄνοικτος etc. consona vero ν raro reperitur et ante tres modo vocales α, ε, ο, νήνεμος, νήγρετος, νώνυμος. Num vero eodem loco numeranda sint ἄνηστις et νῆστις, jam antiquitus disceptatum esse apparet ex Epim. I. 289. νῆστις παρὰ τὸ νη καὶ τὸ ἔδω ἔστης καὶ κατὰ στέρησιν νῆστις[20]) ὡς ἐγρετός νήγρετος, ἐλεῶ νηλής· ἐκ τοῦ ε ἡ σύνθεσις· οἱ δὲ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ α προφέρουσιν ἄνηστις[21]). Καὶ ἤτοι ἡ ἀνά ἐστὶ στέρησις ὡς ἐν τῷ ἀναίσχυντος, ἀναιδής, ἢ πλεονασμῷ τοῦ α. Hoc verius esse sic colligo. Vocabula cum αν negativo composita epsilon ceterasque vocales saepe tum in eta vel omega mutant si sequitur consona simplex ἀνήροτος, ἀνηλεής, ἀνηρεφής, ἀνήκουστος, ἀνώδυνος, nunquam vero mutant sequentibus duabus consonis ἀνέδραστος, ἀνέστιος, ἀνόστεος, et eodem modo quae cum aliis praepositionibus conjuncta sunt δυςήροτος, συνηρεφής, πανήγυρις, sed δυςαγρής, δύςεδρος, σύνεδρος, πανάγρετος, παλινάγρετος, εὐέγρετος, εὔοφρυς, σύνοφρυς. Itaque cum ἔστης (ἐδεστής) si componeretur negatio, ἄνεστις foret. Sic autem efficitur νῆστις, quo Homerus utitur, integrum

20) In EM. 108, 26. παρὰ τὸ ἔδω ἐστός ἔστις ὡς πιστός πίστις, καὶ κατὰ σύνθεσιν ἄνεστις καὶ ἄνηστις. Ἢ παρὰ τὸ νῆστις ἄνηστις ὁ ἐστερημένος σιτίων, postrema corrigenda sunt ex EM. 605, 18. Epim. II. 294. νῆστις οἱονεὶ νήσιτις παρὰ τὸ κενὸν εἶναι σιτίων. Quod in Lex. Orion. 187, 30. Gud. 408, 40. Anecd. Bekk. 1402. et in cod. Havn. Sturzii ad EM. 548, 1. p. 978. ex Herodiani epimerismis affertur παρὰ τὸ ἔδω ἔστης καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ ν (νε) νεέστης καὶ (κατὰ συναίρεσιν νήστης) οὗ τὸ παρώνυμον νήστης (scr. νηστεία) ex Pseudoepimerismis sumta puto.

21) Ἄσταχυς, ἀσταφὶς καὶ ὅλως τὸ πλεονάζειν τῷ α ἐν ἀρχῇ ἀττικόν ἐστι Suid. Ἀσκαρίζειν Atticis tribuit Moeris, ἀσπαίρειν Thomas.

esse, ἄνηστις vero fictum ad speciem abundantium ἄσταχυς etc. Eademque ratione contenderim ex homerico νήγρετος extitisse ἀνήγρετος Nonn. Paraphr. XI. 45. Namque vocibus ἀν et ἐγερτός in unum coeuntibus nascitur ἀνέγερτος, quo vulgo utuntur, ut δυςέγερτος, δυςδιέγερτος, et transpositis literis id quod in Anecd. Bekk. 395. et Zonar. 190. affertur ἀνέγρετος ἀνυπόστροφος [22]), ut εὐέγρετος, non ἀνήγρετος. Nec jam vereor ne quis mihi opponat νυκτηγρετεῖν· id enim cum nomine (νύξ) compositum est et pariter ὠμηστής, δερμηστής, θριπήδεστος. Alterum controversorum est conjunctio ratiocinativa, φασὶ γὰρ τὸν μὲν ῥά σύνδεσμον ἀφαιρεθῆναι τοῦ α, τὸν δὲ ἄρ ἀποκοπῆναι Apoll. Conj. 523. eamque quaestionem et proponit et solvit Epim. Cram. I. 383. EM. 134, 5. πότερον ὁ ἄρ ἐκ τοῦ ἄρα γέγονε κατ' ἀποβολὴν τοῦ τέλους ἢ ὁ ῥά ἐκ τοῦ ἄρα κατ' ἀποβολὴν τῆς ἀρχῆς; Ἔστιν εἰπεῖν ὅτι καὶ τοῦτο θέμα καὶ τοῦτο. Si tamen alterutri palmam dare obstinemus, encliticum ῥά postponemus orthotonumeno ἄρα, quod nonnullam habet cum verbo thematico ἄρω similitudinem. Atque hujusmodi particulas volaticas manifestum est ad hoc genus corruptionis multo magis inclinare quam solidiores orationis partes, in quibus dubito num certa aphaeresis exempla reperiri possint. Nam quae antea enumeravimus, aut ad alpha non ingenitum sed ascitum pertinent ut μαῦρος, στεροπή, aut cum metaschematismo conjuncta sunt ut ῥήν, aut propter etymi ignorationem dubium est quomodo affecta sint ut multa; uno verbo nullum ejus auctoritatis, quam prosthesis habent exempla plurima.

§. 3. Sed quoniam, quando redundet alpha et ubi significationem mutet, non usquequaque convenit, a proposito paullulum devertere cogimur. Choeroboscus in Psalm. p. 16. et Theodosius apud Bekkerum ad Apoll. Synt. 352. τὸ ἄλφα ἑπτὰ σημαίνει· στέρησιν ὡς ἄφιλος,

22) Νήγρετον ἀνέγρετον Schol. Od. XIII. 74. Qui a Nonno l. c. dicitur ὕπνος ἀνήγρετος et in Anth. VII. 338. et Tryphiod. 578. νήγρετος ὕπνος hoc est somnus aeternus, idem vocari poterat ἀνυπόστροφος ut *irremeabilis unda Stygis* Virg. Frustra Kuesterus ap. Suid. ἀνάγρετον substituit.

ἐπίτασιν ὡς τὸ ἄξυλος ὕλη, ὁμοῦ ὡς ἄλοχος καὶ ἀδελφός, κακόν ὡς τὸ ἄφωνος ὁ κακόφωνος, ὀλίγον ὡς ἀμαθής ὁ ὀλιγομαθής, ἄθροισιν ὡς τὸ ἅπας, πλεονασμόν ὡς τὸ ἄσταφις (sic), quae eodem fere modo leguntur in EM. 141, 52. cf. Bast. ad Greg. 892 sq. Pleonasmum jure praetermittunt Photius s. Ἀ. Glossae Apionis p. 601. et Schol. Dionys. p. 808. qui rem ad quatuor significationes revocat, στέρησιν, ἐπίτασιν, ὁμοῦ, κακόν· quinque numerat Apollonius in Lex. s. Ἀ. addito τῷ σύν, quod nihil differt ab ὁμοῦ, et huic etiam subjectum est τὸ ἴσον καὶ ὅμοιον, quemadmodum τὸ ὀλίγον et τὸ κακόν a privatione separari non debent[23]). Etenim nimis subtiliter Galenus De dogm. Hipp. et Plat. IV. 4. p. 380 sq. T. IV. adversus ea disputans quae Chrysippus in libro περὶ στερήσεων scripserat, στέρησιν esse dicit si pisces ἄφωνοι vocentur, κάκωσιν vero si cantor vel praeco, et hoc modo saepe usurpari ἀχίτων, ἄπους, ἄχειρ, nimirum sic ut non perfecta indicetur detractio sed παρέμφασις τοῦ εἰωθότος Simplic. in Arist. Categ. p. 100. A. (Brandis Schol. p. 85.). Sic etiam Proculus in Cratyl. p. 44. ed. Boiss. hominem indisertum ἄφωνον et socordem ἀκάρδιον vocari ait καθ' ὑπερβολήν, et Teles Stob. Flor. CVIII. 83. 577. τὸν ἄπλευρον ἔχειν μὲν φαμὲν πλευράς, μοχθηρὰς δέ. Sic ἄπρηκτος Schol. Apoll. I. 246. interpretatur δύςπρακτος, ἄλεκτρος Sch. El. 492. δύςλεκτρος, ἄγλωσσος Sch. Trach. 1060. κακόγλωσσος, ἀβάκχευτος Sch. Orest. 309. κακοβάκχευτος. Hyperbolae autem, quam Proculus dicit, contraria est attenuatio δυςόμοιος pro ἀνόμοιος apud Strattin Suid. δυςάλωτος Soph. Oed. T. 1723. pro ἀνάλωτος ut βραχύ, ὀλίγον et μικρόν dicitur pro οὐδέν. Ergo patet τὸ κακόν et ὀλίγον non esse proprias τοῦ α significationes sed pertinere ad detractionem. His autem remissis tres relinquuntur alpha significabilis species, privativum, intentivum et copulativum, quorum multiplex est et inter se et cum prosthetico contagio. Sic Schol. Il. XIII. 41. ἄβρομος et

23) Theophr. H. Pl. I. 8. (13.) 1. ἄνοζα λέγω οὐχ ὥστε μὴ ἔχειν ὅλως ὄζους ἀλλ' ὥστε ὀλίγους ἔχειν. *Sic illiteratum dicimus non ex toto rudem sed ad altiores litteras non perductum* Seneca Benef. V. 13.

αὐίαχος alpha epitaticum habere affirmat sed Schol. Od. VI. 268. inter ea refert quibus inest significatio τοῦ ὁμοῦ, nec defuerunt qui illa cum particula privativa conjuncta dicerent; δοροὶ καὶ κατὰ πλεονασμὸν ἄδοροι ἢ ἀντὶ τοῦ κακόδοροι· οἷον οὐ δεδαρμένοι EM. 18, 28. v. §. 1. τὸ βυσσός πλεονασμῷ ἢ ἐπιτάσει γίνεται ἄβυσσος Eustath. 1340, 37. ἀβληχρός δύναται τὸ ἀσθενές δηλοῦν καὶ πάλιν τὸ ἰσχυρόν [24]), τοῦ α ἀναίρεσιν δηλοῦντος καὶ ἐπίτασιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν Orion. p. 7, 8. Sed idem particulae epitaticae notam quandam tradit propriam in Schol. A. ad Il. VIII. 178. Nam quum Heraclides ἄβληχρος scripsisset acuta antepenultima quasi syntheton esset ἀπὸ τοῦ βληχρός id est ἰσχυρός, ille contra monet βληχρός plerumque non robustum significare sed contrarium et ἀβληχρός positionem femininam habere instar simplicium ἡ ἀβληχρά - τοῦτο δὴ πλεονάσαν τῷ α φυλάξει τὸν αὐτὸν τόνον ἀεί· οἶδα γὰρ τὸ ἄβορος, ἀγαυρός, ἄσταχυς· quae sic scribenda videntur — φυλ. τὸν αὐτὸν τόνον· πλὴν οὐκ ἀεὶ τὰ πλεονάσαντα· τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττει· οἶδα γὰρ τὸ ἄδορος, ἀγαυρός, ἄσταχυς [25]). Idem in Sch. A. ad Il. XV. 607. ἀφλοισμός ἔνιοι παρὰ τὸ ἀφρισμός, οἱ δὲ παρὰ τὸ φλέω καὶ φλύω φλοισμός καὶ ἐν πλεονασμῷ ἀφλοισμός [26])· διὸ οὐ δεόντως ὁ Τυραννίων προπαροξύνει· cui duae rationes opponuntur, terminatio σμος et pleonasmus. Hoc tamen exemplum minoris est ponderis quia bisyllabum φλοισμός non reperitur. Sed illud sane rationi consentaneum videtur ut accessio vocalis, quae ad significationem

---

24) Sic Pindarum aliquo loco νεῖκος βληχρόν dixisse contendit Epim. I. 95. nec diffidit Schneidewin. Exercitt. Crit. p. 23. alibi contrarium significat v. Koechly ad Quint. II. 182.

25) Errorem a Lehrsio notatum ad Herod. 244. jam in proecdosi (Progr. 1844.) cerrexeram. Cum eo quod de alpha pleonastico dicitur congruit regula de pleonasmo praepositionum ὅταν παρέλκῃ ἡ πρόθεσις οὐ ποιεῖται ἐναλλαγὴν τόνου v. Parall. 196.

26) Huic sententiae favet Apollonius in Lex. utrumque facticiis adnumerans: ἀφλοισμός εἴρηται κατὰ μίμησιν ψόφου et ἔφλυε τῶν πεποιημένων ἡ λέξις atque EM. 796, 32. φλοῖσβος ὠνοματοπεποίηται ἡ λέξις παρὰ τὸ φλέω. Hesychius vero Ἀφλοισμός ἀφρός v. Hermann. ad Orph. Lith. 475.

nihil confert, accentum quoque immutatum relinquat. Et eodem modo fortasse de ἄβυσσός judicavit, cui nonnullos alpha pleonasticum asserere dixi; mihi tamen privativum potius videtur ut nos quoque, quae profundissima sunt, fundo carere dicimus. Neque aliter, puto, de ἀστεροπή et de ἀσταφίς, quanquam Arcadius p. 36. hoc terminationis causa acui scribit ut κροταφίς et similia; quomodo etiam oxytonesis nominis ἀδρυάς, si cum δρυάς compositum est, duplici ratione excusari potest, pleonasmo et charactere; nam quae in ας exeunt per δος declinata, oxytona sunt; sin a δρῦς processit ut δρυάς ipsum et ἁμαδρυάς, alpha copulativum habet ut ἀδελφός. Quae vero canoni illi repugnant, Herodianum arbitror synecdromae imputasse ut ἀμαυρός et ἀφαυρός, quae ex properispomenis μαῦρος et φαῦρος (si modo hoc cognitum habuit v. §. 1.) facta sunt oxytona; sed ἀγαυρός, si Orioni accredimus p. 14, 3. non a γαῦρος arcessivit sed ab ἀγηρός, quod nemo novit v. Proll. 259. Sic certe Epim. I. 85. καθόλου τὰ εἰς υς λήγοντα ἀρσενικὰ[27]) ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεται ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα, πέλεκυς, δίπηχυς καὶ τἄλλα· ταύτῃ οὖν καὶ τὸ ἄσταχυς ἅμα τῷ πλεονασμῷ προπαροξύνεται, quod praecepit Arcadius p. 91. Itaque ἀβληχρός et characteris causa acuitur, qui apparet ex μελιχρός, πενιχρός, βδελυχρός, ἀμυχρός, et quia alpha abundat. Hoc ipsum tamen addubitat Scholiasta Vict. ad l. c. δύναται καὶ ἐν ἐπιτάσει εἶναι, quae dubitatio mihi necessitatem affert de alpha epitatico separatim dicendi, cui notum est quantum Scholiastae et Glossographi indulserint.

§. 4. Vocabulorum quae huc trahunt pars ex integris constat, pars ex corruptis; integra aut verba sunt ἀείδω ἀπὸ τοῦ εἴδω μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α Sch. Il. I. 1. cui refellendo operam non impendam, ἀλαπάζειν μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α Sch. V. 166. quod alii redundare dicunt, et verbi ἀάω inclinamenta varia: Ἀᾶται ἄγαν βλάπτει, Ἀᾶσαι ἄγαν βλάψαι Hes. et ἄατος (ἀατός) ἡ ἄγαν βλαπτική· τὸ γὰρ α

27) Hoc nomen excidit in EM. 158, 20. Nam femininorum multa oxytona sunt ῥυσταχτύς, ὀϊζύς etc.

ἐπίτασίς ἐστιν ὡς τὸ ἀχανές καὶ ἀτενές Sch. Apoll. II. 459. hoc autem verbum sine ullo significationis incremento a primitivo ἄω derivatum est ut a ψίω ψιάω v. Technol. 154. ἀλέγω τὸ ᾱ κατ' ἐπαύξησιν οὐ κατὰ στέρησιν Epim. I. 85, 32. EM. 58, 44. quod alio loco retractabitur[28]). Aut adjectiva sunt: ἀάσχετος, ἀδάκρυτος, ἀκρότητος, quibus nihil efficitur. Nam primum plus valere quam ἄσχετος nullo argumento probari potest; secundum jam olim refutavi ad Aj. p. 278. (p. 299. Ed. Pr.) ἀκρότητα κύμβαλα in Comici versu T. IV. 600. certe non sunt πολυκρότητα sed δυςκρότητα ut ἀκοίμητος ὕπνος Nonn. XVII. 119. πόρτις ἄνυμφος id est Helena Lyc. 102. quae et κακόνυμφος dici potuit et πολύνυμφος ut in Glossa exponitur, eademque ἀκλεής infamis et δυςκλεής atque etiam πολυκλεής famosa, quae diversorum nominum in unam rem convenientia procul dubio scholiastas induxit ut alpha privativo vim tribuerent intentivam. Sed multo major illis copia vocabulorum sic figuratorum ut alpha detracto aut substantivum evadat aut nulla relinquatur dictio effabilis: ἄοκνος πολύοκνος Sch. Trach. 843. ἄβιος, ἄεδνος, ἄξυλος, ἄπυρος, caetera, quibus τὸ ἄγαν et πολὺ significari statuunt, seu quia crediderunt alpha ipsum hanc vim habere seu antiphrasis odorem sequuti[29]). Horum pleraque jam a Valckenario et Doederlino exagitata sunt, quorum memoriam non renovabo. Sed hi quoque vereor ne Grammaticis plus tribuerint quam res et veritas concedat. Doederlinus quidem p. 24. *alpha,* inquit, *intensivum agnovi in adjectivis* ἀγέρωχος, ἀμαιμάκετος, ἄμοτος, ἄπλετος, ἀπέρωπος, ἄσχετος, ἀσύφηλος, ἄσκιος, ἄστονος, ἄτρυτος, ἀχύνετος. Verum horum pars maxima tam impenetrabili quasi

28) Hesychius Λύσσεται μαίνεται falsa fortasse scriptura deceptus falsamque verbi ἀλύσσειν interpretationem sequutus de qua dictum est in Techn. 101. et 245.

29) Sic Erotianus Ἀσήμοις τόποις τοῖς πολυσήμοις κατ' ἀντίφρασιν, quod non convenit locis a Foesio citatis; Schol. Il. XIV. 465. ἀστράγαλος κατ' ἀντίφρασιν· πολύστρεπτος γάρ. EM. 177, 41. ἄφλαστον κατ' ἀντίφρασιν τὸ εὔθλαστον, pro quo Sch. Lyc. 26. κατ' εὐφημισμὸν substituit.

robigine obducta est ut origo non dicam demonstrari sed vix probabiliter conjectari possit. Quare insistam notioribus, quorum non amplius sunt quinque. Primum ἄσχετος non τὸ ἀκατάσχετον significare sed λίαν σχέτλιον nescio quo argumento affirmatum sit. Nec video cur labor infinitus et inexsuperabilis dici non possit ἄτρυτος, quum idem dicatur πόνος ἀτειρής. Ἄσκιος vir eruditus contendit a Pindaro positum esse pro πολύσκιος. Sed illo loco scholl. et codd. nonnulli δάσκιος praebent quod Hermannus ascivit in Diss. de Pind. Nem. VI. p. 7. ac si poeta montes Phliasios ἀσκίους nominavit, tamen necesse non est umbrosos vel adeo umbrosissimos intelligi; nam multi sunt montes nullis arboribus vestiti hodieque nonnulli nominantur *Montes calvi Kahlenberge, Chaumont*, et jam olim πάντα τὰ ἐψιλωμένα ὄρη ἐλέγετο Φαλάκραι Steph. s. h. v. ἀφύλλωτον πέτραν ἄδενδρον Σοφοκλῆς Hes. Si vero illi silva incaedua obsiti fuere, vel sic ἄσκιοι vocari potuerunt, quia sine luce umbra nulla est, τὸ γὰρ σκότος σκίαν οὐκ ἔχει Clem. Strom. V. 568. A. quare sublustria lumina, quae luna nascens spargit, Tryphiodorus ἄσκιον ἀχλύν vocat v. 517. Sic etiam dici potuit Ἄσκιος ἡ δασεῖα ὕλη Hes. nisi consueto errore delta omissum est; nam δάσκιος ὕλη legitur apud Homerum, Quintum I. 536. et alios. Pro ἄστονος in Aeschyli loco nunc e codd. repositum est ναύστολος. Ἀχύνετον ὕδωρ, quod Schol. Nic. Al. 174. πολύχυτον interpretatur et Schol. Apoll. cum νήχυτον confert, non plus dicit quam χυτὴ θάλασσα Anth. VI. 66.[30]) et ἁλὸς χύσις Oppian. Hal. IV. 338. ut latine quoque *fusus* dicitur pro diffusus et late fusus. Itaque, quoniam χυνετός indictum est, ἀχύνετος alpha formativum habere statuimus, non intentivum ut illis videtur, nec pleonasticum. Nunc illa ad partes vocabo quae Buttmannus Gramm. II. 467. tanquam certissima literae intentivae documenta proponit ἀκηδής, ἀσπερχής, ἀσκελής, ἀτενής, ἀχανής. Horum primum nus-

30) Hic Paullus Silent. celebrat σπόγγον ἁλὸς βλάστημα χυτῆς λειμῶνα θαλάσσης, sicut poetae latini herbas pratenses *prata* vocant. In Alciphr. I. Ep. II. σπόγγους καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἔρια ἃ φύεται ἐν Εὐρυνόμης εἰς λῆμνον scribendum videtur ἐν Εὐρυνόμης λειμῶνι.

quam positum est pro *πολυκηδής* sed huc refertur quia *ἀκήδεια* hunc intellectum habere videtur in Apoll. III. 298. ubi Medea amore recens concepto aestuans nunc exalbescit nunc erubescit *ἀκηδείῃσι νόοιο*[31]). Verum tamen hoc tempore illa non est anxia sed omnium rerum praeter amorem incuriosa et oblita, sic ut *ἀκηδής* dici potuerit quemadmodum amor ipse a Theocrito vocatur *ἀφρόντιστος* id est expers rationis et inconsultus, quod Schol. falso accepit *ὁ ἄγαν φροντίζων* v. Adn. ad Aj. v. 355. neque ob aliam causam *ἀκηδία* a Glossographis exponitur *λύπη* et *ἀκηδιᾶν* animum despondere[32]). Cetera vero unius sunt generis; nam a *χαίνω*, *τείνω*, *σκέλλω*, *σπέρχω* adjectiva in *ης* exeuntia fingi non potuerunt nisi accedente vel praepositione *διαχανής*, *ἐκτενής*, *περισπερχής*, vel alia parte orationis *πολυχανής*, *εὐτενής* v. Parall. 158 sq.[33]) quarum ubi nulla conveniebat, decursum est ad praepositionem loquelarem *α*, quae quia per se nihil significat, ideo ad formandum aptissima est. *Ἀσπερχής* majorem vim habere quam *σπερχνός* et *ἀτενές* fortius esse quam *ἐντενές* *intente* nemo convincet; ac si ita esset, tamen id non propria quadam literae alpha virtute effectum crederemus sed sola nativae vocis immutatione, qua persaepe significatio alio deflectitur. Eadem ratione explanantur, quae veteres suggerunt: *παρὰ τὸ ἕλλω ἑλλής καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀελλής* EM. 19, 54.[34]) quod Eustathius 641, 63. alpha copulativum dicit sed neuter recte, nam *ἀελλής* vel ab *ἀέλλω* derivatum est v. Techn. 113. 117. vel ab *ἕλλω* (*εἰλῶ*) alpha concinnitatis causa adjuncto, quia a verbis adjectiva in *ης* ducere simplicia licentiosum est. Item *ἄτλας ὁ πάνυ καρτερικός*

31) In eadem verba exit Empedoclis versus 417. *ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο* hoc est per incogitantiam. Huic autem proxima est inopia consilii, quae desperantes eo adducit ut omnium rerum curam et cogitationem abjiciant.

32) Hesychius *Ἀλυχή ἀδημονία ἀκηδία ἄση*, *Ἀσήκορος ἀκηδιαστής*.

33) *Σπερχής* quod p. 163. memoravi, ab Eustathio rejici dixi in Addend. ad h. l.

34) Quod continuo sequitur *ἐξ οὗ τὸ ἀολλίζω*, pertinet ad partem amissam, quam Zonaras p. 231. servavit, *ἀελλής καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς ο ἀολλής*.

EM. 141, 55. cui quae accessit litera deest synonymo τελαμών· *signa quae mutulos sustinent, nostri telamones vocant, Graeci* ἄτλαντας Vitruv. VI. 10 (7), 6. ab eodem utrumque verbo quo ὄτλος et ὀτλήμων[35]). Ἀκραγγὲς παιδίον τὸ ἀεὶ κλαῖον καὶ ὀξύχολον EM. aut idem declarat quod κραυγαστικόν assumto alpha ad conformationem vocis necessario, vel δυςβάϋκτον *improbe clamosum*; gryphas κύνες ἀκραγεῖς Aeschylus dixisse videtur *mutos* ut distingueret a canibus latrantibus. Sic enim poetae audacius translata explanare solent apposito ejusmodi epitheto, quod rei, unde translata sunt, disconvenit, ut arcus vocatur φόρμιγξ ἄχορδος, mulier atrox δίπους λέαινα, apis ὄφις πτερωτή, fumus ἄπτερος ὄρνις et alia oxymora v. Aglaoph. 839. Wernick. ad Tryph. p. 133. Meinek. Hist. Com. 518.[36]) His ante oculos positis pro se quisque expendat alpha intentivum quam lubrico in fundamento locatum sit.

§. 5. Ab illo igitur alpha quod pleonasticum dicimus vel euphonicum, quia simplicem vocis naturam pleniore sono circumlinit ceteroqui otiosum ut ἄσταχυς etc. distinguimus formativum quod vocabulis concinne formandis necessarium est ut ἀχανής, et ab utroque tertium quoddam, quo itidem ut privativo et copulativo vis vocis subjectae commutatur. Huic vero subjicimus duas species, ablativam sive disjunctivam praepositioni ἀπό non absimilem, et eam quam paremphaticam dicere cogor quia non unam certam significationem habet unde denominari possit sed multas variasque. Illius vim mihi agnoscere videor in verbis ἀμβροτεῖν, ἀβροτάζειν et ἀμαρτεῖν, quorum principium est μείρω ejusque inclinamenta ἔμμορα et εἵμαρται. Hinc proficiscuntur μοῖρα, μόρος, μορτή ἡ μερίς, ἐπίμορτος partiarius, μορτός sive βροτός mortalis, εἱμαρτός pro μαρτός. Quibus omnibus communis est significatio partis, sortis

35) Indidem fortasse ἄντλος labor et ἀντλία machina aerumnosa a τλῆναι tolerare, tollere, unde tollenno; Vossius ad Fest. tullios quoque hinc nominatos censet quod aquam sursum tollant.

36) Cantus vocatur νέκταρ ἐγκωμίων Anth. VII. n. 29. πόμα ἀοίδιμον Pind. Nem. III. 136. λίθος μουσαῖος VIII. 80. οὖρος εὐκλεής VI. 49.

fatique, et porro duo syntheta, unum ἀμορτεῖν[37]) pro quo ἀμβροτεῖν et ἀβροτάζειν receptum est, alterum ἁμαρτεῖν. Haec si ex etymo suo judicentur, nihil differunt ab ἀμοιρεῖν, ἀποτυχεῖν, nam τύχη et μοῖρα synonyma sunt; sed proprie dicuntur de iis qui vel jaculantes non collineant vel iter facientes a proposito aberrant; dehinc transferuntur ad alias a recto debitoque aberrationes; quo in significatu fixa sunt ἁμαρτεῖν, ἁμαρτάς, ἐφαμαρτάς, νημερτής. Ab eadem viae similitudine ductum est germanicum verbum *sich vergehn* hoc est peccare, graecum ἀλιτεῖν, cujus origo est ab ἄλη, ἀλᾶσθαι, et origini conveniens significatio ἀλιτῆσαι ἀταρποῦ Orph. Arg. 647. Quin etiam ἀμπλακεῖν nihil aliud est quam ἀποπλάζεσθαι deerrare; et hoc proprio intellectu Sophocles dixisse videtur ἀναμπλάκητος pro ἀπλάνητος ἢ οὐκ ἀποπλανώμενος· tum pro delinquere ponitur id est ἁμαρτάνειν φρενῶν Eurip. His continuo subjungam verbum ἀμείρω, cujus pars primaria est μείρω sive μείρομαι duas complectens significationes: Μείρεται στέρεται κληροῦται μερίζεται Hes. Ὅμηρος τὸ μείρεσθαι οὐκ ἐπὶ τοῦ στέρεσθαι τίθησιν ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μερίζεσθαι Schol. Il. VII. 127. Sed istius quoque significationis exemplum affert Hesychius Μερθεῖσα στερηθεῖσα, nec repugnat alteri; nam partiendo res conjunctae separantur, a separatione autem non longe distat privatio, eandemque vim habent particulae privationis et separationis: ἀκηδής securus, ἀκάρδιος socors. Cum μείρω igitur compositum dico ἀμείρω et ἀμέρδω, cujus alpha non privativum est ut EM. 118, 9. sumit, nam hoc cum verbis barytonis non componitur[38]), neque

37) Ἔμορτεν ἀπέθανε Hes. mendose pro ἤμορτεν id est τοῦ ζῆν ἥμαρτε. Νηδύος ὄγκον ἄμβροτον Anth. VI. 201. Meinekius Delect. 182. de abortu accipit, nam ἄμβροτος idem esse quod ἁμαρτητός, ἁμαρτωλός *frustratus*, nec differre ab ἀβροτήμων. Huc convenit ἄβροτον, quod in Anecd. Bekk. 322. exponitur ἄψυχον, ἀσθενές. Talia autem sunt τὰ ἀμβλωθρίδια, quae nostrates vocant *Fehlgeburten*. Heckerus tamen de Anthol. 123. ἄμβροτος sic ut vulgo solet accipiendum putat.

38) Schol. Il. XV. 10. ἀπινύσσω βαρύνεται ὡς ἀμείρω. Verum ἀπινύσσω non cum πινύσσω copulatum sed parasyntheton est prisci usus ab adjectivo imaginario ἄπινυς ἀπίνυτος declinatum ut ab ἀήθης ἀηθέσσω.

etiam, ut Eustathio videtur 1766, 53. pleonasticum, sed praepositionis ἀπό vices sustinet; unde sequitur ἀμείρω proprie idem valere quod ἀπομερίζω, ἀποδαίομαι, divido, sed idem per consequentiam dici potuit pro ἀφαιρῶ viduo sive privo [39]). Hinc novum accessit incrementum. Epim. Cram. I. 81. παρὰ τὸ μείρω ἀμέρσαι τὸ ἄμοιρον ποιῆσαι· τὸ δὲ ἀπαμέρσαι ἐπιτεταμένην ἔχει τὴν πρόθεσιν ὡς τὸ ἐξαφελέσθαι. Similiora sunt ἀφαμαρτεῖν, ἀπαμπλακεῖν, ἀπαμελεῖν, ἀπατιμᾷν, cui praepositio non vacanter addita est ut in Schol. Il. XIII. 113. dicitur, sed negationi addit notionem ademtionis. Cum ἀμβροτεῖν, ἀπλακεῖν, ἀμείρειν, componi potest nomen ἀτραπός, siquidem id non viam ἄτρεπτον, ut plerique veterum volunt, significat neque πολύτροπον κατ' ἐπίτασιν τοῦ α ut EM. sed callem deviam et ἀποτετραμμένην id est diversam a via publica quae facilior et planior sed minus directa esse solet. Vinum quidem non prelo elisum sed sponte profluens dupliciter appellatur ἀτραπὸς οἶνος καὶ ἀπότροπος· τραπεῖν γὰρ τὸ πατῆσαι EM. 162, 25. Hinc in sermonem incurrit adjectivum homericum ἄπτερος quo interpretes certissimi τὸν οὐ πτερωτόν *impennatum* sive involucrem significari censent, argutiores quidam contrarium *volaticum* [40]) alpha intentivum esse rati, vel ἀποπετόμενον vel etiam ἰσόπτερον. Iisdem fluctibus jactantur adverbii explicatores in EM. 133, 34. ἀπτερέως αἰφνιδίως· Ἔστιν ἀπωτέρω ἀπτέρω· οὕτως Ἡρωδιανός· Ἔστι ταχέως, ἑτοίμως, ἀφροντίστως· οἱ δὲ ἀπροθύμως, ἐλαφρῶς, ἡδέως· ἔνιοι δὲ ἠμελημένως, quo in loco improbe detruncato tres sententiae proponi videntur; prima

---

39) Prorsus diversum est ἀμέρδειν τὸ ἀμαυροῦν, quod Grammatici temere immiscent Techn. 75. nec simile ἀμέργειν destringere, etsi hoc quoque pro ἀφαιρεῖν dicitur.

40) Hoc jure rejicit Wernickius ad Tryph. v. 85. Ἀπτέρῳ τάχει, quod Pollux IX. 152. cum ὡς τάχιστα, ἐν τάχει conjungit tanquam synonymon, poeta aliquis de homine vel deo dixisse videtur qui celerrime *tanquam* ales incederet sicut Furiae nulla alarum ope adjutae terras mariaque permeant ἀπτέροις ποτήμασι et columnae quaedam alio translatae in suum locum remigrant ἀπτέρως ἀπέζοις ἴχνεσι Lycophr. 622. ubi alpha privativum perspicue apparet.

ἔστιν ἀπόπτερος καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄπτερος ὁ ῥᾳδίως ἀποπετόμενος, altera ἀγάπτερος κατὰ συγκ. ἄπτερος, quicum concinit Hesychius Ἀγαπτερέως ταχέως. Tertia a syncope sejuncta ἀπὸ τοῦ πτερόν πτερεός (ὡς στερεός) καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀπτέρεος ὁ ταχύπτερος, ὅθεν τὸ ἐπίῤῥημα ἀπτερέως, cui alii epsilon pleonasticum assignant v. Diss. III. c. II. §. 2. Hujus varia illa interpretamenta ad unam celeritatis notionem revocari possunt; nam qui celeriter agit, idem modo alacriter agit et libenter, modo leviter, festinanter incurioseque (ἐλαφρῶς, ἠμελημένως, ἀπροθύμως, quod Karsten. ad Parm. p. 62. in προθύμως mutandum putavit). Horum igitur auctores alpha intentivum tuiti sunt et hoc modo usus est Parmenides v. 15. ὀχῆα ὦσαι ἀπτερέως id est promte, et Eudocia ἔρχομαι ἀπτερέως id est celeriter, cui Jacobsius tamen ad Anth. p. 479. εὐπτερέως substitui vult quamvis ignotum; in Apoll. IV. 1764. ubi de Argonautarum reditu et itineris fine loquitur κεῖθεν δ' ἀπτερέως διὰ μυρίον οἶδμα λιπόντες Αἰγίνης ἀκτῇσιν ἐπέσχεθον, Scholiasta τάχιστα interpretatur, Wernickius ad Tryph. v. 85. convenienter homerico epitheto *tarde*, uterque apte ad sententiam; nam in extrema profectionis parte alacritas eundi modo incenditur, modo defervescit; alius forsitan ἀσπασίως scriptum malit. Ad ablativam significationem propendet verbum Ἀπτερύσσεται πέτεται Hes. et quod in Arat. 1008. vulgatum est καὶ ὑπότροποι ἀπτερύονται. Vossius hic ex aliquot codd. αὖ πτερύονται recepit, sed πτερύομαι non solum aeque ignorabile est ut ἀπτερύομαι, tum etiam ab analogia laborat; namque non ab omni genere nominum talia proficisci solent sed ab iis modo quae in υς et υ exeunt, γηρύω, μεθύω, ἀλύω etc. v. Techn. 206. et receptum tuetur graecus interpres: τὸ α προςέθηκε διὰ τὸ μέτρον, pro quo sic potius dixerim, quomodo Homerus pro ἐξαφύσσοντες coactus est dicere ἐξαφύοντες, sic Aratum pro ἀπτερύσσονται usurpasse ἀπτερύονται et hunc esse paraschematismum usitati ἀποπέτεσθαι, nec procul distare ἀναπτερυγίζειν. Illud quidem jam veteres testati sunt magistri, praepositionem plenam saepe succedere loquelari: ἀπότριχες οἱ ἄνηβοι τῆς

ἀπό προθέσεως ἀντὶ τῆς στερήσεως κειμένης ὡς ἐν τῷ ἀποκηδήσαντε ἀντὶ τοῦ ἀκηδήσαντε καὶ ἀπότιμον ἔθεντο ἀντὶ τοῦ ἄτιμον EM. 131, 28. — Ad alteram speciem quae pertinent, vocalem paremphaticam habent. Cujus apud veteres aliquampiam fuisse suspicionem apparet ex eo quod ad Il. XI. 184. ἔχε δὲ στεροπὴν μετὰ χερσὶν adnotatum legimus: Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ α ἀστεροπήν, et denuo ἀστεροπὴν λέγει οὐ τὴν ἀποτελουμένην ἀστραπὴν ἀλλὰ τὸ ὄργανον. Ac verum est Homerum duobus in locis ἀστεροπήν vocare telum trisulcum Jovis, *den Donnerkeil*, fulgorem vero saepius στεροπήν, nec unquam contra fieri quin libri dissentiant. Interim Muetzellius de Theog. 223. ampliorem vocem illo loco positam censet non distinctionis causa sed ut majores nervos haberet versus clausula. A ποίνη processit τὰ ἄποινα, cujus vis circumscriptior est. A λέγω profectum est ἀλέγω significationis discrimine neque nullo neque tanto ut commutari non possint. In Marcelli Epigr. App. n. 50. v. 6. ἐν ἀθανάτοις ἀλέγονται fuerunt qui ἀθανάτοισι λέγονται corrigerent; sed vulgatum recte defendit Jacobsius Pindari exemplo ἐν τοῖςδε Κάδμος καὶ Πηλεὺς ἀλέγονται hoc est nominantur vel numerantur, quo intellectu Homerus verbo λέγειν utitur, Aeschylus adverbio ἡμερολεγδόν, ἀλέγειν autem et derivata ad eam deflexit significationem quam paronymon λογίζεσθαι habet nec ultra praesens declinavit[41]). Veteres tamen de hoc verbo aliter statuunt: ἀλέγω παρὰ τὸ λέγω μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α EM. 58, 43. τὸ α νῦν κατ' ἐπαύξησίν ἐστιν οὐ κατὰ στέρησιν παρὰ τὸ λέγω τὸ φροντίζω Epim. I. 85. ἀλέγουσιν ἀντὶ τοῦ συλλέγουσι· δηλοῖ γὰρ τὸ α τὸ ὁμοῦ Sch. Od. VI. 268. nec confido fore ut de superioribus omnes mecum consentiant. Sed esse tamen nonnullas voces, quarum alpha

---

41) Contrariam negligendi significationem habet simile verbum in Musaei Fr. XXVIII. 85. αἰετὸς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει et Ἀλγύνει (ἀλεγύνει) ἀφανίζει, sed pro illo in Plut. Mar. c. 36. scriptum est ἀλυβάζει, cui prope accedunt Ἀλιβδύειν ἀφανίζειν EM. et Ἀλεάζειν ἀφανίζειν Hes. atque sic illud quod de aquila dicitur convenit cum Horapoll. II. 99. p. 140. ἱέραξ τίκτων τρία ᾠὰ τὸ ἓν μόνον ἐπιλέγεται, τὰ δ' ἄλλα δύο κλᾷ.

neque nihil significet neque privativum aut copulativum dici possit, vix erit qui addubitet. Ac nescio an huic numero adscribi possint sonorum naturalium imitamenta, quorum genus universum tam flexibile est quam vocis ipsius modulamina. Ita canes hirrientes non solum *ῥάζειν* et *ῥύζειν* dicuntur sed etiam *ἀράζειν* sive *ἀῤῥάζειν* v. Jacobs. ad Aelian. p. 200. et *ἀραρίζειν*, non vano literarum complemento sed prout soni ipsi exaudiuntur. Fragorem exprimunt *ῥήσσειν*, *ῥάσσειν* et *ἀράσσειν* tam tenui separata intervallo ut glossematum scriptores unum alteri interpretandi causa adhibeant: *Προςαρασσόμενον προςῥησσόμενον*, *Ρακτηρίοις ἀπὸ τοῦ ἀράσσω* Hes. *τὸ ἐπιῤῥήσσειν οἱ μεθ' Ὅμηρον καταῤῥήσσειν καὶ καταράσσειν φασίν* Eust. 1358, 32. quod Pollux dicit *πρὸς τὸ ἔδαφος ῥῆξαι* IX. 105. et sic saepe a scriptoribus antiquis, saepissime autem a librariis commutantur [42]).

§. 6. Alpha copulativi vim primus notavit Plato nomine tacito Crat. 405. C. *τὸ ᾱ σημαίνει τὸ ὁμοῦ ὥςπερ τὸ ἀκόλουθος καὶ ἄκοιτις*. Horum vero exemplorum impugnatur utrumque. Primum in Lex. de Spir. 213. *τὸ ᾱ σημαίνει τὸ ὀπίσω ὡς τὸ ἀκόλουθος ὀπισθοκέλευθος*, idque in EM. p. 168, 44. p. 171, 43. Schol. BL. ad Il. VII. 413. cum *αὐέρυσαν* sive *αὖ ἔρυσαν* confertur quod illi *ὀπίσω εἵλκυσαν* interpretantur, hoc *αὖ* autem ex *ἄψ* factum esse demto psi additoque y psilo. Sed haec est importuna atque audax opinatio nec digna cui postponatur nominis interpretatio platonica; *αὐερύειν*, ut nunc scribitur, nihil aliud est quam *ἀνερύειν* sive *ἀναῤῥύειν*, quod EM. 92, 56. recte interpretatur *ἐπὶ τὰ ἄνω τρέπειν* sicut Sophocles dixit Aj. 298. *ἄνω*

---

42) *Ὁ βορέας τὰς ναῦς ταῖς Σηπιάσι προςῥάξας* Paus. VIII. 27, 9. *Δημοχάρης τὰς ναῦς ἐς πέτρας συνήῤῥαξε* Appian. Civ. V. 83. etc. v. ad Aj. p. 191. De multiplici librorum dissensione dixerunt Corais ad Heliod. p. 35. Jacobs. ad Achill. p. 821. ad Philostr. 460. ad Aelian. 418. fin. Popp. ad Thuc. VII. 6. cf. adn. ad Buttm. 286. Cognata sunt *Ραβάττειν τύπτειν καὶ ψόφον ποιεῖν καὶ ἀράσσειν τοῖς ποσὶ καὶ ῥάσσειν* et *Ἀῤῥαβάσσειν ὀρχεῖσθαι* Hes. *Ράττει ἐπιφώνημα χαιρόντων καὶ ὑπορχουμένων* Phot. De interjectionibus huc referri possunt *παπαῖ* et *ἀπαππαί*.

τρέπων ἔσφαξε cf. Lehrs. Quaest. 277. Alterum majore impetu aggreditur Porphyrius Quaest. c. 28. qui alpha copulativum omnino nullum esse in rerum natura pertendit; nam nec ἄξυλος ὕλην dici τὴν ὁμόξυλον, nec ἄλοχος et ἄκοιτις cum eo composita esse sed proprie significare τὰς κουριδίας, παρὰ τὸ ἑτέρου λέχους καὶ κοίτης μὴ μετασχεῖν. Quàm levis vero haec sit reclamatio manifestum faciunt adjectiva ὁμολεχής, ὁμόκοιτος, σύγκοιτος, quae ab ἄλοχος et ἄκοιτις nihil admodum differunt. Neque alia in vulgus recepta est sententia: Ἀείρω τὸ ὁμοῦ εἴρω Sch. Il. V. 486. eademque opinione ductus Spitznerus XV. 680. ἵππους συναείρεται pro συνείρεται dictum censet, Matthiae vero §. 168. a. p. 382. σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι verbi εἴρω imperfectum esse putat extrinsecus auctum. Mihi utroque loco unum ἀείρειν inesse videtur, cui connectendi et coaptandi (ut hoc utar) significationem tribui posse ostendit affine ἀραρίσκω. Plura complectitur Schol. Od. III. 268. ἀλέγουσι συλλέγουσι· τὸ γὰρ α δηλοῖ τὸ ὁμοῦ ὡς ἐπὶ τοῦ ἀκόλουθος ὁ ὁμοκέλευθος καὶ ἄλοχος καὶ ἄκοιτις et Schol. Thucyd. VII. 78. ἄπεδον ὁμόπεδον ὡς ἄλοχος ἡ ὁμόλεχος. Schol. Od. III. 412. ἀολλής ἐκ τοῦ ὁμοῦ καὶ εἰλῶ, sed hoc ipsum verbum aliquando alpha vocali auctum esse supra significatum est. Argutius Apollonius in principio lexici triplicem hujus particulae differentiam constituit: τὸ ὁμοῦ οἷον ἀδελφός, τὸ ἴσον καὶ ὅμοιον ὡς ἄλοχος καὶ ἄκοιτις, τὸ σύν ἐν τῷ ἀβόλησε ἀντὶ τοῦ συνέτυχε. Haec ad duas species rediguntur in Gloss. Apionis p. 601. qui ἀδελφός, ἀκόλουθος, ἄλοχος primo generi subjicit, quo etiam ἀβολεῖν referendum erat cum derivatis [43]), alteri vero ἀτάλαντος. Sed si verum quaerimus, notiones ἑνότητος, μονότητος, ὁμοιότητος, ἰσότητος et inter se et cum adverbio ὁμοῦ ita connexae et continuatae sunt ut commode unius vocis angustiis includi potuerint. Primum nominum εἷς et μόνος quanta sit vicinitas monstrat Hesio-

---

43) Ἀβλητήρ et ἀβολήτωρ ὁ μάρτυς, proprie ὁ συμπαρών v. Diss. II. P. I. c. 4. §. 1. ἤβολον ἦμαρ dies festus quo multi conveniunt, ἠβολεῖν pro ἀργεῖν feriari et praefixa ejusdem potestatis praepositione συνηβολεῖν i. q. συμβολεῖν et συνηβολίη.

dus Opp. 11. οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, quod Moschopulus adnotat poetice dictum esse ἀντὶ τοῦ ἕν, et Pind. P. IX. 145. ἐν μόναις ὠδῖσι pro μιᾷ ὠδῖνι Schol. nec minus ex aequalitate nominum ἑνάς et μονάς, et e compositis; nam ἐνίγυιος dicitur et μονόγληνος *unoculus* et *monoculus*. Cum εἷς, μία convenit ἴος, ἴα quod Hesychius μόνη καὶ αὕτη (αὐτή) interpretatur, sed pro ὁμός dicitur in syntheto ἰογάστριος quod Zenodotus edidit Il. XXI. 95. ab ἴος autem Apollonius Pron. 71. A. οἶος ortum dicit κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, unde verbum Οἰώθη ἐμονώθη Schol. Il. VI. 1. et syntheta οἰέανος μονοχίτων, οἰόκερως μονόκερως *unicornis*, assumtaque consona οἰνός καὶ οἰνή παρὰ τοῖς Ἴωσι μονάς Poll. *unio*, *uncia* [44]), ex hoc autem verbum Οἰνάζειν μονάζειν. Praeter οἰέτης sive ὀέτης, quod non anniculum sive ἐνάετον significat sed τὸν ἰσοετῆ sive ὁμοετῆ, invenimus etiam ἀετής et αὐετής v. Diss. II. P. II. c. 1. §. 4. utrumque idem significans quod αὐτοετής et ab eadem stirpe quae obscure apparet in Ἀάθι αὐτόθι Cyrill. Tittm. p. XCVII. et in homerico αὖθι, ipsoque pronomine αὐτός unde αὐτόθι. Hoc autem successit obsoleto ἵ, a quo adjectiva ἴος et οἶος repetuntur Apoll. l. c. Illud ἵ per se constat, alpha vero copulativum tantummodo e derivatis cognoscitur, primum ex adverbiis ἅμα *simul una*, et ἅπαξ *semel* quod ex ἁμάκις contractum est Parall. 131. tum ex adjectivo ἅπας, quod compositum quidem est nec tamen sic ut in EM. 655, 16. traditur τὸ ἅπας Ἡρωδιανὸς βούλεται ἐκ τοῦ ἅμα πᾶς εἶναι ἐν συγκοπῇ. Περὶ παθῶν, sed cum alpha inseparabili, cujus locum obtinet praepositio copulativa in σύμπας sicut ἄκοιτις, ἀλέκτωρ et ἄλοχος synonyma habent σύγκοιτος, ὁμόκοιτος, ὁμόλεκτρος. Idem quod ἅμα valet alpha in ἀθρόος

44) Ἰγγία εἰς Πάφιοι Hes. Librarii nonnunquam pro numerali posuerunt alpha ut ἀκληΐδα pro μίαν κληΐδα, quod in Hippocratis editione Kuehniana T. I. 299. religiose asservatum est; et saepius pro ordinali hujus numeri ἀβεστιάριος pro πρωτοβεστιάριος v. Albert. ad Hesych. s. Ἀσήκορος, et ἀσπαθάριος v. Hase ad Leon. Diac. p. 512. cf. Bast. ad Gregor. 850. similiterque στάγιον pro ἑξάγιον, quia στ est nota numeri senarii. Κόρη πρωτογόνη, cujus aram Pausanias memorat, eadem est quae ab Apollonio μουνογένεια appellatur.

confertus et in compositis Ἀδρυάς Dryas, Ἄδρυα μῆλα, Ἀμάδρυα κοκκύμηλα Hes. sed μονότητα significat in Ἄδρυα τὰ μονόξυλα lintres monoxylae quae eadem dicuntur αὐτόξυλα, ut saepe τὸ αὐτός εἰς τὸ μόνος μεταλαμβάνεται Apoll. l. c. idemque Hesychius et Proculus ad Hes. Opp. 425. αὐτόγυον ἄροτρον interpretantur μονόβολον. Eandem simplicitatis notionem alpha impertit multiplicativorum primo, de quo errat Epim. I. 331. EM. 123, 1. ὥςπερ παρὰ τὸ δύο καὶ πέλω γίνεται διπλοῦς, οὕτω παρὰ τὸ ἄλφα τὸ σημαῖνον τὸ ἓν καὶ τὸ πέλω γίνεται ἁπλοῦν τὸ ἓν πέλον, sed errorem retractat Choeroboscus Can. I. 245. διπλοῦς τριπλοῦς οὐκ εἰσὶ σύνθετα ἀλλ' ἁπλᾶ παράγωγα, idque non solum motione (ἁπλῆ) probatur sed etiam eo quod Attici cardinalia in compositione incorrupta servant πεντέπους, ὀκτώπους, mutant vero in simplicibus πενταπλάσιος, ὀκταπλάσιος. Hinc autem derivata sunt vestium nomina ἁπλοΐς et ἁπληγίς, quibus Salmasius ad Vopisc. Aurel. c. 46. apponit syntheton ἄβολος χλαῖνα Arrian.[45]) latinumque *singilio* v. Ducang. praeeunte Polluce qui laenarum nomina ἁπλοΐδες, ἁπληγίδες, διπληγίδες et δίβολοι conjuncte affert. Denique, ne quod praetereatur particulae multijugae deverticulum, ab eodem principio profectum videtur pronomen ἀμός sive ἁμός Sch. Od. I. 10. unde composita sunt adverbia ἀμηγέπη καθ' ἕνα τινὰ τρόπον· ἀμός γὰρ τὸ τίς κατὰ γλῶσσαν Thom. M. ἀμωςγέπως κατά τινα τρόπον Apoll. Adv. 566, 4. etc. Nam ut in nostra lingua aliisque cardinalium primum et pronomen indefinitum eandem gerunt speciem et *unus* quoque interdum ponitur pro *aliquis*, εἷς pro τίς v. Heinrich. ad Mus. v. 14. Boisson. ad Eunap. 345. Jacobs. ad Achill. Tat. 398. ita fieri potuit ut ab adverbio unitatis produceretur pronomen infinitum. Hae si recte subductae sunt rationes, nihil opus est duas constituere alpha copulativi species, quas Theodosius imaginatur in

---

45) *Assus*, quod idem ad Capit. Max. XII. 36. sic ut ξηρός pro solus μόνος dici probat, Menagius Orig. Ling. Gall. p. 53. ad nomen unitatis *as* refert, hoc vero ille ad Vop. Proc. p. 760. b. T. II. ex dorico αἷς sive ἄς ortum statuit. Hujus testis comparet nullus.

Bekkeri adnott. ad Synt. 352. et EM. 141, 53. Is enim septem enumerans τοῦ α significationes tertio loco collocat τὸ ὁμοῦ, sexto ἄθροισιν. Et pneumatologus ille l. c. commemoratis ceteris ὁμοῦ, ἴσον etc. addit εἰ δὲ ἄθροισιν σημαίνει, δασύνεται οἷον ἅπας. Id universe praecipit EM. 25, 54. cum aliis τὸ ἀθροιστικὸν α δασύνεται, neque repugnant substantiva a Porsono ad Schol. Od. I. 26. opposita ἄλοχος et ἀδελφός, nam haec et cetera ἄκοιτις, ἀγάστορες, ἀγάλακτες non ἀθροισμὸν significant sed singulas personas[46]). Alpha congregativi exempla duo affert Choeroboscus Can. 266, 10. ἀθρόον ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ et ἅπας, quod solum novit Schol. ad Apoll. Synt. 387. μονῆρες τὸ ἅπας· εἴτε γὰρ τὸ πᾶς φήσομεν ἐντελές, οὐδέποτε πλεονασμὸς δασυντικός, εἴτε τὸ ἅπας, οὐδέποτε δασὺ ἀφαιρεῖται· sed geminum addit EM. 655, 20. τὸ α δασύνεται ἕνεκεν ἐμφάσεως ἐν τῷ ἅθρους· οὐκ ἄρα κεκώλυται τὸ ἅπας-περὶ παθῶν. Hic ἅπας sine dubio eadem ratione qua ἅμα aspirari putavit, ἀθρόος autem magis diastolae causa quam significat Choeroboscus l. c. ἀθρόον ἀντὶ τοῦ ἐξαίφνης ψιλοῦται et ab hoc Herodianus Il. XII. 391. distinguere videtur adjectivum aspiratum quum vocales ante θρ spiritum lenem habere dicit ὑπεσταλμένου τοῦ ἄθρους πρὸς διάφορον σημαινόμενον. Sed sine dubio unum solum extat ἀθρόος quamvis variante accentu et spiritu etiam in derivatis ἀθροίζω, ἐπαθροίζω, quae improbant Critici v. Meinek. Delect. 136. Sic etiam Hamadryadum nomen apud Nonnum ter quaterque scriptum est Ἀδρυάδες v. Unger. Paradox. Theb. 440. qui in Propertii loco pro *Adriacis* sive *Hadriacis* non *Adriasin* sive *Hadriasin*, ut plerique, sed *Hydriasin* scribendum esse docuit in Anall. Prop. p. 27. Aspiratio nominis convenit regulae Schol. Dion. p. 716. τὸ στερητικὸν α ψιλοῦται, τὸ δὲ ἀθροιστικὸν δασύνεται, ὅθεν καὶ ἅλυσις. Sed hujus quoque spiritus incertus et origo in occulto est, nec patescit e compositis μονάλυσις[47]) αὐτόλυσις et ἀλυκτοπέδη. Ceterum

46) Homerus etymologiae grammaticae ignarus Medontem Oilei filium e pellice natum Αἴαντος ἀδελφεόν vocat Il. XIII. 695.

47) Idem significare videtur οἰοπέδη, quod Lexicographi cum οἶς compositum putant. Simplici spiritum asperum assignat Schol. Il.

alpha ante delta aspirari dicitur v. Lehrs. ad Herod. 261. Argutiarum captatores Apollinis epitheton ἀφήτωρ hoc est ἀφέτης sive ἰαφέτης interpretati sunt ὑποφήτορα, idque cupidius amplexi scriptores quidam finxerunt nomina ab Hesychio custodita Ἀφητορεία μαντεία, Συμφήτωρ μάντις. Verum jam satis apparet quanta sit rerum, quas in hoc tractavi sermone, implicatio et cohaerentia et quo consilio cum alpha pleonastico, cujus causa haec omnis instituta est disputatio, conjunxerim significabile. Hujus tres numerantur species, una copulativa non ita multis testata exemplis partim compositorum ut ἄκοιτις, ἅπας, partim paragogorum ut ἀθρόος, ἁπλόος, ἅπαξ, altera intentiva, quam in dubitationem vocavi, tertia privativa sive derogativa [48]) quae per totum Graecorum sermonem diffusa est. Jam his praemissis reliquarum vocalium tractatio brevior erit et facilior.

CAP. II.

De prosthesi et aphaeresi vocalis ε.

§. 1. Apollonius de Pron. p. 74. epsilon dicit ante vocales saepe redundare ἔειπεν, ἔοργεν, ἔεδνον sed nunquam ante consonas; ἐδείχθη γὰρ ὡς τὸ ἐχθές ἐντελέστερόν ἐστι τοῦ χθές καὶ τὸ ἐθέλω τοῦ θέλω. De ἐχθές loquitur in libro de Adv. 556 sq. ubi Tryphonem ait idem pronunciasse idque confirmat praetextu etymologiae εἴγε παρὰ τὸ ἐκτὸς τοῦ χρόνου πεπτωκέναι τὸ κατάστημα ἐσχημάτισται ὡς ἔχθος [1]). Duobus argumentis utitur EM. p. 405, 23. et

XVIII. 487. sed aliam ob causam τὸ ἄλυσις ἐδασύνθη εἰς ἰδιότητα. Scilicet cum alpha privativo conjunctum putavit ut multi. Nomen ἀλύτης latinumque *lictor* Graeci pariter interpretantur ῥαβδοφόρους, lictores autem a ligando dicti putantur.

48) Hoc nomen a Lexicographis nostris neglectum sumsi a Charisio II. 5, 139. (208. Putsch.) *eadem praepositio In derogativa et* στερητική *improbus, indoctus, nonnunquam etiam adjectiva* προσθετική *impotens id est valde potens.* Sed haec est αὐξητική ut in Ed. Fabr. legitur.

1) Παρὰ τὸ ἐκτός ἔχθομαι καὶ ἔχθος τὸ ἀπόβλητον καὶ ἐκτὸς ἡμῶν EM. Aeque futilis est originatio Sch. Aesch. Prom. 37. παρὰ τὸ ἔχω.

809, 24. Epim. I. 437. *ὅτι τὸ ἐχθές ἀναλογώτερον καὶ κυριώτερον τοῦ χθές δῆλόν ἐστι πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐτυμολογίας ὅτι ἐχθές εἴρηται παρὰ τὸ ἐκτὸς γεγενῆσθαι τῆς σήμερον, δεύτερον δὲ ὅτι πᾶν μονοσύλλαβον ἐπίῤῥημα ἢ φύσει ἢ θέσει μακρόν ἐστι, ναί, νή, γνύξ, μάψ, χωρὶς τοῦ πρίν*[2]), quod ab Herodiano quoque solitariis adnumeratur sed ob aliam rationem *ὅτι οὐδὲν εἰς* $\overline{\text{ιν}}$ *μονοσύλλαβον ἐπίῤῥημα*, neque nativum habetur sed contractum ex *πάριν* EM. 688, 19. Sunt vero duo alia adverbia brachycatalecta *δίς* et *τρίς*, quae illi quidem e *δυάκις, τριάκις* concisa dicunt sed fidem non inveniunt. Ac si nullum esset brevitatis exemplum, tamen Grammaticorum sententia non vinceret; nam particulae jugum analogiae detrectant. Monosyllabum *χθές* non solum antiquitate auctorum vincit sed sustentatur etiam similitudine eliacae vocis *Σερός χθές* Hes.[3]) et latinae *hesi*, eorumque quae in germanica lingua et huic affinibus reperiuntur. Verbi *ἐθέλω* principatum quibus argumentis demonstraverit Apollonius et quo loco nescimus, sed possunt duae rationes proponi, una quod antiquiores scriptores hoc saepius quam bisyllabo usi sunt, duo autem antiquissimi nunquam aliter dixere; altera quod hanc formam sequuntur syntheta et paragoga *ἐθελόδουλος, ἐθέλεχθρος ἐθελούσιος* etc. discrepantia autem *θέλημα, θέλησις* ab antiqua consuetudine abhorrent. Si vero proportionem consideramus, in contrarium ducimur, *τὸ γὰρ ἐθέλω τῶν παραλόγων κατὰ τόνον ἐστὶ τρισύλλαβον* Herodian. ad Il. I. 227. et EM. 318, 25. relato Apollonii decreto *μη-*

Neque credibile quod Apollonius l. c. addit *ἔνιοι δὲ καὶ τὴν χεῖρα παρὰ τὸ ἔχειν φασὶν ἐσχηματίσθαι* hoc est ab *ἔχειρ* EM. 605, 49. consentiente Herodiano in Epimerismis Theognost. Can. 133.

2) EM. 403. addit *οὐ μάχεται τὸ ψό, ἐπίφθεγμα γάρ*. Plerique tamen epiphthegmata adverbiis adnumerant, v. *Addenda*.

3) Ex hoc colligi potest principium vocis fuisse *ἕρ* sive *ἕς* aspiratum et hinc processisse *χές, χθές*, interjecto theta ut *χθαμαλός* et *χθών* v. Meinek. ad Steph. p. 699. postremo *ἐχθές*. Piersonus etiam pro *Σές ἔλαθες* scribendum putat *ἐχθές*. Neque incredibile videtur *serus* et *ἕωλος* proprie hesternum sive pridianum significare ipsum que *heri* genitivum esse vel ablativum ut *die crastini, proximi*.

δεὶς οἰέσθω ὅτι τὸ ἐθέλω ἐκ τοῦ θέλω ἐστί· τὸ γὰρ ε ἐπὶ φωνήεντι πέφυκε πλεονάζεσθαι, ἐπὶ συμφώνου δὲ οὔ, brevi post adjicit δοκεῖ δὲ τὸ θέλω ἀναλογώτερον εἶναι· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ελω ὑπὲρ δύο συλλαβὰς περισπᾶται ἀμελῶ etc. Haec ratio valet aliquid sed non tantum ut rem conficiat; nam in omni genere vocabulorum multa reperiuntur paraloga et sine exemplo ficta. Tertium est pronomen, cujus causa Apollonius Pron. l. c. hanc quaestionem instituit. Hic enim dicit κεῖνος nonnullis primitivum videri ob eam causam quod Dores τῆνος dicant, Aeoles κῆνος, et quia epsilon nativum extra praeverbium ἐκ ante kappa semper aspiratum inveniatur ἕκηλος, ἑκατόν, ἑκάς, ἑκών [4]). Illud sic refellit ut dialectos certam judicandi normam praebere neget utpote quae primitivas vocabulorum species saepe immutent. De defectu aspirationis hoc respondet, aspiratis illis non prorsus simile esse ἐκεῖνος, quippe quod demto epsilo relinquat dictionem (λεκτόν) ac fieri posse ut ἐκεῖνος ex aspirato ἑκεῖνος natum sit sicut ἀταλός ex ἁπαλός. Aspirationis quidem in neutram partem magnum pondus est, sed illa pronominis dorici, aeolici et vero etiam germanici consensio opinionem praebet κεῖνος integrum esse, auctum vero ἐκεῖνος, quod in sermone quidem praevalet sed ab Homero (ut nunc quidem est) non ponitur nisi metro necessarium vel ad sonum suavius est, τεύχε' ἐκεῖνοι Il. XVIII. 188. ut τεύχε' ἐσύλα etc. cf. Voss. ad Arat. 75. ἐκεῖ nusquam sed saepissime κεῖθι, κεῖθεν, κεῖσε, quibus contraria κἀκεῖθι, κἀκεῖνος jam Aristarchus sustulit cf. Duentzer de Zenod. p. 59. Et ad hoc exemplum Archilochus κεῖ scripsisse videtur, cujus hic unus testis nominatur Epim. I. 249. κῆ (sic) ἀντὶ τοῦ ἐκεῖ τροπῇ τῆς ει εἰς η αἰολικῶς Theogn. Can. 155. Ceteri Grammatici paria in utroque esse affirmant analogiae momenta; nam quia pro-

4) Sic etiam Schol. A. ad Il. V. 759. Epim. I. 249 sq. τὸ ε πρὸ τοῦ κ δασύνεσθαι θέλει ὁπότε μὴ ἐκ κλίσεως τυγχάνοι ῥήματος ἢ ἀπὸ προθέσεως ἢ μεμελετηκὸς ἀφαιρεῖσθαι· τὸ δὲ ἐκεχειρία οὐκ ἔχει γνήσιον τὸ κ ἀλλὰ τὸ χ, ἐχεχειρία. Id cum ἑκάς compositum ideoque spiritu aspero scribendum esse non persuadet Goettlingius ad Theodos. 214.

nomina primitiva nunquam duas excedant syllabas, *κεῖνος* prototypi similius esse, sed quia eadem, si unius personae sint, primam literam habeant vocalem, *ἐκεῖνος* praeponi debere EM. 508, 30. Anecd. Ox. T. II. 442. Eust. 966, 84. Quartum affert Epim. I. 290. *νέρθε ἀφαίρεσις· τὸ γὰρ ἔνερθε πρῶτόν ἐστιν*, acceptum illud ab Apollonio Adv. 603. *τὸ ἔνερθε δύο πάθη ἀνεδέξατο, συγκοπὴν καὶ ἀφαίρεσιν· ἦν γάρ τι ὄνομα τὸ ἔνερον.* Hoc cum latino *infer* cohaeret, quod a praepositione *in* repetitur v. Hand. Tursell. III. 374. *νέροι* ignotum est, *Νεῖραι κατώταται* et *Νειρόν ἔσχατον* Hes. ab alio principio deduci possunt, unde *νειόθι, νειόθε, νέατος*. Quintum hoc proponit Adv. 557. *τὸ ἀφαιρούμενον ε λείπειν θέλει λέξιν ἀπὸ συμφώνου ἀρχομένην, βῆ, φῆ, θέλω, ῥυτῆρες*, cui subscribit Epim. I. 253, 3. *τὸ ῥυτῆρες ἀφαίρεσιν ἔχει· ἐρυτῆρες γὰρ τὸ ἐντελές.* Sed contra insurgit Schol. Il. I. 239. *ῥύω τὸ φυλάσσω καὶ ἀττικῶς ἐπενθέσει τοῦ ε ἐρύω ὡς τὸ ἐθέλω* et Eust. 1009, 39. *θέμα ἐστὶ τὸ ῥύω καὶ πλεονασμῷ γίνεται τὸ ἐρύω.* Nec facilis litigantium conciliatio. *Ῥύω* quidem abjectum est sed locum tenuit syntheton *ἀναῤῥύω* et hanc trahendi potestatem acceperunt etiam paragoga *ῥυτός, ῥυμός, ῥυστάζω.* Medii forma duplex percrebuit *ῥύομαι* et *ἐρύομαι*, illud una significatione servandi (*ἐκ θανάτου ἕλκειν* Ammon.), hoc duplici trahendi et servandi, parque ambiguitas et formae et intellectus in nonnullis derivatorum; sic vulgo tutamentum *ἔρυμα* dicitur sed Lycophro se non tenuit quin galeam *ῥῦμα δορός* appellaret. Et in Il. VI. 305. ubi a precantibus invocatur *Ἀθηναίη ἐρυσίπτολις*, nonnulli aut *ῥυσίπτολις* scribendum aut certe pro hoc positum esse rati sunt *πλεονασμῷ τοῦ ε*, ne intelligatur *ἡ ποιοῦσα ἐριπεῖν τὰς πόλεις*, nam *ἐρυσίπτολις* etiam vastatricem significare posse, precantes vero voce inauspicata abstinere debuisse [5]). Itaque

5) Verba parum emendate scripta sunt *ἐρυσίπτολις πλεονασμὸς τοῦ ε· οἱ δὲ παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ* (Fr. 462.) *τὸν οὐκ ἀγαθὸν* (Lips. *τῶν οὐκ ἀγαθῶν*) *ἐρυσίπτολιν· ἄλλως ἡ ποιοῦσα ἐριπεῖν τὰς πόλεις· ἄμεινον δὲ ῥυσίπτολις καὶ οἰκεῖον ταῖς περὶ σωτηρίας εὐχομέναις.* Callimachus certe Minervam vel aliam deam nominavit *ἀνδρῶν* vel *φωτῶν οὐκ ἀγα-*

de quinque vocabulis quae Apollonius pro aphaeresi attulit, primum νέρθε sane detruncati speciem habet; χθές et κεῖνος non accisa esse propemodum pro certo habeo. De tribus postremis neque ad assentiendum neque ad contra dicendum rationum satis suppetit. Sed jam reliquos testes interrogemus.

§. 2. Eustathius p. 82, 32. τὸν Ἐξάδιον τινὲς Ξάδιον γράφουσιν· οὕτω καὶ τῆς ἐν προθέσεως ἔστιν οὗ ἀφαιροῦνται τὸ ε, νέρθεν, νέρτερος, σκορακίζειν, σκερβόλλειν, σκαρδαμύττειν, προνώπιον. Illud quod de Exadio dicitur Heynius ad Il. I. 264. falso ita accepit, in hoc Homeri versu nonnullos Ξάδιος scripsisse; nam clare Schol. prior Ἐξάδιος παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ χωρὶς τοῦ ε. Id hodie non legitur, *Exadius* vero saepius, sed hoc e praepositione ἐκ et verbo δίειν, ut in EM. dicitur, compositum esse sic ut significetur ὁ ἐξοχὴν ἔχων ἐν τῷ διώκειν, primo auditu absurdum est. Alii ut ab εἰκάς Εἰκάδιος sic ab ἑξάς Ἑξάδιος derivatum esse statuerunt Eust. 101, 20. quod contra monetur epsilon aspiratum nunquam omitti v. Proll. 352. Nos de hoc Lapithae nomine fabuloso non curiosius quaeremus, quam de aliis proprie appellatis ut Βυσός ἔθνος λέγεται καὶ Ἐβυσός Steph. et fluvius Χείδωρος et Ἐχέδωρος, insulaque Βοῦσος et Ἔβουσος quod improbat Bernhardy ad Dion. p. 641. et quomodo illud formatum sit nescire hoc minus pudet quod ne attici quidem demi Ξυπέτη etymon expedire cuiquam contigit. Percelebrata vero est aphaeresis verbi vernilis σκορακίζειν, quod contractum esse constat ἐκ δύο λέξεων διεζευγμένων ἐς κόρακας EM. ut τὸ αὐτὸ ταὐτότης et alia quae in suum locum differri debent. Sed σκερβόλλειν et σκαρδαμύσσειν, utcunque et undecunque formata sunt, certe praepositionem ἐς nullo gradu contingunt. Pro προνώπιον Eustathius rectius protulisset id quod huic antecedit προνωπής, quanquam id quoque alio traduci posse dicetur in Syncope. Itaque ex illa Eustathii caterva

---

θῶν ἐρυσίπτολιν id est περσέπτολιν ut illa in H. in Lav. 43. vocatur; Neoptolemum vero Heliodorus in cantico III. 2. celebrat περσέπολιν Τρώων, ῥυσίπολιν Δαναῶν.

unum remanet adverbium *νέρθε*, quod jam absolvimus. Eandem vocalem praeverbio *ἐπί* defluxisse probatur exemplo unico *φιάλλειν*, si hoc cum eodem verbo compositum est ut *ἀπιάλλειν* et *ἐπιάλλειν*, de quo propter significationis similitudinem vix dubitari poterit. Idem tamen bis modo, non saepius, legitur et in utroque loco intercedit alia scriptura *ἐφιάλλειν* metro aequaliter apta [6]). De nomine avis, quam nonnulli ardeam esse volunt, contrariis pugnatur sententiis: *οἱ μὲν παρὰ τὸ ἕλος εἶναι ἑλωδιός καὶ τροπῇ τοῦ λ εἰς ρ ἐρωδιός, οἱ δὲ παρὰ τὸν ῥοῖζον ῥοίδιος καὶ ἐκτάσει ῥῴδιος καὶ πλεονασμῷ ἐρῳδιός· Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν* Orion. 57, 13. et in Excc. Koesii p. 186, 14. *Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι ὥςπερ ἀπὸ τοῦ ἁρμόζω γίνεται ἁρμόδιος, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ῥοίζω (ῥοιζῶ) ῥοίδιος καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ω (ῥῳδιός καὶ πλεονασμῷ) ἐρῳδιός* [7]), quam sententiam sequens EM. 380, 40. *τὸ ῥωδιός*, inquit, *ὡς μὲν πρὸς τὴν συνήθειάν ἐστιν ἀφαίρεσις, ὡς δὲ πρὸς τὸν σχηματισμὸν, ἐντελές·* scilicet *ἀπὸ τοῦ ῥοίζου.* Lis tota ex consuetudine pendet; nam etymi investigandi via occlusa est. Eadem obscuritate laborat nomen plantae *ἐρύσιμον — ἰδίως δὲ νῦν αὐτὸ ῥύσιμον καλεῖ ἄνευ τοῦ ε* Schol. Nic. Alex. 620. quorum illud similius est latino *irion*. Homerico adjectivo *λάχεια* Eustathius p. 1667, 12. epsilon detractum censet, ejusdemque sententiae est Scholiasta Nicandri *λαχύφλοιος* explicans *μικρόφλοιος*, alii vero hoc pro *δασύφλοιος* acceperunt et *λαχειδής*, quo idem poeta utitur, pro *λαχανοειδής*, homericumque illud nonnulli *εὔσκαφος* interpretati sunt, Zenodotus vero *ἐλάχεια* scribi jussit. Quod in Schol. Pal. ad Od. III. 316. scriptum est: *ἐμοὶ οὕτω δοκεῖ σὺ δ ἐτηΰσίην ὁδὸν ἔλθῃς*, indicium praebet

---

6) In altero loco, ubi poeta lusum captat e similitudine nominis *φιάλη*, paronomasia clarior est si *ἔργῳ φιαλοῦμεν* scribitur quam si *ἔργῳ ’φιαλοῦμεν*.

7) Trisyllabi simulacrum praebent Hesychii glossae *Ἄσιδον ῥαδιῶνα* et *Ἄσιον ῥοδιῶνα*. In Hipponactis Fragm. LIX. 523. emendationem in proecdosi propositam *παρ’ Ἀρήτην* praeceperat Schneidewinus merito laudatus a Lehrsio, qui de illo avis nomine accuratius egit ad Herodian. p. 55.

nonnullos pro *τηΰσιος* in duobus Homeri locis substituisse *ἐτηΰσιος*, quod nusquam legitur sed cum adverbio *ἔτος* et *ἐτώσιος* mirifice congruit, et proinde *τηΰσιος*, quo posteriores utuntur, aphaeresi assignasse. Frustra tricatur Schol. Apoll. I. 1266. *ἐλεσπίδας τινὲς τοὺς ἑλώδεις τόπους· ἄμεινον δὲ τοὺς πετρώδεις παρὰ τὸ λέπεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ ἀνέμου καὶ ὑετοῦ· ὅθεν καὶ λέπη τὰ ἀκρωτήρια*, quod ineptum est; illam deductionem *παρὰ τὸ ἕλος* confirmare videtur Hesychius *Λέσπιν μεγάλην ὑδρήλην νοτεράν*. Ergo ut *λίσπος* a *λεῖος*, *θέσπις* a *θεῖος*, sic aliquis conjiciat *ἐλεσπίς* ab *ἕλειος* deflexum esse spiritu lenito. Plura offert Hesychius *Λέβινθοι ἐρέβινθοι* v. Proll. 368. quo a legumine, fortasse dictus est mensis Creticus *Λεβίνθιος* sicut alius *Πυανεψιών* v. Hermann. *Griechische Monatskunde* pag. 78. *Νῆς τὸ ἔνης ὅπερ ἐστὶν εἰς τρίτην· Δωριεῖς δὲ νᾶς λέγουσι* v. Ahrens. Dial. Dor. 386. *Ρέψας στεγάσας* a Criticis mendosum habetur sed sustentatur aliis *Ρέφεα ἐστεγασμένα*, *Συῤῥέφῃ στεγάσῃ*, *Συνρεφειῶν συνσκεπῶν* (sic). Jure vero in suspicionem venerunt *Ρίσαντες φιλονεικήσαντες*, *Τήτυμα ἀληθῆ* etc. v. Albert. ad *Πιτίμια*, *Δωτύς ἡ τροφή* Suid. pro *ἐδητύς* et Photii glossa quam attigi in Parall. 34. *πτύσχλοι καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ σ πτύχλοι*, jam vereor ne ex mendoso libro ducta sit ubi quum forte *πτύσχλοι* scriptum esset pro *ἔπτυσχλοι* omissa, ut saepe, litera initiali [8]), ille erroris ignarus aphaeresin commentus est *τοῦ ε*. Addit Hesychius *Ψία παιγνία*, *Ψιάδδειν παίζειν*, de quibus Hemsterhusius in Ruhnken. Epist. II. 214. ita disserit: *sunt haec, inquit, capite truncata ex usu loquendi communi, quibus tum integritas constabit si ε sive lene sive aspiratum (neque enim hoc plane liquet) praefixeris.* Non liquere ait, quia verbum quidem in synthesi aspiratur, *ἀφεψιᾶσθαι*, *ἐφεψιᾶσθαι*, *καθεψιᾶσθαι*, nomen vero *ἐψία* Grammatici lenem habere docent seu usum sequentes hodie neglectum seu quia ab *ἔπος* ductum putarent. Si vero, ut Lexicographi nostri opinantur, *ἐψία* a *ψιά* sive *στία* id est *ψῆφος* originem

8) Contrario errore *Ἐτανηλεγής μακροκοίμητος* Hes. *Ἐπηός ὁ συγγενής* Suid. etc.

habet proprieque lusum calculorum significat sive puerilem sive aleatorium, pro aphaeresi succedit prosthesis, qua ἐχθές, ἐκεῖνος aucta videntur. Ademtionis vero documentum firmissimum praebet γρήγορος et γρηγορεῖν, quae Apollonius non ignoravit, opinor, sed propter novitatem auctorum neglexit, et composita ὀξυρεγμία, κρομμυοξυρεγμία, quibus conveniunt latina *ructo* et *rumo*, atque neotericum ῥεύγομαι, quod per se nihil momenti faceret; nam Graeci semibarbari cum alias vocales compendi fecerunt tum etiam epsilon λάμνειν dicentes pro ἐλαύνειν, ῥημάζειν, ῥωτᾷν, ῥίφος pro ἔριφος, σπερνός pro ἑσπερινός, σχαρά pro ἐσχάρα [9]) sed ῥεύγεσθαι et *ructare* si ad naturae veritatem revocamus, germanam vocabuli speciem referre videntur, ἐρεύγεσθαι pleonasticam. Novitium ῥούσιος *russus* indubitate ex ἐρυθρός conversum est demto epsilo; sed si huic latinum *ruber* et substantivum ῥόδον adhibemus, rursus gliscit pleonasmi suspicio. E contrario Salmasius Exercitt. Plin. 201. nomen *lutra* ex graeco ἔνυδρις natum putat; alii ἐλαφρός et *levis*, ἑκατόν et *centum* componunt. Hinc ad illa transeam quae epsilon in declinatu vel assumsisse vel abjecisse dicuntur. Quod Eustathius narrat 648, 5. φασί τινες τὸ ἐκυρός παρὰ τὸ κῦρος γενέσθαι κατὰ πλεονασμὸν, διὸ καὶ ψιλοῦσθαι [10]), merum somnium est. Aliquanto tolerabilius illud ἀπὸ τοῦ ῥώω ῥωή καὶ πλεονασμῷ ἐρωή, ἀφ' οὗ ἐρωέω· οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων Orion. 59, 20. et eandem literam adjectam putarunt qui homericum αἷμα ἐρωήσει interpretati sunt ῥυήσεται EM. 381, 1. Hi enim a ῥέω repetunt ut Buttmannus et alii v. Spitzner. ad Il. XXIII. 433. unde fluvius denominatus videtur Εὐρώτας id est εὐρείτης.

---

9) Sic etiam medici vocant crustam ulcerum, quam nos dicimus *Schorf*, cui simile fingit Scaliger squara sive scara, idque ipsum graecum esse ἐσχάρα. Hoc sequitur Schneiderus ad Aristot. T. IV. 284. sed nomen inauditum est. *Squarosum* Festus recte a squama denominatum putat unde *squalor*, *squalidus* et piscis *squatus*, *squatina*, quem Graeci ob asperitatem cutis ῥίνην appellant. Eundem a Graecis ἐσχάραν vel ἔσχαρον vocatum esse non constat.

10) Hoc ex canone illo τὸ ε̄ προσερχόμενον καὶ ἀποπῖπτον ψιλοῦται Epim. I. 250, 2.

Ἐρείπω duo verba in confinio habet ῥίπτω et ῥέπω. Et τὸ ῥήσσειν καὶ ἐρείκειν λέγεται, διὸ καὶ τὸν ῥαγέντα χιτῶνα ἐρείκεσθαι λέγει Eust. 941, 31. quo accedit ἐρέχθειν EM. 371, 15. Techn. 97. tertiumque ἐρᾶν (ἐξερᾶν) sunt qui cum ῥεῶ cognatum putent v. ad Aj. p. 96. Ἔθειρα si proprie τὰς τημελουμένας τρίχας significat, non incommode ad θέρω τὸ θεραπεύω referri potest v. Techn. 138. Κηλεῖν ex ἕκηλος factum esse non eadem qua Buttmannus Lexil. I. 145. asseveratione affirmem, primum quia κηλεῖν non de quolibet tranquillandi modo dicitur [11]) sed fere sic ut θέλγειν de vi cantionum et veneficiorum et ἀκήλητος non inquietum significat sed inexorabilem vel insanabilem, δύςκηλος ὁ δυςθεράπευτος Sch. Aesch. Eum. 789. tum etiam propter aspirationem adjectivi; nam vocales aspiratae elisioni resistunt pertinacius; adjectivum ipsum Herodianus ad Il. V. 759. ab ἑκών repetit, alii cum ἀκαλός, ἤκαλος componunt, quae a significatione verbi κηλεῖν longius discedunt. — Ἕδνον proprie donum δάνος significare, vocalemque extrinsecus ascitam habere Wyttenbachii opinio fuit ad Plut. de Aud. Poet. 228. Epsilon, quo verba praeterita tanquam propria nota distinguuntur, quando omitti possit Grammatici nostri in parte rhematica abunde demonstrant. Hic nihil amplius adjiciam nisi scriptores incultos augmento legitimo saepe superponere supervacaneum ἐπροέταξα Theodos. Gramm. 40, 8. ἐκατέλαβε Schol. in Dion. Gramm. 650. παρεσυνεβλήθη Phot. Cod. CCXXII. 580. et similia e faecibus emarcescentis linguae collecta. Et nonnunquam etiam augmento temporali accumulant syllabicum, quem pleonasmum Homero ipsi obtrusit Zenodotus pro οὐχὶ μεθίει Il. XV. 716. scribens οὐκ ἐμεθίει quod cavillatur scholiastes ὡς εἴ τις λέγοι ἐμετεκάλει. Hoc aptius exemplum erat ἐμεθώδευσε Diog. La. VIII. 82. Illi convenit quod Photius tradit: μεθῆκεν

---

11) Hesychius Κηλήτειρα ἡσυχάστρια Hesiodeum εὐκηλήτειρα interpretari videtur quod in EM. eodem modo explicatur, id compositum esse ratus. Verbum εὐκηλεῖν non legitur nisi copulatum κατευκηλεῖν et παρευκηλεῖν tranquillare. Hoc nullo modo de Sirenibus dici potest sed κηλεῖν, unde Κηλέστης ἀπατεών Suid. et Κηληδόνες incantatrices Sirenum et Iyngum similes.

καὶ ἐμέθηκεν λέγουσιν ἑκατέρως, μᾶλλον δὲ μεθῆκεν· τὸ γοῦν ἐμέθηκεν ἰακὸν καὶ παλαιόν· cui par et geminum affert EM. *ἐσυνῆκε* (sic) *Ἀλκαῖος καὶ Ἀνακρέων πλεονασμῷ·* sed hic continuo calculum reducit: *οὐκ ἔστι δὲ πλεονασμὸς ἀλλ' ἀττικὴ κλίσις ὡς πεπαρῴνηκα, ἠνώχληκα*, quod quia duo habet augmenta temporalia minus apte confertur cum *ἐσυνῆκα*, cujus unum est augmentum temporale, alterum syllabicum ut *ἐπαρῴνησε* Themist. *ἐνεπαρῴνησε* Hesych. etc. A pleonasmo neutrum sejunctum est, neque hoc ille negasset, nisi haec hyperauxesis Atticis tam familiaris esset ut tanquam singulare hujus dialecti idioma [12]) a pleonasmo vulgari *ἐθέλω, ἐκεῖνος* etc. separanda videretur. Aut etiam Apollonio assensus est epsilon pleonasticum consonantibus omnino non proponi sed modo vocalibus. De aphaeresi nulla unquam fuit dubitatio: *τὸ ἀφαιρούμενον ε̄ καὶ λεκτὸν καταλιμπάνον ψιλοῦται, ἔστησα· ἀφαιρεῖται γὰρ ἐν τῷ στῆσα* Apoll. Pron. 74. *ἕστασαν ὁ παρακείμενος δασὺ ἔχει τὸ ε̄ καὶ ὁ ὑπερσυντελικός· οἱ δὲ ἀόριστοι ψιλὸν ἐπειδὴ καὶ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ε̄ λέγονται, στῆσε καὶ στάν* Herod. ad Il. II. 777. Communis consuetudo unum verbum hoc modo decurtavit *χρῆν ἀντὶ τοῦ ἔπρεπε κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ε̄* Thom. M. de quo mirum in modum dissentit Heraclides Eust. 1647, 37. *χρῆν* et *ἐχρῆν* infinitivos esse verbi *χρᾷν*, illum simplicem et nativum ut *ζῆν*, hunc auctum ut *ἐχθές*, alioquin enim *ἔχρη* dicendum fuisset ut *ἔβη*. Ac fuit quaedam huic similis suspicio de infinitivo medii; *λέγουσι καὶ χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ δεῖ* Suid. s. *χρή*, sed hoc ex Comicorum locis, quos profert, nunc remotum est v. Meinek. Vol. II. P. I. 299. et imperfecti *ἐχρῆν* ipsiusque praesentis *χρή* conformatio insolens minus admirationis habet quam infinitivi pro imperfecto usurpatio quamvis placita Goettlingio de Acc. 46. et Matthiadae.

§. 3. Apollonius, quo obstinatius vocabulis a consona incipientibus epsilon pleonasticum denegat, hoc promtius concedit alteri generi; *τὸ πλεονάζον ε̄ ᾠκείωται λέξεσι ταῖς ἀπὸ συμφώνου ἀρχομέναις ἔεδνα, ἔειπε, ἐώρων, ἕαδε* (*εἰ μὴ*

---

12) Schol. Il. XVI. 221. *ἀνέῳγε πλεονασμῷ τοῦ ε̄ ἀττικῶς.*

διαίρεσις τοῦ ἦδε, ἀπὸ δὲ τοῦ ἅδε) ἕηκεν, ἕεις de Adv. 557. et iterum in Pron. 74. *τὸ ε πλεονάζον ἐν δισυλλάβοις ἀναβιβάζει τὸν τόνον ἔειπε, ἔοργα, ἕαδε (εἰ πλεονασμός).* Hic igitur duo complectitur vocabulorum genera, verba et nomina, et duas affectiones, pleonasmum et diaeresin. De ultimo quod addubitat, praecidit Herodianus ad Il. XIV. 340. et Od. XVI. 28. *τὸ ἕαδε διαίρεσις τοῦ ἧδε*, eodemque nomine XIII. 543. explicat aoristos *ἐάγη, ἐάλη, ἐάφθη, ἑάλων*, sed simul monet eta non in quibuslibet verbis dissolvi sed in his modo quae ab alpha incipiant; quare *ἐάφθη* ad *ἅπτω* referendum esse non, quo Aristarchus voluerat, ad *ἕπομαι*. Ergo etiam *ἐάλη*, quod XI. 192. *συνεστράφη* sive *συνειλήθη* interpretatur, sine dubio non ita ut Buttmannus et Matthiae p. 527. ab *ἕλλω* derivatum putavit sed a synonymo quodam *ἄλλω*, cujus inclinamenta *ἀλείς* et *ἄλεται* ipse subjicit[13]) cf. Techn. 117. idemque praesens praescripsisse videntur ii qui, si *ἐάφθη* ab *ἕπομαι* derivatum sumatur, id *πάθος μονῆρες* esse contendunt Epim. I. 169. Eustathius 945, 32. utrumque ab *ἕπω* et *εἴλω* repetit sed de affectione nutat 939, 48. *ἀπὸ τοῦ εἴλω γίνεται ἄλην καὶ πλεονασμῷ ἐάλην· ἢ κοινῶς ἤλην καὶ διαλύσει ἐάλην.* Hoc nomine EM. 307, 2. explicat perfectum *ἕαδα* et p. 367, 5. aoristum *ἕασα*, quem Didymus in Il. XXIV. 557. posuerat tanquam dissolutum ex *ἦσα*, nec aliter Schol. Arist. Plut. 545. *ἦγα καὶ ἐν διαλύσει ἔαγα* et Thomas *κατῆξα κατὰ ἀττικὴν διάλυσιν κατέαξα*, cujus verbi alpha natura longum subsequente consona duplici corripi dixi in Parall. 400. Sed longum manet in *ἕαδα* et *ἑάλων*. Quare qui haec quoque dissoluta dicunt, parum proprie loquuntur. Eximie vero convenit hoc nomen diphthongo, de qua Herodianus agit ad Il. XIII. 543. *ἡ ει ἐν τοῖς παρῳχημένοις ἄρχουσα, εἰ διαιροῖτο, εἰς δύο εε διαιρεῖται, εἶρτο ἔερτο, εἶργνυ ἐέργνυ* et Epim. I. 169. *ἡ ει εἰς δύο εε διΐσταται ἔερτο, ἐέργει, ἢ εἰς ε καὶ ι ἐΐσκω,*

13) Quod in fine illius scholii legitur *τὸ δὲ ὅλον γέγονεν ἀπὸ τοῦ ἁλῶ τὸ πλανῶ*, Herodianus aut non dixit, aut alio loco dixit secum dissentiens.

in quo sequitur Aristarchi scripturam *εἴσκω* ab Herodiano rejectam Il. XI. 799. XVII. 41. *τὰ διὰ τοῦ σκ πρὸ τοῦ τέλους οὐ δύναται δίφθογγον ἔχειν ἐκφωνουμένην εἰ μὴ τὴν διὰ τοῦ υ* [14]) et ideo *τὸ εἴσκω, ἐπειδὴ οὐδέποτε ἡ ει πρὸ τοῦ σκ εὑρίσκεται, διαλύεται.* Dialysi diversa affectio est quam illi nomine nimis ambiguo pleonasmum vocant et nonnunquam epectasin, nos autem, ubi ad perspicuitatem pertinet, prosthesin appellabimus. Huic igitur Apollonius l. c. de verbis subjicit tria *ἔειπε, ἔηκε, ἐώρων*, primoque simillimum *ἔειξε* in Pron. 142. B. illud etiam in EM. 318, 28. huc refertur et a Choerobosco Can. 625, 12. qui *ἔειδε* adjungit nescio unde sumtum; postremo *ἐείλεον* et *ἐείσατο* a Scholiastis homericis. His accedunt Hesychiana *Ἔεικται ὡμοίωται* et *Ἐνέεικαν ἤνεγκαν*, quod in media voce auctum est ut *Ἐνεείκω ἐνέγκω*. De *ἔηκε* cum Apollonio consentit doctrinae perfector in EM. 176, 50. *ἧκα πλεονασμῷ τοῦ ε ἔηκα καὶ τροπῇ τοῦ η ἀφέωκα, ἀφέωνται· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν·* qui si probasset Zenodoti scriptionem *ἔηξα* (Duentz. 61.) eadem, puto, vocali auctum dixisset. Plura complectitur ad Il. IV, 3. *ἔθος τῷ ποιητῇ ἀποβάλλειν τὸ κατ' ἀρχὴν ε τῶν παρῳχημένων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλεονάζειν, ἔωσε, ἀνέῳγε, ἐῳνοχόει, ἑήνδανε, ἐέσσατο·* quorum tria priora natura ipsa a diaeresi secludit, quartum aegre huc admittit; de *ἐέσσατο* autem cur ille aliter existimaverit atque de *ἐέργνυ* ratio parum aperta est nisi quod *εἴσατο* non legitur [15]) sed *εἶστο* modo apud Hesychium pro *ἕεστο*, cui ε pleonasticum tribuitur EM. 317, 32. Semel epsilon ante iota reperitur si *ἐΐσκω* ab *ἴσκω* et ulteriore *ἴκω ἴκελος*

---

14) Significat *πιφαύσκω* v. Techn. 62. ubi ceteri testes citati sunt praeter Choeroboscum Orth. 268. qui eandem ob causam *τρισκαιδέκατος* dici refert ut nunc apud Homerum scribitur pro *τρεισκ*. In hoc tamen literae *εισκ* multo laxius cohaerent quam in verbo simplici, eademque ratione eximitur *εἰσκομίζω* et cetera cum hac praepositione composita, cui Homerus tamen sequente consona qualicunque iota eximit excepto uno quod in versu septies repetito *οἱ δ' αἶψ' εἴσβαινον* legitur variante subinde scriptura *ἔσβαινον, ἔμβαινον*. Sed Epim. I. 172. vulgatam ex professo tuetur.

15) In Il. X. 334. non *εἴσατο* legitur, quod Epim. I. 162. hinc profert, sed *ἕσσατο*.

repetimus; semel item ante diphthongum in perfecto ἔοικα, quod prisci una cum ἔολπα, ἔοργα, ἑώρων etc. ad pleonasmum referunt[16]). Nostri vero docti hisce omnibus digamma aeolicum et antepositum huic augmentum syllabicum assignant v. Hofmann. Quaest. Hom. P. IV. c. III. et IV. a qua cogitatione illi adeo alieni fuere ut ipsum εὔαδε vel in duas voces dirimerent vel ypsilon pleonasticum habere statuerunt. Augmentum autem solis relinquunt verbis a consona orientibus λέγω ἔλεγον· quae aliter se habent, pro natura vocalis epsilon excipientis explicant: τὸ ἑήνδανε καὶ ἑώρων οὐκ ἐκ κλίσεως ἀλλ' ἐκ πλεονασμοῦ Arc. 197. et sic cetera. Atque ad hanc opinionem fortasse deducti sunt ea re quod temporibus modisque praeponitur iis qui augmentum, quod vulgo ita dicitur, non recipiunt. Praesentis exemplum proponit Grammaticus Bastii ad Greg. 675. ubi tres constituit prosthesis species ἀττικὴν ἑώρων, ἑώνημαι· ἰωνικὴν ὡς ἐν τῷ ἑωθοῦσι παρ' Ἡροδότῳ, ποιητικὴν ὡς ἕεις, ἕηκεν. Verum hoc ἑωθοῦσι e libro mendoso hausit. Pro κατεάσσω Artemid. I. 66. Reiffius p. 267. reposuit κατάσσω quod apud hunc scriptorem legitur saepius; indubitatum vero est κατεάξω in Evang. Matth. unde Apollinaris sumsit Psalm. XLIV. 23. Antiqui hanc prosthesin non admittunt nisi ante ε̄, ε̄ῑ et ῑ, ἐέργω, ἐέλδομαι, ἐέλπομαι, ἐείδομαι, ἐΐσκω, quorum primum exsignat Choeroboscus Orth. 268. Gud. 182, 41. ἀδύνατον ἔνθα ἀμετάβολον ἀφώνου προηγεῖται πρὸ τοῦ ἀμεταβόλου οἵαν δήποτε δίφθογγον εὑρεθῆναι· Σεσημείωται τὸ εἵργω, ὅπερ οἱ παλαιοὶ ἀναλογώτερον κατὰ διάλυσιν εἶπον ἐέργω et ex hoc Zonaras 643. εἵργω factum esse affirmat κατὰ κρᾶσιν[17]). De ἐΐσκω jam dictum est. Modorum obliquorum nullus tam frequens est quam participium verborum quae epsilon in principio habent, ἐέργων, ἐεργόμενος, ἐελ-

---

16) Sic EM. 350; 42. et alii; epectasis appellatur in Anecd. Oxon. T. IV. 173. quod nomen reservamus proschematismo.

17) Duo epsila in eta contracta invenit Hesychius ἤρχατο καθεῖρκτο et ἠλδόμενοι pro ἐελδ. Sed hoc ficticii simile ut ἦλπω Choerob. Can. 592, 32. nam eta ante liquidam cum muta in initio vocum extra augmentum non reperitur.

δόμενος, ἐειρόμενος in Certam. Hom. et Hes. p. 319. ed. Goettl. cui Barnesius ἀνειρόμενος substituit; subjunctivum ἐνεείκω Hesychius praebet, infinitivum ἐέδμεναι Empedocles 377. ἐέλσαι et imperativum ἐελδέσθω Homerus ipse, cui Zenodotus etiam ἔειπε tribuit Eust. 1410, 53. Is hoc loco Dionysii et Heraclidae sententias exponit sed ita confuse ut nesciamus quis quid dixerit: οὐδεμία εἰς ων λήγουσα μετοχὴ ἐπεκτείνεται διὰ τοῦ ε-ἀγνοεῖ δέ, φησιν, ἐκεῖνος τὸ ἐέργων, ἐέλπων, ἔειπε ἀντὶ τοῦ εἰπέ, quod ab hoc loco alienum est nisi ille, cui obloquitur, hunc quoque modum regula comprehendit; participiorum alterum nemo ignorare potuit, alterum ἐέλπων non invenitur. Nec magis Ἐεχμένη συνεχομένη Hes. quae si accurata est interpretatio, illud non perfecti est participium sed praesentis syncope corrupti ut ἄρχμενος, de quo alibi agimus. Aliis vocalibus epsilon nunquam praeponitur praeter id quod ab aoristis ἔαξα, ἐάγην transfluxit ad modos transversos κατεάξας, ἐξεαγεῖσα et ad ipsum praesens κατεάσσεται (omiss. in Thes.) Aristot. Mech. XIV. 852. b. 22. Verum ne multos circa eandem rem ambitus faciam, ad alteram partem transgrediar, qua continentur nomina extrinsecus aucta.

A verbo, in quo desivimus, originem habent nomina obscuris auctoribus vulgata ἔαγμα Suid. κατέαγμα Gloss. Graecol. εὐκατέακτος[18]). Ἀπεωστόν ἀπωθητόν Hes. ἐξεώθησις Synes. de Febr. p. 42. Ἔεδνον ex ἥδανον concisum esse tectis verbis significat Apollonius Synt. IV. 12, 334. (342.) clare eloquitur EM. 316, 39. neque incredibile videtur dona nuptialia olim ἥδανα dicta esse quasi ἡδύσματα sive μειλίγματα sicut amantium munusula a Mimnermo Fr. I. vocantur μείλιχα δῶρα. Ἥδνον, quod ille fingit, dici non potuit quia literae ηδν insociabiles sunt, sed aut ἕδνα dicendum fuit correpta vocali ut Ἕσμιον νόστιμον Hes. idest ἡδύ, aut ἔεδνα dissoluta. Veteres contra communi sententia decernunt hoc *adjectionem supervacuam habere ut*

18) Ὀσφυῆξ ὁ κεκλασμένος τὴν ὀσφύν Lex. de Spir. 234. ὀσφὺν κατηγώς in proverbio Eust. 364, 16. unde latinum *catax* videtur. Perfecti ἦγα nullum vestigium superest praeter Ἠγός κατεαγός, Hes. ut Albertius corrigit pro ἦγον.

ἑώρων, *ἑψνοχόουν* Macrob. de Verb. 710. idque sancitum est edicto catholico Apollonii *τὸ ε πλεονάζον ἐν διασυλλάβοις ἀναβιβάζει τὸν τόνον*, sed addidit, puto, cautionem *εἰ μὴ ὁ χαρακτὴρ κωλύοι*, necessariam illam propter vocem homericam a Grammaticis disputatam in Sch. BL. ad Il. XIV. 465. EM. 735, 8. *παρὰ τὸ ἔχω γίνεται ἐχμός καὶ διπλώσει* (adde *ἑεχμός*) *ὡς ἐέλδωρ, εἶτα τροπῇ ἑοχμός καὶ συνεοχμός*, quod non alio accentu notari poterat quam *πλοχμός*, *μυχμός* etc. v. Parall. 395. De monosyllabis contrarium praecipere videtur in Pron. 107. *τὸ ἑέ εἰ κατ' ἀρχὴν ὀξύνοιτο παράλογον ἕξει τὸν τόνον· εἴτε γὰρ τὸ δεύτερον ε ἐπλεόνασεν, ἐν αὐτῷ ὁ ὀξὺς τόνος γενήσεται ὁμοίως τῷ ἥ καὶ ἠέ· εἴτε τὸ ἄρχον, εἴ γε οἱ πλεονασμοὶ τοὺς τόνους τηροῦσι ἑοῖ ἑοῦ*[19]). Id fortasse intuens Schol. Hes. Th. 145. numeralium primum a pleonasmo sejungit *τὸ ἕεις ἐστὶ διαίρεσις περισπωμένης*· sed plerique id rejiciunt; primum Apollonius loco illo unde profectus sum, tum Schol. Od. XII. 417. *τὸ θέειον πλεονασμός ἐστιν ὡς εἷς ἕεις* et Herodianus ipse in Choerob. Can. 246, 24. EM. 16, 18. *τὸ ἀδελφίδεος οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀδελφιδοῦς, οὐδέποτε γὰρ εὐθεῖα διαλύεται· τὸ γὰρ ἕεις κατὰ πλεονασμὸν ἔχει τὸ ε*. Quod si generatim atque universe edixit, non solum nominativos *πάϊς* et *ὄϊς* pro nativis habuit, monosyllabos pro contractis, sed idem etiam de *ὀϊστός* et *ὀϊζύς* statuisse existimandus est, etsi haec a primitivis *οἴω* (unde *ἄνοιστος*) et *οἴ οἴζω* longius remota sunt quam bisyllaba quae Attici receperunt; quare vulgo diaeresi subjiciuntur v. Apollon. Adv. 538, 10. EM. 620, 8. Verum aut valde erro aut ille quoque regulam accuratius determinavit exceptione characteris, quem indicat Arcadius p. 92. *τὰ εἰς υς θηλυκὰ ἐκτείνοντα τὸ υ ὀξύνεται, πληθύς, ἐδητύς, ὀϊζύς* etc. et de altero genere p. 83, 20. *τὰ εἰς στος προσηγορικὰ ὀξύνεται*

---

19) Sic Mehlhornius Gramm. T. I. 232. scripsit pro *ἕοι, ἕου, ἕε* cf. Skrzeczka Observatt. in Apoll. p. 19. n. 54. Genitivi *ἑοῦ* auctores nominat Muetzell. de Theog. 205. *Ἑοῖ* pleonasmum atticum habere dicit Schol. Od. IV. 38. Ambigue loquitur Apollonius in Lex. p. 62. *τὸ ἑέ κατ' ἐπέκτασιν*, sed hic quoque epectasin primae syllabae indicare videtur, non eam quae proprie ita dicitur hoc est prosschematismum.

ἀγοστός, ὀϊστός. Cur autem ἕεις, etsi epsilon pleonasticum habeat, tamen diversum a monosyllabo accentum acceperit, Theognostus Can. 134. hanc causam affert quod nomina in εις, quae supra syllabam sint, graventur ἐρόεις τιμήεις, participia acuantur τιθείς - καὶ διὰ τοῦτο τὸ εἷς εἰς δισυλλαβίαν μετελθὸν βαρύνεται ἵνα τὴν ὀνοματικὴν σημασίαν ἀποφήνῃ· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων v. Lehrs. ad Herod. p. 59. Cum ἕεις propter pleonasmi speciem in Epim. 1. 446, 11. confertur genitivus pronominis ἕης et imperfectum ἔην πλεονασμῷ τοῦ ε ποιητικῶς EM. 317, 56. atque adeo subjunctivus ἔῃ 581, 34. utrumque falso, nam epsilon ad substantiam verbi pertinet. Certum vero est incrementum pronominis personalis non solum in quarto casu sed etiam in secundo et tertio, quorum neutri convenit diplosis ab Apollonio explosa l. c. ὑπόψυχρόν ἐστι τὸ λέγειν ὡς ἐδιπλασιάσθη τὸ ἑέ. Pleonasmum ratum facit Herodianus Il. XX. 171. ἡ ἑὲ ἀντωνυμία ἐπλεόνασε κατ' ἀρχὴν ὥςπερ ἐπὶ τοῦ ἑόν, ἑοῦ, ἑῷ et Sch. Apoll. I. 1032. τὸ ἑεῖο ἐνταῦθα ἰσοδυναμεῖ τῷ ἑαυτοῦ προςληπτικὸν λεγόμενον τοῖς παλαιοῖς hoc est assumtivum epsili, quod hinc transiit ad pronomen ejusdem personae possessivum ἑός. Diaeresis vero adjudicatur affini generi; τὰ ἄρθρα διαιροῦνται, αἱ δὲ ἀντωνυμίαι πλεονάζουσι Sch. Vict. Il. II. 325. EM. 614, 40. Sicut vero pronominum pleonasmus uno illo continetur genere ἑοῦ, ἑοῖ, ἑέ, sic diaeresis uno articuli postpositivi casu nititur genitivo, et hujus non amplius quam duo exempla habemus, unum masculini generis τὸ ὅου οὐ πλεονασμὸς ἀλλὰ διαίρεσις· εἰ γὰρ κατὰ πλεονασμὸν ἐγένετο, ὤφειλεν εἶναι περισπώμενον ὁοῦ· λέγει γὰρ Ἡρωδιανὸς ὅτι ὁ πλεονασμὸς τὸν οἰκεῖον τόνον φυλάττει, ὥρακα ἑώρακα, ἥνδανεν ἑήνδανε, ἐείκοσι, ἡ δὲ διαίρεσις ἐναλλάττει EM. l. c. Epim. I. 316, 18. alterum feminini τὸ ἕης διῄρηται ὡς τὸ ὅου Sch. Vict. Il. XVI. 208. Una igitur, qua duae affectiones discriminari possint, nota traditur accentus et hunc dubium reddit raritas exemplorum. Hodie tamen fixus ratusque est in utroque genere et credamus licet eum jam multo ante signorum prosodiacorum inventionem in scholis per manus traditum vocesque illas

sic prolatas esse ut postea scriptae sunt. Sed quae in EM. et Epim. l. c. cum monosyllabis istis componuntur polysyllaba ἐήνδανε etc.[20]) quum nihil ad probationem conferant — quomodo enim accentus proparoxytonorum retrahi potest? — ex alio quodam canone translata videntur, quo non accentus ratio sed spiritus traderetur ut in EM. 317, 48. τὸ ε πλεονάζον πρὸ φωνήεντος ψιλουμένου μὲν συμψιλοῦται, δασυνομένου δὲ συνδασύνεται, οἶκα ἔοικα, ἑώρων, ἑήνδανε, ἑέρσα (hoc accentu), ἑός, ἕεις, ἕε (sic) Schol. Apoll. II. 21. τὸ προςτιθέμενον τοῖς δασυνομένοις ε καὶ αὐτὸ δασύνεται, ἑέρσῃ, ἕεδνα, ἑῶν, idque ab ipso Herodiano praecipitur ad Il. XIII. 453. Epim. I. 132. τὸ προςερχόμενον ταῖς δασυνομέναις λέξεσι μεταληπτικὸν γίνεται τῆς δασύτητος, ἑέρσα, ἕεδνα, ἑώρων[21]). Trisyllaba autem, ut illuc redeam, et proceriora, quae accentum in ultima vel penultima habent, epsilo amplificari haud cognitum habemus. Ergo quaestio continetur in bisyllabis, quae Apollonius accentum remittere ait, et paucis istis monosyllabis, de quibus modo dictum est. Verum dimissa hac cura devenimus ad adjectivum, quod eandem prosthesin prae se fert: ἐΐση πλεονασμὸς ἐστιν, οὐ διαίρεσις Schol. Od. V. 175. τὴν ἴσην δαῖτα ὁ ποιητὴς ἐπεκτείνας εἴρηκεν ἐΐσην Athen. I. 12. D. Praeter hoc unum reperitur appositum sed antiquis incognitum ἐέσχατος Suid. et Cyrill. in Tittmanni praef. Zonar. p. CIII. Huic ἀάσπετος conferri potest et alia huic similia v. C. I. §. 3. quibus illud diplosis nomen magis convenit quam pronomini ἑέ. — His omnibus

---

20) Sic etiam Apollonius Pron. 107. ut probet ε pleonasticum acui, nomine ἠέλιος utitur quasi argumento.

21) Herodianus ad VI. 348. quum docuisset vocales ante ρ σ non aspirari, addit ταύτῃ ἀναλογώτερον τὸ ἔερσα τρισυλλάβως. Huic igitur apponenda est nota psilosis; nam si ut ἄρσας et ὄρσεο sic ἔρσῃ sive ἔρσα scribi debet sine aspero, trisyllabum quoque συμψιλοῦσθαι oportet. Minus restricte Lex. de Spir. 215. τὸ ε πρὸ ἑαυτοῦ ψιλοῦται ἔεργε etc. πλὴν τοῦ ἕερσα, ἐέλδωρ· τοῦτο δὲ καὶ ψιλούμενον εὗρον. Sic ἐέρσῃ scriptum est in cod. Harl. Od. XIII. 7. ἐερσήεις in Ed. Rom. Il. XXIV. 419. Ἕδνον pro leni nunc asperum accepit, ἔεδνον pro aspero lenem; antiquae Edd. variant.

inter se collatis manifestum fit primum hoc, pleonasmum in hoc genere longe latius dominari quam diaeresin, si praesertim hoc nomen continemus finibus a ratione praescriptis, quos longe excedunt Grammatici non solum formas vocabulorum proprias et nativas *Μουσέων*, *φιλέῃ*, *φιλέοι* etc. ad hanc affectionem trahentes quia consuetudo utitur contractis, sed etiam diectasis varias species complexi, *θέειον*, *πετεηνός*, *φόως* etc. Deinde epsilon vocalibus praeponi omnibus praeter υ et omnibus diphthongis qua propriis qua impropriis, praeter αι, αυ, ῃ, ηυ, ευ, nisi accedimus iis, qui ut Eustathius ait 318, 1. genitivum *ἐῆος* ad *ἐεύς* referunt, id autem nihil aliud esse volunt quam *εὖς*, *ἐΰς*.

§. 4. Aphaeresis exempla pauca proferuntur et pleraque incerta. Cum *θέλω* et *κεῖνος* Gregorius p. 474. componit *ὀρτή* tanquam ionice imminutum, et EM. 634. 12. *ὀρτὴ ἀπὸ τοῦ ἑορτὴ κατ' ἀφαίρεσιν· Περὶ παθῶν.* Neque aliter dici potest si ad consuetudinem magis quam ad veritatem exigitur. Nam re vera illa germana est progenies verbi *ἔρδω*, quod catexochen dicitur pro *ἱερὰ ἔρδειν* ut *τελετή* et latina *facere* atque *operari* pro rem divinam facere v. Technol. 263. Hinc nomen verbale *ὀρτή* epsilo in o micron verso ut *ἀείρω ἀορτή*, additoque quasi augmento *ἑορτή* cum aspiratione verbi *ἕρδω* attica. Hoc autem quia in usu praevaluit, pro recto et integro accipitur, *ὀρτή* pro acciso. Consimile est *ἐόργη* tudicula vel pistillum quo massa rudis *ὀργάζεται* hoc est *κατεργάζεται conficitur*, unde patet cum perfecto *ἔοργα* cognatum esse[22]) ut *ἑορτή* cum altera verbi forma *ἕρδω* sive *ἔρδω*, homericumque *συνεοχμός* cum *ἔχω*, cujus perfectum esse potuit *ἔοχα* ut *ἔολπα*. Hoc *συνεοχμός* et *ἑορτή* ne accentum retraherent ut bisyllaba solent, prohibuit character verbalis; *ὄργη* si in usu esset, gravaretur, quia non actionem signi-

22) Eustath. 219, 25. *ἡ ἐόργη ἐκ τοῦ ἔοργα.* Callimachus et Nicander truam *εὐεργέα λάκτιν* vocant sensu activo; panem probe subactum Andromachus *εὐεργέα ἄρτον*, verbaque *ἐργάζεσθαι* et *ὀργάζειν* (*ἐοργίζειν*) non longius inter se distant, quam *agere* et *subigere*, id est depsere, quod germanice dicitur *wirken*.

ficat sed substantiam ut κοίτη[23]). Delicias facit ille in Etym. Gud. 164, 40. ὥςπερ ἀπὸ τοῦ ἕεις γίνεται εἷς κατὰ στέρησιν τοῦ ε, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἐείκοσι εἴκοσι. Imperfectum ἦν ex ἔην natum esse plerique consentiunt, sed alii crasin appellant, alii aphaeresin et cum χρῆν componunt, ἐών τὸ ἐντελέστερόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἔω, τὸ δὲ ὤν κατὰ συναίρεσιν EM. 350, 31. Utrumque vero epsilon et quod vocalibus praemittitur et quod consonantibus, ab alpha pleonastico hoc differt quod significationem vocabulorum nulla parte immutat. Nam quod in Epim. I. 202. dicitur τὸ θέλω ἐστὶ τὸ ἁπλῶς βούλομαι οἷον θέλω περιπατεῖν, τὸ δὲ ἐθέλω τὸ ἐξ ἔθους καὶ κατ' ἀνάγκην, ἐθέλω φαγεῖν, somnium est. Inter ὡς et ἕως aliquid cognationis intercedere, nemo facile negaverit. Sed non ideo assentimur Eustathio 1055, 12. τὸ ἧς ἕης ἔφη ὡς τὸ ὡς ἕως πλεονασμῷ τοῦ ε ἀττικῶς cf. ad Aj. v. 1117. p. 442.

CAP. III.

De vocali eta.

§. 1. Ut via coepta pergam primum examinabo vocabula in quibus eta aliis vocalibus praemissum putatur. Hujusmodi est quod EM. 420, 6. profert ἤειρεν ἔδησεν ἀπὸ τοῦ ἠείρω πλεονασμῷ τοῦ η ὡς ἠμύω. Illud jam removimus; cum μύω ἠμύω Epim. I. 416. componit ᾔδειν (sic) ἠείδειν. Huic diphthongum accrevisse censet EM. 419, 55. ἠείδει πλεονασμός ἐστι τῆς ει ἐκ τοῦ ᾔδει ὡς ἐπὶ τοῦ ἑξῆς ἑξείης, quem apparet non ᾔδει scripsisse sed ἤδει sicut saepe in Edd. antiquis scriptum invenitur probante ut in EM. dicitur Apollonio. Verum et hoc rejectum est et in adverbio, quod ille apponit, diphthongus insiticia quae dicitur non subsequitur vocalem sed antecedit. Haec igitur rectius verbo vel extrinsecus addita vel ex epsilo nata putatur, ἠείδης ἀντὶ τοῦ ἠπίστω μετ' ἐπιτάσεως τοῦ η Schol. Il.

23) Choerob. Can. 593. Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι τὸ ἔολπα δύναται εἶναι ὡς ἀπὸ ἐέλπω. Sic etiam dicere poterat ἐοχμός ἀπὸ τοῦ ἔεχμαι etc. v. §. 3. Sed ἅλις δρυός.

XXII. 280. qui sic scripsisse videtur *μετ' ἐκτάσεως τοῦ ε ἀντὶ τοῦ ἐείδης* plusquamperfecto *εἴδειν* epsilon pro augmento additum ratus. Nec quenquam moveat quod neque hoc neque *ἐείδειν* reperitur, ac ne perfectum quidem *εἶδα* praeter modos obliquos sed *οἶδα* ex *ἔοιδα* natum. Ectasis certe convenit imperfecto verbi substantivi, quod Eustathius 1865, 32. ad pleonasmum revocat: *ἤην ταὐτόν ἐστι τῷ ἦν πλεονασμὸν παθὸν τοῦ η* sed veri similius est id ex *ἔην* procrevisse. Verbi *εἶμι* imperfectum si sic scriberetur ut Buttmannus voluit Gramm. I. 559. *ἤειν*, ex primitivo *εἶν* natum haberemus, sed ubique *ᾔειν* legitur iota subscripto quod poscit praesens *εἴημι*, sicut altera forma *ᾖον ἀπὸ τοῦ εἴω τὸ πορεύομαι τροπῇ τοῦ ε εἰς η* Choerob. Orth. 217, 24. Ab *εἶν* repetunt pluralem *ἴμεν ἴτε ἴσαν καὶ πλεονασμῷ ἤισαν* EM. 423, 43. *Ἠΐσκομεν* in loco impedito Il. XXII. 332. idem 423, 52. dubitat utrum pro *ἴσκομεν* positum sit *πλεονασμῷ τοῦ η* (quod excidit in Epim. I. 194, 15.) an pro *ἐΐσκομεν* per ectasin. — Hesychii glossas *Ἠέλδεται ἱμείρεται, Ἠέλμεθα συνήμμεθα, Ἠέρχατο καθειργμένοι ἦσαν* suspectas reddunt loci homerici ubi haec tempora aliter scripta leguntur *ἐέλδεται, ἐέλμεθα* etc. Et quod idem praebet *Ἠελεοῦσιν ἀντὶ τοῦ ἐλεοῦσι* e loco mendoso sumtum videtur. *Ἠερέθονται ἀντὶ τοῦ ἐρέθονται πλεονασμῷ τοῦ η ὡς ἠμύω* Sch. Vict. Il. XXI. 12. peritiores cum *ἠγερέθονται* componunt EM. 421, 5. — De nominibus huc refertur Scamandri epitheton *ἠιόεις ἢ ἀντὶ τοῦ ἰόεις πλεονασμῷ ἢ ἀπὸ τῆς ἠιόνος ἠιονόεις καὶ κατὰ συγκοπὴν ἠιόεις ὁ καλὰς ἠιόνας ἔχων* EM. 426, 6. quibus tertium addit Hesychius *ἢ καλὰς φωνὰς ἔχων* scilicet ab *ἠίων auditio* quod Zenodotus fabricatus est. Scamandri ripas violis abundasse non constat. Itaque tenemus non secundo loco propositum est *ἀπὸ τῆς ἠιόνος·* namque fluviis quoque, non mari solum tribui *ἠιόνας* Hermannus ostendit Opusc. T. IV. 210. Sed ut syncopae occurratur pro *ἠιών* substituimus quasi primitivum *ἤιον* a verbo *ἰέναι* unde non solum *ἤια τὰ ἐφόδια* sed etiam *ἠιὼν ὁ παραθαλάσσιος καὶ ὁδεύσιμος τόπος παρὰ τὸ ἰέναι* Didym. ad Il. XII. 31. et *ἠιόνες τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν διὰ τὸ τὰ δάκρυα δι' αὐτῶν φέ-*

ρεσθαι EM. 423, 5. parsque facie his subjecta παρήιον, cui praepositionem detraxit Hesychius Ἤιον παρειὰ ἢ γνάθος. Hinc argumentamur ἠιόνες et antiquius ἤια proprie significare ambulationes, meatus, sed praecipue ripas spaciosas et amoenas, quales Cicero *ambulationes* ἀλιτενεῖς vocat, et ab hoc neutro poetas, qui ἠιονόεις versui aptare non possent, derivasse ἠιόεις [1]). Alterum est heroinae nomen Ἠερίβοια ἀπὸ τῆς ἠέρι δοτικῆς ἢ ἀέρια καὶ μεγάλα βοῶσα ἢ παρὰ τὸ ἐρί ἐπιτατικόν EM. 421, 30. Hoc Buttmannus amplectitur Lexil. I. 148. Ἠερίβοια ex ἐερίβοια ortum arbitratus. At haec epectasis particulae intentivae ignotissima est, neque quidquam efficitur eo quod Ajacis matrem alii Ἠερίβοιαν vocant, alii Ἐρίβοιαν v. ad Aj. p. 285. namque nomina propria heroica praesertim ad sua quisque libita fingit. De Ἐρίβοια dubium est utrum sic ut masculinam ἐριβόας interpretandum sit an ut mulierum nomina Ἀλφεσίβοια, Εὔβοια, Πολύβοια. Sed Ἠερίβοια sic dici videtur ut praecones homerici ἠερόφωνοι, quod si quis mulierem non admodum clamosam dedecere judicet, remedium a pleonasmo sumi potest. Quemadmodum enim pro ἥλιος dicitur ἠέλιος, ita fortasse Ἠερίβοια pro ἠριβόη id est ὀρθροβόη vel ὀρθρογόη sive γόοις ὀρθρεύουσα Eur. Suppl. 977. Hesychius adjicit Ἤειδος πνῖγος id est εἶδος, quod vulgo ἶδος scribitur, sed corruptum videtur ut paullo ante Ἤβρετας ἀνδρὸς ξόανον.

§. 2. Videamus nunc quo jure eta consonis anteponi contendant; ἠθεῖε ἀπὸ τοῦ θεῖος κατ' ἐπένθεσιν (πρόςθεσιν) τοῦ η ὡς τὸ ἠβαιός, ἠμύω Sch. Apoll. II. 1219. ἠμύω ἐκ τοῦ μύω πλεονασμῷ τοῦ η Ἡσίοδος· „πολλὰ δ' ἀπὸ χλωρῶν δενδρέων ἀμύοντα χάμαζε [2]). Ὥςπερ τὸ σταφίς γίνεται ὄσταφις καὶ ἄσταφις κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α

1) Homericum dativum ἠιόεντι Hesychius (post Ἠιχθῆτην) interpretatur ἀφρώδει, non ex etymo sed quia multi fluvii *spumei* vocantur, nisi potius ὀφρυώδει scripsit; nam ὀφρύς, ὄχθη, ἠιών, persaepe synonyma sunt.

2) Fragm. Marckscheff. p. 380. Subjectum est ἔρνεα ut in Apoll. III. 1399. ἔρνεα — κατημύουσιν ἔραζε, Theocr. VII. 145. ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε. *Rami pondere nutant* Ovid. Art. II. 263.

καὶ τοῦ ο̄, οὐ κατὰ τροπήν, οὕτως ἐπὶ τοῦ μύω πλεονάζει καὶ τὸ ᾱ καὶ τὸ η̄ EM. et Epim. I. 85. Buttmannus Lexil. II, 118. ἀμύω ex ἠμύω natum putat correptione ionica ut πάρη, λάξις. sed potest contrarium sumi ἠμύω ex ἀμύω extitisse ut ἠκή pro ἀκή (ἀκμή, ἀκωκή), ἠφλυσμός pro ἀφλοισμός Suid. qua ratione non eta prostheticum est sed alpha ut saepe. Quin etiam quaeritur num ἀμύω sive ἠμύω idem verbum sit atque μύω. In illo quidem Hesiodi loco pro ἀμύω nullo modo scribi poterit μύω. Hoc enim de palpebris, labris [3]), vulneribus coeuntibus dicitur, ἠμύω vero de capitis et corporis inclinatione animive demissione v. Spitzner. Exc. XXXIII. et si nonnunquam alterum pro altero substitui potest ut in Nic. Al. 453. ἠμύοντα χάλινα (si vere ita scriptum est) idem valet quod συμμεμυκότα χεῖλη [4]) multo saepius tamen notabiliter differunt. Quare illud ab affectis, quae quidem proprie ita dicuntur, separari debet; τὰ γὰρ πάθη τὸ δηλούμενον οὐκ ἀλλάσσουσι Schol. Dion. Gramm. p. 959. Nomina hujus generis congregat Schol. Il. VI. 518. τὸ ἠθεῖος γέγονε παρὰ τὸ θεῖος ὡς μύει ἠμύει, πεδανός ἠπεδανός, εὐγενής εὐηγενής, βαιός ἠβαιός-ἢ παρὰ τὸ ἔθος ἔθειος καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς τὸ η καὶ καταβιβασμῷ τοῦ τόνου· ἀναλογώτερον δὲ ἐκ τοῦ θεῖος, ὅτι ἡ αὐτὴ τάσις σώζεται καὶ ὀλίγα πάθη δίδονται. Horum primum Eustathius quoque p. 659, 47. pro θεῖος positum dicit κατὰ παράχρησιν, quia hujus longe alia est significatio, Aristophanem vero accepisse pro συνήθης ab ἔθος sive ἦθος. Atque hoc sine dubio vincit; nam quod ἠθεῖος accentum non eum habet quem τέλειος et alia a nominibus in ο̄ς derivata, id excusatur diversitate significationis cf.

3) Posteriores ad aures transtulerunt; μύε τὰς ἀκοάς Galen. Eup. II. 5. p. 419. T. XIV. Βύει καμμύει φράσσει Hes.

4) In Nic. Ther. 626. κόρκορον ἠμυόεντα (ἢ κονίλην) rei herbariae periti decernant utrum ἢ μύοντα, ut Schneidero placuit, scribendum sit id est μεμυκότα φύλλα ἔχοντα, an ἠμύοντα id est ἀεὶ κατακλινόμενον· nam utrumque spectat Scholiastae interpretatio; ἢ μυόεντα et ἠμυόεντα, quod Thesaurus recepit, improbabile est quia a verbis adjectiva in οεις exeuntia non ducuntur. Doederlein in Glossar. Hom. p. 62. μύειν, ἠμύειν et ἀμεύειν sive ἀμείβειν idem esse putat. Homericum ὑπεμνήμυκε veterum nonnulli καταμέμυκε et νένευκε interpretati sunt.

[illegible] huic subjuncto dissentit [illegible] (sic) ἄπους et Schol. [illegible] vocari ait ob infirmitatem [illegible] igitur sumit eta non ex abun-[illegible] privativo ortum esse quod [illegible] ἤπειρος, ἤμοιρος, πανήπο-[illegible] non legitur, quod si [illegible] esset, accentum in antepenultima [illegible]. Itaque ἠπεδανός nomen [illegible] thematica, quae ex ἤπιος co-[illegible] bisyllaba ut βρυκεδανός, πευκεδα-[illegible] pertinet ad parectasin ut εὐη-[illegible] destinavi. De ἠβαιός consentit [illegible] Adv. 524. et plerique alii, etsi non [illegible] esse, alterum βαιός τῶν νεωτέρων [illegible] Il. II. 380. sic ut dubitari possit an [illegible] affectum sit; nam de origine vocabuli [illegible]. Cum hoc Eustathius 659, 47. confert [illegible] de quo Schol. Acharn. 692. (684.) [illegible] παρὰ τὴν λύγην γάρ· πλεονάζει τὸ η. [illegible] unum Appianum legitur diluculum signi-[illegible] sed sustinetur similitudine affinium; [illegible] hinc arcessitur quamvis disparata proso-[illegible] quae inter gamma et kappa fluctuant: [illegible] ὅθεν λυγόφως καὶ λυκόφως καὶ ἀμφιλύκη [illegible] Il. II. 671. *prisci Graecorum primam lucem, [illegible] solis exortus, λύκην appellaverunt ἀπὸ τοῦ* [illegible] *lycophos* λευκὸν φῶς Fest. idemque σκιόφως [illegible]

[illegible] 103. In EM. 434, 20. ἤπιος σημαίνει κυρίως τὸν [illegible], in quibus laborat Sturzius; verba sunt trans-[illegible] ὁ σημ. —

[illegible] est ut apud Suidan Ἠλύγη καὶ ἀπ' αὐτοῦ [illegible] videtur ἡ λυγαία. In Theogn. Can. 22, 4. λυγαίη [illegible], hoc in ἠλυγίσασθαι mutandum: ἠλυγι-[illegible] Od. XI. 398. veterum Criticorum [illegible] ἔχων. Sed hoc [illegible] ad Thucyd. VI. 36. Luciano reddere tentat, [illegible]

dicitur et *λυκαυγές*, laconice *μιργάβωρ*, germanice *Daemmerlicht* conjunctis lucidi et creperi notionibus, quia tempus hoc sublustre caliginis lucisque medium est, quare a Graecis *κνέφας*, a Romanis contrarie diluculum appellatur. Itaque *ἠλύγη* pleonasmi suspicionem vix effugere potest eodemque nos ducit trope adjectivi *ὠλύγιος σκοτεινός* Hes. Minus fidei habet quod in EM. 433, 17. proponitur: *ἠπανία ἀπὸ τοῦ σπάνις σπανία καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ̄ καὶ πλεονασμῷ.* Etenim si *σπάνις* cum *πεῖνα* et *πενία* contendimus, sigma insiticium ideoque abjectioni opportunum esse non diffitebimur; et si Mesapiorum vocem *πανία ἡ πλησμονή* huc adhibemus, *ἠπανία* eta non pleonasticum sed ex alpha privativo ortum habere videbitur. *Ἥμισυς dimidius* Coraes ad Plut. T. V. 334. et Atact. I. 163. idem esse statuit atque *μέσος medius;* nam etiam Graecos hujus memoriae *μέσος* dicere pro *ἥμισυς* et *μεσότομος* nihil differre ab *ἡμίτομος·* quibus addi poterat *Μεσόψηρον ἡμίξηρον* Hes. Sed hoc non ad omnia convenit; nam *χιτὼν μεσόλευκος*, qui etiam *διάλευκος* vocatur, differt ab *ἡμίλευκος* et *δόρυ μεσσοπαγές* nullo modo *ἡμιπαγές* dici potest, neque significatio solum mutatur sed etiam exitus. Ex ignotis fontibus hausit Hesychius *Μισυοί οἱ ἔχοντες τὸ ἥμισυ λευκὸν τοῦ σώματος, τὸ δὲ ἥμισυ μέλαν, οὓς ἔνιοι μισγούς*, quo misticii significari videntur; *ἥμισος, ἥμισον* legitur in Curtii Anall. Delph. p. 20. et 22. *Ἡμιμαλλόνες αἱ Βάκχαι* Kuesterus vitiose scriptum putat pro *αἱ* — Si pleonasmus est, nomini proprio et peregrino haud aegre indulgetur[7]). Inter partes orationis indeclinabiles duae temporales *ἤδη* et quod Klotzius ad Devar. II. 393. ex illo natum censet *δή* tam similem inter se habent significationem ut alterum ex altero ortum videatur, sed praetermittuntur a Grammaticis quia

---

7) Suidas *ὤμιλλα ἀπὸ συναιρέσεως ἡ ἅμιλλα ὤμιλλα*, sic statuisse videtur contracto *ἅμιλλα* ionice detractam esse aspirationem articulo debitam ut *ὠὐτός, ὤριστος* et hanc nominativi formam transiisse ad ceteros casus cf. C. V. §. 1. nam *ὤμιλλαν* ex Eupolide affert. Alii *ὤριστος* simplex esse volunt alpha dorice vel boeotice in *ω* verso, sed hi neque *ὤμιλλα* afferunt, neque aliud hujus tropae exemplum.

ἤδη plus ponderis habet quam δή, quod particulis expletivis adnumeratur Apoll. Conj. 519. Dionys. Gramm. 643. Choerob. Orth. 197. Ἠμέν et ἠδέ etsi quilibet intelligit οὐκ εἶναι πλεονάζοντα ἀπὸ τοῦ μέν καὶ δέ, tamen admonemur saepius EM. 465, 5. Epim. I. 284. Schol. Dion. Gramm. 959. qui quod refutationis causa subdit οὐδέποτε γίνεται πλεονασμὸς μείζων τῆς δεχομένης τὸν πλεονασμὸν λέξεως, adversus eos dici potest qui ἠθεῖος, ἤειρεν, ἠείδη eta pleonasticum habere crediderunt — τὸ γὰρ η μεῖζόν ἐστι τῆς ει διφθόγγου Herodian. de Genit. parag. Cram. T. III. 234, 12. Aphaeresis exempla nulla proferunt.

CAP. IV.

De prosthesi et aphaeresi literae iota.

§. 1. De hac quae strictim adnotavi ad Aj. p. 313. nunc explanatius edisseram initium sumens a nomine divino: Ἥιε κατ' ἀφαίρεσιν· Ἀρίσταρχος δασύνει ἀπὸ τῆς ἕσεως· οἱ δὲ περὶ τὸν Κράτητα ψιλῶς ἀπὸ τῆς ἰάσεως Schol. Il. XV. 364. v. Lehrs. Arist. 346. Cratetem non moramur. Sed de Aristarcho quoque, si illud a verbo aspirato ἵημι derivatum putavit, valde considerandum est ne erret. Nam si hinc denominatus esset deus jaculator, sine dubio ἥσιος diceretur ut Ζεὺς στήσιος et θεοὶ κτήσιοι, vel ἕσιος ut Jupiter ἀφέσιος et Apollo ἐκβάσιος. Ἤιος potius sic figuratum est ut ἰήιος et εὔιος, hoc est ab interjectione ἤ, quae non invenitur quidem nisi addito iota, sed etiam breviore sono exprimi potuit, sicut cetera epiphonemata varie expromuntur pro affectu loquentium ἰαί, ἰώ, ἰή, ἰού, ἰεῦ, ἰαῦ, ἰαυοῖ et sine iota ἆ, αἴ, ὤ, ἰύ τὸ θαυμαστικόν, ὃ λέγεται καὶ ἰηύ Epim. II. 1. cf. Lehrs. Arist. 339. eaque omnia thematica sunt ut ἀτταταί et ἰατταταί, αἰβοῖ et ἰαιβοῖ. Itaque Tryphonis sententiae ἰώ ex ὦ factum esse jure repugnat Herodianus: σχετλιαστικὸν ὂν οὐχ ὑποπίπτει ἀναλογίᾳ EM. 481, 11. Nec dubium habemus quin ἰαλεμίστρια et ἠλεμίστρια Proll. 158. ab eadem interjectione ἰή et ἤ

profecta sint[1]). Sed ad verbum illud ἵημι Grammatici saepius recurrunt: ἧλος παρὰ τὸ ἵημι EM. Schol. Dion. Gramm. 716. quod ab approbatione non abhorret sed nollem addidisset ὤφειλε τρισυλλάβως λέγεσθαι ἵηλος, nam paragoga a prototypo ἕω sumi solent ἧμα, ἥμων, ἧτις Parall. 441. excepto Ἰήτης τοξότης Hes. cf. Proll. 397. Ac si sincere scriptum est Ἀπάλλεις ἀποπέμπεις Anecd. Bekk. 414. sequitur ἰάλλω quoque, quod ab ἴω τὸ πέμπω repetunt, capite deminutum esse. A verbo ἰέναι Schol. Od. II. 289. nomen ἤια deductum ait τὰ εἰς τὸ ἰέναι ἐπιτήδεια ἤτοι ἐφόδια, ἀποβολῇ τοῦ πρώτου ι· sed ut Homerus ἤϊκτο dixit pro εἶκτο sive ἧκτο, posteriores ἧγμαι (v. ad Buttm. 162.) ita ἤιον ectasi ex ἔϊον, hoc autem diaeresi ex εἶον factum videtur quod Arcadius ponit 119. εἶον τὸ εἰς τὸ εἶναι (ἰέναι) ἐπιτήδειον, hujus autem primitivum est εἴω sive ἕω Techn. 191.[2]) Quod Hesychius refert ἦσαι non solum pro ἡδῦναι dici sed etiam ἐπὶ τοῦ ἰάσασθαι, fortasse poeta aliquis hoc usus est de medico aegroti dolores leniente sicut ἰαίνειν duplicem habet significationem exhilarandi et sanandi v. Techn. 157. Suidae notatio Ὠκάς τὰς διώξεις, quam codd. omittunt, nisi ex libro mendoso fluxit, manifesto probat alicubi nomen ὠκή lectum esse, quod aliquam cum adjectivo ὠκύς similitudinem habet; sed usitata ἰωκή et ἰωχμός, quae isti eodem modo interpretantur δίωξιν, ab alio principio διώκω repetunt EM. 481, 24. Hesychius, qui homericum ἀσπὶς ἐάφθη interpretatus est ἐβλάβη, verbo ἅπτεσθαι tribuit laedendi significationem, quam ἰάπτειν habet, et huic iota detrahi posse affirmat non debilis auctor; ἄαπτος Ἡρωδιανός φησιν ὅτι γίγνεται ἀπὸ τοῦ ἰάπτω τὸ βλάπτω κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ ι Schol. Il. I. 567. Suid. cui contrariam sententiam paulo mox propositurus sum. Eandem vocalem ante consonantes exterminari valentissimum documentum hoc est in EM. 582, 50. μείρε-

---

1) Pro Ἀλεμός κόμπος Hes. fortasse ἄλεμος id est ἰάλεμος κομμός scribendum est.

2) Optativum Homerus dupliciter figurat, ab εἶμι εἴην, ab ἵημι ἱείην EM. 467, 44. Hesychius Ἐπῆμα ἐπίσια vitiose pro ἐπισῖια.

ται εἰ μὲν σημαίνει τὸ μερίζεται, γίνεται ἀπὸ τοῦ μέρος· εἰ δὲ σημαίνει τὸ ἐπιθυμεῖ, ἀπὸ τοῦ ἵμερος ἱμείρεται καὶ κατ' ἀφαίρεσιν μείρεται. Hujus auctorem unum novimus Nicandrum Th. 400. βασιλίσκον ἰυγὴν οὐ μίμνουσι κνώδαλα δτ' ἐς νομὸν ἠὲ καὶ ἀρδηθμοῖο μείρονται, quod non aliter accipi potest quam ut Scholiasta dicit, ἱμείρονται [3]). Vocales autem longas deteri tam contra naturam est, ut paene credam primitivum fuisse ἀμείρω *amo* vel ὁμείρω, quod codd. optimi N. T. praebent. Alterum affert Schol. Il. X. 335. κτιδέη κατ' ἀφαίρεσιν· ἰκτὶς γάρ ἐστι τὸ πρωτότυπον, quod contra dici potest cogitatione antecessisse κτίς sed, quia monosyllaba hujusmodi repudiantur, continuo auctum esse litera quae longius productis rursus decessit v. Parall. 84. Sic etiam ἰξύς dici pro ξῦς ἐπεί ἐστιν ἀνθρώποις ξύσαι αὐτήν Eust. 1531, 4. fortasse Herodianus ipse credidit v. Lehrs. p. 104. cui multo stolidior sententia tribuitur in Gud. 350, 34. παρὰ τὸ ἴκω ἰκτίλος καὶ ἀφαιρέσει κτίλος. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Minimum ponderis habet EM. 464, 43. ἴβυξ εἶδος ὀρνέου κρακτικοῦ, ἐξ οὗ Ἴβυκος κύριον καὶ ἰβυκηνίσαι, ὅπερ κατὰ μεταφορὰν λέγεται βουκηνίσαι, pro quo βυκινίσαι et παραφθορὰν reponendum est ex Eust. 1321, 34. ἐκ τοῦ Ἴβυκος παρεφθάρθαι δοκεῖ τοῖς τεχνικοῖς τὸ βυκινίζειν. Sic enim et βυκανίζειν Graeci posterioris aetatis dicunt latinum *buccinare* reddentes et βυκάνη pro buccina quod a bucca ductum est et utrumque a βύω unde βύκτης ὁ φυσητής Epim. I. 38. et instrumentorum musicorum, quae inflantur nomen commune φυσητήρια et βόμβυκες. Sed Ibyci nomen, si vere graecum est, onomatopoeticum videtur a verbo ἰύζω, cujus

3) Quod ad Od. XVII. 518. ἀοιδός-ὅςτε θεῶν ἐξ ἀείδῃ δεδαὼς ἔπε' ἱμερόεντα in Harl. adscriptum est γράφ. ἐπιμερόεντα, dupliciter accipi potest vel ἔπεα μερόεντα a recto μερόεις i. q. ἱμερόεις vel ἔπε' ἠμορόεντα sive ἀμορόεντα id est μόρου μὴ μετέχοντα Apollon. Lex. uno verbo ἄμβροτα ut Sophocles Ant. 1121. ἔπη ἄμβροτα. Qui in Il. XIV. 183. pro τρίγληνα μορόεντα scripserunt τρίγλην', ἀμορόεντα, huic eandem significationem incorrupti tribuisse videntur homericum εἵματα ἄμβροτα spectantes. Ἀμορόεις illi ab ἄμορος derivatum esse crediderunt ut ἀκυρόεις ab ἄκυρος etc. v. C. III. §. 3. fin.

iota pariter longum est elisionisque impatiens. Breve iota Graeci istius notae persaepe elidunt, *σχάδιον* dicentes pro *ἰσχάδιον*, *στορία* etc.

§. 2. De nonnullis controversia est inter doctos quomodo affecta sint, pleonasmo an ellipsi. Schol. Nic. Th. 263. *τὸ αὔει ἐξενήνεκται χωρὶς τοῦ ῑ· τὸ δὲ πλῆρες ἰαύει*[4]). E contrario *Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι τὸ ἰαύω παρὰ τὸ αὔω* EM. 464, 32. qui addit aoristum *ἀέσαι* ex *αὖσαι* natum esse. *Αὔω* tamen alibi non legitur et in illo ipso Nicandri versu pro *ἐνδυκὲς αὔει* in codd. nonnullis scriptum est *αἰὲν ἰαύει*, quod glossam sapit, in altero 283. Valckenarius *αἰεί* substituit. Qui si jure verbum *αὔω* *dormio* ex Graecia exterminat, hoc certe relinquitur ut *ἰαύω* ad *ἄω* sive *ἀέω* referamus tanquam ad thema. Pertritum est *αὔω* clamo, sed qui in Odyss. IX. 184. *ἔνθα τε πολλὰ μῆλ' ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον* hoc acceperunt pro *ἐβόων*, protinus explosi sunt. *Ἰωγή* veteres ab *ἄγνυσθαι* derivatum dicunt ad significandum locum *ἔνθα κλῶνται τὰ κύματα ἢ ὁ ἄνεμος* Sch. Od. V. 404. sive, ut Virgilius ait *ubi omnis ab alto frangitur unda* Aen. I. 160. Certe eadem cernitur vocalium ᾱ et ω̄ vicissitudo in compositis *περιαγή* curvatura et *περιώγανον* canthus rotae v. Proll. 183. neque extra fidem est iota extrinsecus adjectum esse, ut aliis quae ad Aj. l. c. contuli *ἰαείρω*, *ἰῶλκα* et quod Schol. Apoll. I. 972. tangit *οὖλος καὶ ἴουλος ἡ τῶν δραγμάτων δέσμη καὶ Οὐλώ ἡ Δημήτηρ*, quae apud Athen. XIV. 618. D. *Ἰουλώ* vocatur a verbo *ἴλλω εἰλῶ* v. Technol. 117. et 261. sed parum cogitate EM. 469, 38. huc admiscet *ἴηλα ἀντὶ τοῦ ἐδέσμευσα ἀπὸ τοῦ εἴλω*, quod Scholion pertinet ad Il. XV. 19. Hic interponam quaestionem de duobus vocabulis, quae antiqui synthetis adnumerant: *γνής γνητός ἦν ὥςπερ Κρής Κρητός, καὶ ἐγένετο ἐν συνθέσει μετὰ τῆς ῑ ἀντωνυμίας Ἴγνης Ἴγνητος καὶ ἐφύλαξε τὴν αὐτὴν κλίσιν*

4) Ahrens. Dial. Aeol. 26. comparat *ἠχή ἰαχή*, *ἀρά ἰαρός ἱερός*, his quoque iota detractum putans. Ad verbum *ἀχέω* referendum videtur *Μέγ' ἀχήσεται μέγα βοήσει* Hes. Activum *ἀχέει* Ilgenius posuit in H. H. in Pan. 18. *θρῆνον ἐπιπροχέουσα χέει μελίγηρυν ἀοιδήν*.

ὡς Κρής Ἔγκρης Ἔγκρητος (scr. *Ἐτεόκρης*) Choerobosc. Can. 144, 7. et 175. et accuratius Apollonius de Pron. p. 70. ubi de pronomine illo disserit: *τὸ ἰωροί παρὰ ἀττικοῖς ὁμολογεῖ τὴν ἀντωνυμίαν-ἰωροὶ οἱ αὐτῆς τῆς πόλεως φύλακες· καλοῦνται δὲ καὶ οἱ αὐθιγενεῖς παρὰ Ῥοδίοις ἴγνητες τῆς δασείας ἀττικῶς προςελθούσης.* Horum igitur sententia fuit inter Gnetes et Hignetes idem interesse discriminis quod inter Cretes et Eteocretes, Butadas et Eteobutadas. Adjectivum monosyllabum *γνής* non minus absonum est quam *βλής* vel *δμής* Parall. 82. cf. Lehrs. ad Herod. p. 326.[5]) sed ut alienigena dicitur *ἑτερόγνης*, ita indiges sive verna, quod nomen Festus interpretatur *ibidem natum*, appellari potuit *ἴγνης* intellectu duplici, vel pro *ἐνδογενής* ingenuus, si cum praepositione *ἴν* compositum est ut *Ἰσχερῷ ἑξῆς* Hes. i. q. *ἐνσχερῷ*, vel pro *αὐθιγενής* sive *ἰθαγενής* si, ut Apollonio placet, cum pronomine coaluit. Eodem tamen jure affirmari posset iota pleonasticum sive formativum esse, nisi satius videretur nominis peregrini et obsoleti, quod fortasse nullum habet cum verbo *γείνεσθαι* commercium, interpretationem ancipitem defugere. Justiorem vero pleonasmi suspicionem praebet appellativum *ἰωρός*, quod Apollonius quidem cum eodem pronomine *ἵ* copulatum dicit sed hoc nullo modo conciliari potest cum legis antiquae verbis, quae Suidas affert *Ἰωρός φύλαξ καὶ παροιμία Οὐδ' ἐντὸς ἰωροῦ· Καὶ νόμος ὁ παρ' Ἀθηναίοις ἐκτὸς ἰωροῦ ἐκέλευεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους·* hic enim prorsus non convenit *ἐκτὸς φύλακος*. Sed si vel pluralem illic scriptum fuisse ponimus, eumque sic interpretamur ut Paroemiographus *ἐκτὸς τῶν φυλακτηρίων*, tamen illa pronominis assumtio permolesta est. Quemnam enim intellectum habet *ὁ αὐτοφύλαξ* vel *ὁ γνήσιος φύλαξ*? sic enim nomen *ἰωρός* interpretatur Arcadius v. Proll. 275. not. Itaque retractans quod hic Apollonio assensus sum, nunc ita statuo, si legis auctor *ἰωρῶν* scripserit, incertum esse utrum

---

5) Schol. Eur. Or. 18. *τὰ εἰς ης ὀξύτονα μονοσύλλαβα περιττοσυλλάβως κλινόμενα διὰ τοῦ τος, Κρής, βλής, σής*, simplex *βλής*, quod Grammatici rejiciunt, sumsit e compositis *ἀβλής, ἐπιβλής* etc.

terminos significarit ut Plato dixit in simili causa ἐκτὸς τῶν ὅρων τῆς χώρας Legg. IX. 854. D. an custodes οὔρους[6]), sic enim plerique vocem homericam interpretantur convenienter compositis κηπουρός sive κηπωρός, θυρωρός etc. si singulari usus fuerit, nihil aliud significari posse quam ὅροι termini, quod nomen Cratylus Platonicus haud inepte cum nominibus temporis determinati ὧρος et ὥρα componere videtur. Equidem prius praefero; sed utrumcunque vicerit, certe iota redundat; quod si cum ὅρος cohaeret, spiritu aspero notandum est ut ἕεδνον, si cum ὠρός οὖρος, leni.

§. 3. Alia quaestio est de iota consonis anteposito. Strabo IX. 437. de Ithome Thessalica loquens τὴν Ἰθώμην, inquit, οὔ φασι δεῖν οὕτως ἐκφέρειν ἀλλὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν· οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον, hoc est vel Θώμην vocatam esse ut EM. 470, 9. Θώμη πόλις καὶ πλεονασμῷ Ἰθώμη, vel Θούμαιον, quomodo Stephanus hanc urbem appellari tradit ἀποβολῇ τοῦ ι καὶ τροπῇ τοῦ ω εἰς τὴν ου δίφθογγον. Hic igitur trisyllabum antiquius esse statuit; Strabo e contrario bisyllabum anteponit incertum qua ratione; nam graecorum scriptorum antiquissimus Ἰθώμην vocat. Sed fortasse illi innotuerat urbem aliter nuncupari ab indigenis idque ad fidem faciendam putavit plus pollere quam testimonium poetae, idemque analogiae convenientius judicavit. Nam Ἰθώμη intellectu caret, Θώμη vero concinit vocabulis usitatis θωμός et θημών, quae aggestum et exaggeratum indicant, hoc autem convenit urbis illius epitheto homerico κλωμακόεσσα sive κρωμακόεσσα id est clivosa et confragosa vel, ut Polybii verbis utar, πόλις περικεκλασμένη καὶ βουνώδης IX. 21, 7. id est montium anfractibus incisa. Praetereo alia locorum vocabula, quorum etymon funditus ignoratur, Ἴσινδα urbs ionica et Σίνδα, Ἱσπανία et Σπανία v. Bernhard. ad Dion. p. 885. Miller. Praef. ad Marcian. p. VI. eademque Pania a Panibus scilicet Liberi patris commilitonibus in Iberia post

---

6) Rossius in libro de demis Attic. p. 35. eosdem esse putat ἀκροφύλακας in Inscr. X. nominatos h. e. φύλακας τῆς ἀκροπόλεως.

emerita stipendia relictis. Et mons Galilaeae Thabor, qui a Graecis Ἀταβύριον, a Josepho et LXX. Ἰταβύριον nominatur; gens iberica Γλῆτες et Ἰγλῆτες. Sed praestat animum advertere ad notiora: μάστιξ παρὰ τὸ ἱμάσσω, τοῦτο δὲ παρὰ τὸ ἱμάς ὁ λῶρος, Epim. II. 391. quibus cognata sunt ἱμάσθλη, μάσθλη, μάσσαι id est ἱμάντι δῆσαι Techn. 10. Ἰβάνη ἀντλητήριον et Ἰβανεῖν ἀντλεῖν i. q. ἀνιμᾷν. Hes. Hic certamen oboritur utrum praeferri oporteat, pleonasmum an ellipsin. Etenim cogere et vincire sive constringere tam sibi vicina sunt ut non absurdum sit credere vocabula cogendi graeca ἴς, βία, βιᾷν, et constringendi latina *viere, vimen, vinculum* ejusdem esse stirpis et naturae ac proinde ἶνες id est nervi et ἱμάντες proprie vincula et ligamenta significare cf. Parall. 83. et 337. Doederlein. Gloss. Hom. I. 25. Quod si ita est, ἱμάς et ἱμάσθλη iota nativum habent, μάστιξ autem et μάσθλη [7]) aphaeresi affecta sunt. Atque hac ratione fortasse ille dixit μάστιξ παρὰ τὸ ἱμάσσω. Verum enim vero ex verbo, quod Homerus huic nomini adjungere solet, μάστιγι ἐπεμαίετο ἵππους, argumentum duci potest etymon esse μάσσασθαι *intendere*, atque hanc significationem *tenti* etiam ad illa vocabula funium restiumque convenire res est in oculis posita. Cum μάσθλη et ἱμάσθλη conveniunt duo vocabula ab Hesychio apposita, primum Ἰσμῆναι θῆκαι [8]) et Σμῆναι τῶν μελισσῶν αἱ θῆκαι, quo significantur alvearia sive σμήνη, ab hoc autem nihil differt ἑσμοί examina, utrumque ab eodem verbo ἱέναι derivatum v. Parall. 548. cujus thema duplex ἴω et ἕω. Alterum est Ἴβηνοι σοροί, θῆκαι ὀστράκιναι, κιβωτοί et Βῆνος κιβωτός, quorum illud cum θίβη convenit, alterum adminiculo caret. Suspecta vero est alia ejusdem glossa Ἰκιών πορευθείς, pro quo et κιών scribi potest et ἰκών, nam ἶκον veteres aoristum esse statuunt participio acuto. Cetera cum iota mutant terminationem variante intellectu. Sic corporis partes sibi vicinas et op-

7) Cum δίγονος μάσθλης in Sophoclis Fragm. convenit διπλῇ μάστιξ Aj. 239.

8) Ungerus in Theb. Paradox. 127. corrigit Ἰσμήνιαι Θῆβαι.

positas, quas Latini diversis significant nominibus *genu* et *poples*, Graeci non iisdem sed similibus appellant γόνυ καὶ τὸ κατόπιν ἰγνύα ἢ ἀγκύλη (ancale) Galen. Isag. X. 708. T. XIV. quorum alteri γνύξ, alteri ἴγνυσθαι apposui ad Buttmann. 68. not. v. Techn. 207. et 209. Et ἱμαλιά sive ἱμαλίς, quod Lexicographi explicant τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων, nescio an ad μάλευρον pertineat. Ἰσχαλεῦσαι θηλάσαι Hesychii interpretes conferunt cum Σχαλίσαι θηλάσαι, ac fortasse utrique commune fundamentum est σχᾷν, σχάζειν, χαλᾷν, namque ubera lacte distenta mulgendo laxantur; sed in EM. p. 739, 42. illud aliter scribitur σχαδίσαι τὸ θηλάσαι et pro lambda, quod in verbo ἰσχαλεῦσαι apparet, delta successit in adjectivo ἀνίσχαδος [9]) hoc est ἀθήλαστος, ἀνήμελκτος, ἄτοκος, idque in EM. ad σχαδών refertur propter similitudinem melctus et mellationis, similiterque ἀμέλγεσθαι etiam mel dicitur, non lac solum, et *promi ubera* itidem ut mella sive favi v. Techn. p. 14. Θύω θύνω, ἰθύω ἰθύνω in hunc numerum non admiserim. Etsi enim nonnunquam in eundem locum conveniunt nec raro a librariis confusa sunt v. Jacobs. ad Anth. p. 152. tamen sua cuique propria potestas et origo diversa est; illud enim cum θοός θοάζω cohaeret, cum ἰθύς vero ἰθύειν id est cursum vel cogitationem aliquo dirigere. Jam, ne quid praetermittam, illud iota quod nonnulla verba in μι exeuntia inchoat, prostheticon quidem est sed alio nomine insignitur: ἀναδιπλασιασμὸς κυρίως ἐστὶν ὅταν τὸ ἑξῆς τῆς λέξεως δὶς τὸ αὐτὸ σύμφωνον παραλαμβάνῃ, καταχρηστικῶς δὲ ὁ ἐξ ἑνὸς φωνήεντος οἷον ὦ ἰῶ, στῶ ἱστῶ EM. 477, 39. qui pro ἰῶ afferre poterat accommodatius ἵπταμαι.

CAP. V.

De prosthesi et aphaeresi literae o.

§. 1. Vocalium, quas hoc sermone complexus sum, tres novissimae significationem per se non immutant, sed

9) Hesychius Ἀνίψαλον ἀβλαβῆ παρὰ τὸ ἴπτω· οἱ δὲ ἡλικίας τάξιν id est ἄτοκον, ἀνήμελκτον. Videlicet ancipitem fuisse vocis scripturam.

ejus, quae sequitur, species complures sunt. Omicron significabile habent syntheta ὀγάστωρ etc. v. §. 2. et pronominalia, de quibus Apollonius loquitur de Conjunct. p. 502. τοῖς κατὰ πεῦσιν προοιστοῖς παράκειται ἀναφορικὰ κατὰ πρόςθεσιν τοῦ ο, ὁποῖος, ὁπόσος. Atque hoc genus a pleonastico disterminatur spiritu: πᾶν φωνῆεν ταῖς λέξεσιν ἔξωθεν προςτιθέμενον ψιλοῦται, δύνη ὀδύνη, νόμα ὄνομα, στάχυς ἄσταχυς. Τὸ ὁπότε καὶ ὁπηνίκα οὐ λυμαίνεται τῷ κανόνι· ἄλλη γὰρ ἡ σημασία Sch. Dion. Gramm. 716.[1]). Id parum attendit Schol. Odyss. VIII. 204. ὅτινα γίνεται ἀπὸ τοῦ τινά πλεονασμῷ τοῦ ο. Haec relativa pathologiam nulla ex parte attingunt. Nomen δύνη, quod quidam cum δύη componunt, teste caret; Gregorius ὀδύνη ex aeolico ἐδύνα, hoc ex ἔδω ut ἔδοντες pro ὀδόντες natum putat, quod probat Doederlein in Gloss. I. 27. sed exemplum hujus paragogae ἔδω-ἐδύνη nullum apponit. Alterius substantivi duas causas afferunt; ἀπὸ τοῦ νέμω γέγονε νόμα καὶ κατὰ πλεονασμὸν ὄνομα Choerobosc. Can. 368. παρὰ τὸ νέμω νόμα καὶ προςόδῳ τοῦ ο ὄνομα τὸ ἐπιμεριζόμενον ἑκάστῳ καὶ νέμον τὴν σημασίαν Epim. I. 327. *dicitur nomen vel a graeco, quod est νόμα et adjecta o ὄνομα dictum a tribuendo quod νέμειν dicunt, vel quasi notamen.* Priscian. I. 5, 70. *Nomen* quidem a nosco derivatum est sed hujus verbi principium videtur priscum et insolitum νόω. Huic

---

1) Ὁπόσον ap. Demosth. in interrogatione directa positum Schaeferus App. T. V. 285. in πόσον mutat; cetera hujus confusionis exempla quae ad Phr. 57. attuli, Graecitati citeriori assignat forte oblitus Platonicorum locorum, in quibus ὁπότερος pro πότερος legitur v. Heindorf ad Lysin p. 25. sine ulla codd. dissensione atque eo contextu verborum ut ratio a Fritzschio Quaest. Lucian. p. 140. inita admitti non possit. Euripidis testimonium Rhes. 702. mihi subtraxit editorum novissimorum correctio; pro ὁποῖα Plat. Alc. I. 112. F. quod Buttmannus tuetur, successit ποῖα. Ὁππόθεν ab Homero non directe positum esse Hermannus monuit ad Eur. Bacch. 655. neque ego eo usus sum l. c. sed utitur Bernhardy Synt. 444. sententiam mihi tribuens a me rejectam. Allatis addo ὅπως ταῦτα δοξάζεις κὰξ ὅτου; Philostr. V. Ap. VI. 3, 231. ἔσχες δὲ πόθεν ἢ ὅπως; Heliod. IV. 11, 154. ἀνθ' ὅτου λοιδορῇ; Julian. Ep. LIX. 119. οἵην, γαῖ', ἀμφέχανες κεφαλήν; Anth. VII. 440. pro τίνα. Aristaen. II. 23. ὡς εἴπω quomodo dicam?

proximum erat *νόμα*, sed quia substantiva in *μα* brachyparalecta, quae quidem antiqui probaverint, perpauca sunt, v. Parall. 426. hanc causam fuisse suspicor cur pro *νόμα* succederet *ὄνομα* id est nota qua res singulae determinantur. Similiter qui a verbo *τλῆναι* adjectivum fingere intenderent a participio *τλάς* soni quodam flexu distinctum, additamento uti coacti sunt aut paragogico *τλήμων* aut praepositivo *ἄτλας* vel *ὄτλας*. Hoc igitur *ο* formativum est ut alpha in *ἀσπερχής*. Sed pro *ὀδάξ*, quod Schol. Vict. ad Il. XIII. 291. cum *ὀτλάς* (*ὄτλας*) confert, dicitur etiam *δάξ*, raro quidem sed congruenter primitivo *δάκνω*, unde quae propagantur, inter utramque vocalem fluctuant, *ἀδάξω* et *ὀδάξω*, sicut *ἀσταφίς* et *ὀσταφίς*, quod Athenaeus III. 105. B. atticum perhibet, *τρύγη ὀτρύγη* Hes. *ὀτρυγίας* Gud. *τρυγηφάγος*, *ὀτρυγηφάγος* [2]) et *ἀτρυγηφάγος* Hes. *ὄστλιγγες οἱ βόστρυχοι παρὰ Φιλητᾷ διὰ τοῦ α* Schol. Apoll. I. 1297. a verbo *στρέφω* mutatis antistoechis ut *στρεύγω* Prolegg. 140. Sed *στλίγξ* monosyllabum non dicitur; neque magis *μέργω*, quod Eustathius ponit 1608, 54. sed *ἀμέργω* et significatione paullum diversa *μόργνυμι* atque *ὀμόργνυμι* v. Techn. 54. nec diversa videntur *Ἄμοργμα σύλλεγμα* [3]) et *Μύργμα ψῆγμα* Hes. Ac latino verbo *mejere* duo respondent graeca *Ἀμίξαι οὐρῆσαι ἢ ὀμίξαι* Hes. *ἀμίς παρὰ τὸ ὀμιχῶ ὡς ὀκριόεις ἀκριόεις, καὶ ἀμίξαι οὐρῆσαι* EM. 83, 32. Sed *ὀκριόεις* et *ὄκρις* vocalem *ο* vel natura insitam vel ex nativo *α* conversam habent per-

---

2) Hoc scriptum est in Archilochi versibus Fragm. LXXIX. (XXXI. Bergk.) *ὥςτ' ὄνου Πριηνέως κήλωνος ἐπλήμυρον ὀτρυγηφάγου*, quibus quae in Anecd. Paris. substituuntur verba corruptissima *οἱ δὲ οἶσα θήκην ὃ σημαίνει τόνου κήλωνος* (v. Schneidewin. Beitr. zur Krit. der Lyr. 89.) eorum quinque primae syllabae dimidium versus continere videntur sic redintegrandi *αἰδοῖα δ' ἠ̈* (id est *ὡς*) *Πριηνέως κήλωνος ἐπλήμυρον ὀτρυγηφάγου*, hoc est *inguina stillabant prurienti velut asino admissario* ut Virgilius dixit de equis *ἱππομανούσαις lentum destillat ab inguine virus* Georg. III. 282. et de muliere libidinosa Juvenalis VI. 64. XI. 166. *Tuccia vesicae non imperat* etc.

3) *Σύλλεγμα* dicere videtur faecem olei sive *τὴν ἀμόργην*, quae in fundo colligitur.

inde ut ὄρχαμος, quod Epim. I. 13. minus idonee illi confert. Verum hic agitur de pleonasmo, cujus exempla plurima proferuntur ex omnibus fere partibus orationis: Βριμός ἰσχυρός Hes. Βριμώ καὶ Ὀβριμώ ἡ Περσεφόνη Tzetz. ad Hes. Opp. 144. Βριάρεως καὶ Ὀβριάρεως ὡς Ὀϊλεύς καθ' Ἡρωδιανόν Eust. 650, 46. additque etiam κέλλω ὀκέλλω, κλάζω ὀκλάζω. Horum primum non legitur praeter infinitivum κέλλειν Hes. et tempora ulteriora κέλσω et ἔκελσα, sed antiquius tamen esse colligitur ex nominibus κέλης, κέλευθος, δίκελλα, quibus Vossius accommodat latinum *celer, cillere* etc. Alterum κλάζω ille finxit propter adverbium ὀκλάξ verbumque ὀκλάζω, quod Hemsterhusius ad Hes. s. Οἰκίδδειν et Ruhnkenius Epist. Cr. 244. a nescio quo ὄκω arcessunt, Orion vero et alii probabilius ἀπὸ τοῦ κλᾶν καὶ κάμπτειν τὰ γόνατα ἐν τῷ καθέζεσθαι. Ὀκλάξ autem non futuro, ut ajunt, dorico ὀκλάξω assimilatum est sed adverbiis, quae Theodosius Gramm. 78. ὀργανικά vocat γνύξ, πύξ, λάξ, ὀδάξ. — Δύρεσθαι ἀντὶ τοῦ ὀδύρεσθαι· οὕτως Ἡρωδιανός Zonar. 585. aphaeresin τοῦ ο significans quam nominatim designat EM. 192, 43. et confirmant ii qui ὀδύρεσθαι et ὀδύνη ad unam stirpem ἔδω referunt. Gravius vero est quod trisyllabo soli utuntur poetae tragici, altero promiscue omnes. Firmiter velut a natura insitum ο micron haeret in duobus ejusdem fere potestatis verbis ὀλολύζω et ὀλοφύρομαι. Sed adjectivi his cognati ὀλοφυδνός, quod Schol. Il. XXIII. 102. inconsulte cum ὀλόπτω confert[4]) alia ab Hesychio affertur scriptura Λοφυδνός ἢ ὀλοφυδνός, dubia tamen, quia hoc modo ille glossas sibi suspectas introducere solet: Λιγηπελές ἢ ὀλιγηπελές, Λίζονες ἢ ὀλίζονες, Λέκρανα ἢ ὠλέκρανα, quod saepe ὀλέκρανα scribitur. Haec nemo aphaeresis nomine tuebitur. Verum de aliis quaeri potest ad utram partem adscribenda sint ut quod idem praebet Ξυόεσσα εὖ ἐξεσμένη et testatius ὀξυόεις, cujus tria proponuntur etyma in Lex. de Spir. 233. ἀπὸ τοῦ ὀξύς ἢ ἀπὸ τῆς ὀξύης· τινὲς

4) Quae apponit ὤλοψας δ' αἴηφι (βίηφι) verba sunt Callimachi H. Dian. 76.

δὲ τὸ καλῶς ἐξεσμένον ἀπὸ τοῦ ξύω ξυόεν καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο ὀξυόεν. Horum secundum probavit Porphyrius et plerique interpretum; primum sequitur Nonnus *ὀξυόεντι γενείῳ* XIV. 335. *ὀξυόεντι ἄορι* XXXVI. 281. *ὀξυόεντι κέντρῳ.* XLII. 177. et exemplo non satis apto confirmat Schol. BLV. *ὀξυόεντι ἀπὸ παραγωγῆς τοῦ ὀξύς ὡς φαίδιμος φαιδιμόεις.* Tertio fidem affert femininum *ξυόεσσα,* nisi, qui hoc usus est, ut aliquid novi procuderet, homerico *ὀξυόεις* detraxit vocalem manente sententia, Hesychius autem similitudine verbi *ξύω* ad falsam deductus est interpretationem; si poeta ipse a *ξύω ξυόεις* propagavit, certe descivit a formula consuetudinis similiter illis qui a *μύω* finxerunt *μυόεις.* Pro *Ὤβρατο εἵμαρτο* Hes. scribendum videtur *ὤμβρατο·* sicut enim a verbo integro *μείρομαι* formatur *εἵμαρμαι,* sic ab aucto *ὁμείρομαι* perfectum *ὤμαρμαι* et literis transpositis *ὤμβραμαι.* Cum *ὀτρυγηφάγος* EM. 167, 25. confert *κρυόεις ὀκρυόεις* et Epim. I. 302. *ὀκρυόεσσα πλεονασμῷ τοῦ ο,* quod nonnulli *ὀκριόεσσα* scripserunt hoc est *τραχεῖα,* sed jure deserti sunt. *Τρηρόν ἐλαφρόν δειλόν τραχύ* Hes. non diversum videtur ab usitato *ὀτρηρός,* de quo ambigunt Grammatici: *ὀτρηρός παρὰ τὸ ὀτρύνω ἢ ἀπὸ τοῦ τρῶ τὸ δειλιῶ* Eust. 110, 1. et planius Schol. Il. I. 321. Epim. I. 301. *τρῶ τρηρός καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀτρηρός καὶ τροπῇ ὀτρηρός ὁ μὴ δειλός,* quod Orion 121, 9. e Philoxeno affert. Alpha privativo non utimur sed etymon probamus; nam ut trepidare dicitur pro festinare, sic etiam *τρέω* stirpitus habuisse videtur significationem agilitatis et incitationis, quam concretum *τρέχω* regenerat; hinc adjectiva *τρηρός, ὀτρηρός, ὀτραλέος,* quibus simile *ἐντρεχής* i. q. *γοργός, σπουδαῖος* v. Techn. 69. et germanicum *ruehrig;* neque ab alia origine verbum *Ἀτρύνων ἐγείρων* Hes. et nomina propria *Ἀτρεύς καὶ μεταθέσει τοῦ α εἰς ο Ὀτρεύς* Epim. I. 332. — Arcadius 118, 26. *τὸ ὀστέον ἀπὸ τοῦ ἵστημι στέον καὶ ὀστέον·* quo pleonasmo Herodianus Mon. 37, 30. accentum excusat sed vix convenit latino *ossum.* Pro *σκάλσις* Theophr. H. Pl. II. 7 (8), 5. in libris plurimis et optimis scriptum nuperque a Wimmero receptum est *ὄσκαλσις.* Id vero ex *ἀνάσκαλσις*

contractum esse ut Ὀσκάπτω ἀνασκάπτω, Ὄστασαν ἀνέστησαν Hes. parum credibile est; nam haec praepositionis ἀνά corruptio aeolica est, ipsumque ἀνάσκαλσις incognitum. Itaque ex eo quod Phrynichus tradit Atticos pro σκαλίζειν dicere ἀσκαλίζειν, conjecturam ducimus etiam verbo primitivo σκάλλω ejusque inclinamentis adhaesisse vocalem mobilem ᾱ et ō. Κιμβάζειν et ὀκιμβάζειν Hesychius iisdem explicat verbis διατρίβειν καὶ στραγγεύεσθαι, quorum alteri vocalem extrinsecus additam esse argumentamur ex affini σκιμβάζειν id est σκάζειν claudicare. Vix mentione dignum habeo Theodori grammatici commentum a Choerobosco Orth. 243. memoriae proditum παρὰ τὸ ῥιγῶ γίνεται ῥίγανον καὶ πλεονασμῷ ὀρίγανον. Quippe Theodori aequales, quos Du Cangius nominat, plantam illam ῥίγανον vocarunt ut et hodie appellatur. Novitia autem consuetudo ō micron principiis vocabulorum modo addere amat ὀσκιά pro σκιά, ὄπτερον filix pro πτερόν, ὄβρυα i. q. βρύον lichen v. Schneider. ad Theophr. T. V. p. LXVII. modo abscindere; ψάρι enim dicitur τὸ ὀψάριον, φίδι τὸ ὀφίδιον, σπῆτι hospitium, στρίδι ostreum, ξυνός pro ὄξυνος, ῥέγειν pro ὀρέγειν, hisque simile est ῥίγανον· graecumne an barbarum sit, nescimus. Ὀκωχή, quod EM. 596, 50. cum ὀπωπή similibusque contendit auctore omisso, fundamentum est verbi ὀκωχεύειν et nominis ἀνοκωχή. Κωχή nusquam legimus sed syntheta ἀνακωχή, διακωχή κατακωχή (v. Boisson. ad Marin. p. 137.) et verbum hinc derivatum in Sophoclis versu πιστοί με κωχεύουσιν ἐν φορᾷ δέμας, quod Hesychius interpretatur ὀχοῦσι. His omnibus facile est literam ō restituere sed non faciendum videtur. Praeter Ὀπίπας ἀπατεών Hes. id est speculator et insidiator, atque syntheta παιδοπίπης, παρθενοπίπης Grammatici afferunt πίπας et verbum πιπᾶν eodem quo illa intellectu v. Parall. 542. Techn. 7 sq. quae nisi ab alio verbo πάω (παπταίνω) profecta sunt addita reduplicatione ut πιφαύσκω, effici non poterit quin vocalem primariam amiserint. Si omnium vocabulorum etyma nosceremus integumentis suis evoluta, fortasse aliquanto plura hujus aphaeresis exempla proferre possemus et certiora. Sed in Olympiodori loco quem

Schneiderus indicat *Πτιλλία ἡ Ἀθηνᾶ· πτίλους γὰρ ἐκάλουν τοὺς ὀφθαλμούς*, scribendum est *ὀπτίλους* et *Ὀπτιλία*[5]. Quod superest, Eustathius 1485, 48. exemplum promit articuli cum nomine ita coaliti ut speciem pleonasmi praebeat: *ὁ μῦς παραφθείρεται τοῖς πολλοῖς εἰς ὁμύδιον.* Id Du Cangius corrigendum putat *εἰς τὸ μύδιον*, sed haec est legitima deminutivi forma ut *ἰχθύδιον*, non corruptela vulgi, ut ille dicit, et spiritus indicium praebet articuli masculini cum nomine licenter conglutinati ut sermo plebejus ab *ὁδεῖνα* declinavit *τὸν ὁδεῖνα.* Neglecta est aspiratio in Schol. Oppian. Hal. I. 138. *χήμησι-ὀμυδίοις* et v. 316. *μύες-ὀμύδια.*

§. 2. A vocabulis, quae hactenus disserui, differunt ea quae a principio aucta formam aliqua immutant ut *λέπω ὀλόπτω*, unde *ὀλόψας ἀντὶ τοῦ λεπίσας* Schol. Nic. Th. 595. Homeri interpretes nonnulli, quia idem poeta nunc *κύματα ῥοχθεῖν*, nunc *κύματ' ὀρεχθεῖν* dicit, utrique significationem mugiendi et alteri ο prostheticon tribuunt; alii vero hoc ab *ὀρέγειν* productum censent, de quo ipso disceptari solet utrum latino *regere, porrigere*, successerit an antecesserit. *Παρὰ τὸ βρῖ γέγονε ῥῆμα βρίθω καὶ ὄνομα βρίμη* EM. 214, 12. unde etiam *ὄβριμος* repetit 612, 23. vocalis correptae causam praeteriens. *Ὀξὺς* idem 626, 49. *παρὰ τὸ ξέω* (*ξύω*) quae vocabula etsi plerumque diversum valent, tamen nonnullis locis ambigitur utrum *ἀποξῦναι* scribendum sit an *ἀποξῦσαι* v. Buttmann. Lex. II. 70. Techn. 131. *Ὄτλος* communem cum *ἄτλας* originem habere *παρὰ τὸ πλῶ* Orioni assentimur p. 119, 12. *Ὄμβρος*, quo poetae utuntur pro *ὕδωρ* v. Ellendt. Lex. Soph. h. v. ad *βρύω* retuli in Techn. 69. quod suadent glossae *Ἀνομβροῦσαι ἀναβλύζουσαι* Suid. *Ἀναπηγάζει ἀνομβρεῖ* Zonar. v. ad Aj. p. 96. adnot. 13. Absurde Cheroboscus in Psalm.

---

5) Praetermisi in hoc sermone quaedam nimis dubia ut Hesychii glossam *Ὀρήχου τῆς αἱμασιᾶς*, quod alii *ῥήχου*, alii *θριγχοῦ* scribendum putant. Schol. Nic. Ther. 868. *ἄῤῥηχος ἀπὸ τοῦ ἐπιτατικοῦ α καὶ τοῦ ῥῆχος ὁ φραγμὸς* e cod. correxit Schneiderus. *Ἔραχος τὸ δράγμα* Hes. fortasse sic scriptum fuit *ῥᾶχος τὸ φράγμα*, aeolice *Fρᾶχος*.

66. Gud. 224, 50. *παρὰ τὸ ὀφρύς ὀφρυάσσω καὶ ἀποβολῇ τοῦ ο φρυάσσω*, nec memorassem nisi intercederet nomen *ὀφρῦς*, quod Herodianus in EM. 644, 23. Epim. II. 396. parum dextre explicat *παρὰ τὸ ὁρῶ ὀρῦς πλεονασμῷ τοῦ φ*. Nam vocalem potius adventiciam esse indicat et mutabilitas et defectus; macedonicum enim est *ἀβροῦτις*, latinum *frons*, germanicum *Braue* (bra, prawe), sanscriticum *bhru*. Consimile affert Orion. 116, 11. *ὄνυξ παρὰ τὸ νύσσω*· nam et hoc in linguis, quas nominavi, sine vocali promitur. Idem p. 115. et EM. 613, 2. *ὀβελός παρὰ τὸ βάλλω ἢ βέλλω πλεονασμῷ τοῦ ο*· *Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν*[6]). Eodem vinculo inter se continentur nomina locustarum: *τοὺς πάρνοπας οἱ Οἰταῖοι κόρνοπας λέγουσι* Strab. XIII. 613. *ὀκορνούς τοὺς πάρνοπας* Phot. *ἀκορνοί ἀττέλεβοι* Hes. Cum *ἱμείρω* et *ὁμείρω*, quae supra attigi, congruit *Ἰσχίς (ἰσχίον) ὀσφύς* Hes. quod nonnulli *ἰξύν* vocant ut Galen. Isag. c. X. 707. T. XIV. *ἡ ὀσφὺς ἥτις ἰξὺς ὠνόμασται* et Choerob. Can. 232, 25. *ὀσφῦς καὶ ἰξύς σημαίνει τὴν ῥάχιν*, sed distinguit Schol. Od. V. 231. *ἰξύς τὸ ἄνω, ὀσφύς τὸ κάτω* et Galen. *ἰξύες τὸ μεταξὺ τῶν ἰσχίων καὶ τῆς ὀσφύος* et ab hoc vulgo discernuntur *ψόαι* sive *ψύαι αἱ κατὰ τὴν ὀσφὺν σάρκες* Hes. sed idem confuse *Ὀσφύς ψύα*[7]) quibuscum propter similem dialysin consonae et accessionem vocalis comparari possunt *ψόλος* et *ἄσβολος, σφίν ψίν* et *ἄσφι*. — *Χέα καὶ χεία Φιλόξενος παρὰ τὸ χέω τὸ χωρῶ, οὗ ὁ μέλλων χείσομαι· καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ ο ὀχεή παρὰ Καλλιμάχῳ* (Fr. CCCCXXXVIII.) Orion. 164, 34. Ruhnkenius ad Hes. s. *Ὀχή* hoc et *ὀχεή* e *χεή* natum facit; Valckenarius ad Adon. 255. de hoc adstipu-

---

6) *Ὠβάλλετο διωθεῖτο* Hes. fortasse aeolicum est pro *ἀνεβάλλετο ὠββάλλετο*. Choerob. Orth. 232, 28. *κατιτήριον ὁ τοῦ νεκροῦ βόλος* hoc est numulus qui Charoni pro vectura solvitur.

7) *Ὀσφύς κατὰ Πλάτωνα ἡ ψύα παρὰ τὸ φύειν τὰ παιδία* Gud. 438, 31. Anecd. 1095. Cyrillus Albertii ad Gloss. N. T. 175. *ἐκ τῆς ὀσφύος ἐκ τοῦ σπέρματος, ἐκ τῶν ψυῶν*. In nonnullis Germanorum dialectis dicitur *Eisbein*, *Ischbein*, *Isbeen* simillime graeco *ἰσχίον*. *Ἡ ῥάχις τρεῖς ἐπωνυμίας ἔχει, αὐχήν, ἰξύη, ὀσφύς* EM. 636, 24. sed confundit Galenus Introd. c. X. 707. T. XIV. *ἡ ὀσφύς ἥτις ἰξύς καλεῖται*.

latur Philoxeno, ὀχεή autem similem quidem significationem sed diversam originem habere, quaenam ea sit dicere dedignatus; sed videtur verbum ἔχειν significare. Inter ὀρύσσω, ὄρυγξ et ῥύγχος numquid commercii intercedat dubitavi in Techn. 303. Ὀῤῥωδεῖν et ἀῤῥωδεῖν nonnulli referunt ad stirpem exoticam *rud* timere. Ῥάμνα sive ῥάμνος id est talea, termes, apud scriptores mediae aetatis convenit antiquis ῥάδαμνος, ῥόδαμνος, ὄραμνος et ὀρόδαμνος, quibus cognata sunt *ramus*, ῥάδιξ, ῥάβδος, ῥαπίς, *rudis*, *ridica*, sed stirps quae fuerit haud facile inventu. Ὀλιβρός et ὄλισθος in Proll. 298. adn. retuli ad γλία, γλίσχρος *lubricus*. Postrema hujus disputationis pars consumetur in vocabulis quorum principium est vocalis. Cum Ἐξάδιος et Ὀβριάρεως, quorum illud integrum, hoc auctum perhibent auctores supra citati, Schol. Il. I. 264. et EM. 346, 40. conferunt Ὀϊλεύς et Ἰλεύς, quod nomen Hesiodus poetice ludens ab adjectivo aspirato ἵλεως arcessivit (Marckscheff. Fr. 329. Duentz. de Zenod. 45.) alii fortasse ab ἴλη ut Ἴλας, et hinc primum Ἰλεύς, tum pleonasmo Ὀϊλεύς extitisse putarunt. Sin hoc primitivum fuit, ab οἶς sive ὄϊς derivatum est ut Ὀϊκλῆς sed adhibita productione ut οἴομαι ὀΐομαι. De duabus sententiis EM. 620, 8. ὀϊστός παρὰ τὸ ἵημι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο ἢ παρὰ τὸ οἴσω praestat sine dubio posterior. Ab utroque differt οἶος ὁ μόνος παρὰ τὸ ἰός, οὗ τὸ θηλυκὸν ἴα, κατὰ πλεονασμόν Apollon. Adv. 70. quod Orion 123, 3. ex Herodiani epimerismis profert; nusquam enim ὄϊος reperitur ut ὀϊστός. Sunt vero aliae vocales quibus ο micron praemitti putatur, velut fluvii cretici urbisque nomen Ὄαξος quem Herodotus Ἄξον vocat ex etymo ut Stephanus significat: Ὄαξος, τινὲς διὰ τὸ καταγῆναι τὸν τόπον καὶ κατάκρημνον ὑπάρχειν· καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους ἄξους καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμούς, idque convenit naturae loci confragosi, ut ajunt, atque asperi qualis Boeotiae urbs πολύκνημος Ἐτεωνός v. Hoeck. *Creta* I. 397. Sed incertum tamen an haec vera sit nominis illius interpretatio, quod fortasse ne graecum quidem est sed ab exteris illatum. Προμάχων ὀαριστύν Il. XIII. 291. nonnulli pro ἀριστύν positum esse statuerunt non fieri posse rati ut

pugnantium conflictiones eodem appellentur vocabulo quo colloquia amantium. His refellendis vel illud sufficit quod substantiva in τυς exeuntia, de quibus egi in Parall. 439. ab adjectivis duci insolitum est. Ex EM. 612, 43. ὄαροι αἱ γαμεταὶ οἱονεὶ ὁμόαροι παρὰ τὸ ὁμοῦ εἶναι, patet hoc ὀ pro copulativo haberi, quod in nonnullis vocibus fixum et immutabile est, Ὄθροος ὁμόθροος, Ὄξυλος ἰσόξυλος Hes. ὄπατρος, ὄζυξ, ὄθριξ, οἰέτης, alias cum alpha participat ἀγάστωρ ὀγάστωρ, ipsumque nomen perfectum ἅμα ὁμός et quae hinc composita sunt ἁμαρτῇ ὁμαρτῇ, ἁμαρτεῖν (ἀκολουθεῖν) ὁμαρτεῖν, ἀμορβεύειν ὁμορβεῖν (ἀκολουθεῖν), ἁμαμηλίδες ὁμομηλίδες Athen. XIV. 650. D. et spiritu leni ἄμηροι οἱ ὅμηροι EM. 83, 19. ἀμμορίη pro ὁμορίη Anth. IX. 786. — Ad accentum mutandum num quid contulerit ο pleonasticum exemplis quidem nullis probatur, nam Οἰλεύς et ὀδάξ non aliter pronunciari poterant quam cetera hujus generis in ευς et αξ exeuntia, sed ex regula illa, qua ὄου ad diaeresin transfertur, consequitur tonum non retrahi.

CAP. VI.

De υ, ω et de diphthongis.

§. 1. Duae quae restant vocales neque redundant uspiam neque deficiunt nisi in nomine regis barbari Ὑσπασίνης, qui vulgo Σπασίνης nominatur et in sermone barbarie corrupto; βρίζειν pro ὑβρίζειν hodie dicitur v. Corais Atact. I. 364. et jam aliquot abhinc seculis τὴν ὑπερτερίην ἐθνικοὶ ἰταλικοὶ παρακόπτοντες βερτέρην φασὶ κατὰ παραφθοράν Eust. 1550, 25. quibus similia recenset Du Cangius γία pro ὑγεία, στέρα pro ὑστέρα, λάσσειν pro ὑλάσκειν, idque fortuito congruit cum poetico λάσκειν, quod latius quidem patet sed praecipue dicitur de latratu: Λάσκουσι κύνες ὑλακτοῦσι Hesych. σκύλλη λελακυῖα Hom. κύνες λελάκοντο H. H. in Merc. 145. Perinde fortuita videtur similitudo nominum μήνιγξ et ὑμήν. Φηλητής ex ὑφειλέτης natum esse Moschopulus opinatur ad Hes. Opp. 373. et conclamant alii Choerob. Orthogr. 271, 30. v. Vater. ad

Rhes. p. 122. sed nemo audit. Ὕφαρος, unde Doederlein Gloss. 69. φᾶρος arcessit, ficticium est. Nec probabile videtur quod Coraes dicit ad Plutarch. T. III. 398. idem esse κνώσσειν et ὑπνώσσειν. Ῥίσκος et ὑρίσκος (v. Proll. 337.) quodque Hesychius offert Ὕλιγγες λόγχαι reconditiora sunt quam ut argumenti vim obtineant. Pari obscuritate premitur ejusdem glossa Ὠκλίνασαι κλίνασαι, neque aliud reperio hujus pleonasmi exemplum nisi quod Passovius suspicatur διωλύγιος cum λιγύς vel λύζω cognationem habere. Sed quomodo a voce traduci potuerit ad significationem spatiosi, intellectu difficile; nam quod διαπρύσιος de utroque dicitur, alia causa est. Veteres qui ὠλύγιον et διωλύγιον interpretantur σκοτεινόν ut Hesychius, Schol. Apoll. IV. 1258. et ad Plat. Theaet. 162. A. hoc fortasse argumenti habuerunt quod nonnunquam σκότος διωλύγιον vocatur ut in Damascii loco, idque repetiverunt a λύγη sive ἠλύγη, quicum convenit Ἠλύγων ὀρέων ἐν σκότῳ κατεχομένων ut ἐπῆλυξ πέτρα[1]) apud Euripidem id est ἡ ἐπηλυγάζουσα καὶ ἐπιπροσθοῦσα. Vocalium omnium longissimam aliquando detritam esse valde incredibile est; μαφόριον ipsa specie refert aetatem cucullatam. Γύγος pro Ὤγυγος olim scribebatur Polyb. II. 41, 5. errore librarii.

§. 2. Diphthongorum enumeratio consummabitur brevi. Αἰγυπιὸν οἱ παλαιοὶ ἀλλ' οὐ γῦπα Suid. Homerus quidem utroque utitur sed num de diversis an de iisdem, interpretes certant: αἰγυπιούς οἱ μὲν εἶδος ἀετοῦ, οἱ δὲ γῦπες ἐδέξαντο Schol. Il. VII. 59. nec quidquam pronunciare audet Schneiderus ad Aristot. T. IV. 59. Nicander vero et Aelianus distinguunt. Si verum est quod hic dicit τοὺς αἰγυπιοὺς ἐν μεθορίῳ γυπῶν εἶναι καὶ αἰετῶν II. 46. haud absurdum videtur credere nomen illud ex αἰετός et γύψ compositum esse terminatione recisa fere ut αἰπόλος et λεόπαρδος. Nam quod Dammius suspicatur significari *magnum vulturem* alpha intentivo per iota producto, id

1) Matthiae ad Cycl. 674. *nominativum* ἐπῆλυξ, inquit, *non magis in usu fuisse credo quam* καλλιγύναιξ. Hoc dissimile est. Ἐπῆλυξ (sic enim scribendum erat) non aliter sonat quam καταῖτυξ.

quidem convenit cum veterum opinione *αἰζηοὺς* dici *τοὺς ἄγαν ζέοντας* Hes. sed haec ipsa nihilo probabilior est ceteris vocabuli prisci explanationibus, quod si proprie juvenem significat, cum *αἰζήεις* i. q. *εὐτραφής* *vegetus* conferendum videtur; si universe hominem (*ζωόν*) cum verbo *ζῆν* conjunctum est ut *Μινύζηος ὀλιγόβιος* Hes. Itaque vix effugere possumus quin primam syllabam supervacaneam dicamus, neque alia ratione expediri potest *Αἰζηνεκές διηνεκές αἰώνιον* Hes. et *Αἰολίγγη σκιά, ὀλίγος χρόνος*, quorum interpretamentorum alterum cum *ἠλύγη* convenit, alterum cum *Ὠλίγγη ἀκαριαῖον ἐλάχιστον* EM. sed origo omnium alte abstrusa est. Quae Grammatici proponunt hujus pleonasmi exempla, invalidissima sunt: *ψαρός ταχύς ἀπὸ τοῦ ψαίρειν, ὅθεν καὶ αἰψηρός* Sch. Arist. Nubb. 1226. *αἰκάλλειν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλεκτρυόνων· κάλλαια γὰρ τὰ τούτων γένεια* Schol. Eqq. 48. Neque aptiora sunt ellipsis documenta: *γλήνη ἡ κόρη παρὰ τὸ αἰγλήεσσα εἶναι* Schol. Il. XIV. 493. *γλήνη ἡ παρὰ τὴν αἴγλην ἀποβολῇ τῆς αι συλλαβῆς - ἢ ἀπὸ τοῦ γλαύσσειν* EM. et Sch. Ap. I. 1280. quibus hoc modo assentior *γλήνη* a *γλάω* ductum esse, quod evanuit; *αἴγλη* vero et *αὐγή* fortasse aliam stirpem habent cui *ἀγλαός* et *ἄγλαυρος* adhaerent. Eadem mihi sententia de *θύσσω* et *αἰθύσσω* v. Technol. p. 101. Suidan, qui *αἰσυητήρ* interpretatur *χοιροβοσκός*, apertum est animum ad *σῦς* retulisse; primam syllabam fortasse extrinsecus additam putavit; sed hoc omnium quae de voce ignorabili excogitata sunt, levissimum est. De nomine topico *Αἰσύμη ἴσως ἡ Νιρέως Σύμη* Sch. Il. VIII. 304. nihil decerni potest. — Diphthongum *ει* aut pleonasmo adjectam aut aphaeresi ademtam qui dixerit cognovi neminem; sed a perfecto *εἵμαρμαι* transmigravit ad adjectivum *εἱμαρτός* et, si vera est Athenaei sententia VIII. 362. F. nomen *εἰλαπίνη* proprie *λαφυγμόν* significare *ἀπὸ τοῦ λάπτειν*, id quoque retinuit duplicationem perfecti cogitatione effecti *εἴλαπα*. Liberum patrem *Εἰραφιώτην* dictum esse *παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι τῷ μηρῷ τοῦ Διός* Sch. Il. I. 39. EM. nihilo probabilius est quam aliorum conjecturae. De prosthesi diphthongi *ευ* nemo sermonem intulit,

nisi forte hujusmodi quid significat Schol. Thuc. V. 16. *εὐλάκαν ἔνιοι τὴν δίκελλαν ἀπὸ τοῦ λακαίνειν* (hoc est *λαχαίνειν*) *ὅ ἐστι σκάπτειν*, qui fortasse sic sibi persuasit *λάκην*, quod Hesychius fissuram (*φάραγγα*) interpretatur, et *λάχην*, quod Schol. Sept. 896. *διόρυξιν* exponit, non solum actionem findendi vel fodiendi sed etiam instrumentum declarare, idemque esse *εὐλάκη* syllaba prosthetica auctum v. Proll. 335.[2]) In homerico versu Il. II. 585. *οἵ τε Λάαν εἶχον ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο* Tyrannio scripsit *ἠδ' οἱ Τύλον*, et hanc appellationem urbis celebratiorem fuisse Strabo declarat his verbis *ὁ Τύλος καλεῖται ὑπό τινων Οἴτυλος*, quanquam sic vocatur a scriptoribus, qui nobis cogniti sunt, omnibus et ab incolis ipsis *πόλις Βειτυλέων* in Inscriptt. De diphthongo *ου* quae commenti sunt quidam, dicis causa apponam: *παρὰ τὸ θῶ τὸ θηλάζω γίνεται θάρ καὶ πλεονασμῷ τῆς ου συλλαβῆς οὖθαρ* EM. 640, 20. *τῶς γίνεται ἀφαιρέσει ἐκ τοῦ οὕτως* Epim. I. 405.

CAP. VII.

De prosthesi et aphaeresi consonantium.

I. *Beta* praepositivum, quo abundant vocabula aeolica et dorica *βάναξ*, *βρίζα* etc. a communi dialecto abest. Nam vox canum baubantium duplici sono exprimitur, uno tenuiore *αὖ αὖ* Arist. Vesp. 938. (898) ubi Schol. *μιμεῖται τὴν φωνὴν τοῦ κυνὸς διὰ τοῦ αὖ αὖ*, altero pleniore, de quo Joannes de Ton. 32, 23. *τὸ βαύ κατὰ μίμησιν κυνὸς ὀξύνεται*,[1]) *ἐξ οὗ καὶ τὸ βαΰζω*, sed uterque naturalis

---

2) Oppianus Hal. V. 264. de balaena undas sulcante *βύθιον διὰ κῦμα λαχαίνων* id est *ἀλοκίζων* sive *αὐλακίζων*, undas sulcans.

1) Accentus in hoc genere nominum parum constat; *τὸ φὺ φύ ἐπὶ τῶν φυσώντων πῦρ, τὸ βῦ βῦ ἐπὶ σιωπῆς, τὸ αὖ αὖ ἐπὶ τῶν ὑλακτούντων κυνῶν, τὸ μὺ μύ ἐπὶ τῶν ἠχούντων διὰ μυκτήρων* Anecd. Barocc. in Mus. Cantabr. II. 115. Theodos. Gramm. p. 79. Horum primum in Arist. Lys. 405. *φῦ φῦ* scribitur; secundum non legimus sed *ἦ ἦ σιώπα* Nubb. 106. *Καύηξ ἀπὸ τοῦ λέγειν καῦ καῦ* EM. Vocales bitempores monosylla-

est sonus. Αὖλαξ et βῶλαξ ejusdem stirpis esse ac proinde ἐριβῶλαξ idem valere quod ἐριαῦλαξ Hermannus suspicatur Opusc. VI. P. I. 237. veteres vero βῶλος βῶλαξ ὡς λίθος λίθαξ, αὐλός αὖλαξ Gud. 94, 18. clareque Apollonius III. 1333. distinguit βώλακα et ὦλκα. Si ἰός et βιός pro conjugatis habenda sunt, libentius credam huic beta additum, quam ut Thierschio videri video Gramm. p. 235. n. 12. illi detractum esse, horumque altero, cujus penultima longa est, missile significari, altero missorem hoc est arcum. Bellerophontem a nescio quo Ἐλλεροφόντην vocatum esse κατ' ἔλλειψιν Eustathius tradit 635, 6. Cetera cum praepositione mutant vel terminationem vel merismum vel utrumque: Βαῦνος ἡ κάμινος παρὰ τὸ αὔω πλεονασμῷ τοῦ β̄ EM. 192, 4. et cumulatius in cod. Paris. Bekkeri p. 785. βαῦνος κατὰ Λάκωνας· οὗτοι γὰρ τὸ ἰδεῖν βιδεῖν φασίν· οὕτως Ἡρωδιανός. Nec dubie batilli nomen πύραυνος sive πύραυνον cum αὔω compositum est, sed caminus βαυνός sive βαῦνος ab omnibus dicitur. Minus vero probabile videtur quod ab eodem Herodiano dictum refertur in EM. βεύδεα τὰ ποικίλα ἱμάτια παρὰ τὸ εὔδειν πλεονασμῷ τοῦ β̄ [2]), nam ubicunque legitur vestes pretiosas significat non ἐνεύναια. Theognostus Can. 105, 14. ἴς ἶα καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ̄ μία. (τοῦ β̄ βία) οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου et probatur usu utriusque promiscuo praecipue in periphrasi personae ἴς Ἡρακληείη et βίη Ἡρακληείη, sed discriminantur quodammodo Od. XVIII. 3. οὐδέ οἱ ἦν ἴς οὐδὲ βίη. — Λεύσσω παρὰ τὸ βλέπω EM. vel potius utrumque a λάω v. Techn. 109. Alia hujusmodi a doctis nostrae memoriae observata sunt magis minusve certa. Βαλλίζειν id est ballare et βαλλισμός saltatio Menagius in Origg. p. 73. ab ἅλλεσθαι repetit sed nescio an paragogum sit a verbo βάλλειν ac primariam saltatorum artem, chironomiam dico, significet ut in Anth. V. 129. de mima dicitur βάλλει τὰς ἁπαλὰς ὧδε καὶ ὧδε χέρας et eodem modo Latini *jactare brachia*

---

borum, si producantur, circumflecti docent: γρῦ μῦ Anecd. Bekk. 1160. sed Arcadius 181, 21. πᾶν ἐπίῤῥημα μονοσύλλαβον ὀξύνεται, μύ τὸ θρηνητικόν etc.

2) Vitiose Orion. 38, 11. βάδεα et ἅδεα.

v. Jacobs. ad Anall. T. IX. 129. et Adn. ad Aj. p. 314. Ab *ἄλσος* vero, quod alii cum verbo *ἄλλομαι* cognatum putant, alii cum *ἀλδαίνω* Technol. p. 300. Coraes in Atact. p. 77. ducit nomen mediae Graecitatis *βάλτη* id est *palus* collato Pausaniae loco V. 11. *καθυγρὰ τὰ ἄλση*. De Pollucis testimonio X. 157. *ἀκτηρίδα τὴν βακτηρίαν Ἀχαῖος ἐν Ἴριδι ὠνόμασε — ὥςπερ καὶ τὴν κνήμην τῆς ἁμάξης κνημίαν*, non improbabilis est Passovii conjectura Achaeum *βακτηρίδα* scripsisse sola terminatione mutata ut *κνημία* dixit pro *κνήμη*· nam Hesychii glossa, quam interpretes et Urlichsius in Fragm. Ach. p. 65. huc referunt *Ἄκτιροι αἱ κράνειοι ῥάβδοι*, nulli usui est. Ab *εἴλω* derivatum est *βολβός* bulbus et volva, a themate verbi *ὁρῶ* nomen *Βῶροι οἱ ὀφθαλμοί* Suid. laconicum fortasse, cui simile est *οὖρος ὁ ἔφορος*. Inter *βράγχος*, raucus, *ῥόγχος*, *ῥέγχειν*, *βραχεῖν* ea intercedit cognatio, qua soni genere similes, specie dispares continentur. *Ἐβρατάγησεν ἐψόφησεν* Hes. pro quo vulgo *ῥαθαγῆσαι* dicitur, fortasse doricum est vel aeolicum ut *Βρατάνα τορύνη Ἠλεῖοι ῥατάνη*, nisi haec nomina cum *βράττειν* cohaerent (nam hoc *ἀνακινεῖν* exponitur et *τορύνη τὸ κινητήριον τῆς χύτρας*) et cum verbis *Βραδανίζει τινάσσει*, *Ῥαδανίζεται τινάσσεται*. Quod idem praebet *Ῥυτά τὰ στέμφυλα*, si mendo caret, imminutum est; vulgo enim fraces *βρύτεα* dicuntur. Sed in alia glossa *βύσσος χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον* fortuito congruit nomen coloris et materiae. *Ἀρδιαῖος ὄνομα ἔθνους* Suid. hoc est illyricae gentis cui nomen *Βαρδιαῖοι*. Sic etiam Aristot. Mirab. Ausc. c. CXXXVIII. *ἐν Ἰλλυρίοις τοῖς Ἀρδιαίοις*.

II. *Gamma* Graeci in barbariem delapsi modo addunt modo auferunt: *ἄλλικα οἱ ἰδιῶται γάλλικα φασί* Suid. *γλυκόφως οἱ χυδαῖοι τὸ λυκόφως* Eust. 689, 23. *γιατρός* etc. et vicissim *ῥάφειν* pro *γράφειν* v. Du Cang. Sed exemplum hujus inconstantiae ab antiquitate proditum est *Αἶα καὶ προςθήκῃ γαῖα* Tzetz. ad Hes. Opp. 159. Exeg. Il. 107, 7. cui plerique adversantur, non solum Lexicographi *αἶα παρὰ τὸ γαῖα ἀποβολῇ τοῦ γ* EM. *αἶα κατ' ἀφαίρεσιν* Hes. et Gregorius p. 466. *αἱ ἀφαιρέσεις τῶν κατ' ἀρχὴν συμφώνων Ἰώνων εἰσὶν εἴβειν, αἰνός καὶ αἶα*, sed etiam Apollonius de Pron. 74. *αἱ ἀφαιρέσεις*

ψιλὴν καταλιμπάνουσι τὴν ἄρχουσαν, λείβειν εἴβειν, φημί ἠμί, γαῖα αἶα, cui consonam detractam esse Epim. I. 173. hoc argumento demonstrat quod αἶα neque componatur neque in initio versus collocatur v. N. VII. Quin dubitari potest an nunquam admissum sit nisi si metrum posceret. Id certe accurate observavit Dionysius, qui in Periegesi communi forma usus est ubi licuit, poetica ubi debuit, illa quidem quadragies octies, hac, si omnia attendi, tricies bis, eandemque regulam sequuntur poetae tragici et epici quoque exceptis paucis locis, quorum correctio non difficilis habetur v. Spitzner Observ. ad Quint. p. 192.[3]) — Alterum exemplum ex Herodiani libro περὶ παθῶν depromtum praebet EM. 621, 31. ὀλίος κατὰ διάλεκτον· Πλάτων μέντοι διαπαίζει τὴν λέξιν καὶ τὸ ὄγιννος ἴννις φησί, quod emendavit Meinekius ad Com. Fr. II. 669. τὸ γίννος ἴννος φησί cf. Lehrs. ad Herod. 63. adn. 25. Illa tamen distinguit Photius Ἰννος[4]) ἐξ ἡμιόνου καὶ θηλείας ἵππου· ὁ δὲ γῖννος ἐξ ἀμφοτέρων ἵππων ἐν τῇ κυήσει νοσησάσης τῆς ἵππου οἷον νάννος[5]), neque non veri simile est nonnullos fortuita figurae discrepantia usos esse ad discriminandas significationes: νάννοι (νᾶνοι) λέγονται οἱ κολοβοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ κολοβοὶ τῶν ἵππων ἴννοι (al. ἰνοί), οἱ πλείονες δὲ τῶν ὑστέρων γίννους τούτους φασί, pro quo apud Hesych. ὕννος scriptum est. His G. Vossius in Etym. componit veteres glossas Ἶνις υἱὸς νέος, Ἴννη κόρη μικρά, Ἴννους παῖδας, latinumque *hinnuleus* et germanicum *Hindinn*, quibus omnibus animantia significantur vel statura vel aetate pusilla animantiumque pulli et pumiliones. Ter-

---

3) Ἔτρεφεν αἶα Oppian. Cyn. II. 176. et Nic. Th. 168. ubi duo codd. ἔτρεφε γαῖα praebent ut Quintus scripsit VIII. 466. In Lycophr. 1404. αἶα nullam rationem habet v. N. VI. adn. 1.

4) Properispomenon edidit Bekkerus in Arist. de Gener. Animm. II. 8. p. 748. b. 35. paroxytonon vero in H. Ann. VI. 24. ubi illud legitur in codd. Oxytonon est ap. Zonar. 1109.

5) Photius Νάννος κονδός, pro quo Nauckius de Aristoph. 169. adn. κολοβὸς scribi jubet; sed κονδός sive κοντός idem significat. His adhaerent νινίον pupa sive icuncula puellaris et νύννιον ὃ ἐπὶ παιδίοις καταβαυκαλουμένοις Hes. id est lallus sive naenia nutriculae, quae hodie ναναρίστρια nominatur.

tium est Γλιχώ ἡ φειδωλός EM. Λισχρός φειδωλός Hes. Suid. Phot. pro γλίσχρος, quod adnititur nominibus γλία γλοιός glus glutus, hisque finitima sunt *lubricus* (ὀλιβρός) λεῖος λισσός λίσπος λίστρον, nam in glutinosis inesse solet tenacitas laevitasque [6]). Sophoclem pro λαμυρός dixisse γλαμυρός apparet e Schol. Rann. 596. γλάμων ὁ λημῶν. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπί τινων ὀρνέων τοὺς γλαμυροὺς κατὰ φορβάν. Hic vix intelligi possunt λημῶντες sive τυφλώττοντες πρὸς τὴν ἀνεύρεσιν τῆς τροφῆς sed potius id quod alibi dixit γλυκὺν θησαυρὸν εἰςορῶντες πρὸς χάριν βορᾶς, neque illud voluisse videtur Scholiographus sed cum γλάμων et λημᾶν ob similem prosthesin comparavit vocabula diversae potestatis λαμυρός et γλαμυρός. Denique fieri potest ut in vitiosum codicem inciderit. His subdam nomina propria: Γάζα — ἐκλήθη καὶ Ἄζα Steph. Ex Eratosthenis, ut videtur, poemate EM. 135, 51. affert versiculum Νιψόμεναι κρήνης ἔδραμον Ἀργαφίης additque τὸ ἐντελὲς Γαργαφίη· ἡ ἔλλειψις ἀπὸ ἱστορίας, quo significat nomen illud antiquitus traditum esse, ne causam mutationis ad metrum transferamus cf. Meinek. Anall. 282. Unger. Anall. Propert. 92. Γραικούς a nonnullis Ῥαίκους dictos esse veteres Lexicographi testantur. Verborum ex numero nullum subvenit praeter suspectam Zonarae glossam p. 442. γλίχων ἀντὶ τοῦ λείχων [7]) et quae Hesychius suppeditat Γλάμπτειν πίνειν hoc est λάπτειν, et Λίγξαντα ἐπιθυμήσαντα, Λιχάζω ἐπιθυμῶ, pro quo Ruhnkenius in Ep. II. 137. γλιχάζει scribi voluit, sed eadem litera deest affinibus λάω, λελίημαι, λίπτω. Quod apud eundem legitur Γδούπησεν ἐψόφησε suspicio est per negligentiam transscriptum esse ex Homeri loco ἐπὶ δ' ἐγδούπησε Il. XI. 45. de quo recte judicat Scholiastes: διὰ τὸ μέτρον· τὸν δὲ δοῦπον οὐκ ἂν

---

6) Λειῶσαι dicitur pro γανῶσαι id est incrustare velut figuli ollas solent, sive stannare v. Schneider. ad Veget. I. 18. Hinc est verbum mediae aetatis *glissire* nostrumque *glasuren* id est vitreare v. Reisk. ad Const. Porph. I. 9, 72. (p. 173.) Ἐκλιπαίνειν τὸ πέλαγος pro λειαίνειν Anth. App. LXVII.

7) Γλίχιον nomen amplificativum videtur vel *lecratorem* sive liguritorem significans vel idem ac *cuppes* ab affini γλίχομαι Techn. 69.

εἴποι γδοῦπον. Id Epirotis tribuit Heraclides sed Graecorum elegantius loquentium consuetudo repudiavit ut inconcinnum dictu: *τὸ γ οὐδέποτε προηγεῖται τοῦ δ ἐν τῇ ἀρχούσῃ* Theodos. Bekkeri ad Apoll. Synt. p. 353. Illi similem peregrinitatis colorem habet quod Eustathius suggerit p. 1926, 56. *ῥινός λέγεται κατά τινα γλῶσσαν περισπωμένως γρῖνος*, cujus aeolicam originem indicat accentus retractus, sed *γρίντης ὁ βυρσεύς* Herodian. de Quant. in Cram. II. 290, 16. nihil causae est cur dialectis gentiliciis adscribatur. Haec dicta sunt de ellipsi et pleonasmo literae gamma in iisdem vocabulis. Ad alterum genus pertinet nomen *γλάμων* et verbum hinc derivatum *γλαμᾶν*, quod atticum perhibetur. Haec enim a primitivo *λήμη* differunt non solum adjectu consonae sed etiam correptione vocalis et declinatione ipsa [8]). Illa deest congeneribus vulgo receptis *λάπη*, *λέμφος*, lippus, quae a significatione *τοῦ λίπους* non procul absunt, sed redit devio *Γλαμός μύξα* Hes. nec denegata est latino *gramiae* hoc est *pituitae oculorum, quas alii glamas* (cod. *gramas*) *vocant* Non. et Fest. Falsa veris temperans Heraclides Eust. 1064, 5. *ἐκ τοῦ νοῶ*, inquit, *γίνεται νοΐσκω καὶ κατὰ συναίρεσιν νώσκω καὶ προςθέσει αἰολικῶς γνώσκω, ἐπεὶ καὶ τὸ νοῶ γνοῶ φασὶν οἱ Αἰολεῖς, ἔνθεν ἀγνοῶ· οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ νέφος γνόφος, καὶ γλάμων πλεονασμὸν ἔχει τοῦ γ*. Primitivum fuit *νόω* v. Techn. p. 21. cui veteres Latini praeposuerunt gamma *gnosco*, a Graecis non admissum nisi accedente syllaba vel in reduplicatione *γιγνώσκω* vel in synthesi *ἀγνώς*, *ἄγνοια* et aliis; eaque ratione nomina, quibus propria est significatio *τοῦ γιγνώσκειν*, discernuntur ab iis, quae vim verbi *νοεῖν* exprimunt, quanquam, quia una utrisque stirps est, saepe accidit ut hoc discrimen transiliretur: *ἄνοια ἡ ἀφροσύνη, ἄγνοια δὲ καὶ μετάγνοια ταὐτόν* Moschopul. Dict. Att. Hoc quidem semel legitur apud Sophoclem eo loco quo *μετάνοια* metro non convenit, cadem-

8) Schol. Il. XXIV. 192. *γλήνη παρὰ τὸ γλαμυρόν-καὶ τὸ γλάμων·* et Arcadius p. 111. *γλήνη ὁ ῥύπος* errore viae ad *γλίνη* delapsi sunt, quo significatur *γλοιός ὁ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου ῥύπος* id est strigmentum gymnasii.

que necessitate adstrictus pro ἀμφιγνοεῖν substituit ἀμφινοεῖν. Sed inter ἄνοια et ἄγνοια tantum interest quantum inter inscientia et amentia, etsi haec saepe indiscreta et creberrime a librariis confusa sunt v. Lennep. ad Phalar. Ep. LXIX. 215. Benseler. ad Isocr. Areop. 369. Nec minore intervallo disjuncta sunt ἀπόνοια et ἀπόγνοια, quod Schol. Thuc. III. 85. inter σημειώδη refert quia vulgo ἀπόγνωσις dicitur; item σύννοια et σύγγνοια, quo Sophocles pro συγγνώμη usus est. Verbi γνοεῖν nullum vestigium èxtat. Nam quod Musurus edidit Γνοιῆσαι γνῶναι, non ita in cod. scriptum est sed Γνοιίσαι γνοῦαι, quod aliter corrigi potest γνοίησι γνοίη ut Παραφθαίησι παραδράμοι v. Spitzner. ad Il. X. 346. Nec γνώσκω invenitur nisi reduplicatione auctum vel ordinaria ut βιβρώσκω, vel ea quae ἀναδίπλωσις γράμματος vocatur; de quo in ultima hujus dissertationis parte disseretur. Cum ἀγνώς etc. operae est conferre ἐγδούπησε, ἀλίγδουπος, μελίγδουπος, quia haec quoque ante gamma habent vocalem et quia, quae cum gamma cognata est litera kappa, apparet in affinibus κοεῖν, κοννεῖν, κτύπος. Nullius vocalis antecessione emollitum γνόφος, quod rhetores posterioris aetatis asciverunt, diversum a primitivo νέφος genus habet nec eandem significationem sed propius ad κνέφας accedit mutatis antistoechis kappa et gamma. Similiter cetera, quae gamma in principio habent, ab iis, quae non habent, aut figura differunt aut aliquo significationis flexu: Ἄγλιθες ἐξ ὧν ἡ κεφαλὴ τοῦ σκορόδου σύγκειται· τὸ δ' αὐτὸ καὶ γέλγιθες Anecd. Bekk. 327. Γρυπός ὁ ἐπικεκαμμένην ἔχων τὴν ῥῖνα· ῥυβὸν γὰρ τὸ ἐπικαμπὲς παρ' Αἰολεῦσι τροπῇ καὶ πλεονασμῷ. Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐλέγχοις Orion. 41, 8. EM. 242, 2. quibus adjuncta sunt ῥαιβός et ῥοικός, tam simili inter se potestate ut nesciatur utrum Archilochus in Fr. IX. (XXXIII. Liebel.) ῥοικός scripserit an ῥαιβός. Ἐξέλειψεν ἐξέγλυψεν Hes. utrumque de avibus ova excludentibus sed *glubere* significatione magis cum λέπειν quam cum γλύφειν[9]) congruit.

9) *Gluma* est graecum λόπος et indidem *liber* (cortex) consona fluctuante ut γάλα lac, γραῖος ravus, ὑβός gibbus.

Λαύκη (hoc accentu) *φοβερά* Hes. incertum utrum vitiose scriptum an propter proprietatem significationis huc demutatum sit ut *λεύσσω γλαύσσω, λευκός γλαυκός, λάμπω γλῆνος γλήνη* a communi fonte *λάω*. Hyrtii herois Mysii patrem quum edere vellet Homerus, id consequutus est unius literae impensa; appellavit *Γύρτιον* Il. XIV. 512. Utrum *δεῦκος* ex *γλεῦκος* ortum sit aphaeresi primae consonae et antithesi secundae an assumto gamma delta in lambda abierit, disputare nolo v. Parall. 133. Nec mihi sat explorata est cognatio nominum *ὀργή* et *γοργός* EM. Epim. I. 103, 17. *γρῖφος* rete et *ῥίψ* teges, quibus Schneiderus unam notionem *contexti* tribuit. *Γέντο* pro *εἵλετο* et *γέντα* pro *ἔντερα* quamvis epicis approbata, tamen literae aeolicae vestigia ostendunt.

III. Inter vocabula, quibus Grammatici delta detractum esse volunt, unum eminet et difficultate interpretandi et temeritate interpretantium, homericum illud *ἱερὸς ἰχθύς*, de quo Herodianum in Pathologia disseruisse discimus e Gud. 288, 38. *ἱερὸν ἰχθὺν παρὰ τὸ διαίνω διερὸς κατ' ἀποβολήν· οἱ δὲ παρὰ τὸ δίω· οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν·* et hoc nititur Hesychii notatio *Ἱερόν ἔνυγρον*. Aliud non minus controversum hujus abjectionis exemplum admixtis dissimilibus affert Schol. Lips. ad Il. II. 413. EM. 35, 41. Epim. I, 183. *παρὰ τὸ δῆλος ἥλιος ὡς παρὰ τὸ διωκή ἰωκή καὶ δαίω τὸ μερίζω δαῖσα καὶ αἶσα καὶ δαίμων αἵμων ὁ ἔμπειρος*. De primo leviter errat; et *διωκή* non dicitur sed *διώκω* modo ideoque sic ut *αἶσα* ad alium locum pertinet; *δαίμων* pro *δαήμων* semel invenitur apud Archilochum, nam de Hesiodo minus persuadet Goettlingius ad Opp. 314.[10]) Eundem verò intellectum habere *αἵμων* ex uno sumserunt Homeri loco Il. V. 49. ubi aspiratum est *Σκαμάνδριον αἵμονα θήρης*. Id autem praecise negat Hermannus ad Hec. 89. *αἵμων* enim potius cupidum vel avidum significare a nomine *αἷμα* derivatum, id autem ab ea radice ductum videri unde verbum *ἀΐσσω* proprieque declarare id quod saliat. Hoc quidem in con-

10) *Δαιμονέστατοι* in Gud. 131, 42. rectius *δαημονέστατοι* EM. Suid.

jectura positum, sed Grammaticorum interpretatio mihi quoque parum apta videtur; canes venaticos quidem poeta *εἰδότας θήρης* vocare solet, non duces militares [11]). Unius Hesychii auctoritate nititur *Ὄρκη ὄψις* id est *ὀρκή* fortasse per errorem scriptum pro *δορκή*; nam in nomine dorcadum, quod ab eodem verbo *δέρκομαι* propagatum est, *ζόρκες, ἴορκοι, ἴυρκες*, dentalis vocali iota cognata non prorsus evanescit. *Αἰνός παρὰ τὸ δεινός τροπῇ τοῦ α εἰς ε καὶ ἀποβολῇ τοῦ δ* Theognost. Can. 65. EM. 35, 58. quam tropen illustrant exemplis verborum doricorum *κταίνω, φθαίρω* Eust. 1648, 8. De hoc alii aliter ariolantur. *Δέψω ἀπὸ τοῦ ἕψω* EM. 15, 35. quibus diversas origines assignavi Techn. 284. Iis qui particulam *ἤ* ex *δή* ortam conferent *ὡς εἰ καὶ τοῦ μία ἀφαιρεθέντος τοῦ μ ἐν τῷ ἴα ἢ τοῦ γαῖα ἐν τῷ αἶα*, obloquitur Apollonius: primum non constare utrum delta abjectum an additum sit: *πρῶτον τί (οὐ) μᾶλλον ὁ ἤ πεπλεόνακε τῷ δ; ἀλλ' ἴσως τις φήσειε ταῦτα καὶ πλεονάζειν καὶ λείπειν τὰ σύμφωνα, ὅπου γέ φαμεν τὰς ἰωκὰς διωκάς εἶναι καὶ τὴν ἄχερδον ἄχερον, καὶ παρὰ τὸ ὕω ὕδωρ* de Conj. 525. Hic igitur *ἰωκή* (nam cetera nihil ad rem) a *διώκω* derivatum statuit, idque approbatione non indignum videtur; nam si quis contra dicat primitivum esse *ἰά, ἰωή*, et hinc ductum *δίομαι* proprie de iis dici qui fugientibus instant et cum clamore persequantur, itidem ut *βοή* (*βοηθόος, πεζοβόας*) et *ἐνοπή* dici solet de tumultu bellantium Schol. A. ad Il. XVII. 714. id minus convenit ad *προΐωξις* et *παλίωξις*. Itaque sequimur opinionem antiquitus vulgatam: *ἰωχμός κατ' ἔλλειψιν τοῦ δ καὶ ἰωκή* Eust. 701, 16. *διωκή ἰωκή, Διωξίππη Ἰωξίππη* (omiss. in Thes.) EM. 426, 47. Sequitur ut de prosthesi dicamus. Quod apud Hesychium legitur *Δίψαι βλάψαι*, interpretes imperitiae Lexicographi imputant duo vocabula *δ' ἶψαι* conjuncte legentis ut antea *Δαμάρη ὀχετός, Δελεδώνη ὀσμύλος, Δαιάζω ἀναβοῶ*, sed videtur ab ista Grammaticorum haeresi profluxisse, cui se adjungit Schol. Paris.

11) Si illud apud aliquem inferiorum poetarum legeretur, facilis foret correctio *ἴδμονα θήρης*.

ad Apoll. IV. 14. *τὸ δοάσσασθαι ἔοικεν ἀπὸ τοῦ ὄϊσασθαι γίνεσθαι κατὰ πρόςθεσιν τοῦ δ καὶ μεταποίησιν τοῦ ι εἰς α ὡς τὸ δνοφερός (δνόφος) ἀπὸ τοῦ νέφους· καὶ Σοφοκλῆς δίψιον φησὶ τὸ βεβλαμμένον καὶ Ὅμηρος πολυδίψιον Ἄργος τὸ πολυβλαβές*, quod commentum placuit EM. sed ignotum fuit Straboni, qui aut *πολυπόθητον*, ut Aristarchus accepit, hoc nomine significari ait aut scribendum esse *Χωρὶς τοῦ δ πολυίψιον ἤγουν πολύφθορον* VIII. 370. Sophocles fortasse syntheto quo Homerus utitur substituit simplex, id autem scholiasta ille interpretatione infuscavit Aristarchea.[12]) *Δείκελα εἰκόνες ἢ κατ' εἶδος ὅμοια* et *Δείκηλα εἰκάσματα*, a *δείκω* potius quam ab *εἴκω* repetendum videtur; *Δεικές λαμπρὸν ὅμοιον· γράφεται καὶ δευκές* EM. et *Ἐνδευκές ἐμφερές* Hes. cohaerent cum *πολυδευκής*, quod nonnulli Homero obtulerunt ad significandum *πολλοῖς ἐοικώς* cf. Technol. p. 60. Nominis *εἷς* fuisse formam reconditiorem *δείς* Grammatici, quos Mehlhornius in Gramm. §. 110. p. 113. adnot. in testimonium vocat, non testantur sed Gud. 439, 19. *ἐκ τῆς οὐ ἀρνήσεως καὶ τοῦ εἷς γίνεται οὐδείς πλεονασμῷ τοῦ δ.* Ceteri hoc modo dicunt *εἷς* numerale esse, *δείς* vero pronomen idem significans quod *τίς* indefinitum ac proinde *οὐ δείς* nihil differre ab *οὔ τις* vel *οὐδαμός* id est *οὐδ' ἀμός*, quod si ita se haberet, pleonasmo laboraret *οὐδείς τις* v. Hermann. ad Alcest. 79. Verum illud *δείς*, ut Eustathius docet 710, 30. omnino inusitatum fuit; neutro *δέν* Democritus usus est ad significandum id quod contrarium esset *τῷ οὐδέν* hoc est *τὸ ὄν* oppositum *τῷ μὴ ὄντι* sive *τῷ κενῷ* v. Mullach. Democr. 421. ac videtur hoc nomen nunquam aliter usurpatum esse quam in disjunctione ut Alcaeus dixit *οὐδὲν ἐκ δενὸς γένοιτο* id est *οὐδὲν ἀπ' ἄλλου ὁτουοῦν* cf. Parall. 79. Ahrens. Dial. Aeol. 128. Certissimum vero argumentum praebet femininum *οὐδεμία*, quo plane probatur *οὐδείς* ex *οὐδὲ εἷς* coaluisse accentu propter typum mutato. — *Δείλη* ex *εἵλη* ortum esse ut *αἵμων* e *δαίμων* Buttmannus contendit in Lexil. II. 191.

12) Multo improbius errasset si ut Doederlein suspicatur in Gloss. 104. scripturam vitiosam *δίψιον* arripuisset pro vera *δ' ἴψιον*, cujus adjectivi ne analogia quidem dici potest.

coque nomine non illud tempus declarari quo calor se frangat (sic enim veteres Homeri interpretes statuunt) sed id quo aestus increscat. De tempore assentior antiquis; de etymo non liquet. Adjectivum *εὐδείελος* qui compositum putarunt *ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ τοῦ ἕλη ἡ θερμασία* Sch. Od. II. 117. haud dubie sic senserunt delta in commissura interpositum esse quomodo nonnulli *ἐνδίεσαν* pro *ἐνίεσαν* acceperunt Sch. Il. XVIII. 162. sed est potius cum *δῆλος* copulatum v. Nitzsch. ad Od. IX. 21. Si *Δολβαί θύματα* Hes. non post *δολοφρονέουσα* sed suo loco positum esset, hanc doricam esse dicerem vel aeolicam appellationem nominis sacrificalis *οὐλαί*, unde *ὀλβάχνιον τὸ κανοῦν ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰς οὐλάς* EM. 257, 53. quod alibi *ὀλβάχιον* et *ὀλβακήιον* scribitur, hoc est *οὐλοχοεῖον*, nam haec nativa est nominis forma ut *χρυσοχοεῖον*. Neque diversae dialecti est *Ἀδαυῶς ἐγρηγόρως* Hes. quippe compositum cum aeolico *δαύειν*, cujus vulgatior forma est *ἰαύειν*, thematica, ut Herodianus dicit, *αὔειν*. Forsitan eodem pertineat *Δίλαξ ἡ ἀρία Λάκωνες* et *Ἴλαξ ἡ πρῖνος ὡς Ῥωμαῖοι καὶ Μακεδόνες*, quod quia post *εἰλεθμός* legitur, Musurus in latinum nomen *ἴλεξ* mutavit, ilex autem et *πρῖνος* et *ἀρία* significant species quercus. Adhuc non attigi *διαίνειν* humefacere et *ἰαίνειν* tepefacere et liquefacere, de quibus duplex est dubitatio. Nam si *ἰαίνειν* cum *ἰᾶσθαι*, quod ad *ἰός τὸ φάρμακον* refertur, cognationem habet quamvis diversa vocalis mensura, sola terminatione convenit cum *διαίνειν*, cujus consona prima haeret in synonymis *δεύω*, *δεῖσα*, *διερός*, *Ἐνδιές ἔνυδρον* Hes. Si vero iisdem stirpibus nituntur, haud facilis est dijudicatio utrum utri praecesserit cf. Technol. 124 sq. *Ἔρις* si cum *ἐρεθίζω* et aliis agitandi verbis componimus et synonymon *δῆρις* cum *δάϊς* (*μάχη καύστειρα*) longe dispares ortus habere videntur. Hactenus loquutus sum de delta quod iisdem vocabulis aut deesse aut superesse creditum est; nunc ad illa veniam quae in derivatione consonam aut accipiunt aut amittunt ut *διώκω ἰωκή*, de quo dictum est, *δαίω αἶσα*, si quidem stamus veterum judicio, quod confirmatur quodammodo comparatione synonymi *μείρομαι partior*, *μοῖρα* Parca sive Morta; et omnium certissi-

mum *Ἀνεδάρδανε ἀνεμόλυνε· δαρδαίνει γὰρ μολύνει* et suo loco *Δαρδαίνει μολύνει* Hes. quod si solum legeretur, fortasse aliquis pro *ἀρδαίνει* subrepsisse diceret; nunc dubitari non potest quin ab *Ἄρδα μολυσμός* derivatum sit, cui in latino sermone aliae consonae accessisse videntur *merda, sucerda, muscerda.* *Γνόφος* et *δνόφος* cum *νέφος* cognata esse Heraclidae assentimur Eust. 1722, 48. hujusque significationem refert *ἰοδνεφές*, nam flocci lanae quandam habent cum nebulis similitudinem quas Latini *vellera* dicunt; sed si forma spectatur, cum *δνόφος* congruit et magis etiam *Ἀλιδνοφές ἁλουργές* Hes. Nec fide alienum *Δρόσος* (*ros*) *παρὰ τὸ ῥέω* EM. sed Grimmius *Gesch. d. deutsch. Spr.* II. 1026. deflectit ad verbum gothicum *driusan* id est cadere. *Δελφύς* si cum latino *volva* componitur, protinus in cogitationem venit utrumque ab *εἱλεῖν* involvere denominatum esse ac proprie significare *τὸ ἔλυτρον τῶν βρεφῶν.*

IV. *Ζειαί αἱ ὀλύραι — πλεονασμῷ τοῦ ζ· εἰαί γὰρ αἱ τροφαί, οἷον λύκων ἤια πέλονται* EM. 410, 12. qui pro hoc Homeri loco Il. XIII. 103. aptius attulisset alterum Odysseae ubi *ἦα καρφαλέα* memorantur, hoc est *ἄχυρα*, quae etiam *εἰαί* et *εἶοι* vocari Hesychius tradit, neque improbabile est non modo paleas sed etiam legumina ipsa, zeas aliaque farra sic vocata esse. *Ζάγκλον οἱ Σικελοὶ τὸ δρέπανον καλοῦσι* Steph. cujus manifesta est ab *ἀγκλός σκολιός* Hes. et *ἀγκύλος* derivatio. De verbo *Ζάει πνεῖ, Ζαέντες πνέοντες* quaestio est simplexne sit pro *Ἄειν πνέειν* an compositum ut *ζαβάλλειν* v. Proll. 141. sed illud praeferendum videtur vel ob hanc causam quod praepositio *ζά* non reperitur cum vocali verbi confluens nisi forte in sermone plebejo ut palus vocatur *ζύγρα κατὰ ἰδιωτικὴν παραφθοράν, ὅπερ οὐδὲν ἀλλ' ἢ διύγρα τίς ἐστι* Eust. 295, 27. sed nominis divini interpretatio *Ζαγρεύς ὁ μεγάλως ἀγρεύων* Gud. 227, 20. et quod Cyrillus Tittmanni CV. proponit *ζάγκυλον τὸ λίαν ἀγκύλον*, ab etymologis manavit omnia experientibus. Neque ferendi sunt qui, ut *ζάκοτος* dicitur *ὁ μεγαλόκοτος*, sic *ζάω* vivo interpretantur *πάνυ πνέω* Epim. I. 181. Quod Eustathius dicit 936, 3. *μέρδειν* et *ζμέρδειν* significare *τὸ ἄγαν βλέπειν*, harioli nescio cujus

inventiuncula est nomen σμερδνός enodare conantis. Ζαλαίνω τὸ μωραίνω sicut Δαλίς μωρός Hes. congruit cum ἠλός, ἠλεός, ἀλεόφρων, ἠλίθιος, ἠλέματος, quod simplex est ut αὐτόματος. Haec nonnulli ad ἄλη referunt.

V. Θάμα ἐκ τοῦ ἅμα πλεονασμῷ τοῦ θ· τὸ γὰρ πυκνῶς γινόμενον ὑφ' ἕνα καιρὸν γίνεται Epim. I. 451, 1. EM. 442, 17. sed hic diversa signa sequens p. 75, 9. ἅμα παρὰ τὸ θαμά. Illa Tryphonis sententia fuit Apoll. de Adv. 563. haec Characis Epim. I. 199. et Apollonii ipsius, qui frequentia derivatorum nititur theta tuentium θαμέες, θαμειαί, θαμινά, θαμίζω, hisque addendum videtur Θάμυρις πανήγυρις Hes. et θάμνος (densetum) παρὰ τὸ θαμά ὅ ἐστι πυκνῶς Eust. 1554, 62. sed si rem a stirpe repetimus, ἅμα *una* (ὁμοῦ) primitivi similius est quam θαμά *frequenter*. Fuit etiam nomen proprium ancipitis scripturae, de quo Eust. 298, 2. ἐν τῇ παροιμίᾳ Θάμυρις μαίνεται τινὲς Ἄμυριν ἔγραψαν δίχα τοῦ θ. De hoc nihil constitui potest. Conjuncte cum ἅμα Trypho de Pass. p. 34. et Josephus in Synops. p. 566. ad prosthesin referunt οὖρος θοῦρος, sed haec disparia principia habent ὀρνύναι et θορεῖν. — Θειλόπεδον κατὰ πλεονασμὸν πεδίον τὸ ἔχον ἕλην (al. εἵλην) Sch. Od. VII. 123. Choerob. Can. II. 219. aptum est Homeri verbis l. c. θειλόπεδον τέρσεται ἠελίῳ, quibus significatur area aprica et εἰληθερής, uno verbo εἰλόπεδον, quod ipsum Doederleinius (*Reden und Aufsaetze* T. II. 295.) Homero reddendum putat, ceterum non legitur nisi apud scriptores Byzantiae aetatis Scholiastas et Glossographos [13]). Illud indocti quidam pro trisyntheto habuerunt: τὸ θειλόπεδον σύγκειται κατά τινας παρὰ τὸ ἄρθρον οὐδέτερον καὶ τὴν εἵλην καὶ τὸ πέδον, οἷς καὶ ἀρέσκει θειλόπεδον ἀεὶ ἄνευ ἄρθρου προφέρειν ὡς ἐγκειμένου τοῦ ἄρθρου· οὐδὲ ἡ θάτερος εἴποι τις ἵνα μὴ βαρβαρικῶς ἀδολεσχοίη Eust. 1573, 32. Articulus cum genitivo et aliis casibus prono-

13) Hesychius Ἐλάπεδον τέμενος — Ἐράπεδα ἃ ἡμεῖς ἐλάπεδα, illo nomine fortasse εἰλόπεδον significavit ut Homerus τέμενος οἰνοπέδοιο dixit; ἐράπεδον vero si cum ἔρα compositum est, quod idem pro γῇ dictum invenit, nihil differt a γήπεδον solifundium.

minis ἕτερος concretus θατέρου, θατέρῳ etc. nonnullos eo abduxit ut in prima positione ὁ θάτερος dicerent, quod et Grammatici cum summa hujus barbariae detestatione declarant et crebri librariorum lapsus τῇ θατέρᾳ Heliod. III. 4, 113. etc. — Ὁλός ὁ τῆς σηπίας, ὃν καὶ θολόν καλοῦσι, ψιλοῦται καὶ ὀξύνεται· τὸ γὰρ περιεκτικὸν τῶν θρεμμάτων δασύνεται καὶ βαρύνεται Schol. ad Dosiad. Ar. v. 1. ἀναθολοῦσθαι παρὰ τὸν θόλον (sic) τῆς σηπίας, ὃν οἱ Ἀττικοὶ καὶ χωρὶς τοῦ θ ὅλον λέγουσι Phryn. App. 12. Ab horum societate non sejuncta videntur ἀλαρῦναι v. Proll. 262. et μολῦναι, unde conjecturam ducimus theta huic familiae non natura ingeneratum esse. Quartum affert Orion. 124, 25. θαλερόν (scr. θαλυκρόν) ἀλυκρόν ἀποβολῇ τοῦ θ et EM. 71, 29. ἀλυκρόν ἀντὶ τοῦ θαλυκρόν, οἷον ἃ πάντῃ πάντα θαλυκρὸς ἐγώ· εἶτα γέντο δ' ἀλυκρά, utrumque pro metri necessitate ab eodem poeta, Callimacho si forte, posita similiter variantibus cognatis ἀλέα et θάλπω v. Proll. 345. De spiritu non convenit; in Suidae Lex. ἀλυκρός legitur ut ἀλέα, ἀλεαίνω, ἀλεεινός, quae Grammatici quidem ab Atticis aspirari dicunt sed Aristophanis, Platonis et Xenophontis libri aliter scripta praebent. Quod ad Il. XIX. 393. ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἕσαν adnotatum legimus θέσαν ἀντὶ τοῦ ἕσαν κατὰ παράληψιν τοῦ θ, si sic ut suspicor scriptum fuit ἕσαν ἀντὶ τοῦ θέσαν κατὰ παράλειψιν τοῦ θ, inane est ellipsis commentum. Sed quemadmodum ῥαίειν et θραύειν actiones consimiles significant, sic etiam verba εἶναι et θεῖναι et vocis et significationis affinitate conjuncta esse cognoscitur ex derivatis συνώμεθα ταὐτὸν τῷ συνθώμεθα Schol. Il. XIII. 381. συνημοσύνη σημαίνει τὰς συνθήκας παρὰ τὸν ἥσω μέλλοντα Schol. Il. XXII. 261. (omissum a Bekkero). Copiam exemplorum auxerunt eruditi recentiores. Velut Pindarica ἄλπνιστος et ἐπαλπνος Heynius ad ἔλπω, Passovius ad θάλπω refert; θάλλω Wyttenbachius ad Plut. de Aud. Poet. 234. ab ἄλλομαι et indidem ἅλς et θάλασσα repetit; θεμερός Karstenus ad Emped. p. 206. idem esse statuit quod ἥμερος, sed Hesychius σεμνόν interpretatur, quare Wyttenbachius l. c. verbo σέβω subjicit; mihi ad θεῖναι εὔθετος εὐθήμων accedere vide-

batur in Proll. 261. Ἴβη et θίβη prius attuli C. III. §. 3. Ὑή Σεμέλη Hes. incertum habemus graecumne sit nomen significans thyiadem, nam eadem Θυώνη vocata est et Bacchae θυῖαι [14]), an quia Bacchus a Thracibus Phrygibusque invocatus est Ὕης, hinc matri ejus nomen affinxerint Ὕη sive Ὑή. Sed θυᾷν subare et surire ab ὗς sive σῦς derivatum esse pro non dubio habetur. Ἰακχά στεφάνωμα ἐν Σικυῶνι et Θιακχά ἄνθη ἐν Σικυῶνι Hes. patet idem esse vocabulum; nec dissimile videtur βάκχος ὁ κλάδος v. Aglaoph. T. I. 308. Θολκάζει χαλιναγωγεῖ, quod Bentlejus confodit, ab eodem errore profectum est unde δαιάζει.

VI. Καυλός τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος κατὰ πλεονασμόν· αὐλῷ γὰρ ἔοικε EM. 493, 1. Etenim utroque nomine corpora tubulata significantur et hinc αὐλών τόπος ἐπιμήκης καὶ στενὸς ἀγκάλαις οἷον περιεχόμενος Anecd. Bekk. 463. ἔναυλος χείμαῤῥος διὰ στενοῦ καὶ ἐπιμήκους τόπου ῥέων παρὰ τὸν αὐλόν, ἀφ' οὗ καὶ ἡ αὖλαξ Eust. 1236, 50. [15]) Καυλωνία πρότερον Αὐλωνία λεγομένη διὰ τὸν προκείμενον αὐλῶνα Strab. VI. 261. et Scymnus v. 320. In hoc igitur nulla praeter prosthesin facta est mutatio; sed αὐλός et καυλός diversum intellectum habent, idemque discrimen inter ea quae Epim. I. 251. et 254. cum illis confert τύπος καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ κτύπος, νέφος et κνέφας. Item si κῆλα, ut in EM. traditur, ab ἵημι ἥσω derivatum est proprieque missilia significat, res ab affectione abit ad denominationem; item si κέλευθος παρὰ τὸ ἐλεύθω Sch. A. ad Il. I. 312. Gud. 314, 5. [16]) alii vero ad κέλλειν referunt

14) Thyiades etiam Ὑάδας vocatas esse Hesychius docet Ἔναστρος Μαινάς Ἀχαιός ἀντὶ τοῦ Ὑάς· τὰς γὰρ Βάκχας Ὑάδας ἔλεγον. Achaeus igitur audaci metalepsi nomen Maenas, quia idem dicitur Θυιάς et Ὑάς, transtulit ad Hyades caelestes, quae a longe alio verbo denominatae sunt. — Ἐλισμός ἥσυχος fortasse θέλημος fuit, cujus eadem interpretatio.

15) Servius ad Aen. IX. 60. *caulae est graecum nomen c detracto; Graeci enim αὐλός vocant animalium receptacula.* Neque aliter sentit Coraes ad Heliod. 23. αὐλή λατινιστὶ *caula* ἡ ἔπαυλις. Sed rectius Festus *Caulae a cavo dictae.*

16) Heraclides, si ut Eustathius dicit 734, 36. cum Καυλωνία et κέλευθος comparavit κανθηλία tanquam idem significans atque ἀνθήλια,

v. C. V. §. 2. Sed Hesychii notatio *Τυπεῖ ψοφεῖ κτυπεῖ κροτεῖ* et quod Nonnus dixit XX. 351. *αἰθερίου πατάγοιο τύπος βρονταῖος* ostentui est kappa in iisdem vocabulis sine ullo significationis dissidio adesse et deesse. Nec minus Libyum epitheton apud Aeschylum *ἡλιόκτυπον γένος* hoc est *ἡλιόβλητον*. Alia subjicit Helladius Phot. 866. *καὶ τὸ καίνυτο περισσὸν ἔχει τὸ κ̄ καὶ τὸ καῦρος· ναῦρος γάρ ἐστιν οἷον ὁ κατὰ νοῦν ἐλαφρός*. De primo, quod nostri Grammatici alio trahunt, consentit EM. 126, 40. *ἀποκαίνυμαι τὸ νικῶ παρὰ τὸ αἴνυσθαι καὶ λαμβάνειν ἆθλον τοὺς νικῶντας πλεονάσαντος τοῦ κ̄*, idque confirmatur consimili usu verbi *αἱρεῖν* (id est *ἄρνυσθαι* sive *αἴνυσθαι*), de quo Scholion Aristid. a Wyttenbachio ad Plutarch. de S. N. V. p. 8. evulgatum, a Dindorfio p. 472. praetermissum: *Εὔπολις περὶ τοῦ Περικλέους φησὶν Ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας* (Meinek. II. 458.) *αἱρῶν ἀντὶ τοῦ νικῶν* etc. et comparatione poetae ad Buttm. Gramm. 210. excitati *πάντας κλεπτοσύναις ἐξαίνυτο* id est *ἐνίκα*. In Photii loco Bekkerus *αὖρος* e cod. Par. scripsit pro *ναῦρος*, cui aptior quidem est interpretatio ista *ὁ κατὰ νοῦν ἐλαφρός* (quasi *νόαυρος*) sed repugnant quae antecedunt, nisi Helladius in opere integro non solum de pleonasmo literae kappa sed etiam de hujus consonae pro aliis suppositione loquutus est; *ναῦρος* praeter ancipitem Hesychii glossam *Ναῦρα ἢ ναυρὸν ὄγκος*, non legitur sed a grammatico, qui *νοεῖν* et *κοεῖν* idem esse meminisset, fingi potuit ad explicandum *καῦρος*, quod glossographi consensu interpretantur *κακός*. Neque alterum testatur quisquam praeter Hesychium *Αὖροι λαγοί ἴσαυροι*, quod vereor ut Coraes ad Heliod. 345. recte in *σαῦροι* mutaverit; nam ille hoc dicere videtur lepores per denominationem *αὔρους* vocari quasi *ἰσαύρους* vel *ἰσανέμους* ut Nicander *ἠνεμόεντα λαγωόν* dixit Ther. 454. Idem *Αὐριβάτας· ὁ Αἰσχύλος τὸ αὔριον* (vel *αὖρι*) *ἐπὶ τοῦ ταχέως* et *Πόδαυρος ἐῤῥωμένος τοὺς πόδας* fortasse ab eadem stirpe. — Herodianus in

---

aut indigne alucinatus aut ignotos nobis auctores sequutus est; nam apud eos, qui hodie leguntur, summa est horum vocabulorum differentia.

EM. e Pamphili glossario affert *Κμέλεθρα οἱ δόκοι* hoc est trabes tecti, quae ab aliis *μέλαθρα* vocantur. Quod Diodorus scribit IV. 56. ab Argonautis portum quendam ad Formias Italiae appellatum esse *Αἰήτην τὸν νῦν Καιήτην προςαγορευόμενον*, id ne Straboni quidem persuaderi potuit quamvis ad hujusmodi mangonia geographiae fabulosae sat proclivi. *Παρὰ τὸ ἁρπάζω ἁρπάλιμος καὶ καρπάλιμος πλεονασμῷ τοῦ κ καὶ τῆς αλ* EM. 492, 27. Anecd. Par. T. II. 26. quae originatio confirmatur convenientia adverbii latini *raptim* id est *ἁρπαλέως* verbique *carpo*, sed quia *ἁρπάλιμος* non reperitur, prosthesis proprie dici nequit. *Καπάνη* Thessalos usurpasse pro *ἀπήνη* Athenaeus Comici testimonio approbat. Hic autem inseram veterum quorundam de consona syllabae quae dicitur reduplicativae sententiam, etsi non ad kappa solum pertinet: *κέκτημαι λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς*[17]) *ὅτι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ κ αἰολικῶς· τὸ γὰρ κοινὸν ἔκτημαι ἐστὶ, καὶ τὸ πέπταμαι ἀπὸ τοῦ ἔπταμαι· τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ κτ οὐκ ἀναδιπλασιάζονται, οὐδὲ τὰ ἀπὸ τοῦ πτ* EM. 501, 26. *ἀπὸ τοῦ πτῶ ἔπτωκα καὶ πλεονασμῷ πέπτωκα* 662, 37. Sed *πέπτωκα* et *πέπταμαι* differunt a *κέκτημαι* eo quod consonam nunquam amittunt, huic autem kappa non per pleonasmum appositum sed ex verbo ipso iteratum esse in scholis Grammaticorum posteriorum pro certo obtinuit: *τὸ ἐκτῆσθαι ἀττικόν ἐστι καὶ ἰωνικὸν ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως ὡς τὸ τυρὸς ἐξεγλυμμένος καὶ ἄλλα* Eust. 759, 42. *ἐβλαστηκότες ἀποβολῇ τοῦ β* EM. 508, 30. quorum utrumque reprehendit Choeroboscus Can. 549, 35. *τὸ ἐγλυμμένοι καὶ ἐβλαστηκότες παρ' Εὐπόλιδι παράλογά ἐστι* v. Meinek. Com. Fr. P. I. 561 sq. Sed idem aoristo secundo, quia vulgo non duplicatur, kappa praepositivum addi dicunt: *ἐκάδοντο καὶ προςελεύσει τοῦ κ κεκάδοντο* Epim. I. 244. alibi vero rectius *κάμω καὶ ἀναδιπλασιασμῷ κεκάμω ὡς λελάχω* I. 243. de quo posterius dicetur. Hac autem

---

17) *ἐν τῷ περὶ παθῶν* addit Gud. 313, 28. Aeolico *πεπτερύγωμαι*, quod ille cum *πέπταμαι* confert, simile est *Ἀναπεπτοημένοι* pro *ἀνεπτ.* Hesych.

occasione data a pleonasmo transgrediar ad ellipsin. Huic parti primum Eustathius 244, 43. assignat *αὔχημα* tanquam imminutum; quippe idem valet *καύχημα* Hesych. ut verborum quoque declinatio quidem diversa est *τὸ καυχῶ δευτέρας ἐστὶ συζυγίας, τὸ δὲ αὐχῶ πρώτης* EM. 527, 1. sed significatio indiscreta: *καυχᾶσθαι ἀντὶ τοῦ αὐχεῖν Πίνδαρος* Antiatt. Bekk. 102. quare hoc quoque defectivis adnumeratur: *τὸ καυχῶ δευτέρας ὂν συζυγίας ἐν τῇ ἀποβολῇ τοῦ κ ἐγένετο αὐχῶ αὐχεῖς* Anecd. Bekk. 1152. quorum alteri *αὐχηματίας* subnatum est, alteri *καυχηματίας*, sed adjectiva *αὐχήεις* et *αὐχαλέος* kappa non assumunt. Utrique vero antecedunt nomina *αὐχή* et *καύχη* et hoc potius quam illud pro interpolato haberi oportet, si translata sunt ab illo gestu corporis, quem Graeci proprie signarunt verbo *ὑψαυχενεῖν*, id quod Methodius indicat quamvis ratione perversa in EM. 174, 24. *αὐχήν παρὰ τὸ αὐχεῖν καὶ γαυριᾷν· γαυριῶντες γὰρ καὶ ἐπαιρόμενοι ἀνατείνομεν αὐτόν· οὕτω δὲ τραχηλιᾷν τινὰς λέγομεν.* Dubito vero num *εὐχή* huc applicari possit, quod intendit Schol. Pind. Ol. VII. 36. *τὸ καυχᾶσθαι ἀπὸ τοῦ εὔχεσθαι*, etsi hoc apud Homerum, qui verbis perispomenis in totum abstinet, saepius hunc intellectum habet et ab Hesychio quoque sic explicatur *Εὔχεσθαι καυχᾶσθαι αὐχεῖν* et ab Eustathio 710, 8. *εὐχωλαί αἱ καυχήσεις*. Sed pergam. *Ἀπὸ τοῦ κυλίω, ὅπερ Ἀττικοὶ καλίω εἶτα καλινδῶ· ἐκ τούτου κατὰ ἀποβολὴν τοῦ κ ἀλινδῶ* Phryn. App. 5. Verum tamen eadem litera deest synonymo *εἰλινδῶ*, hoc autem ab *εἴλω* originem habere constat v. Technol. 205. quapropter res ad prosthesin magis inclinat quam ad aphaeresin. *Δοάσσατο ἀντὶ τοῦ δοκάσσατο ἀποβολῇ τοῦ κ ὡς ῥαδαλὸν δονακῆα ἀντὶ τοῦ κράδαλος*[18]) *εὐκράδαντος* Sch. Il. XIII. 485. Illa Zenodoti scriptura fuit, cui nunc *ῥοδανόν* substitutum est; alterum *κραδανόν*, quod Buttmannus Aristophani tribuebat, omnino non legitur. — EM. in Supplem. Koenii ad Greg. 446. *ὄτταβος οἱ Ἴωνες λέγουσι καὶ οὐ κότταβος ὡς αἶα καὶ οὐ γαῖα.* Verum hujus quoque vocis exemplum non extat sed

18) Eustathius rectius *κραδαλός* v. Prolegg. 104.

ὄττοβος significatione aliquantum simili v. Proll. 286. Gentilicium Κοροπαῖος a nonnullis Ὀροπαῖος dici κατ' ἔλλειψιν τοῦ $\overline{κ}$ Stephanus testatur. Duplici mutatione affectum dicitur ὑβός ἀπὸ τοῦ κυφός ἀποβολῇ τοῦ $\overline{κ}$ καὶ τροπῇ τοῦ $\overline{φ}$ εἰς $\overline{β}$ Schol. Theocr. V. 43. EM. 774, 8. quorum illud antiquius est et frequentius, nec tamen primitivum esse contenderim vel hujus adjectivi vel ceterorum quibus corpora incurvata et recurva significantur: ὑβούς καὶ κυφούς Ἱπποκράτης ὀνομάζει οὓς πάντες οἱ νῦν ἄνθρωποι προςαγορεύουσι κυρτούς· τῷ μὲν οὖν κυρτῷ τὸ κοῖλον ἀντικειμένως λέγεται, τῷ ὑβῷ δὲ καὶ κυφῷ τὸ λορδόν Galen. Comm. in Aphor. 46. p. 74. T. XVIII. P. I. Sed λορδός quoque interdum non repandum sed incurvum significat. Alia quaedam Glossographi omissa designatione auctoris retulerunt: Ἴχλα ἡ κίχλα Suid. nisi illo nomine potius significatur species turdi, quae etiam ἰλλάς et τυλάς vocatur; Κόγχναι αἱ ὄγχναι Hes. idemque Ἰνύρετο ἐμύρετο id est μινύρετο vel κινύρετο, quod ipsum Vossius hoc loco restituendum putat, nec suspicionem effugerunt Ἠληθμός κηληθμός, Ἦλον κατακεκαυμένον λαγνόν, cui Reiskius κῆλον (κηλόν) substituit alterum interpretamentum ad κήλων referens [19]). Cum Κηλός ξηρός congruunt Καυαλέον ἢ καυαλές τὸ κατακεκαυμένον καπυρόν ξηρόν et καγκαλέον sive κάγκανον, quae eodem modo interpretatur, neque aliud valet αὐαλέος, quod ad ἀλέα calor inclinat; ipsaque verba his praecurrentia καίω sive δαίω et αὔω, etsi nunquam inter se commutari possunt, tamen hactenus cohaerent quod altero antecedens significatur, altero consequens. Nec refert utrum ἀλέα calor a καίω derivatum sit an ut EM. 58, 39. ἀπὸ τοῦ δαίω, unde Δαεινόν καύσιμον et Δαηρόν ξηρόν καυματηρόν. Camarinae nomen probabiliter ab ἀμάραις sive canalibus repetitur, quae saepe formicatae sunt ut καμάραι v. Proll. 223. et 255. Κίλιξ βοῦς τὸ ἓν κέρας ἀπεστραμμένον ἔχων Hes. ad ἕλιξ referri potest; Ἰσκός κλέπτης

---

19) Manifestius peccant Ἄρυα τὰ ἡρακλεωτικὰ κάρυα et Ἔνανδρον κενὸν ἀνδρῶν.

ad *κιξάλλης*[20]). Similitudinem verborum *κλύζω λούω* cluo luo[21]) animadverti in Techn. p. 87. *Ἰέναι* et *κίειν* ut inter se connexa videntur, ita hoc cum *κιχάνειν* convenit v. ad Buttm. 218. Meinek. Delect. 91. Et hujusmodi exemplis defenditur etiam illa Hesychii glossa *Κάνδαρος ἄνθραξ*, quibus diversa fortasse origo, illi a *καίω*, unde *carbo* ductum putatur, huic ab *αἴθω ἐξ οὗ ἡ αἴθρακος* (*ἢ αἴθρανος*) *ἡ καὶ ἀνδράχλη λεγομένη* Eust. 1571, 25. *Κάρνος βόσκημα πρόβατον* suspicatus sum nihil aliud esse quam *ἄρνος, ἄρνα* v. Proll. p. 74. neque improbabile videtur Apollinem *Καρνεῖον* dici a cura ovium sicut idem *Ἐπιμήλιος* nuncupatur et Mercurius *μηλοσσόος*, *Ζεὺς Μηλώσιος* ib. p. 323. et ab hoc dei cognomine ductum esse nomen mensis ut ab aliis deorum epithetis *Ἐλαφηβολιών*, *Ἱππιών*, *Παρθένιος*. *Κίψει κακοποιεῖ* (vel potius *κίψῃ κακοποιῇ*) una litera differt ab *ἴψαι βλάψαι φθεῖραι*. *Ἄχλαξ ἡ λιθώδης καὶ ψαμμώδης ἄμμος* Suid. et *κάχληξ*, *ἔρεβος* et *Κέρβερος*, *ἕρκος* et *κάρκαρον* carcer, *ὄϊς* et *κώς* casune congruant an natura, incertum. *Ὀχεύειν* et *κωχεύειν* supra comparavi.

VII. Lambda nativum deesse verbo poetico *εἴβω* Grammatici argumentantur ex eo quod similiter ut nomen *αἶα* neque in principio versus reperiatur neque hinc derivetur quidquam sed a *λείβω λιβάς, λοιβή, λέβης* Epim. I. 173.[22]) Illud comprobatur Homeri et Hesiodi usu qui *εἴβειν* et *κατείβειν* non admittunt nisi quando alterum metri ratio respuit ut duorum versuum continuorum Od. VIII. 531. 532. unus in *δάκρυον εἴβων* exit, alter in *δάκρυα λεί-*

---

20) *Ἰψόν κισσόν* Albertius natura idem, dialecto diversum esse putat et ad *ἴμψαι* id est *ἅψαι* refert. Idem de *ἄδδιξ* et *κάδδιχος* suspicatur. *Λῶμα ῥαφή κλωσμός* fortasse a *κλώθω*. *Εὖτέ με θυμὸς κορθύσῃ* Hymn. in Isin v. 60. idem est quod *ὀροθύνῃ*, et *κορθύς* acervus ad *ὀρθός* convenit.

21) His conferri possunt *ἀρνεύω* cernuo, *ἠλύγη* caligo, *κόλαφος* alapa, *ὤρα* cura, *κάπρος* aper.

22) *Οὐδέποτε*, inquit, *εἴβειν τεθεῖται ἐπὶ τοῦ σπένδειν, τὰ δ' ἄλλα ὁμοίως, δάκρυα λεῖβον, καταλείβεται ὕδωρ, κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ· ὥςπερ δὲ παρὰ τὸ γαῖα μὲν ἐγένετο σύνθετον γαιήοχος καὶ παράγωγον* (adde *γαιήιος*) *οὐ δὲ παρὰ τὸ αἶα, οὕτω καὶ οὐδὲν κίνημα παρὰ τὸ εἴβω, παρὰ δὲ τὸ λείβω λιβάς, λοιβή* etc.

βων, quomodo idem variavit Il. III. 244. τοὺς κάτεχεν φυσίζοος αἶα — φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ. Sed posteriores illud saepius in primo versus loco collocant Apollon. II. 664. Anth. VI. 253. Quint. XII. 410. Neque de omnibus valet quod iste ait οὐδὲν κίνημα εἶναι παρὰ τὸ εἴβω, nam εἴβιμος ὁ στάζων κατὰ τοὺς παλαιούς Eust. et εἰφθῇ εἴβηται Hes. His simile affert Eustathius 1471, 28. Ἰώνων καὶ Αἰολέων ἐστὶ τὸ εἴβειν ἐκ τοῦ λείβειν καθὰ καὶ τὸ αἰψηρός ἐκ τοῦ λαιψηρός. Neque secus sentit Hesychius Αἰψηρὰ καὶ σὺν τῷ λάβδα λαιψηρά. Homerus quidem, si scripturam tralaticiam sequimur, αἰψηρός dixit pro αἰφνίδιος de rebus quae cito fiunt ut κόρος αἰψηρός, δαὶς αἰψηρή, alterum vero epitheton facit citorum hominum, pedum, telorum. Hoc tamen discrimen jam Hesiodus transiluit si Borean αἰψηροκέλευθον nominavit, in quo libri variant v. Muetzell. de Theog. 47. et qui αἰψηρὸς πούς, αἰψηροὶ ἄνεμοι usurparunt ut Philetas et Lycophro, non dubium est quin unam utrique sententiam subjecerint. Neque tamen ea re unitas stirpis confirmatur. Αἰψηρός quidem certum est ab αἶψα propagatum esse sed λαιψηρός fortasse ab alio themate, cui λαῖλαψ adhaeret. Nec minus haesitationis habent reliqua Grammaticorum argumenta: ἀφύσσειν δωρικὴ ἡ λέξις, ὅπερ ἐν πλεονασμῷ τοῦ λ λαφύσσω γίνεται Epim. I. 39. et EM. 180, 8. qui quod addit ἀφύω ex ἀρύω factum esse, eo pertinet ut utrumque verbum non idem quidem sed cognatum esse dicamus Techn. 244. λαφύσσω vero a λάπτω derivatum est onomatopoetico. Λεχεποίην — εἰ μὲν τὸ ἔχειν ἔγκειται, πλεονασμός ἐστιν, εἰ δὲ τὸ λέχος, ἀντίθεσις· πρὸς τὴν διάφορον σημασίαν διάφορον πάθος Schol. A. ad Il. IV. 383. et brevius EM. 180, 8. Pleonasmus ille in verbo tritissimo ἔχειν prorsus inauditus et sua sponte incredibilis est. Relinquitur ergo compositum ut sit cum λέχος vel omisso ο micro genitivi quod integrum servant ἐλεόθρεπτος et ὀρεστύπος, vel, quomodo ille dicit, per antithesin ut θηρεφόνη, ὀρεσφοίτης· et alia quae veterum sollertia notitiae nostrae tradidit v. ad Phr. 677. et 679. Nemo autem in hac quaestione attigit τεκεκτόνος, quod quia apud unum vulgaris notae poetam legitur, suspectum habui.

Verum ne extra ordinem excurrat oratio, disceptatur etiam syntheti illius pars altera, verbumne sit an nomen. Primum Sextus Grammaticorum cavillator c. Gramm. 258. n. 307. poetam censet *λέχος* hic posuisse pro *μίξις* et conjunctis duabus vocibus *βαθύσχοινον λεχεποίην* significasse semen schoeni *παραστατικὸν πρὸς συνουσίαν εἶναι*. Mirum ni propter hoc inventum hecatomben fecit. Procul ab hac sapientia Suidas *λεχεποίην* interpretatur *λέχη ποιοῦντα*, cui opponi potest nomina cum *ποιεῖν* conjuncta praeter *νεωποίης* in Inscr. Asianis secundam sequi declinationem et *λεχεποιός* si ex similibus existimetur potius lecticarium *κλινοποιόν* significare; nam quod Ceres *καρποποιός* nominatur quodque Hymettus *μέλι ἄριστον ποιεῖν* dicitur non omnino simile est. Ergo ad nomen devertimus et quemadmodum *ὁ χρυσῆν κόμην ἔχων* uno verbo dicitur *χρυσοκόμης* et pratum quod bubus larga pabula praebet *λειμὼν βούχιλος*, sic *λεχεποίην* interpretamur *τὸν ποίαν λεχαίαν ἔχοντα*, quod genus herbas Apollonius I. 1182. *φυλλάδα λεχαίην* nominat hoc est, ut Scholiastes ait, *ἐπιτηδείαν πρὸς λέχη*. Sequitur aliud non illius tenebricosae aetatis vocabulum sed in luce consuetudinis positum: *Ἰκμᾷν λικμᾷν, Ἰκμῶντο ἐσείοντο* Hes. *ἀνικμώμενα ταὐτὸ τὸ λικμώμενα ὡς ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτωνος* Anecd. Bekk. 405. Itaque quod in Plat. Tim. 52. E. vulgatum est *τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀναλικμώμενα*, id Ruhnkenius librarios ignotiori *ἀνικμώμενα* praetulisse censet. In Theophr. Caus. IV. 12, 9. Schneiderus pro *λικμᾶσθαι* ex Urb. *ἰκμᾶσθαι* dedit et c. 16 (17), 2. pro *ἀπολικμῆσαι* e duobus Medd. *ἀπικμῆσαι*, quibus omnibus probatur *ἰκμᾷν* et *λικμᾷν* idem significare negotium frumenta purgandi, sive id fit vanno, quae *λίκνον* dicitur et *λικμός*, sive cribro, quod Plato l. c. *πλόκανον* vocat; eodemque pertinet *ἰκλᾷν* apud Hesychium *Ἀφικλῶντο ἀπεσείοντο, Ἀνικλώμενον ἀνακαθαιρόμενον* [23]). Caput hujus discordis familiae Guietus (ad Hes. s. *Λικμᾷν*) cognoscere

23) Quae idem affert *Νικᾷν λικμᾷν, Νίκλον λίκνον* trajectione literarum corrupta judicantur.

sibi visus est in thematico ἴκειν *icere*, cujus similitudinem gerunt aoristi δικεῖν et κίξαι, ἀποκίξαι. A cribrando vero non multum distat percolare et similia sunt utriusque actionis verba ἠθεῖν et σήθειν v. Techn. 93. quare non miramur Nicandrum ἰκμαίνειν posuisse pro δινλίζειν sive σακκίζειν sive διηθεῖν ut Schol. ait in Alex. 96. τέφραν πλύνεο, τὸ δὲ ῥύμμα ἰκμήνειας, Hesychiumque απικμᾶσθαι reddere verbo ἀποψᾶσθαι id est tergere et siccare detracto liquore. Hac igitur ratione verba ventilandi et eliquandi conciliari possunt, quorum unum de siccis dicitur, alterum de liquidis, sed utrumque unum habet effectum epurgandi; neque multum repugnem Schneidero qui illud λικμᾷν sive ἰκμᾷν cum ἰκμάς ἰκμάζειν et porro cum ἴχωρ *lix liquor* cognatum putat neglectis veterum auctoritatibus Ἶξαι διηθῆσαι Hes. ἴκμενος ψιλῶς ὁ δίυγρος ἀπὸ τῆς ἰκμάδος Sch. Od. I. 7. II. 420. Il. II. 479. — Mortarium ἴγδην Nicander transnominavit λίγδον fortasse propter formae quandam similitudinem; nam vulgo λίγδοι vocantur infundibula, quibus flaturarii utuntur. Eadem similitudinis ratio intercedit inter ἄχνη et λάχνη· nam quod Virgilius dixit *canum tenera lanugine malum* id est λελαχνωμένον, a Philippo in Anth. appellatur μῆλον πεποκωμένον ἄχνῃ. Idcirco confunduntur haec nomina a Glossographis Λάχνη θρίξ δασύτης καὶ ὁ ἀφρὸς τῆς θαλάσσης Hes. et ceteri; οἴνωπον ἄχνην τινὲς τὴν οἰνόχροα τρίχα Schol. Eur. Or. 115. quod hoc loco perineptum est. Attamen diversa utrique progenies; nam ἄχνη, ἀχώρ acus, ἄχυρον cum ἄκρος cognata sunt [24]), λάχνη vero cum λῆνος lana. Sed scriptura modo differunt λαπήνη εἶδος ἁμάξης· ἔνιοι ἀπήνη Hes. qui quae praeterea affert Λατμενεία δουλεία, Λαύστρανον φρέατος ἅρπαγα, contrariaque labe affectum Ἡραίνει ληρεῖ Critici relegarunt substitutis aptioribus ἀτμενία, αὔστρανον, ληραίνει.

VIII. Ἀκήριος τροπῇ τοῦ $\bar{\eta}$ εἰς $\bar{\alpha}$ καὶ πλεονασμῷ τοῦ $\bar{\alpha}$ μακάριος· πλεονάζει δὲ τὸ $\bar{\mu}$ ἐν πολλαῖς λέξεσιν,

---

24) Hesychius Ἄχνη — τὸ ἄκρον· sed paullo post τὸ λεπτὸν ξύσμα, quod animum ad synonymon χνοῦς traducit velificante Homero qui spumam maris χνόον et ἄχνην vocat.

μία, *μεστός*, *μάλευρον* EM. 573, 38. Choerob. Epim. in Psalm. 4, 34. quorum partem repetit Epim. II. 390. adscripta in margine Herodiani auctoritate: *μηνύω παρὰ τὸ ἀνύω τὸ διέρχομαι· ἐν πολλαῖς γὰρ λέξεσι πλεονάζει τὸ μ, ἀκάριος μακάριος, ἑστὼς μεστὼς* hoc est *παρὰ τὸ ἕω τὸ πληρῶ ἑστός μεστός* EM. 580, 44. Haec futilia sunt; probabiliora illa quae Schol. Lips. Il. II. 201. et Helladius pag. 867. suggerunt *μίν ἀπὸ τοῦ τρίτου προςώπου τοῦ ἵ πλεονασμῷ τοῦ μ ὡς ἴα μία, ἄλευρον μάλευρον.* Hoc ex uno innotuit Achaeo, sed molendi vocabula in omnibus fere Europae linguis in principio consonam illam habent quam veteres in stirpe insitam esse negant: *μύλη παρὰ τὸ εἱλῶ τὸ συστρέφω* Choerob. in Psalm. 151, 6. *μύλλειν τὸ ἐλαύνειν, ὠθεῖν, ἀπὸ τῶν ἀλούντων καὶ τῇ κώπῃ τοὺς μύλους ὠθούντων* Sch. Theocr. IV. 58. quod Pollux dicit *τὴν μύλην στρέφειν, περιάγειν, περιελαύνειν.* — *Ὄσχος καὶ μόσχος τὰ κλήματα καὶ αἱ ἕλικες* Galen. Gloss. *ἀπὸ τοῦ ὄζω, ὅπερ δύο σημαίνει, ὄσχος καὶ μόσχος πλεονασμῷ τοῦ μ* EM. 591, 37. ac similiter Latini animantium arborumque germina *pullos* vocant; *ὄζος* fortasse sic ut *olus, proles* et *soboles* ab adolescendo dicitur. Cetera pleonasmi exempla, quae Grammatici suppeditant, ad derivationem pertinent: *Μοχλός παρὰ τὸ ἔχω, ἐπεὶ καὶ Ὅμηρος ὀχῆα λέγει τὸν μοχλόν· ἢ παρὰ τὸ ὀχλεῖν καὶ ὀχλίζειν τὸ μετὰ βίας κινεῖν* EM. 592, 3. *ἀπὸ τοῦ ἔχω ὀχός (ὀχεύς) ὁ συνέχων τὴν θύραν καὶ ὀχλός καὶ μοχλός* Choerob. Dict. 316, 10. quibus auctorem addit Orion. p. 103, 4. *ὁ Ἡρωδιανὸς παρὰ τὸ ἔχω*, nec indigna auctore sententia. Duas igitur significationes, quas latinum nomen a vehendo ductum complectitur, Graeci distinxerunt adjectu consonae, repagulum *ὀχέα* dicentes, vectem vero, qui proprie ita vocatur, *μοχλόν*, quanquam hoc etiam est ubi pro repagulo ponatur et verba *ὀχλεῖν, ὀχλίζειν, μοχλεύειν* indiscreta sunt. Quod vero Eustathius 1236, 5. huic addit *ἐκ τοῦ ὀχλεῖν καὶ τοῦ ὄχλος* (hoc accentu) *πλεονασμῷ τοῦ μ γίνεται ὁ μοχλός ὡς ἐκ τοῦ ὄχθου ὁ μόχθος*, id in EM. ad *ἄχθος* refertur, cujus longe alia est origo ab *ἄγω*, et hoc quoque incertum redditur similitudine vocabulorum *μόγος, μόγις, μόλις*, unde non longe

distat μῶλος et μόθος[25]). Haec cum ἄχθος et ὀχθῆσαι haud facile conciliaveris sed potius ex abscondito quodam themate fluxisse videntur sive id μόω fuit movendi et moliendi significatione praeditum sive aliud simile. Aquilae epitheton μόρφνος ἢ παρὰ τὴν ὄρφνην ἐσχημάτισται ἢ παρὰ τὸ μάρπτω Sch. A. ad Il. XXIV. 316. v. Parall. 344. Illud jure praefert Eustathius et similiter romanam avem a colore aquilo dictam putant. Μέρμις παρὰ τὸ εἴρω EM. 580, 21. et hinc etiam μήρινθος et μηρύω duci possunt v. Proll. 368. Μαλερῷ πυρί παρὰ τὴν ἀλέαν πλεονασμῷ τοῦ μ ἢ παρὰ τὸ μαλεῖν τὸ ἀφανίζειν Schol. BV. ad Il. XXI. 375. Hoc μαλεῖν nemini cognitum est sed ἀμαλοῦν et ἀμαλδύνειν vulgo ἀφανίζειν interpretantur et ab ἀμαλός arcessunt, unde fieri potest ut nonnulli ἀμαλεῖν deflexerint. Μαλερός vero Etymologorum conjecturis huc illuc trahitur praeponderante nulla v. Proll. 261. Μυδᾷν ἀπὸ τοῦ ὕδωρ πλεονασμῷ EM. 593, 27. vere fortasse, nisi quod nomen μύδος putorem potius quam humorem significat cf. Techn. 301. adn. — Μακκοᾷν παρὰ τὸ μὴ καὶ κοῶ ἢ ὅτι Ἀκκὼ γυνὴ γέγονεν ἐπὶ μωρίᾳ διαβαλλομένη EM. 574, 10. Illud comprobat Helladius, alteri auxiliatur Hesychius Ἀκκός παράμωρος, de Macco Osco neutrum quidquam inaudivisse apparet, nec juvat verbum plebeji saporis ad calculos etymologiae revocare. Joculare est quod Scholiastae ad Il. V. 661. in mentem venit μαιμώωσα τοῦ αἵματος γευστικῶς ἔχουσα τοῦ μ πλεονάζοντος. Hinc ad ellipsin pergo. Ἄχρις Ἀρίσταρχος ὡς μέχρις ἀνεγίνωσκε, παρ' ὃ καὶ ἐγένετο Herodian. in Schol. Il. XVI. 324. cui lubrico fundamento superstruitur canon EM. 36, 35. οἱ Ἴωνες ὅταν ὕφεσιν ποιήσωνται συμφώνου, τότε καὶ τὸ παραλῆγον φωνῆεν τρέπουσιν εἰς α δεινός αἰνός, μέχρι ἄχρι. Hoc Herodianus praecepisse dicitur in Orthographia Gud. 100, 49. et convenit synonymo μέσφα sive μέσφι, quod cum μέσος cognatum videtur. Alii μέχρι a μακρός repetunt, ἄχρι vero,

---

25) Μόλος πόνος μάχη Hes. et hunc intellectum habet μάχη in composito χερομάχος hoc est agricola ὁ χερὶ πονῶν, et vicissim πόνος apud Homerum praecipue laborem bellicum significat.

quod Buttmanno Gramm. §. 18. Adn. 4. ab alpha unitatis significativo productum videtur, ab ἄκρος v. Klotz. ad Devar. II. 225. — Πολλαὶ λέξεις ἐκπίπτουσαι τοῦ κατ' ἀρχὴν συμφώνου τὸν αὐτὸν νοῦν σώζουσι μῆλα ἦλα Eust. 701, 47. sed sensum eundem non manere Athenaeus docet, a quo ille haec mutuatus est; hic enim dicit II. 50. A. prunorum tria esse nomina βράβυλα, μάδρυα et ἦλα et haec ita vocari οἷον μῆλα. Sine ulla affectionis significatione Pollux VI. 60. αἱ περιτταὶ σκευασίαι ὀνθυλεύσεις ἐκαλοῦντο καὶ μονθυλεύσεις. Verbum μονθυλεύειν Phrynichus Epit. 356. quum ita interpretatur μολύνοντα ταράττειν, non procul aberrat ab Eustathii opinione p. 1329, 14. ὀνθυλεύουσι τὸν οἶνον ἴσως ἀπὸ τοῦ ὄνθος, unde ὠνθυλευμένος ὁ κοπρίας γέμων Suid. quod quomodo contrariam condiendi significationem accipere potuerit, breviter disputavi in Proll. 126. cum ὄνθος autem conjungitur μίνθος in Hesychii glossa ψώιζος ἄφοδος ὑγρά, ἡ ὄνθος καὶ ἣν καλοῦσι μίνθαν. His succedunt nutricularum nomina ab EM. et aliis prodita Αἶα ὑπὸ Κυρηναίων τηθίς καὶ μαῖα, Ἀμμά (vel ἀμμάς) ἡ τροφὸς καὶ ἡ μήτηρ, Μᾶ et μάμμη ἡ μήτηρ, ut πᾶ et πάππα pater. Haec sunt prima vocis humanae rudimenda quibus grammatica serperastra applicari nefas. Verum eadem inconstantia inter se conflictantur duo vocabula aetatis, unum laconicum εἴρην, alterum pervulgatum μεῖραξ v. Parall. 128.[26]) nec dici potest utrum ἐτυμώτερον sit variante praesertim significatione. Ὁ χοῖρος ὗς λέγεται καὶ ὕραξ· ἐνταῦθα δὲ τοὺς μύας ἐκάλεσε, διότι παρεοίκασι χοίροις τὰ ῥάμφη Sch. Nic. Al. 36. quaeritur vero an ὕραξ h. l. non mus dicatur sed sorex. v. Proll. 447. adn. 20. Plura Hesychius suggerit sed suspecta pleraque: Εἴλιον παράφερνον id est μείλιον, Ἐλίνη μελίνη ὑπὸ Λακώνων, Ἰαιφόνος μιαιφόνος[27]), Μέλδων et Μελδόμενος ἐπιθυμῶν, Μολπίς ἐλπίς[28]).

---

26) Μῖλαξ Meinekius Com. II. 392. ἧλιξ scribendum putat.

27) Ob hoc nemo crediderit μιαιφόνος dici pro ἰαιφόνος id est ἰαινόμενος φόνῳ EM. 587, 21. quod vel accentus refellit; sed ἰαιφόνος, si mendo vacat, cum ἴα id est ἴς, βία compositum est ut βιημάχος.

28) Ὀλύκραι πόλις περὶ Ναύπακτον Steph. non diversa putatur ab

IX. X. Consonae ν̄ pleonasmus comprobatur Oppiani exemplo ὑπὸ νηπεδανοῖς μελέεσσι dicentis pro usitato ἠπεδανοῖς. Et haec adjectiva non dubito quin ab ἤπιος et νήπιος derivata sint, inter quae differt quidem aliquid sed non plus quam mitia et imbecilla differre solent. Νήπιος alii ny pleonasticum habere, alii ex negativo νή et verbo εἰπεῖν vel ἠπύειν contextum esse dicunt, qua ratione vulgo *infans* explicatur et ἀβακής παρὰ τὸ μὴ βάζειν. Simplicior quidem dilucidiorque illa videtur originatio sed exemplis destituta est [29]). Quod enim veterum aliqui sumunt ab ἡδύς productum esse ἥδυμος, ab hoc νήδυμος, ex utraque parte vacillat. Nam et adjectivorum in υς exeuntium nullum huc inflecti animadvertimus et pleonasmus literae ν̄ Graecorum doctissimis adeo insolitus visus est ut Posidonius Hesiodum reprehenderit quod ἥδυμος dixerit τὴν Ὁμήρου λέξιν παραφθείρας, Aristarchus autem, qui Homerum ipsum ubique νήδυμον scripsisse censeret, id longe aliter interpretaretur τὸν ἀνέκδυτον, quod amplectitur nescio qui in EM. 420, 47. ἥδυμος ἀπὸ τοῦ νήδυμος. Id tamen refellitur duplici ratione; nam a verbo δύω et similiter terminatis adjectiva in υμος produci insolitum [30]) et si Homerus hinc duxisset νήδυμος, ambiguum fecisset utrum ἀνέκδυτον hoc est inexcitabilem an ἀνένδυτον intelligi vellet. Cur cum intentivo νή compositum esse non possit dixi in Proll. 165. Itaque ad illam pleonasmi rationem revocamur quamvis inviti et ἥδυμος ab ἡδύς derivatum esse credimus

---

ea quae Μολύκρια dicitur. Alii comparant ὕθειν ὗθλος μῦθος, ἕρπης μύρμηξ, οἶος μόνος, ἅρπη μάρπτω, ἀκή mucro, μάλκη algor, αὔξω mactus, μίτος ἰτέα vimen, nam *non multum a salice vitilium usu distat vitex* Plin.

29) Tertiam proponit Clemens Paedag. I. 5. p. 39. οὐκ ἐπὶ τῶν ἀφρόνων τὸ νήπιος τάττεται (in Paulli epistola) νηπύτιος γάρ οὗτος, νήπιος δὲ ὁ νεήπιος ἢ νεωστὶ ἤπιος ὡς ἤπιος ὁ ἁπαλόφρων. Thierschius Gramm. §. 200. adn. 11. utrumque cum particula νέ conjunctum putat sed νήπιος ab ἔπω arcessit, νηπύτιος ab ἀπύω.

30) Σπόριμος, κύδιμος et alia quae Stollius affert ad Antim. p. 97. aliena sunt. Νήδυμος Goettlingio ad Theog. 171. ex νή et ἄδειν conflatum videtur. Pro ἡδέα posuit Paul. Silent. Amb. II. 187. νήδυμα πορφύρουσι et v. 431. νήδυμα κυμαίνει.

8*

τε παραλήγεται, περισπᾶται [36]) *τητῶ, παπῶ, μαιμῶ.* Sed *παπῶ* non anadiplasiasmo', quem ille dicit, auctum videtur sed eo qui vere ita appellatur hoc est reduplicatione thematici *πάω* unde percutiendi verba *παίω* et *πάλλω* latinumque *palpo* atque etiam novitium *πασπατεύω* hoc est palpo. — *Ἀπὸ τοῦ ὄπτω τὸ βλέπω γίνεται παπταίνω ποιητικῶς* Schol. Soph. Aj. 11. quod alii rectius anadiplosi attribuunt v. C. VIII. §. 2. — *Ἐκ τοῦ πάλλω τὸ κινῶ πάλλιξ καὶ ἀποβολῇ τοῦ π καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς η ἧλιξ· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ τοὺς νεωτέρους πάλλικας λέγουσι* Epim. I. 320, 28. et II. 373. Sed hujus quoque nominis, quod in novella Graecia viget, testis nullus praeter Grammaticos, ac si quid cum *ἧλιξ* commercii habet, certe hoc multo antiquius est. Synonyma fere sunt *ἄλειαρ τὸ ἄλευρον* [37]), *ἄλημα τὸ λεπτὸν ἄλευρον* et *πάλημα πάλη πασπάλη pollen* v. ad Aj. v. 380. sed a diversis fortasse etymis *ἀλεῖν* molere et *πάλλειν* quatere, nam *πάλη* sive *παλή* dicitur farina cribro pollinario excussa, *τὸ ἀποπαλλόμενον λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου* Eust. 786, 20. vel ut Schol. Il. X. 7. dicit *τὸ ἐκπασσόμενον λεπτομερέστατον*. Quemadmodum autem *πάσσειν, πάλλειν, παλύνειν, παλάσσειν* multis partibus se contingunt, sic etiam *ἅλλεσθαι* et *πάλλεσθαι* saepe significationes inter se communicant, unde illa multiplex dubitatio de aoristo *ἀνέπαλτο*, quam diserte explicat Spitznerus Exc. XVI. Neque tamen ob eam rem amplectimur sententiam ab EM. 648, 14. latam *τὸ πάλλω παρὰ τὸ ἄλλω τὸ πηδῶ. Πελάτης* et *ἐλάτης* veteres jure summo diversis assignant principiis et ut ab hoc *βοηλάτης* compositum est, sic ab illo *βουπελάτης* bubsequa; *βουπελάται οἱ βουκόλοι ἤτοι τοῦ π περισσεύοντος, βουελάται γάρ εἰσιν, ἢ παρὰ τὸ πέλας τῶν βοῶν εἶναι, ὃ καὶ βέλτιον* Sch. Apoll. IV. 1342. sic enim pleonasmo illo supersedetur. *Ἐρὶ ἐπίῤῥημα παρὰ τὴν περὶ* EM. 374, 12. sed illud Buttmannus Gramm. II. 468. cum

---

36) Eandem ob causam Arcadius p. 149. *βαβῶ (βαυβῶ) πιπῶ καὶ ὑπιπῶ* etc. circumflecti docet sed non excludit brachyparalecta ut *βιβῶ*.

37) Pro *ὀρόβοιο παλήματι* Nic. Al. 564. duo codd. praebent *παλήατι* ut *καρήατι*, quod forsitan *παλείατι* scribendum sit.

εὐρύ, alii cum *ἀρί* connexum putant; *ἀριστερεών* herba lustralis eadem *περιστερεών* dicitur. *Πτίλα τὰ ἁπαλὰ πτερὰ παρὰ τὸ τίλλω πλεονασμῷ* Orion. 128, 5. quo defendi potest Hesychii scriptura vulgo damnata *Τιλλά* (sic) *πτερά* accedente Pollucis testimonio II. 50. pilos, quibus palpebrae munitae sunt, a nonnullis *τίλους* vocari. Magis tamen huc inclino ut *πτίλον* paronymon esse putem a *πτερόν* leniter deflexum ut penna, pinna *πίννα*[38]). Non majoris aestimo quod EM. 646, 24. proponit *πραῦς ἀπὸ τοῦ ῥάων* EM. 686, 24. *Παρδακός* vero Vossius ad Hes. haud inepte ad *ἄρδω* comparat. Verba *ἕψειν, ὀπτᾶν, πέττειν* eam inter se similitudinem habent ut communi solo niti videantur, eundemque colorem servant derivata *ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ καὶ πεπτὰ βρώματα* Plutarch. de Sanit. T. VII. 382. (126. D.) et *coquere*, quod thematico *πέπω* proximum est, non solum de carnibus dicitur, quae *ἕψονται*, sed etiam de operibus pistoriis. *Λατύσσομαι* et *πλατυγίζω*, *latus* et *πλατύς*, lanx et *πλάστιγξ* composui in Proll. 304. non ut alterum alteri subnatum esse affirmarem sed propter vocis et significationis convenientiam. Cacti caulem Aristoteles et alii *πτέρνικα* vocant, Hesychius *τέρνακα*. In ejusdem glossis *Εἴθεσθον ἐπείθοντο, Ὠρητύς πήρωσις*, consonae primae defectus non injuria librariis imputatur iidemque nonnullis in suspicionem venerunt ne in Lucan. II. 406. pro *junctus Sape Pisaurus* scripserint id quod vulgatum est *Sapis Isauro*[39]). Itaque conjugatis quidem vocabulis $\overline{\pi}$ mobile concedi debet sed ut iisdem aut additum aut detractum sit nullo sat certo et inexpugnabili argumento effici posse videtur. — De litera rho nihil afferri licet praeter quod Arrianus affirmavit ap. Eust. 364, 8. *Ὀδίον* ducem Halizonum ab Homero celebratum olim vocatum fuisse *Ῥόδιον*.

---

38) *Νήια πτερά ἤγουν αἱ κῶπαι* Sch. Nic. Ther. 814. *νῆες λευκὰ φαίνουσαι πτίλα* Lycophr. 25. gloss. *ἱστία ἢ κῶπαι*, hoc ex homerico *ἐρετμὰ τάτε πτερὰ νηυσὶ πέλονται* Od. XI. 125.

39) *Πόλχος* in numo Gnosiorum non *ὄχλον populum* significare sed vel hominis cujusdam vel magistratus esse nomen jam diu docuit Eckhelius v. Dietrich. Comment. de Transpos. p. 16. Veterem errorem sequitur Grimmius in Hist. linguae germ. T. I. 380.

Quod mirum est unde resciscere potuerit. Pro Ῥοῦτο τοῦτο Hesychium ῥοῦτος οὗτος scripsisse Sturzius censet Dial. Al. 45. sed Ῥεῖρος ταλαίπωρος Ruhnkenius a librariis pro Ἶρος invectum esse criminatur; pro Ἰστήρ σφῦρα scribendum est ῥαιστήρ.

XIII. Super ceteras consonas, quae ad hunc locum pertinent, facile excellit sigma exemplorum multitudine et varietate. Quae si pro natura literae subsequentis distinguuntur, duo existunt genera, quorum alteri vocales subjectae sunt, alteri quatuor consonarum species. De utroque autem saepe eadem quae antea subit haesitatio hinc prosthesi proposita, hinc aphaeresi. Sed primum de iis loquar, quae demto sigma a vocali ordiuntur. Quin Lycophro Ἄλπες vocaverit Σάλπια vitandi hiatus causa nemo dubitat; sed de aliis locorum hominumque vocabulis, quorum non eadem celebritas, in neutram partem quidquam statui potest; velut Ἀγάλασσος et certius Σαγάλασσος v. Tzschuck. ad Strab. XII. 190. Ἀλμυδησσός et Σαλμυδησσός idem ad Mel. Vol. III. P. II. 96. Ἀνδρόκοττος et Σανδρόκοττος Indus Schweighaues. ad Appian. Syr. c. LX. Ἑρμύλιοι et Σερμύλιοι Ducker ad Thuc. I. 65. Ἔγεστα Σέγεστα etc. cujus generis nonnulla a veteribus quoque adnotata sunt: πότερον λέγειν χρὴ Ἑλλοὺς ὡς Πίνδαρος ἢ Σελλοὺς, ὡς ὑπονοοῦσι παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα οὐκ ἐᾷ διισχυρίζεσθαι, οἴονται δὲ ἀπὸ τῶν ἑλῶν οὕτω καλεῖσθαι Strab. VII. 328. cf. Ellendt. Lex. Soph. II. 704. Ἴτων πόλις Θεσσαλίας, τινὲς δὲ Σίτωνα αὐτὴν καλοῦσι διὰ τὸ σιτοφόρον Steph. Appellativorum copiam praebet Hesychius Ἄγανα (hoc accentu) σαγήνην Κύπριοι, Ἀκκόρ σακκός Λάκωνες, Ἴγα σίγα Κύπριοι, Ἰπύα σιπύα, quorum duo prima Grammatici a σάσσω repetunt, cetera thematicorum locum obtinent, sed ex usu communi si judicantur, sigma proprium et nativum habent[40]). Ad pleonasmum vero vergit Σαμβή ὀφρῦς, cujus synonyma sunt

40) Pro σημαντήριον Du Cangius e Glossis affert ἡμαντήριον, quod Bernhardy Suidae s. Ἀργυροκοπεῖον exemit. Ἴριγγας τὰς ἀρτηρίας Ἱπποκράτης Zonar. Tittmannus corruptum censet ex σύριγγας.

ἄμβη ἡ τῆς ἴτυος ὀφρῦς et ἄμβων umbo. Ambiguum est Ἕλμα σανίδωμα utrum idem sit atque σέλμα, quod ex σελίς derivatum dicunt EM. proprieque tabulatum significat, an potius sedile ut Ἑλλά καθέδρα et labiali auctum σφέλας. Quod restat Ὄμβρος χοιρίδιον et Σύμβρος κάπρος (ante Συβώτας) originem habent a vocabulo biformi de quo Schol. Arist. Ach. 749. (741.) ὗν ἐπὶ θηλείας, σῦν δὲ ἐπὶ ἄῤῥενος· κέχρηνται δὲ ἀδιαφόρως, neque ulla est distinctio derivatorum συηνία καὶ ὑηνία EM. ὑώδης συώδης, ὑφορβός συοφορβός etc. Quod vero Athenaeus narrat III. 94. E. τὸ σιαγὼν οἱ διὰ τοῦ υ ἐκφέροντες κατ' ἀναλογίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ὑός, Eustathius ita accepit, hos ὑαγών dixisse ut σῦς et ὗς, sed iota unde venerit non explicat, neque id reperitur nisi in ignoto Σίκα. ὗς Λάκωνες Hes. Siagones vero unde denominatae sint non minus inexplicabile quam θιαγών, quod aliqua ex parte illi cohaeret v. Aglaoph. p. 1071. Pro Aristophaneo ἰλλός γεγένημαι προςδοκῶν Lexiphanes Lucianeus §. 3. substituit σίλλος (σιλλός) γεγένημαί σε περιορῶν, quod adjectivum quia alibi non legitur Hemsterhusius in ἰλλός mutavit sed defenditur persona loquentis. Substantivum σίλλος *cavillatio* quam conjunctum sit adjectivo ἰλλός *limus* cognoscitur ex verbis utrinque derivatis ἰλλαίνειν, ἐπιλλίζειν, σιλλαίνειν τὸ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτειν, σιλλοῦν τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠρέμα περιφέρειν Phot. sigma praeposito, non ut Pollux ariolatur παρὰ τὸ σείειν τοὺς ἴλλους τουτέστι τοὺς ὀφθαλμούς. Postremum hujus generis est Συρίσκον — τινὲς δὲ ὑρίσκον Hes. quibus affinia attuli in Proll. 337.[41]) Ab his vero quamvis tenui muro intersepta sunt quae aut terminationem mutant ut σύφαξ ὀπός sucus v. Techn. 341. ἕλη

---

41) Herodiani verba Schol. IX. 540. τὸ ε πρὸ τοῦ θ οὐ δασύνεται εἰ μὴ εἴη ἀντωνυμικὸν ἐξ ἀποβολῆς τοῦ σ σέθεν ἕθεν, nihil amplius continent nisi pronomen secundae personae sigma habere, tertiae spiritum modo. Sic etiam EM. 616, 10. ἀπὸ τοῦ πόθεν ἀποβολῇ τοῦ π ὅθεν, καὶ δασύνεται, sed nemo alterum ex altero ortum dixerit. Haec sunt brevia scholae compendia ad oculos magis quam ad animum directa ut pleraque anadromae exempla.

σέλας[42]) ex Ruhnkenii sententia ad Tim. 96. σαυκός ξηρός Hes. ab αὖος, ut opinor; aut merismum ut εἴρω σειρά (seria) ἐν πλεονασμῷ τοῦ σ Choerob. Orth. 260, 29. εἴλω ἑλίσσω ἕλινος[43]) pampinus, σέλινον, nisi veteres hoc rectius ab ἕλος repetunt v. Proll. 313. — Eadem distinctio est vocabulorum quae consonas in principio habent. Ex labialibus huc pertinent duae nominum familiae, quarum utraque suam et propriam significationem habet sed in summa conveniunt; πέλεθος ἀττικῶς, σπέλεθος ἑλληνικῶς Moer. πελλία σπέλεθοι Hes. v. Parall. 364. quibus jam alii eruditorum composuerunt πύραθοι Nic. σπύραθοι et Σφυράδες τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων Hes. *a forma globosa, unde baccae vocantur a Palladio, pilulae a Plinio Valeriano*, inquit Reinesius Varr. Lett. II. 9, 199. A conglobatis autem non longe distant convoluta, quorum nomina familia altera continentur σπεῖρα et σφαῖρα, cui Lacones sigma detraxerunt φαιρίδδειν dicentes Proll. 362. Cum σπεῖρα autem cognata sunt σπυρίς sporta et πήρα ut ab alio volvendi verbo εἰλῶ οὐλάς ἡ πήρα Proll. 440. Num vero sigma in ipsa stirpe horum vocabulorum insitum an aspirandae tenui additum sit, propter obliterationem etymi dijudicare arduum est. Eodem loco censemus Πέργυς πρέσβυς Hes. pro σπέργυς sive πρείγυς et aviculae nomen πέργουλος et σπέργουλος, cujus origo maxime disputabilis v. Proll. 132. et Ahrens. Dor. 558. Denique nullum indubitabile et invictum vel aphaeresis vel pleonasmi exemplum in expedito est praeter quod Herodianus offert in EM. 724, 32. Cram. I. 362. τοὺς πυροὺς οἱ Συρακούσιοι σπυροὺς λέγουσι, nam triticum a colore burrho nomen habet non a σπείρω ut Schol. Apoll. III. 413. σπορός πυρός, quod prosodia refellit; πάλαξ pro σπάλαξ codices Aelian. H.

42) Ἕλη, εἵλη fortasse non calorem significat sed clarorem coeli sereni, qui tempore aestivo fervorem affert, hiberno frigus, quod nos dicimus *Frosthelle*, Siculi et Osci γέλαν, *gelu*.

43) Hujus vocalis media brevis est sed necessario producitur in composito Nonn. XVI. 278. ἑλινοφόρῳ δὲ κορύμβῳ et XVII. 333. Βάκχοι μὲν θεράποντες ἑλινοφόρου Διονύσου. Quod Thes. s. h. v. proponitur σελινοφόρου neque versui convenit neque deo.

Ann. XI. 37. praebent consensu mirabili sed mendosum habetur ut Πληνιώδης ἀσθενής Hes. Παστρεύειν mundare (Techn. 136.) et πασμάρειν spasmo laborare sermo novitius a recto detorsit. At nonnunquam sigma accedit in derivatione σπανίζω ἐκ τοῦ σπάνις· τοῦτο δὲ παρὰ τὸ πένω καὶ πένης πλεονασμῷ τοῦ σ Epim. II. 409. et σπεκλοῦν τὸ συνουσιάζειν [44]) κατὰ παραγωγὴν παρὰ τὸ πλέκειν Schol. Arist. Plut. 1083. pro quo nunc σπλεκοῦν scriptum est idemque altero loco Lys. 145. pro πλεκοῦν restituendum censet Dindorfius. Sigma aspiratae detractum denotavit Schol. Callim. H. in Dian. 125. φίν χωρὶς τοῦ σ διὰ τὸ μέτρον, quod laconicum dicitur Homeroque abjudicatur Apollon. Lex. p. 163. [45]) Verbi prisci φάω (σφάζω) vestigia manent in aoristo reduplicato παφών Techn. 9. et in compositis Ἀπέφατο ἀπέθανε Hes. ἀρηίφατος, ὀδυνήφατος, μυλήφατος ἀκτὴ ἐν τῷ ἀλετῷ πεφονευμένη, quod etsi praedurum videtur, tamen nemo repertus est qui melius suaderet. Quod vero Eustathius 1728, 14. adjungit ἐπίσφατος πλεονασμῷ συνήθει τοῦ σ, a φαίνω descendit proprieque τὸν ἐπιφανῆ significat tanquam vox media παρὰ τὸ φημί φατός ἐπίφατος καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ ἐπίσφατος ὁ ἐπίῤῥητος EM. 365, 12. cui similis est interpretatio adverbii περισφάτως περιβοήτως. — Sphingis nomen antiquius fuisse φίξ, ut Hesiodus appellat, colligitur ex nomine montis ab ea obsessi Φίκειον et ex eo quod Plautus gryphos affine sphingibus genus *picos* vocat; quibus accedit Hesychius Βῖκας σφίγγας cf. Muetzell. de Hes. Theog. 343. Σφήν καὶ χωρὶς τοῦ σ φήν Epim. I. 388, 26. cujus desideramus testem, sed σφήν EM. 738, 27. recte cum σφίγγω consociat et ab hoc Choeroboscus Orth. 272, 28. et Orion. 160, 4. φιμός repetunt ut myrta, quia τὸ στόμα τοῦ φαγόντος φιμοῖ καὶ σφίγγει, a Nicandro φιμώδη appellantur Sch. Ther. 892. cf. Techn. 54. — Φῆλος [46]) ὁ ἀπατηλός,

---

44) Hesychius Γυναῖκες εἰλίποδες διὰ τὴν πλοκὴν τῶν σκελῶν κατὰ τὴν συνουσίαν. Hoc est quod Plautus dicit *conturbare pedes*.

45) Id undique expellere conatur Blomfieldius ad Callim. l. c. oblitus Empedoclis v. 328.

46) Hoc rectius φηλός scribitur in Theogn. Can. 61, 11. Apud Ar-

φηλοῦν, φηλητής cum σφάλλειν cognata esse communis est doctorum sententia v. Hermann. Opusc. I. 1, 160. et Coraes ad Heliod. 206. qui hinc francogallicum *filou* ortum putat; eodemque modo alpha cum eta commutant composita βροτόφηλος Hes. ἀριφηλεῖς εὐχερῶς ἀπατώμενοι EM. ἀρισφαλής μεγάλως ἀπατώμενος Hes. ἀποσφήλωσις ἀποτυχία Suid. ut σφαλῶμεν ἀποτύχωμεν Sch. Plut. 350. — Ἀσφάραγος idem significare quod φάρυγξ consentiunt Homeri interpretes et utrumque onomatopoeticum esse statuit Apio EM. 737, 56. σφάραγος ὁ φάρυγξ ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτὸν γενομένου ψόφου, quod de illo concedimus, sed φάρυγξ fortasse ab alia stirpe propagatum est qua φάραγξ. Musci arborei genus σφάγνος dicitur et φάσκος v. Schneider. ad Theophr. T. III. 179. Φρυᾶται βριμμενᾷ Hes. quum ante φρίξ positum sit, fortasse sic scribendum est φριᾶται βριμαίνει similiter nomini Σφριαί ἀπειλαί.

De vocabulis, quae gutturalem habent cum sigma conjunctam, veteres literatores haec tradunt: Ἀλέξανδρός φησι τοὺς παρ' Ὁμήρῳ χωρὶς τοῦ σ κῶπας εἶναι — καὶ Σπεύσιππος οὕτως αὐτοὺς ὀνομάζει Athen. IX. 391. C. Theogn. Can. 136, 4. Schol. Paris. ad Theocr. I. 134. qui utroque nomine eandem avem notari indicant; sed ex Aeliani verbis XV. 28. τοὺς τιθέντας τὸ σίγμα ἁμαρτάνειν τῆς Ὁμήρου περὶ τὸν ὄρνιν γνώσεως sequi videtur eum scopibus aliam tribuisse naturam atque copibus, quos nemo memorat nisi forte Hesychius Γῶπας κολοιούς Μακεδόνες, quod nomen Sturzius γῶπας scribit. Sequuntur alii; Photius σκόνυζα Φερεκράτης· καὶ χωρὶς τοῦ σ κόνυζαν λέγουσι. Erotianus Κορδίνημα γράφεται καὶ σκορδίνημα et Καρδαμύσσειν καὶ σκαρδαμύσσειν γράφεται· ἔστι δὲ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν καὶ εἰς ἐπίμυσιν ἄγειν. Ac verbum σκορδινᾶσθαι, cui sigma nunquam decedit, cum σκορδάζειν id est σπᾶσθαι v. Proll. 225. et cum κόρδαξ [47]) cognatum esse suspicor. Alterum

---

cadium vero 52, 30. ubi de propriis agitur, pro φῆλος ponendum est Σφῆλος.

47) Κόρδακα ἑλκύσαι Aristoph. σύρειν pro saltare et ἡ τῶν συρτῶν ὄρχησις recentiores v. Keil. Inscript. Boeot. p. 143.

EM. ex *σκαίρειν* et *μύειν* conflatum censet, quae quidem paulo insolentior est compositio nec tamen Graecis inconcessa; nam et *σκαλαθύρειν* concrevit e verbis *σκάλλειν* et *ἀθύρειν*, et quod illi persimile est *κιλλαμαρύζειν* *nictare* ex *ἀμαρύσσειν* et verbo a Graecis derelicto *cillere*, unde *cilium* dicitur et *supercilium*. Verbo *σκαίρειν* sigma non detrahitur sed nomini *Καρθμοί κινήσεις* Hes. *Σχίδνημι καὶ χωρὶς τοῦ σ ὡς σκάπετος καὶ κάπετος, καὶ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν καρίς* Epim. Cram. I. 388. Hoc ultimum, quod alii ad *κέρας* et *κάρα* referunt, in vicino habet nomina *κάραβος* et scarabaeus Proll. 286. Quod antecedit nomen, attestatur Hesychius *Κάπετος τάφρος, οἱ δὲ σκαπετόν* (sic) cui si componimus laconica *Καφά λουτήρ* Hes.[48]) latinumque *cavus* et alia rerum cavarum vocabula *κόοι* et *κῶοι τὰ κοιλώματα, κώθων, κώδων, κώδεια*, eo deducimur ut sigma huic familiae a principio defuisse putemus, quod usitatis *σκάπτω, σκαπάνη*, scapha etc. penitus increvit. *Κίδνασθαι* et *κεδάννυσθαι* Homerus Hesiodusque non ponunt praeter si aliter versum concinnare nequeant; quare in H. H. in Merc. 232. pro *κίδνατο* in principio versus scribendum videtur *σκίδνατο* ut in H. in Cer. 277. et Paull. Silent. Amb. 124. idemque codd. plerique praebent in cantico Eur. Hec. 916.[49]) Nec *κεδάζω* et *κεδαίω* inveniuntur iis locis ubi metrum *σκεδάζω* admittit. Ab his modico spatio distat *κεάζω*, quod proprie dicitur de fissione lignorum, *ξύλα κεάσαι*. Quod vero hinc derivatum est *σκέπαρνον* nemini dubium videbitur quin idem sit *Κέαρνον ἀξίνη* Hes. et quod eodem nomine explicatur *κέρνα* v. Proll. 280. Neque tamen cuiquam in mentem venit in duobus Homeri locis, ubi syllaba brevis ante *σκέπαρνον* non producitur, *κέπαρνον* reponere etsi non defuerunt qui ob hanc causam *Κάμανδρος* et *Καμάνδριος* scriberent, quod probavit Nonnus III. 39. sed Priscianus de Metr. III. 404. neutrum ad-

---

48) Idem *Πύελος σκάφη, ἐμβατή·* Schol. Arist. Eqq. 1060. *πύελος ὄρυγμα, ἐμβατή, ἔνθα ἀπολούονται.* id est solium.

49) Non aliter dicitur in oratione numeris soluta Aristot. Probl. XXIII. 16. p. 933. a. 30. Lucian. Dial. Deor. XX. 5. et alii posteriorum; Plato vero et Xenophon *σκεδαννύναι* praeferunt.

mittit; Timo autem in exitu hexametri fortasse non ἐλάσσονα σκινδαψοῖο scripsit sed quod aeque usitatum est κινδάψοιο. Ante σκιά vero et derivata σκίαινα, σκίουρος, constat vocalem brevem saepe non produci et huic quoque principium assignatur tenuius: σκιά παρὰ τὸ κίω τὸ ἀκολουθῶ πλεονασμῷ τοῦ σ ἡ συνακολουθοῦσα EM. 717, 33. Choerob. in Psalm. 135, 8. quomodo latine assidui comites *umbrae* vocantur; vel potius a mobilitate, nam κίνυγμα Glossographi interpretantur σκιάν Parall. 72. κινεῖν autem et κίειν congenerata sunt; Schneidero, qui illud cum σκέπω componit v. Techn. 37. subvenit Platonis locutio σκιὰν καὶ σκέπην παρέχειν Tim. 76. D. et verborum ἐπισκιάζειν et ἐπισκεπάζειν apud interpretes S. S. synonymia. Sed reddam cetera Grammaticorum testimonia: σκάριφος καὶ κάρφος Sch. Arist. Rann. 1534. de quo dixi in Parall. 294. Σκνίψ καὶ κνίψ οὐδὲν διαφέρει ἢ μόνον κατὰ κλίσιν Epim. I. 391. quod confirmat Theognostus Can. 135, 31. σκνίψ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης μετὰ τοῦ σ λέγει, οἱ δὲ λοιποὶ χωρίς, idque convenientius primitivo κνίζω Parall. 114. σκόρδυλα — ἔνιοι κορδύλη Hes. cui nomini quum subjectum sit πᾶν τὸ συνεστραμμένον Suid. traducimur ad ὄρδημα *glomus* sive τολύπη v. Proll. 124. et 127. Κάμωνα λέγει τὴν σκαμωνίαν κατ' ἔνδειαν τοῦ σ Sch. Nic. Al. 484. et non diversa videntur andronymica Κάμων et Σκάμων pater Sapphus, quem Herodotus Σκαμανδρώνυμον vocat. Alia apud Glossographos leguntur locis diversis sed potestate eadem: Λάκτις ἡ σκυτάλη ἢ παρὰ Δωριεῦσι λέγεται κοντάλη Etym. Ms. Bastii ad Greg. 388. λάκτις ἡ κώταλις Suid. nisi hoc ab alio principio κόπτω natum est v. Proll. 97. Ejusdem notae sunt duo vulpis nomina καφώρη et σκαφώρη, κιδάφη et σκιδάφη Proll. 292. et quae idem praebet Hesychius κελλόν στρεβλόν, σκελλόν διεστραμμένον, κόρνος et σκόρνος ἡ κεντρομυρσίνη sive ὀξυμυρσίνη ruscum sive ut nunc vocant ruscus aculeatus, qui quum etiam μυρτάκανθα appelletur, in memoriam venit cardui genus cui nomen ἄκορνα, postremo verbum Κίμψαι ἐρεῖσαι pro σκίμψαι, cui quae conjuncta sunt vocabula omnia sigma fixum et ut sic dicam indelebile habent σκᾶπος scapus, σκῆπτρον, σκίπων, σκίμπους παρὰ τὸ σκίμπτω

Eust. 1077, 64.[50]) In Aristot. Probl. XVI. 4. *τοῖς ξυρουμένοις* (id est *ὑποσυρομένοις*) *τὰ σκέλη καὶ ὧν τοὺς κολύθρους ὑφαρπάζουσι* Hemsterhusius ad Poll. X. 48. *σκολύθρους* corrigit ex Platonis loco *οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες*, sigma antecedentis vocabuli iterandum ratus. Eandem literam Meinekius Com. Fragm. T. IV. 124. temere repetitam suspicatur *in versu incerti poetae κατοικιδίοις σκαλαβώταις*. Vulgo enim stellio *καλαβώτης* vocatur v. Jacobs. ad Ael. 220. et Graeci novitii non raro consonae kappa praefigunt sigma *σκύπτω* dicentes pro *κύπτω*, *σκόνη* pulvis, *σκεβρός* pro curvus. Sed *σκαλαβώταις* legitur etiam in Nicephori scholiis ad Synes. p. 363. A. ubi versus ille ex oraculis Chaldaeis profertur, eaque scriptura convenientior est veriloquio; nam hoc animalculum muros subrepit ideoque a Simeone M. *τοιχοβάτης* nominatur, *σκαλοβασία* autem dicitur *ἡ ἐπὶ τοῦ τείχους ἀναῤῥίχησις* Psell. in Vers. Polit. v. 279. p. 214. T. III. Anecd. Boiss. ubi meliores codd. *καλοβασία* praebent; *σκαλοβατεῖν κλίμακι ἀναβαίνειν* Hes. v. Techn. 392. Hinc venio ad vocabula quae pluribus modis inter se differunt nec tamen affinitatis speciem exuunt ut *κνέφας* et *σκνῖφος τὸ σκότος*, *σκνιπαῖος*, *ἐπισκνιφοῦν* et alia ejusdem stirpis Techn. 315. a *κνίζω κνιπός* sive *σκνιφός* et *κίμβιξ*, *κιμβεία*, et ab eodem verbo *Κνῖδαι σκνῆφαι* Hes. *Σκίναξ* leporis epitheton supra allatum C. I. §. 1., quod Schol. Nic. Th. 575. *εὐκίνητος* interpretatur, non diversum est a *κίνδαξ εὐκίνητος* Hes. Idem *Κύλλας σκύλαξ Ἠλεῖοι*, *Σκύλλον τὸν κύνα*, quam

50) Hic sellam plicatilem denotare videtur, quae proprie *ὀκλαδίας* vocatur id est *δίφρος συγκεκλασμένος* Sch. Eqq. 1381. sive *πτυκτός ἀπὸ τοῦ ὀκλᾶσθαι* (*κλᾶσθαι*) Hes. idemque *σκίμπους* dici potuit, nam *σκίμψαι* et *ὀκλάσαι* synonyma sunt Hes. Vulgo autem hoc nomine non sella plicatilis declaratur sed grabatus sive lectus pedibus humilibus varisque; *σκίμπους τὸ χωλὸν κραββάτιον παρὰ τὸ σκαμβοὺς ἔχειν τοὺς πόδας· σκιμβάζειν γὰρ τὸ χωλαίνειν* Sch. Ar. Nubb. 252. Synesius tamen de Regn. p. 23. D. utrumque nomen conjunxit *τῶν ἀκολούθων οἱ τοὺς χθαμαλοὺς σκιμποδίσκους ὀκλαδίας φέροντες*. Haec autem conveniunt eo quod claudicantes *ὀκλαζόντων* speciem praebent. Scimpodii synonymon est *ἀσκάντης* sive *σκάνθης* fortasse cum eodem adjectivo *σκαμβός* connexum.

scripturam confirmat Herodianus Epim. 73. fortasse a *σκύλλω*, *σκῦλον*, unde Eustathius verbum *σκολύπτειν* derivatum putat [51]), Hesychius vero quum id verbo *κολούειν* explicat, conjecturam praebet utrumque a *κόλος κολοβός* derivatum esse; *Σκυρίττω κερατίζω* Suidas solus novit. *Κύλλαρος* et *Σκύλλαρος* attigi in Proll. 255. *Σκύφος* incertum utrum cum *κύμβη*, *κύπελλον* similibusque vasorum vocabulis cohaereat an idem sit quod *σκάφος*. Sed communem a *κόρος* originem habere videntur *κυρσάνιος ὁ νεανίσκος* et quae idem significant *σκύθραξ* sive *σκύρθαξ* atque *σκυρθάλιος*. Verbum *κανάζειν* Hesychius *ἀποσκάζειν* interpretatur, *σκάζειν* autem cum *σκαιός* ut in EM. traditur, cumque *σκαμβός* et *σκιμβός* cohaeret v. Diss. III. §. 2. Haec exempli causa sufficient. Jam de duabus gutturalibus, quae sigma sequi possunt, restat altera chi. Pro *Χαστηρία ἡ ἀνείργουσα* Hes. Salmasius dubitat ne *σχαστηρία* scribendum sit et similiter Hippocrati pro *χασμός* Coraes restituit *σχασμός*, quorum ut neutrum improbo, ita de affinitate verborum cedendi et laxandi *χάζειν*, *σχάζειν* et *χαλᾶν*, quae dixi in Techn. 84. [52]) non muto. *Χελυνάζειν* et *σχελυνάζειν* Theognostus 12, 7. et Hesychius eodem modo interpretantur *φλυαρεῖν*, eaque Schneiderus ad *χλευή* refert, hoc autem EM. a *χεῖλος* repetit, cujus paraschematismus est *χελύνη*, et simili metaphora *μυλλαίνειν*, hoc est subsannare, a labiis sive *μύλλοις* translatum esse constat. *Σχέραφος*, *σκέραφος* et *κέραφος* grammatici pariter exponunt *χλευασμός λοιδορία* cf. Proll. 292. unde non longe absunt *σκερβόλλειν* et *κερτομεῖν*. *Σχῦρος ἐχῖνος* Hes. a *χήρ* derivatum videtur nec dissimile est *χοῖρος*, unde compositum *χοιρόγρυλλος* modo hystricem modo erinaceum significat [53]). Nomen *χίδρα* ad *σχίζειν*

---

51) Hesychius *Ἀπεσκύλυπτε ἀπέσκεπε τὸ δέρμα, ὅθεν καὶ σκολοδέφης*, quod vulgo dicitur *σκυλοδέψης*.

52) Arist. Nubb. 740. *σχάσας τὴν φροντίδα* et paullo post 761. *ἀποχαλᾶν τὴν φροντίδα* id est laxare.

53) *Ὕστριξ ὁ ἀκανθόχοιρος, ὁ χερσαῖος ἐχῖνος* Suid. *Χοιρόγρυλλος ἐχῖνος* Cyrill. Huc etiam verba conveniunt *Ἀποχοιριάσαι ἀποσκιρτῆσαι ἀποσοβεῖν — ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τοῦ κ ἀποσκυρθιάζειν* Anecd. Bekk. 439. cf. Techn. 134.

retuli in Proll. 291. a quo non multum abest χιτών, si id proprie pannum significat ut ῥάκος, quod ab alio scindendi verbo derivatum est.

Liquidarum uni μῦ sigma in eadem syllaba praecedere potest et hinc saepe soni aspirandi causa adjicitur neque non raro detrahitur. Μάραγδον ἄνευ τοῦ σ λεκτέον· παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνόμασται Athen. III. 94. B. sed alii pleonasmum haud inique ferunt v. Proll. 303. Σμαράγνα μάστιγξ καὶ χωρὶς τοῦ σ Hes. utrumque conveniens verbis quae l. c. attuli. Pro μαρίλη, quod ibidem p. 117. ad μαραίνω retuli, in Aristot. Mirab. c. 41. p. 835. a. 25. σμαρίλη scribitur codicum consensu summo. Μωλυθεῖσα πυρὶ σμαλερῷ Poet. de Herb. 101. Hermannus olim corrigendum censuit ad Orph. p. 718. postea revocavit. Μέρδις Persa Aesch. Pers. 774. alibi Σμέρδις vocatur, quod Blomfieldius substituit. Horum etyma sepulta sunt. Sed cum verbo μηρύεται ὑψόθι κισσός Theocr. I. 29. cognationem habent Σμηρία κισσός, Σμήριγγες πλεκταὶ σειραί, βόστρυχοι, Μήριγξ ἄκανθα ἐν τοῖς ἐρίοις τῶν προβάτων γενομένη Hes. et quod Eustathius duplici modo scribi testatur p. 1333, 32. Ὅμηρος μὲν μήρινθον οἶδε, Παυσανίας δὲ ἐν τῷ λεξικῷ καὶ μετὰ τοῦ σ ὡς Πλάτων ἐν Νόμοις v. Parall. 167. Μίγω ὃ καὶ σμίγω λέγεται Moschopulus Sched. 116. e sentina hausit. Σμικρός Atthis antiqua recepit v. Bredow Dial. Herod. 121. Eustathius 857, 27. τὸ σμίλαξ καὶ δίχα τοῦ σ μίλαξ. Milax Romani ignorant sed smilacis nomine diversas significant stirpes et Graeci quoque, si Eustathio credimus 1822, 21. cardui genus σμίλακα appellarunt, plantam μίλακα, sed hoc discrimen ob perpetuas librorum dissensiones approbari non potest v. Jacobs. ab Ael. p. 230. Elmsl. ad Bach. 108. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 163. Σμοιός et μοιός ὁ σκυθρωπός ad μύω retuli Techn. 274. Σμογερός μοχθηρός Hes. nihil differt a σμυγερός, cujus origo ambigitur ἐπισμυγερῶς ἀπὸ τῶν ἐπισμυχομένων — ἢ ἐπιπόνως (id est μογερῶς) αἰολικῶς Sch. Od. III. 195. IV. 672. Idem Σμυδρός διάπυρος σίδηρος, Σμῦς ὁ μῦς, cujus synonymon est σμίνθος, Σμυκτήρ

ὁ μικτήρ, *Σμύσσεται ἀπομύσσεται*[54]), quod verbum etsi angustioribus quam *σμᾷν* sive *σμήχειν* septis continetur, tamen utrique communis est notio detergendi. Athenaeus VII. 312. C. *Ἐπίχαρμος καὶ Σώφρων χωρὶς τοῦ σ μυραίνας καλεῖ, Πλάτων δὲ σμύραινα* in Com. Fr. II. 666. Aeschylus vero et Aristophanes in loco tragice exaggerato *μύραινα*, ceterum sine ullo metri emolumento sic ut poetae hanc scripturam propter solam raritatem praetulisse videantur; sed Aristoteli jure relinquitur *σμύραινα* quamvis variantibus libris H. Ann. V. 10, 543. Latini *muraena* dicunt non smuraena sed *smyrus* ut Graeci et *myrus*. *Μύῤῥα ἡ σμύρνα παρ᾽ Αἰολεῦσιν ἐπεὶ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο* Ath. XV. 688. C. sed et Alcaeum comicum Meinekius Fr. II. 831. *σμυρίσαι* scripsisse putat, non *μυρίσαι*. *Μώλωψ* ab eodem verbo, unde synonymon *σμῶδιγξ*, derivatum esse hoc minus credere recusamus quod Erotianus *σμωδικόν* interpretatur *μωλωπικόν τὸ πρὸς τὰς σμώδικας ὅπερ ἐστὶ μώλωπας ἁρμόζον* et *μώδιξ φλυκτίς* affertur ab Hesychio. Idem *Σμόρδωνες ὑποκοριστικὸν ἀπὸ τῶν μορίων ὡς πόσθωνες*, sed magis cum *merda* convenit, unde *mentula smerdalea* v. Scaliger. ad Priap. LXIX. Hinc alia series oritur, quam inducit Thomas *στέγος λέγε· τὸ δὲ τέγος ποιητικόν*, nimis ille universe loquutus; nam apud Homerum quidem et Pindarum solum *τέγος* legitur, quo ille tectum significat vel partem domus superiorem *τὸ ὑπεράνω τοῦ ὀρόφου* Poll. hic universam domum, Tragici vero poetae hanc *στέγος* appellant, altero abstinentes; posteriores epicorum utroque utuntur sed de tectis modo quae proprie ita vocantur v. Naek. Hecal. p. 101. ut Xenophon quoque et Thucydides cum Aristophane aliisque populariter loquentium, idemque Plutarcho restituendum putat Jacobsius ad Ael. 221. — *Στέρφος* idem est quod *στρέφος* id est *στρέμμα* et per consequens *δέρμα* v. Valcken. ad Callim. Eleg. p. 288.[55]) nec diversum *τέρφος* i. q. *λέπος*

---

54) *Σμιρεύς μέτρον οἰνικόν* idem videtur ac *μάρις οἴνου μέτρον* Poll.

55) Schol. Nic. Al. 248. *τὸ δέρμα οἱ Ἴωνες τέρφος λέγουσι, διὸ καὶ τερφῶσαι λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ*, quae Schneiderus in Adnot. aliter scripta exhibet *στέρφος καὶ στερφῶσαι*.

confusis pellis et corticis notionibus ut in sermone latino cortex nucleorum malorumque appellatur *cutis*, *corium*, *malicorium*, σκύλος καρύοιο Nic. Al. 270. idemque ordinem invertens φλόον appellat cutem humanam. Suidas Τλεγγίς τλεγγίδος ἢ καὶ στλεγγίς, cui sigma debetur ex etymo v. Techn. 55. sed glossa insiticia est. — Ἐπιτέλλειν τὸ προςτάσσειν καὶ ἐντέλλεσθαι· ἐξ αὐτοῦ δὲ προςθέσει τοῦ σ ἐπιστολή ἡ ἐντολή Schol. Prom. 3. quem pleonasmum Thomas quoque ex hoc loco enotavit metroque attribuit. Nec tamen unquam ἐπιτολή ponitur pro ἐπιστολή ipsaque verba ἐπιτέλλειν et ἐπιστέλλειν etsi saepe permutari possunt, nihilo secius diversa habent principia τέλλειν tollere et στέλλειν sistere, quorum illud ad ταλάσαι inclinat, alterum ad στῆσαι v. Techn. 115. — Homericum περιστένεται γαστήρ Schol. interpretatur στενοχωρεῖται· βέλτιον δὲ παρεμπεπτωκέναι τὸ σ ὥςτε εἶναι ἀντὶ τοῦ τείνεται. Id potest quidem accipi pro *distenditur* sed proprie tamen significat στενοῦται. — Τρύχνον τὴν πόαν· σὺν δὲ τῷ σ στρύχνον οὐδαμοῦ εὗρον Phot. cui fidem affert Theophrasti cod. Urb. τρύχνον exhibens et Schol. Theocr. X. 37. τρύχνος καὶ τρύχνη εἶδος λαχάνου· ὁ δὲ Θεόκριτος ἐξέβαλε τὸ σ διὰ τὸ μέτρον, nisi φωνὴ τρύχνος sive τρύχνη h. l. potius significat τρύζουσαν stridulam. Eadem est inconstantia verbi τρύζειν οἱ δὲ στρύζειν Erotian v. Techn. 80. adn. Huic simile τρίζειν sigmatismum effugit, sed nomen hinc ortum τρισμός sive τριγμός in codd. Aristot. H. An. IV. 9. p. 535, 19. στριγμός scribitur ut στρίβος ἡ λεπτὴ καὶ ὀξεῖα βοή Schol. Ar. Ach. 1048. strix a stridore ut Ovidius dicit. Praeter usitatum θριγκός quondam receptum fuit Τριγχός περίφραγμα τειχίον et Στριγχός τειχίον Hes. quo Moeris utitur Σηκός ἔπαυλις στριγχῷ περιεχομένη. Pro Τριχῶσαι θάψαι Hes. non ταρχῦσαι, ut Hemsterhusius suasit, scribendum est sed τριγχῶσαι hoc est sepire et per metonymiam sepelire; nam sepulcra septo circumdabantur, quare σηκός, quod Timaeus περίφραγμα interpretatur, praecipue sepulcrum significat[56]. Στυμφαία urbs eadem

56) Κατεκοιμήθημεν ὅσον στίλην Aristoph. fortasse non stillam

Τυμφαία sive *Τύμφη* vocatur v. Ellendt. ad Arrian. I. 7, 6. *Στυφεδανός* Suidas temere arripuit ex Aristophanis loco, ubi ante *τυφεδανός* posita est vox in sigma exiens. Sed *Στραχύ τραχύ* Hes. minus suspicionis habet. Idem *τυπάζειν κόπτειν* et planius EM. 120, 3. *ἀπεστύπαζον ἀπεδίωκον· παρὰ τὸ τύπτω ἀπετύπαζον πλεονασμῷ τοῦ σ,* sed 731, 38. probabilius a nomine repetit: *στύπος πρέμνον, ἀφ' οὗ Ἀρχίλοχος ἀπὸ θυρέων ἀπεστύπαζον* et p. 633, 27. *δροιτύπος ὁ ἐν τῷ ὄρει τὰ στύπη κόπτων· Ἀρχίλοχος ἀπεστύπαζον.* — Anecd. Bekk. 303, 10. *στυρβάσαι ταράξαι, ἀφ' οὗ καὶ τύρβη*, unde *τυρβάζειν* productum est, quod solum novimus. De affinitate verborum *τρέπω* et *στρέφω* disserui in Techn. 55. Nec dubitem adjectivum *στρηνές*, quod Schol. Apoll. II. 318. tribus verbis explicat *σκληρόν ὀξύ καὶ τορόν*, et cum hoc cognationem habere et cum *τρανός ὅπερ παράγωγον ἐκ τοῦ τορῶ τετραίνω* Eust. 1532, 4. proprieque dici *στρηνὲς βοᾶν* et *στρηνοφωνεῖν* de voce acri quae aures quasi perforat. Hesychius addit *Τέρεμνος ἰσχυρός ἢ στέρεμνος*, nisi pro hoc, quod non legitur, *στερέμνιος* scripsit idque non interpretandi causa sed corrigendi; nam *τέρεμνος* non *ἰσχυρόν, στερεόν* significat sed tenerum a *τέρην* derivatum (ut *βέλεμνον*) cujus contrarium est *ἀτέραμνος*.

XIV. Articulum *ὁ* e *τός* extitisse abjecta prima et postrema consona Apollonius docet Synt. I. 20. et amplius de Adv. 592. *ἡ οὗτος ἀντωνυμία παραχθεῖσα ἀπὸ τοῦ ὅς λείπει τῷ τ — ὅπερ δείκνυται καὶ διὰ τοῦ ἀρθρικοῦ καὶ τοῦ ἀντωνυμικοῦ· τὸ γὰρ οἱ τοί φασι Δωριεῖς καὶ τὸ αἱ ταί* cf. Ahrens. Dor. 265 sq. idemque etiam pro relativo *τό* ponunt non Dores solum sed poetae etiam epici praesertim posteriores improbante Scholiasta Nic. Al. 2. *τὸ τέων οὐκ ὀρθῶς κεῖται· σημαίνει γὰρ τὸ τίνων. βούλεται δὲ λέγειν ὧν*, nisi forte ob solam ambiguitatem reprehendit, qua caret *τέης* v. 589. *ἀσπίδας — — τέων αἱ μὲν* — Call.

---

significat sed *τίλην* titivillitium a *τίλλω* vello unde *τίλαι* flocci *τὰ καλούμενα ξύσματα* v. Techn. 255. Similiter translatum est *καταμῦσαι κἂν ἄχνην* Vesp. 92.

Del. 185. Schol. ὤντινων, alii pro τάων positum putant. Similiter particulae: τὸ τόφρα ἀντὶ τοῦ ὄφρα κεῖται Schol. Apoll. III. 807. τὼς ἀντὶ τοῦ ὡς Sch. Nic. Th. 240. τότε ἀντὶ τοῦ ὅτε glossa interlinearis ad v. 595. aliaeque a Stollio coacervatae ad Antim. p. 34. cf. Hartung. *Ueber die Casus.* 270. quae enallage plerumque pertinet ad hiatum evitandum vel ad productionem syllabae brevis sed reperitur etiam in principiis versuum v. Naek. Hecal. p. 84. ut τῆμος ὅτε Nic. Th. 31. et ἦμος ὅταν 75.[57]) quodque in EM. 756. affertur τῷ τέως τινὲς ἀντὶ τοῦ ἕως ἐχρήσαντο, id non solum in carminibus deprehendimus sed etiam in sermone numeris soluto et apud Atticos. ipsos v. Schol. ad Plat. Hipparch. p. 334 Bekk. licet negent Schaeferus ad Dem. 566, 16. et Rueckert. ad Pl. Symp. p. 108. — Τὸ τήγανον Ἴωνες χωρὶς τοῦ τ ἤγανον λέγουσι Athen. VI. 229. B. per aphaeresin si verum dicit Eustathius 1862, 8. ἀπὸ τοῦ τήκανον τήγανον. Quod vero in EM. 428, 27. huic praemittitur ἠλυγέτη· τοῦτο ποιητικὸν ὡς τὸ ἤγανον τήγανον, adhuc non inventum neque inveniendi spes est. — Τηΰσίη γίνεται ἀπὸ τοῦ αὔτως (hoc spiritu) μάτην Sch. Od. XV. 13. πρῶτον τὸ παρ' Ἰβύκῳ αὔσιον, δεύτερον τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι ταύσιον, τρίτον τὸ παρ' Ὁμήρῳ κατὰ διάστασιν καὶ τροπὴν τηΰσιον· οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν EM. 171, 7. Schneidewinus ad Ibyc. 155. omnibus anteponit ultimum et ob aetatem auctoris et quia vocabula seculorum decursu facilius atterantur quam increscant. Cautius judicat Hermannus ad Eur. Bacch. 110. formas quae plenius sonent *ut plurimum* antiquiores esse solere, satisque certum est adolescente sermone literas non solum defluere sed etiam affluere, et apud Homerum ipsum non pauca

---

57) Bernhardy ad Dion. 1158. ubi ἦμος ὅτε pro τῆμος ὅτε receptum est, haec duo synonyma esse statuit pleonasmo juncta ut ὡς ὅτε in Call. Dian. 4. Ἄρτεμιν ὑμνέομεν ὡς ὅτε πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι — — τάδε προσέειπε γονῆα. Hic tamen ὡς deesse non potest, redundat vero ἦμος, nisi pro τῆμος accipitur. Callimachus per inconsequens participio usus videtur pro indicativo. Longe alio fert Buttmanni opinio Lex. II. 228. ἦμος nihil aliud esse nisi nomen ἦμαρ proprieque significare ἤματι τῷ ὅτε.

leguntur vocabula composita, derivata, interpolata, quibus quae natura antecedunt uno aut altero seculo post eum quasi e tenebris emergunt[58]). — *Τάρπη κόφινος μέγας παρὰ τὸ αἴρειν τι ἄρη καὶ πλεονασμῷ τοῦ π ἄρπη καὶ τάρπη* EM. 746, 55. idque confirmatur quodammodo latino nomine *aerones*; sic enim fisci spartei vocantur *ἀπὸ τοῦ αἴρειν* ut *aerumnulae* v. Proll. 242. Multo tamen probabilius est *τάρπη* sive *ταρπός* non aliam originem habere quam synonyma *ταρσός* et *τρασιά* hoc est verbum *τέρσαι*. Eustathii notationem 773, 40. *τένδειν ἀπὸ τοῦ ἔδειν πλεονασμῷ τοῦ τ καὶ τοῦ ν* in medio relinquam et ex iis quae in Epim. II. 414. et EM. proponuntur p. 764, 37. *τραχύς ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ῥάχεως — ἢ παρὰ τὸ τάραχος* et p. 702, 43. *ῥάχις Ἀπολλόδωρος μὲν ἀπὸ τοῦ ῥῆξις εἶναι, ὡς δέ τινες διὰ τὴν τραχύτητα· καὶ ῥαχία παρὰ τὸ ῥάχει ἐοικέναι ἢ παρὰ τὸ ῥάσσω*, hoc modo assumo his vocibus significari res tactu audituve asperas, unde *βραχίαι αἱ τραχεῖς τόποι* Hes. et *ῥάχις* quoque, quae eadem *ἄκανθα* et *spina* nominatur, ab asperitate dicta videtur licet prosodia discrepet cf. Bredow. Dial. Her. 126. Cum *ἄῤῥοθος* et *τάῤῥοθος* in Proll. 143. conjunxi nomen urbis Boeotiae *Ἄρνη — καλεῖται καὶ Τάρνη ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν*, quem suspicor illam appellationem antiquiorem judicasse; quippe urbs sic dicta videtur quia *εὔαρνος* erat ut *Ῥήνη* et *Ἀρήνη* v. Parall. 302. Hic locus me admonet andronymici, de quo Sch. Apoll. I. 105. *Αἰσχύλος τὸν Τῖφυν Ἶφυν καλεῖ* consona praecisa, siquidem ille gubernator Argus navis denominatus est ab urbe patria Siphis, *Σῖφαι*

58) *Τύχης ὄνομα οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής, τὰ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ῥήματα* Sch. Il. XI. 684. *βαρβαροφώνους εἴρηκε τοὺς Κᾶρας, βαρβάρους δ' οὐκέτι* Strab. XIV. 661. Sic idem composito *εὐνομίη* utitur, simplici *νόμος* abstinens Plut. Vit. Hom. c. CLXXV. 564. eaque ratione Herodianus defendit adverbium *κρῆθεν* a primitivo *κάρη* derivatum, quod Homerus ignorat: *καὶ γὰρ ἄλλας παραγωγοὺς λέξεις ἐπίσταται ἀγνοῶν τὰς πρωτοθέτους αὐτῶν λέξεις* (sic emendavi in Techn. 354.). Rosarum idem nullam mentionem habet sed deam *ῥοδοδάκτυλον* appellat; *Πρύτανις, Ἀλέκτωρ* et *Ἀλεκτρύων* apud eum nomina propria sunt ab ignotis appellativis.

autem sive *Τῖφαι* dictae sunt a situ palustri (*παρὰ τὸ τῖφος*) v. Proll. 59. (ubi male paroxytonon est). His subjungerem *ἴφυον* et *τίφυον*, si satis constaret utroque nomine eandem declarari plantam. Nicander metro coactus est ut tribus locis *ἔρφος* usurparet pro *τέρφος* vel *στέρφος*, de quibus suo loco dixi. Quaedam ignotiora praebet Hesychius: *Ταυληρόντα* (sic) *ἱμάντα*, quod Albertius *ταυληρόν τὸν* — scribendum esse monet et ad *Αὐληρόν χαλινόν* revocat; *Τέλα σπεῦδε*, *Τεπτά ἑπτά*, *Τρηγαλέον διεῤῥωγότα*, *Τάρ δέ ἄρα*, cujus particulae (encliticam dico) crebra est apud Grammaticos mentio v. Lehrs. Quaest. 131. sed non memini fuisse qui eam ex *ἄρ* natam dicerent. Mirabilis est verborum *εἰλίσσειν* et *τυλίσσειν* convenientia: *Ἕλιξ τύλιγμα*, *Ἐνετύλιξεν ἐνείλησε* Hes. *ἐνετύλισσε τὸ σῶμα σινδόνι καθαρᾷ* Matth. XXVII. 59. unus cod. *ἐνείλησε*, quo ipso utitur Marcus in eadem re XV. 46. De fasciis, quibus infantes involvuntur, Soranus Mul. c. LXX. 166. modo *περιειλεῖν*, modo *περιτυλίττειν* et Sch. Od. VII. 53. *ἠλακάτη τὸ ξύλον ἐν ᾧ τυλίσσονται τὰ ἔρια* sed v. 105. *ἔρια περιειλούμενα τῇ ἠλακάτῃ*, quod illo tritius est et ad vulgi usum appositius; quare adnotatur a Schol. Lucian. Nigr. §. 7. *σημειοῦ τὸ ἀνατυλίττων ἀντὶ τοῦ ἀνελίττων κείμενον.* Et res similes similiter appellatas esse documento sunt nomina *ἰλλάς* et *τυλάς*, quibus turdorum differentiae notantur Athen. II. 65. A. et alloquia familiaria *τὸ μὲν τέττα προςφώνημά ἐστι φίλου, τὸ δὲ ἄττα τροφέως, τὸ δὲ πάππα πατρός* Eust. 659, 52. quorum primum EM. 755, 1. ab *ἄττα*, Eustathius 167, 3. ab *ἄππα* ortum dicit, sed quod idem de uno horum pronunciat p. 1793. 11. *τὸ ἄττα λέξις ἐστὶν ἀπαράγωγος, ἀκίνητος, πρωτόθετος, διὸ καὶ ἀμετάληπτος ὑπὸ τῶν παλαιῶν λέγεται*, valet de universis.

XV. *Φαρῶ ἀπὸ τοῦ ἀρῶ πλεονασμῷ τοῦ φ, παρ' ὃ καὶ ἄφαρον τὴν λιπαρὰν γῆν καὶ τὴν πολλάκις ὀροτριωθεῖσαν* EM. 788, 25. *Βούφαρος ἡ εὐάροτος γῆ· φάρος γὰρ ἡ ἄροσις* Hes. v. Techn. 304. — *Ἕνω* et *φένω* Etymologorum commenta sunt, minimeque convenit quod Schol. Oppian. Hal. I. 154. et Tzetz. ad Lyc. 396. affirmant *φαύω τὸ λάμπω* ex *αὔω* sicco factum esse. — *Φλυσῶσα μαινομένη*

Hes. certum est pro *φλυσσῶσα* scriptum esse sed utrum aliqui *φλυσσᾷν* dixerint pro *λυσσᾷν* an pro *φλύειν* et *φλυαρεῖν*, in incerto relinquitur; insanus *μανίης ὕπο μυρία φλύζει* Nic. Al. 214. Pro *Λυττεῖ πολλὰ λαλεῖ* Ruhnkenius *φλυάττει* restituit, pro *Ἀνάζει φλυαρεῖ* Kuesterus *φλυάζει*, sed immutatum repetit Theognostus Can. 22, 3. Ad alterum genus referuntur haec: *τὸ ἤ ἀπὸ τοῦ φῆ δοκεῖ γεγενῆσθαι κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ φ* Schol. Od. VIII. 186. *φημί καὶ ἀττικῇ ἀποβολῇ ἠμί* EM. 416, 26. atticam vocans hanc abjectionem non quo Attici solitum habeant aspiratam omittere sed quia *ἠμί* et *ἦν δ' ἐγώ* illis ita peculiaria sunt ut etiam ab imitatoribus Atticismi per omnem occasionem ingerantur cf. Fritzsch. ad Arist. Rann. v. 37. *Ὅμηρος οὐκ οἶδε τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς* (id est *ἤ*) *ὁ δὲ Ἀντίμαχος καὶ Καλλίμαχος* Schol. A. ad Il. XIV. 499. cf. Stoll. ad Antim. 99. — *Φορμίαι λακωνικὸν κτίσμα ἐστὶν Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον* Strab. V. 233. Appellativum *φορμός*, quia non solum aeronem significat sed ut Schol. Plut. 542. dicit, *πᾶν πλεκτόν*, nostrorum doctorum aliqui ab *ὅρμος, εἱρμός, εἴρω* ductum putant, veteres a *φέρω* EM. 798, 55. quod nescio an praeferendum sit. *Αἰσύλη* Hyadis nomen est Sch. Il. XVIII. 486. quae in Hesiodi versibus saepius repetitis (Marckscheff. p. 353.) *Φαισύλη* vocatur ut soror ejus *Φαιώ* fortasse a *φάω*. *Ἀπὸ τοῦ φρίσσω φρῖγος καὶ ἀποβολῇ τοῦ φ ῥῖγος· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν* Theogn. II. 89, 32. Hinc derivata *ῥιγῆσαι* et *ῥιγῶσαι* significatione differunt fere ut latina rigere et frigere, rigor et frigus, quibus accessit diversitas quantitatis. *Υἱός εἴτε ἀπὸ τοῦ ὕω τὸ βρέχω κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἴτε ἀπὸ τοῦ φύω, διὰ μόνου τοῦ υ ὤφειλε γράφεσθαι* Eust. 1459, 49. et sic attice scribi affirmat p. 22, 43. idemque Photius tradit de feminino *μῦα καὶ γράφεται καὶ λέγεται ἄνευ τοῦ ι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς*. Id quidem in codd. Aristot. H. Ann. V. 1. p. 539, 11. et saepius ita scriptum reperitur ut tabani nomen *μύωψ*, quod hinc derivatum putant v. Parall. 291.[59]) et in lapi-

59) Sic in derivatione iota diphthongis saepe subtrahitur *Ἀλαί Ἀλαιεύς καὶ Ἀλαεύς ἐνδείᾳ τοῦ ι κατ' ἔθος ἀττικόν* — *Αἴπεια Αἰπεάτης* Steph. *σιυππεῖον σιυππέϊνος, Εὔβοια Εὐβοεύς, υἱός ὑΐδιον* etc.

dibus etiam ἑστηκῦα et similia v. Franck. ad Inscr. Richteri p. 397. ipsumque ὑός in epigraphis sat antiquis v. Keil. *Zwei griech. Inschr.* p. 18. sed ut haec scriptura in Atticorum libros recipiatur necquidquam contendit Giesius de Dial. Aeol. pag. 27 sq. nedum ut Nauckio nostro accedamus in Aristoph. p. 53. ad n. 2. homericum υἱός in ὑός vertenti. De etymo non repugno et ab eodem φύω nomen ὕλη propagatum esse dudum consensi Techn. 275. Ex Photii verbis ῥάχους τὰς ἀκανθώδεις καὶ τραχείας ῥάβδους colligat aliquis eum huc inclinasse ut literam τ excidisse putaret, sed quod addit Sophoclem ita dixisse τοὺς φραγμούς ad aliud tendit etymon a Schol. Nic. 868. indicatum ῥῆχος ὁ φραγμός, unde consequitur ῥᾶχοι proprie significare sentes vepresque quibus sepes contexuntur et φράσσειν locum vepribus vel pariete, craticio sepire, utrumque autem ap. Herodotum tropo etymologico junctum esse ῥηχῷ πεφρᾶχθαι, et ex synonymis compositum Κλαδάραχοι sive κλαδόραχοι φραγμοί Hes. — Adverbium Ὑράξ μίγδην Hes. certe a φύρω v. Parall. 77. — Φάσκωλον Grammatici ab ἀσκός derivatum putant Proll. 134. — Quod Josephus in Synops. 566. pro exemplo aphaeresis proponit φθισάνη θισάνη, ea mera est barbaries; *tisanam* scriptores infimae aetatis τὴν πτισάνην vocant ut *tisin* τὴν φθίσιν. De adjectivis φοξός et φολκός si quid dicendum est, nihil veri similius reperio quam alterum cum ὀξύς ut in Gud. 556, 42. dicitur cognatum esse, alterum cum ὁλκός ac proprie significare eum qui *pedes trahit* quod de choliambo dicit Ovidius Rem. Am. 379. ut Philoctetes δύστηνον ἐξέλκων πόδα Soph. Ph. 291. id est claudicans, alius quis dicitur ἐπισύρειν τὼ πόδε Diog. I. 81. utrumque autem hoc modo differre quod ὁλκός indefinitam habet trahendi significationem, φολκός autem, quantum ex unico illo Homeri loco colligi potest, de pedibus modo dicitur [60]). Idem ab ὀξύς, quod multis rebus commune est, differt φοξός, hoc est ὀξυκάρηνος· et sic saepius vocabulorum primitivorum potestates non compositione solum et

---

60) Doederlein. Synon. T. VI. 140. confert latinum *falco;* sic autem dicebatur qui pedem introrsus curvatum habet.

derivatione sed etiam intestinis quibusdam mutationibus pressius definiri solent. — Quod in EM. 792, 43. ad explicandum loci nomen *Φθειρῶν ὄρος* affertur *οἱ θῆρες λέγονται καὶ φθεῖρες*, qua fide traditum sit nescimus. — *Φάλος* id est *μῶρος* (Techn. 250.) *ἠλός* quod Hesychius *μαινόμενον* interpretatur, et *ἠλέματος* fatuus eadem ratione inter se colligata videntur qua *φρέαρ* cum *ῥέω*, unde traductum verbum *ἠλιθιῶσαι* apte exprimitur latino *infatuare*. — *Φειδώλιον δίφρος σφέλας* Hes. nihil aliud est quam *ἑδώλιον* sedile. — *Φοῖτος* fortasse proprie *itum* significat a verbo *εἴω*, *εἶμι* ut a *κεῖμαι κοῖτος* Parall. 349.

XVI. XVII. De litera chi fabulatur EM. 75, 14. *ἀπὸ τοῦ χάζω γίνεται ἄζω· ἔμεινε δὲ ἡ ἀναλογοῦσα τῷ χι δασεῖα, ὡς ἐκ τοῦ θάμα ἅμα.* Verba illa permutari quidem nonnunquam inter se possunt ut in duobus Euripidis locis libri *οὐ χάζομαι* et *οὐχ ἅζομαι* praebent certantibus Criticis, quia utrumque convenit v. Matth. ad Orest. 1109. sed origo haud dubie utrique diversa est. Post homericum *λιαρός* increbruit *χλιαρός*, quare Grammatici hoc illi interpretamenti loco subjiciunt cf. Athen. II. 41. B. D. Bredow Dial. Her. 122. et pariter verbo, quod extra illos nemo novit, *Λιαίνουσα πραΰνουσα* Phot. *Ἐλίανθη ἐχλιάνθη* Hes. Si primitivum est *χλίω*, quod in Techn. ostendi, sequitur homericam vocem non nativam sed aphaeresi affectam esse, quod et Eustathius significat 857, 27. nulloque jure impugnat Epim. Cram. I. 401. themate commenticio usus *ἀπὸ τοῦ λιῶ λιαρὸν οὐχ ὥς τινες ἀπὸ τοῦ χλιαρὸν κατὰ ἀφαίρεσιν.* *Χλαῖνα* vero, quod in EM. ad idem *χλιαίνω* refertur, Schneiderus rectius a *λῆνος λάχνη* lana arcessit, et hinc etiam nomen *laena*, quod Strabo pro exotico habere videtur IV. 196. *τοὺς δασεῖς σάγους λαίνας καλοῦσι* (Belgae). Idem XII. 549. dubitat utrum nomen urbis regionisve, quae in Catalogo navium *Ἀλύβη* dicitur, scribendum sit *Χαλύβη* an qui vulgo Chalybes, homericis temporibus appellati sint Alybes. *Ἰτώνη καὶ Ἰτωνία Ἄρτεμις* Suid. aut in nomine errat aut in cognomine; nam Minerva *Ἰτωνία* dicitur, Diana *Χιτωνία* et *Χιτώνη*. — Consonarum mobilium ultima est psi exemplo unico: *ὁ Ἡρωδιανὸς παρὰ τὸ ἄμμος λέγει ψάμμος* EM.

817, 39. quod Josephus Synops. p. 566. ad prosthesin refert; ἄμαθος λέγεται καὶ πλεονασμῷ ψάμαθος Epim. I. 444. Utroque continenter utitur Nicander de serpentibus quibusdam loquens Ther. 155. discrimine ad intellectum nullo sed permagno ad metri tenorem πολέες δ' ἀμάθοισι μιγέντες σπείρῃ λεπρύνονται ἀλινδόμενοι ψαμάθοισι, quae Schol. ita explicat διατρίβοντες ἐν τῇ ἄμμῳ λευκαίνονται τὴν σπεῖραν κυλιόμενοι ταῖς ἄμμοις, additque ἄμαθος ἡ χερσαία κόνις· Ὅμηρος δὲ διαστέλλει, quae sic transponenda et explenda sunt: ὁ Νίκανδρος ἀδιαφόρως κέχρηται· Ὅμηρος δὲ διαστέλλει ἄμαθον λέγων τὴν χερσαίαν κόνιν ut Schol. Od. II. 326. ἄμαθος ἡ ἐν τῷ πεδίῳ κόνις, ψάμαθος δὲ ἡ περὶ θάλασσαν. Haec Aristarchi dicitur fuisse distinctio v. Lehrs. Arist. 128. Hoffmann. Quaest. II. 31. Etymon conjectanti a ψάω ψάμμος, hinc ἄμμος ductum videtur intercedente fortasse voce tenuiore σάμμος, quod confirmari posset comparatione latinorum *sabulum saburra*, nisi Romani consonas duplices ab initiis vocabulorum remotas haberent exceptis iis, quas sine ulla mutatione a Graecis mutuati sunt ut *psallo, psora, xystus*; sed aliquantum mutatis substituunt sigma ψιθυρός susurrus, ξηρός serenus i. q. sudus, ξηραίνω seresco. Graecos vero non incredibile est ψαμμός et σάμμος dixisse ut ψώχω σώχω, ψίττα σίττα, ψάγδας σάγδας etc.[61]) — A duplicibus transeo ad conjunctas. Heraclides ap. Eustathium p. 756, 25. p. 842, 46. τὰ τῶν λέξεων πρῶτα σύμφωνα αἴρειν εἰώθασιν Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς ἄν τε ἓν ᾖ οἷον λαιψηρός αἰψηρός, ἄν τε δύο οἷον πλευρά εὐράξ, πλάνη ἄλη ἀντιθέσει εἰς λ· οὕτως ἐκ τοῦ φθείρω αἰολικῶς γίνεται φθέῤῥω καὶ ἄρσει τῶν συμφώνων ἔῤῥω. Hoc jure optimo reprobat Herodianus Mon. p. 43. τὸ ἔῤῥω εἰ αἰολικόν ἐστι, ζητητέον τί αὐτοῦ ἦν τὸ κοινόν· οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ φθείρω ὡς οἴονταί τινες· hujus enim thema est φθέω φθείρω. Πλάνη cum ἄλη perparvam similitudi-

61) Voces ignotas σαυκρός et ψαυκρός Hesychius explicat eodem modo ἐλαφρός. Glossae ejusdem post αὖραι positae Αὔη πνοή ἢ ἅψηται partem alteram Kuesterus recte ad subjunctivum verbi αὔειν refert, quod Grammatici ἅπτεσθαι interpretantur Techn. 12. hujus autem synonymon est ψαύειν.

nem habet. Facilior est de adverbio assensus. Nam εὖρος et πλευρόν eadem ratione conjuncta sunt qua latitudo et latus brachyparalecton, ac nomen graecum vel ex πολύευρον contractum dicunt vel παρὰ τὸ πέλειν εὐρύ Epim. II. 399. sed acquiescimus in prosthesi; nam sic potius dixerim quam aphaeresin. Eademque convenit ad στόνυξ, quando id nihil ad derivationem aptius habet quam ὄνυξ, cujus usus antiquior, species simplicior tamque similis significatio est ut saepe nulla re nisi metro internosci possint. Sic pro ὀξύς γ' ὄνυξ πετραίου λίθου Eur. Cycl. 400. Hermannus edidit secundum Scaligerum ὀξὺς στόνυξ ut Apoll. IV. 1679. πετραίῳ στόνυχι. Sed eodem intellectu ὀξυπαγῆς ὄνυξ κολώνης Nonn. XIV. 385. de unguibus vero Oppian. Cyn. III. 232. τμηθεὶς οὐχὶ στονύχεσσι λεόντων, idemque Hermannus restituit in P. Silent. Amb. 85. ubi onyx vocatur βροτέοισι σέλας στονύχεσσιν ὅμοιον pro τ' ὀνύχεσσι. Quemadmodum autem Schol. Apoll. l. c. στόνυξ κυρίως τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος, καταχρηστικῶς δὲ πᾶν τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον, sic etiam explicatur στόρθη et στόρθυγξ τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος Hes. Phot. sed Lycophro promontorium modo στόνυχα appellat 1180. modo στόρθυγγα 1406. nec tamen hoc ab illo natum sed alio etymo ortum videtur sive id στύραξ fuit ἐφ' ᾗ στηρίζεται τὸ δόρυ, sive ὀρθός cum prosthesi consonantium, quas Latini primae semivocalium praemittunt, stlis, stlocus etc. Veteres magistros suspicor στόρθη pro syntheto habuisse παρὰ τὸ στῆναι ὀρθήν, sicuti Eustathius 1555, 1. πτόρθος cum πτῶ (πετάννυμι) conjunctum statuit ὁ διαπεπετασμένος εἰς ὀρθόν. Sed πτόρθος quoque simplex est non a πέτομαι ut Hemsterhusio visum sed ab ὄρω *orior*, unde ὄρσος (pullus, surculus) et ὄρπηξ v. Techn. 283. — Σποργαί ἐρεθισμοί εἰς τὸ τεκεῖν Hes. et σπαργᾶν cum ὀργᾶν, quod Galenus illi interpretationis loco interponit, quin idem significent minime dubium est; ut vero ejusdem stirpis sint non puto effici posse v. Techn. 52. — Στρόμβος et ῥόμβος constat a verbis στρέφω et ῥέμβω ducta esse, quorum tam tenue est discrimen ut in cognatis numerentur Techn. 35. Στορχάζειν id est τὰ πρόβατα εἰς σηκοὺς κατακλείειν perspicue et re et voce conspirat cum ἔργω, ἕρκος, ὀρχάς

i. e. *φραγμός* sive *περίβολος*, ac, si sermo graecus ad nos pervenisset totus et integer, fortasse etiam *ὀρχάζειν* alicubi legeremus; sed opus non est, nam saepe literae in tractu et declinatu verborum alias accedunt alias excidunt. *Ἴσμα τὸ κτίσμα* Lex. de Spir. 230. verbaque ipsa *ἵζειν* et *κτίζειν*, etsi conveniunt in significatione verbi *ἱδρύειν*, tamen diversa habere videntur primordia *ἕω* et *κτάω*. *Ὑπομνήμυκε* quod in Il. XXII. 491. codd. haud pauci praebent, ipsumque praesens *Μνημύει σκυθρωπάζει* Hes. ostendit nonnullos verbo *ἠμύω* duas praetexuisse literas *μν*[62]).

XVIII. Ultima quaestio est de syllabis prosthesi vel aphaeresi obnoxiis. Sed in hoc quoque sermonis curriculo saepius haesitabitur multaque ob hoc solum afferentur ut species affectionis, quam objiciunt, excussa evanescat. *Βῖκον φιάλην, οἱ δὲ ἄμβικον* Bekk. An. 226. quorum illud multo frequentius sed anetymon, *ἄμβικος* et *ἄμβιξ* *obba* Gloss. arabico *Alembic* fortasse propriora sunt quam graecis *ἄμβη* et *ἄμβων* umbo, quod Schol. Il. IX. 441. *ἀναβαθμόν* interpretatur. *Ἄμβρυττοι εἶδος ἐχίνων· Ἀριστοτέλης δὲ αὐτοὺς βρύττους λέγει* Hes. quorum origo latet. *Ἀγκινάρι* hodie dicitur *ἡ κινάρα*[63]). Cum *κονεῖν* et *ἀγκονιᾷν*, quae enotavi in Techn. 153. cohaerent *Ἀγκονίς ὑπηρέτις, Κονηταί θεράποντες* Hes. EM. et fortasse *διάκονος* sive *διήκονος* alpha producto ut *κατηβολή* et *διαβολιά*, quod nonnulli *διαιβολία* scribunt. *Θρύσκον ἄγριον λάχανον* Albertius idem esse putat quod vulgo *ἄνθρυσκον* nominatur, sed *Τίθεον ἰσόθεον* Salmasius recte judicat pro *ἀντίθεον* scriptum esse. *Πᾶς* pater, *πάπας* et *ἄππα* matrisque hypocorisma *μᾶ* et *ἀμμάς* sive *ἄμμα* ad alium locum pertinent. *Ῥαβάσσειν ποδοκτυπεῖν* et *Ἀῤῥαβάσσειν ὀρχεῖσθαι* a proprietate soni facta sunt per imitationem. *Ἀῤῥηνοβοσκός* sive *ἐῤῥηνοβοσκός* et *ῥηνοφορεύς* sequuntur duplicem formam primitivi

62) Qui illud interpretati sunt *εἰς ἀνάμνησιν ἄγει*, legisse videntur *πάντα δ' ὑπο* — vel *ὑπαιμέμνηκε*. Cum *ὑπημήμυκε*, si sic scriberetur, conferri posset *ἠρήρειστι* Orph. Arg. 1135.

63) *Ῥαυλόν ἄγραυλον ἄγροικον* Hes. Albertius a librario corruptum putat. Romani quum *ἁλμήν* muriam vocant, graecum *ἁλμυρίδα* more Praenestino mutilasse videntur.

ἄρνες et ῥῆνες. Inter καλαβώτης et ἀσκαλαβώτης medium interjacet σκαλαβώτης, quare nomini vulgatiori, quo solo utuntur Latini *ascalabotes* dicentes, non duae simul literae sed una post alteram accrevisse videtur, sicuti verbo βασκαρίζειν, de quo posterius dicetur. Et fieri potest ut inter κάλαφος et ἀσκάλαφος ejusmodi quid interjectum sit, quo sumto prosthesis biliterae species evanescit. Similiter ἀσκωλιάζειν a nonnullis ad κῶλον referri supra ostendi. Ἀτάλματα ἅλματά παίγνια Hesychius praebet et Ἀτάλλει σκιρτᾷ, cujus synonymon est ἅλλεσθαι saltare. Hoc autem si componimus cum verbis movendi σάλλειν, σαλεύειν, σαλάσσειν, a σείειν repetere compellimur. Nec difficile intellectu quomodo ἀτάλλειν a neutrali exsultandi significatione traductum sit ad transitivam nutricandi; nam infantia gaudet et alitur motu ut Plato ait: τῶν παιδίων αἱ μητέρες οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς παρέχουσιν ἀλλὰ κίνησιν ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀεὶ σείουσαι Legg. VII. 790. D. — Ἀτταγήν εἶδος ὄρνιθος τὸ λεγόμενον ταγηνάριον Lex. de Spir. 213. quod nomen etiamnunc durat v. Menag. ad Diog. IX. 114. aphaeresi manifesta affectum sed antiquis ignotum [64]). Hactenus de vocabulis quae ab alpha ordiuntur. — Ἐνέπειν unum est verborum, quibus Apollonius praepositiones subesse statuit vi sua destitutas: ἵζω καθίζω, εὕδω καθεύδω, ἔπω καὶ ἐνέπω οὐ διάφορα, ἐπεί γε καὶ εἰς ἓν ἁπλοῦν μεταλαμβάνεται Synt. IV. 7, 327. πᾶσα πρόθεσις ἢ χρόνον σημαίνει ἢ ἔμφασιν ἢ πλεονασμὸν οἷον ὑποδμώς, ἐναλίγκιος, ἐννέπω Schol. Dion. p. 927. Sed probabilior est Buttmanni opinio ἔπω primum in ἔμπω abiisse, dehinc in ἐνέπω, quibus respondent latina *inseco*, *inquam* v. Techn. 137. Germanam vero praepositionem habere videtur adverbium, de quo idem de Adv. 596. παρὰ τὸ ἀγχοῦ δύναται γεγενῆσθαι τὸ ἀγχός προςλαβὸν τὴν ἐν πρόθεσιν κατὰ

64) Indefinitum pronomen ἄττα ex τά id est τινά ortum esse addito alpha geminataque dentali affirmat EM. 167, 35. quam in opinionem sponte sua incidit Buttmannus Gramm. §. 77. adn. Verius Hermannus ad Vig. 713. aspiratum ἅττα, si vim propriam amitteret, simul spiritum amisisse censet. Ac ne hunc quidem mutandum esse putaverunt Grammatici a Gaisfordo appellati.

de hac attenuatione syllabarum finalium alias. Pro inusitato *ἐννός* nurus Poll. III. 32. Bekkerus scripsit *νυός*, quod ab illo praeteritum esse minime credibile est. *Ἐξατράπης* et *ἐκσατραπεύειν*, quae in Inscrr. et libris leguntur, excusationem peregrinitatis habent. Adjectivum *ἐξέτερος* etsi in duobus illis Nicandri locis nihil aliud sonat quam *ἕτερος*, tamen intelligi potest nomini disjunctivo *ἕτερος* per quandam sympathiam additam esse praepositionem qua separatio significatur [66]). Adjectivorum *ἀρπεδόεσσα* et *ἐρπεδόεσσα*, quae Hesychius eodem modo explicat *ἰσόπεδος ἐπίπεδος ὁμαλή*, partem alteram esse *πεδόεις* ferme omnes consentiunt sed disceptatur de altera: *ἀρπεδόεσσα ἡ ἄγαν πεδινή κατὰ συγκοπὴν παρὰ τὸ ἀρί — πέπονθε δὲ ὁμοίως τὸ ἔρθυρις αἰολικῶς ἡ μεγάλη θυρίς* [67]). *Οὕτως Ἡρωδιανὸς καὶ Δίδυμος. Τὸ δὲ ἀρπεδές — ὁ Νίκανδρος ἀντὶ ἐπιτάσεως μόνης δοκεῖ τὴν λέξιν (τὸ ἀρί) παραλαμβάνειν* EM. 148, 8. Deterius suadet Schol. Nic. Ther. 420. *κάρη ἀρπεδές τὸ ἐπίπλατυ καὶ ὁμαλόν, παρὰ τὴν ἔραν οἱονεὶ ἐροπεδές*, quo altera scriptura *ἐρπεδές* [68]) explanatur. Sed expeditius est *ἀρπεδές*, sive syllaba redundat ut myrice hodie dicitur *ἀρμυρίκη* v. Sibthorp. Prodrom. Flor. Gr. T. I. 208. sive consona rho, quo tendunt Hesychii glossae *Ἀπεδίζειν ὁμαλίζειν, Ἀρπεδίσαι ὁμαλίσαι*, et adjectivum *ἄπεδον* i. q. *ἰσόπεδον* vel *πεδανόν* *planum*. *Ὄλοσχος* Schneiderus a Nicandro pro *ὄσχος* positum putat addita syllaba ut *ὄνθος*, *ὄλονθος* *ὄλυνθος*. Cum *ὄσχη* procul dubio cohaerent *αὐροσχάς*, *ὀρεσχάς*, *ἀρέσχη*. *Ὑσπληγξ καὶ ὑστριχίς κυρίως μάστιξ ἣν ἐκ χοιρείων τριχῶν πεπλεγμένη, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ βούκεντρον* Schol. Lyc. 21. Eust. ad Dion. 1190. Scuticas *ὑστριχίδας* vocatas esse quia e setis necterentur, concedi potest postulantibus; sed haec notatio minime convenit ad

---

66) *Μετεξέτεροι*, quod veterum Hippocratis enarratorum alii *ἕτεροι* interpretantur, alii *ἔνιοι* sive *τινές*, interdum neutrum significat sed *diversi*.

67) Quae his interjecta sunt verba *πέπονθε δὲ ἵνα μὴ σημαίνηται ἡ ἄγαν ὁμαλή*, eorum duo prima ejicienda, pro *ἵνα μή* scribendum est *ἵνα δή* vel *ἵνα* solum.

68) *Ἔρθυρις*, quod huic apponitur, differo ad Dissert. de Sync.

nomen ὕσπληγξ si praesertim vectem remissarium sive repagula declarat, quae est usitatissima significatio; quin etiam ubi pro βούκεντρον dicitur, manifesto a πλήσσω derivatum est; nam idem instrumentum nominatur βούπληξ et βουπληκτρος ἄκαινα. Neque tamen placet quod in Epim. I. 340, 24. dicitur, ex ὑπόπληξ contractum esse. Itaque nomini ὕσπληγξ prosthesin biliteram quamvis repugnanter concedimus.

De syllabae primae abjectione nihil antiquitus traditum invenio nisi illud pervulgatum quod ad defectum praepositionum attinet: ἦρα τὸ ἐντελὲς ἐπίηρα Sch. Od. XVIII. 56. de quo controversia est inter doctorum sententias, et ὄχα κατ' ἀφαίρεσιν τῆς ἐξ προθέσεως· ἔστι δὲ ἐπίῤῥημα ὀνοματικόν EM. 644, 47. Epim. I. 319. Id totum rejicit Buttmannus·veri se ignarum professus. Sed opportuna videtur Eustathii comparatio p. 54, 42. ἐν τῷ ὄχα λείπει ἡ πρόθεσις ἐξ καθὰ καὶ ἐν τῷ Ὄχη, ὄρος δὲ τοῦτο ἐξέχον [69]) eademque significatio eminentiae reddita est conjugatis ὄχθος et ὄχθη, quibus ob similem epenthesin literae theta conferenda sunt ὀχή ἡ τροφή id est *sustentaculum corporis*, ut ab Augustino appellatur, et εὔοχθος cum verbo εὐοχθεῖν κατὰ πλεονασμὸν τοῦ θ Schol. Hes. Opp. 475. quo loco non εὐωχεῖσθαι significatur sed εὖ ἔχειν sive εὐθηνεῖν. Sic igitur sententia est, verba ἔχειν et ὀχεῖν respondere germanicis, quae Graffius in Lexico Ling. Germ. ad unam stirpem refert *haben* et *heben*, et hinc non solum elevandi et sustinendi instrumenta nominari ὄχος *vehes*, ὀχεύς *vectis* sed etiam ὀχή proprie significare *die Hebung*, et ὄχ' ἄριστος *eminenter optimus*, neque alium intellectum habere ἔξοχα [70]) quod quia expressius est idemque usitatius, idcirco ὄχα ellipsi apponitur, quam veteres minus apposite aphaeresin vocant. Praepositiones saepe poetae subtrahunt tum in nominibus χείριος dicentes pro ὑποχείριος ut Tragici, τάῤῥοθος

69) Ὄχη τὸ μέγιστον τῶν ἐνταῦθα ὀρῶν Strab. X. 445.

70) Si ὄχα proprie ὀχυρῶς *firme, valde* significat ut Doederleinio videtur Syn. II. 94. ὄχ' ἄριστος multo alium intellectum habet atque ἔξοχ' ἄριστος.

Lycophr. pro *ἐπιτάῤῥοϑος*, *πάτος* et *σκύνιον* Nic. pro *ἀπόπατος* sive *ἀφόδευμα* et *ἐπισκύνιον*, *πληγάδες* Apollon. *ἀσσύτερος* Oppian. et quae Hesychius servavit *Ἄλξεων τειχέων* et *Κάρσιος πλάγιος*, tum in verbis *πλόμενος* et *τελλόμενος* v. Meinek. Anall. 97. *ἀῤῥιχᾶσϑαι* sive *ἀριχᾶσϑαι* pro *ἀναῤῥιχᾶσϑαι*, quod Herodianus *περὶ παϑῶν* ex Hipponacte protulit EM. 99, 20. parique libertate scriptores atticae dictionis desertores compositis praetulerunt simplicia *ἀντᾷν*, *ἐρᾷν* (fundere), *δειλιᾷν*, *διδράσκειν* [71]), *ἐννύναι* sive *ἐννύειν*, *οἰγνύναι*, *ὀλλύναι*, quibus adjungi possunt quae Grammatici soli memorant *δεία* pro *ἔνδεια* et *πηλακισμός* pro *προπηλακισμός*. De indeclinabilibus huc refertur *ὠμαδίς*, quod Theognostus Can. 163, 23. [72]) diversum a ceteris in *αδις* exeuntibus accentum habere docet, rationemque qualemcunque reddit Joannes 38, 27. *ἴσως ἐκ τοῦ κατωμαδίς ἀφῃρέϑη*, quod alibi non legitur sed modo *ὠμαδόν* et *κατωμαδόν*. Eadem figura est si *ἔρχεσϑαι* dicitur pro *ἀπέρχεσϑαι*, et similiter alia quibus Apollonius Adv. 613. probare studet *ὅτι οἱ ποιηταὶ προϑέσεσιν ἐλλείπουσι*. Verae ellipsis, quam nos quaerimus, in his omnibus nullum exemplum est. Ejusdem Apollonii sententia fuit longe disseminata vocabulis cum adverbio *εὖ* conjunctis hoc nonnunquam detrahi *ἀπὸ τοῦ εὐήνωρ ἡ εὐηνορία καὶ εὐηνορέα καὶ ἐλλείψει τῆς εν διφϑόγγου ἠνορέα καὶ δόμοις ἔνι ποιητοῖσι ἐν ἐλλείψει ἐστὶ τοῦ εὖ* de Adv. 546. cujus rationes reprobavi in Parall. p. 156—166. nec certum vel aphaeresis vel prosthesis argumentum praebet urbis Libycae nomen *Εὐεσπερίς — λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ εν μορίου Ἑσπερίς* Steph. qui *μορίον* nomine non particulam sed syllabam significat. Illam Choeroboscus Can. 185, 25. deesse putat adjectivo *τρόφι — ἀπὸ τοῦ εὔτροφι κατ' ἀφαίρεσιν*, nec tamen repugnat Herodiano apocopen inferenti, de quo alibi dicetur; *εὔτροφις* nusquam legitur; semel *δυνατεῖ* in Epist.

---

71) *Διδρακότες* Eunap. Fragm. Boiss. XVIII. p. 112. ed. Nieb. *διδρήσκουσι* Aret. Acut. II. c. 3. 257. sed cod. *διαδιδρήσκουσι*. Prorsus derelicta sunt *αἰσιμοῦν*, *φρεῖν*, *ἐχϑάνεσϑαι* ut latina cutere, cellere, fendere, cendere, clinare, stigare, ritare, gregare.

72) Hoc in EM. 806, 8. restituendum est pro *ὁμαδίς*.

Pauli apostoli, quod εὐδυνατεῖ dici oportuit. Ea demum aphaeresis dici poterit; sed codd. variant δυνατοῖ, δυνατεῖ, δύναται. Idem vero adverbium versificatores praeponunt non tam ad juvandum intellectum quam explendis numeris ut εὔγναμπτος μάκελλα pro simplici γναμπτή v. Wernik. ad Tryph. v. 205. vel etiam quia ad formationem necessarium est ut εὔρηνος κόρση Anth. XIV. 149. id est κεφαλὴ ἀρνεία, εὔιππος ὄνυξ pro ἵππειος Nonn. XXVII. 188. εὔθηρος ἀοιδή Oppian. Cyn. I. 46. quae paullo post vocatur θήρειος ἀοιδή II. 58. εὐκαμπὲς δρέπανον Hom. etc.[73]) quod apparet etiam in disjunctis φέρει τὸν εὔπτερον ἁ πτερόεσσα Anth. IX. 122. Nominum propriorum, praesertim peregrinorum, regula deest: Ἀσσύριος et Σύριος, quod illi postponit Schol. ad Hor. Od. II. 11, 1. *quae nunc Syria dicitur olim addita syllaba Assyria nominabatur.* Ἀντίσαρα ἐπίνειον Δατηνῶν. Ἡρωδιανὸς Ἀντισάρη· τινὲς δὲ Τισάρη γράφουσι Steph. Laconis nomen Χίονις in Paus. III. 14, 3. Ἀγχίονις scribitur, quod plerique corrigendum putant, Siebelisius defendit propter licentiam huic generi concessam. Ἴσμαρος πόλις Θρᾴκης, ἣ νῦν Μαρώνεια καλεῖται Hes. cui appellationi quasi praeludit nomen regis Maronis ὅς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει Od. IX. 198. Aesculapium Lycophro 1054. Ἤπιον nominavit etymologiam a Grammaticis decantatam sequens. Ignotum est Ὑάλιος πολεμικός καὶ Ἐνυάλιος Suid. Dicam nunc de syllabis mobilibus, quarum prima litera est consona, proxima vocalis.

XIX. Ad illud genus, in quo substiti, pertinent haec: Γραῖα πόλις Ἐρετρίας ἀφαιρέσει γέγονε τῆς ἀρχῆς Steph. de quo nonnihil dissensionis fuisse ostendit Strabo IX. 404. Γραῖα τόπος Ὠρωποῦ πλησίον — τινὲς δὲ τῇ Ταναγρᾳ τὴν αὐτήν φασιν v. Interpp. ad Thuc. II. 23, 3. Μεμβλίαρος νῆσος καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν Βλίαρος Steph. quorum illud

73) Eodem de genere est κίρκος φιλοκαμπής et φιλόδουπος ἄμη rastrum crepitans Anth. φιλοικτον (ὀμμάτων) βέλος pro οἰκτρόν et φιλόσπονδον λίβος pro σπονδεῖον apud Aeschylum cf. Meinek. Del. 184. Ἀφιλοστάχυος πενίη Anth. abundat ea parte sine qua ἀφιλόδοξος, ἀφιλόμαχος etc. constare non possunt; quippe satis erat ἄσταχυς *spicis destituta*, sed non dicitur ita quia idem sonat substantivum.

saepius legitur, hoc ne semel quidem. *Ταξίμυρα* urbis Syriae nomen Strab. XVI. 753. quae ab aliis *Σίμυρος* dicitur, Tzschuckius removit *Ξίμυρα* corrigens vel *τὰ Σίμυρα*, et eidem Straboni pro *Ὄκη* XV. 728. Critici restituunt *Ταόκη*. Mons Creticus *Τίτυρος* in libris nonnullis *Τύρος* vocatur v. Hoffmann. *Griechenland* p. 1325. Praetermitto alia hujus notae, quorum ne scriptura quidem liquet, nedum ut dici possit utrum syllaba careant an abundent. Vocabula communia, quae ab Hesychio et EM. proferuntur, *Βάστραχας τοὺς τραχήλους Βοιωτοί*, *βαστραχηλίζει τραχηλίζει*, nisi sigma insiticium haberent, concedendum esset prosthesi syllabica aucta esse. Sed epenthesis illa locum aperit suspicioni cervicem a principio dictum esse *στράχηλον ἀπὸ τοῦ στρέφειν*, quia *cervix multis vertebratisque ossibus flexilis ad circumspectum* Plin. XI. 37. sect. 67. et ut ab eodem vertendi verbo nomen *ἀστράγαλος verticillus* ductum est, ita illi nonnullos apposuisse alpha[74]) et postremo beta sive digamma. Et pari progressione a *σκαρίζειν* perventum est ad *ἀσκαρίζειν*, hinc ad *Βασκαρίζειν σκαρίζειν Κρῆτες*. Quis vero non miretur Apollonii effatum toties repositum *τὸ λῶ ἀφῃρημένον ἐστὶν ἐκ τοῦ θέλω*. de Conj. 522, 12. de Adv. 568. de Pron. 74, 1. Synt. I. 2, 10. Nec fide dignius quod ad Pron. l. c. in cod. adscriptum est *τελέως λέως*, a Photio quoque allatum s. *Λεωκόρητος* et aliis. Etenim adverbium ab Archilocho usurpatum *λείως οὐδὲν ἐφρόνεον prorsus nihil sapiebant*, et quae Glossographi cum hoc composita ferunt *λεώλεθρος*, *λεωκόρητος*, propinqua sunt substantivo *λαός*, *λεώς*, quod multitudinem sive universitatem significasse videtur, unde *Λεωργός πανοῦργος κακοῦργος*, *Λαοργός ἀνόσιος* ut *παντοποιός* et *παντοῤῥέκτης* (*παντοῤῥέκτης*) v. ad Aj. v. 445. et indidem adverbium *λέως* id est *πάντως*, quod Hermannus ad Soph. Ant. v. 1261. paulo argutius a *λεῖος laevis planus* repetit. Eodem quo ille errore ducitur Aristoteles Nicom. VII. 12. *τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μεθ' ἡδονῆς*

---

74) Veteres etymologi, qui *τράχηλος*, *τραχύς* et *ῥάχις* ab una stirpe repetunt, alpha superesse sumunt.

εἶναί φασι· διὸ καὶ τὸ μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν. Hic tamen meminerimus oportet philosophos veteres et philosophorum similes juris consultos hujusmodi etymologiis non tam originem vocabulorum grammatice explicare quam notionem cum voce congruentem lectoribus ante oculos ponere voluisse; quam in rem multa collegi in Aglaoph. 867 sq. de Aristotele ipso dixit Zellius ad Nicom. II. p. 60. Hoc fortasse signum sequutus Philoxenus in libro de anadiplasiasmo illa effutivit quae Orion refert 104, 18. *μασῶμαι παρὰ τὸ σῶ τὸ σείω καὶ προςλαβὸν τὴν μα συλλαβὴν μασῶμαι τὸ εἰς λεπτὰ τὴν τροφὴν κερματίζω*, cui alia adduntur vel ejusdem auctoris vel ejusdem temeritatis commenta: *μασχάλη ἀπὸ τοῦ σχήσω σχάλη κατ' ἀναδιπλασιασμόν, μάχλος ἀπὸ τοῦ χαλῶ, μάστιξ ἐκ τοῦ στίζειν* etc. Plus ponderis habent quae Hesychius largitur. Primum *Σάβυττος τὸ γυναικεῖον*, quod alibi *βύττον* vocari scribit; Itali *potta* vocant estque hoc nomen per complures dialectos vulgatum v. Menag. Origg. Ital. s. h. v. Alterum *Σίραμφος ῥύγχος*, quod nihil differt a *ῥάμφος* v. Techn. 303.[75]) Nec piget apponere novitia *σίχλιος* et *χλιός* id est *χλιαρός* Du Cang. *τζικνίδα* pro *κνίσσα*, *τζικρίκιον* pro *κρίκος*, quae Coraes ad Isocr. p. 65. ad reduplicationem refert. *Σίναπι*, quod attice *νᾶπυ* dicitur, Grammatici exoticis adscribunt v. Parall. 200. nec sciri potest utrum syllaba illi addita an huic ademta sit. *Πάζιον* et *τοπάζιον* Hesychius et Eust. ad Dion. 1121. ejusdem gemmae nomen esse tradunt cf. Kiessling in Ind. ad Tzetz. Chil. p. 564. quod si ex hebraico sermone fluxit, voci peregrinae *πάζιον* accessit syllaba. Fruticem eundem Graeci *μυρίκην*, Romani tamaricen appellarunt; utri verius, non constat, nisi qua illi cum myrto fuit similitudo, quod credidisse videtur Theocriti interpres *μυρίκας* bis vertens *μυρσίνας*. Hesychii glossa *Τετρυφάλεια περικεφαλαία* fluxit ex Il. X. 76. *φαεινή τε τρυφάλεια.* — Ab *ἐπιμελής* et hinc derivatis nihil

75) Eodem modo crevisse videtur *Σαθάρυγα ταραχήν*. Nomen *sapinus*, quod in Glossariis *πεύκη* et *πίτυς* redditur, Salmasius suspicatur ex sapopinus contractum esse.

[illegible] [illegible], [illegible]. [illegible] [illegible] id quod haec [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] v. [illegible] ad [illegible] p. [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] ad EM. [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] si [illegible] [illegible] [illegible] potius. — [illegible] principia in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adeo [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] plura hujus [illegible] [illegible] [illegible] quam quae in Parall. 43. [illegible] [illegible] [illegible][76], et apud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Hes. pro [illegible] [illegible] ut Ἡρῆς [illegible] pro [illegible] et [illegible] [illegible]. Illi tamen [illegible] [illegible] compositi [illegible], quod Kruegerus [illegible] ad Thuc. VIII 98.[77]) [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible]. unde [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] v. Prell. 47. [illegible] proficisci [illegible] quam [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] δὲ [illegible] [illegible] [illegible]) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cam. [illegible] ubi pro [illegible] scribendum est [illegible] ex Hesychio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] δὲ [illegible] [illegible][78]). Defectu duarum syllabarum [illegible] est quod idem et alii exhibent [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. pro quo Wiesclerus ad Eunap. p. 47. [illegible] scribendum censet, Bernhardy autem ad Suid. h. v. [illegible] servatis [illegible] excludit, neque Scholiastae Aristophanis credit [illegible] pro [illegible] dici. Ac si vetustissimorum scriptorum usum respicimus, [illegible] longe distat a [illegible], quod de affectione ventriculi dicitur; cete-

76) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Procl. in Cratyl. c. 83. p. 45. [illegible] [illegible] [illegible] Orion. 149, 30. et EM.

77) Imperfectum [illegible], si recte ita scribitur, indicium praebet praesens [illegible] non compositum esse cum [illegible] sed a [illegible], quod simplicis locum obtinet, derivatum ut [illegible] — [illegible].

78) Papiliones a volatu celeri et micante dici potuerunt [illegible] id est scintillae ut [illegible] ἢ [illegible] [illegible]. Alii [illegible] scribendum putant et pro [illegible] [illegible] pariter [illegible]. Cujus syllaba prima si cum [illegible] conferatur, unde [illegible] id est [illegible] sive [illegible], primitiva videtur; [illegible] cum [illegible], adoptiva.

rum utrumque naturale est et integrum. Ὀλοφυγδών et ὀλοφυκτίς sive ὀλοφλυκτίς a φλυκτίς et φλύκταινα solo syllabarum numero differunt, sed augmenti causa non reperitur. Haec simplicia sunt; quod vero Schol. Aesch. Fals. leg. §. 21. p. 28. ed. Bait. affert σχοῖνος οἱ μὲν ἁπλῶς λέγουσιν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ ὁλόσχοινον, id et spiritus syntheton esse indicat et significatio; sic enim vocatur junci species major ut ὁλοέχινος ὁ μεγέθει διαφέρων Mosch. Sched. 208. eademque ἐχινομήτρα sicut ὀρτυγομήτρα ὄρτυξ ὑπερμεγέθης Hes. quo Salmasius plantae nomen *lotometra* illustrat. Ad explicandam Suidae glossam Πρόπιον μάντευμα καὶ θεοπρόπιον θεῶν μάντευμα duplex iniri potest ratio, aut eam e loco vitiato depromtam esse aut poetarum aliquem, qui huic nomini verbum προέπειν id est προειπεῖν subesse crederet, omissa parte non necessaria, ut aliquid novi proferret, finxisse πρόπιον cf. Buttmann. Lexil. I. 20.

CAP. VIII.

De syllabis duplicatis [1]).

§. 1. Prosthesin, in qua hactenus morati sumus, technici nonnunquam anadiplasiasmum vocant ut EM. 755, 2. ἄττα κατ' ἀναδιπλασιασμὸν τέττα sed proprie sic dicitur ἡ τῆς πρώτης ἢ δευτέρας συλλαβῆς διὰ τῶν αὐτῶν συμφώνων ἢ ἀντιστοίχων ἐπάλληλος ἐκφορὰ ἐπὶ ῥημάτων καὶ μετοχῶν καὶ ὀνομάτων, κεκάμω, ἀτάρτηρος Tryph. de Pass. §. 12. p. 34. Hujusmodi duplicationis [2]) de qua ad Aj. p. 242 sq. breviter et summatim disserui, Grammaticus Parisinus Gregorio subjunctus p. 686. tres numerat spe-

---

1) Haec dissertatio primum edita est solemnibus Jan. MDCCCXLVII. Eodem fere tempore scripsit Heinebachius *de graecae linguae reduplicatione* MDCCCXLVII. et Doederlein. *Ueber die Reduplication in der griech. und lat. Wortbildung* in libro *Reden und Aufsätze* T. II. p. 111. Quid mihi cum utroque conveniat, quantum discrepet, patebit conferentibus.

2) Nomen *reduplicatio* apud Latinos non legitur; pro verbo *reduplicare* Priscianus in nono libro et decimo, ubi de formatione perfecti agit, utitur simplici.

cies, communem, poeticam, ionicam; *καὶ ἰωνικὴ μὲν ὡς τὸ κεκάμω, κοινὴ δὲ ἐν τῷ τέθνηκα, ποιητικὴ δὲ ἐν τῷ ἐλέλιξε καὶ προπροκυλινδόμενος*. Nos totidem ponimus genera sed nominibus diversis; unum temporale, quo tempora verbi distinguuntur, alterum ad formationem pertinens nominum verborumque, tertium imitativum. Primo ex genere tres suspensae sunt species, una necessaria omnibusque graece loquentibus communis *τέτυφα*, *τετύψομαι*, altera poetarum epicorum usibus accommodata, cui domicilium proprium in aoristo secundo et futuro hinc propagato *πεπιθήσω*, tertia verbis priscis et poeticis adstricta, quae quibus semel adhaesit nunquam detrahitur *ἤπαφον*, *ἤραρον*, et saepe etiam ad derivata transfluit *ἀκαχήσω*, *ἀκαχῆσαι*, *ἀκαχύνω* Antimach. Fr. CVIII. v. Technol. 239. *ἀραρίσκω*, *ἀπαφίσκω*, cetera. Haec nihil negotii facessunt, sed plurimum illa quae a consona oriuntur. Horum pars maxima ab anadiplosi abhorret; nunquam enim legitur *λέλιπον*, *λέλαβον*, *βέβαλον*, *τέτεκον*, *πέπαθον*, *τέθανον*, *πέφυγον*, *ἐκτέταμον*, *ἐκτέθορον*, etsi haec omnia nonnullis locis poni poterant, velut *ἄλοχον τε φίλην ἔλιπον* Il. V. 480. *ὑποκυσσαμένη ἔτεκον* XX. 225. *νῦν ἔφυγες* XI. 362. *ἐτραφέτην* in principio versus V. 555. *ἐπεὶ οὖν ἔκαμον* IV. 244. etc. De duobus postremis nonnihil dubitationis fuit; *πότερον κεκάμω ἢ ὁ κε σύνδεσμός ἐστι* Anecd. Bekk. 1158. sed Aristarchus in Il. I. 168. scripsit *ἐπεί κε κάμω*, *ἵνα μὴ ᾖ διπλασιασμὸς ἐν τῷ ῥήματι* et pariter altero loco VII. 5. In Il. XXI. 279. Herodianus unice probavit *ἔτραφ' ἄριστος οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ τέτραφ'* et in L. VII. 199. *γενέσθαι τε τραφέμεν τε* prius verbum dupliciter acui jussit quamvis spondiacum (paroxytonon) *γενέσθαί τε* — *ἵνα ἐκφύγωμεν τὸν διπλασιασμὸν τοῦ ῥήματος, λέγω δὲ τοῦ τετραφέμεν*, quod in nonnullis libris invenitur sed contra morem verborum, quae duas in exordio consonas habent *ἔδραθεν*, *ἔδραμεν*, *ἔκτανε*, *ἐτράπετο*, nam haec anadiplosin, quam versus saepe admittit, non recipiunt.[3]) Sunt vero

3) Schol. A. ad Il. XI. 116. *ἡ διπλῆ ὅτι δύναται κατὰ διαστολὴν ἀναγινώσκεσθαι εἴπερ τε τύχῃσι καὶ τετύχῃσι ὡς λελάχωσι.* Sch. Vict. VII. 6. *ἐν τοῖς τοιούτοις μᾶλλον οἱ σύνδεσμοι ἐπικρατοῦσιν ἤπερ*

alia verba, quae nusquam reperiuntur nisi duplicata *πέφνε*, *κεκαδών*, *ἀμπεπαλών*, *τεταγών*, *λελάκοντο*, *κεχάροντο*, *πεφιδέσθαι*, et non pauciora utrique formae opportuna. Causam hujus schematismi EM. 322, 56. reddit sed falsam, homericum *ἐκλέλαθον* repetens a praesenti syracusano *λελάθω*, quod quum alpha longum habeat sicut perfectum ipsum, systole quoque affingenda erat, qua Schol. Od. VI. 303. subjunctivum *κεκύθωσι* explicare conatur: *τὸ ὑγιές ἐστι* (*κεκεύθωσι ἀπὸ τοῦ μέσου παρακειμένου κέκευθα*) *εἶτα συστολὴ παρηκολούθησεν ὡς ἐν τῷ φύξις*. Sed Georgius Curtius in libro scite et eleganter scripto *Die Bildung der Tempora und Modi im Griech. u. Lat.* p. 150 seq. multa in hanc sententiam disputat anadiplosin si minus omnibus at certe plerisque aut significationem factitivam aut quandam emphasin afferre. Illud convenit duobus Homeri verbis *λελαχεῖν* et *λελαθεῖν*, sed apud posteriores haec idem sonant quod non aucta v. ad Buttm. 232. fin.[4]) et ad Aj. p. 91. sicut *ἔφραδε* (ad Buttm. 318.) et *πέφραδε*, *πορεῖν* et *πεπορεῖν*, et apud Homerum ipsum *λαθέσθαι* et *λελαθέσθαι*. Quumque multa sint verba duplicem potestatem sortita, de quibus l. c. dictum est, illis quoque duplicationis vis factitiva parum comprobatur. Hac accessione vocabula aliquando significantiora fieri mea quoque sententia fuit; sed ad eam confirmandam non utar homericis exemplis quae aut semel inveniuntur ut *ἀμπεπαλών* et hesiodium *μέμαρπε*, cujus ne certa quidem scriptura est, aut alioqui a nativa specie discrepant ut *τετυκέσθαι*, *κεκάδοντο*. Sed potius ita existimo hoc non nativum esse aoristi incrementum sed a poetis arcessitum vel hiatus effugiendi causa vel ad producendam quae antecedit syllabam brevem ut *δέδαε* in quatuor Odysseae locis *μὶν δέδαε*, *Ἀθηναίη δέδαε* eodem intellectu quo Theocritus dixit *Ἱππαλίδας ἔδαεν*, et potissimum ad explendos numeros, quare alio loco le-

---

οἱ διπλασιασμοί· φιλεῖ γὰρ μετὰ τὸν ἐπεὶ καὶ τὸν εἴ ὁ κέ σύνδεσμος ἐπιφέρεσθαι. Sed alterum invenit Hesychius *Τετύχησι τύχῃ*, eodemque utitur Maximus v. 577. *τετύχοιεν* Maneth. III. 299.

4) *Ἐκλέλαθον* pro *ἐξελάθοντο* invenit Hesychius et imperfectum *ἐπελάνθανε* pro *εἰς λήθην ἦγεν* positum.

gimus *ταρπώμεθα* alio *τεταρπώμεσθα*, *λαθέσθαι* et *λελαθέσθαι*, *πύθοιτο* et *πεπύθοιτο*, *κύθε* et *κεκύθωσι*, quae Curtio p. 162. corrigenda videntur[5]). Nunc de ceteris temporibus quaeramus: Imperfecta duplicari posse olim creditum est exemplis homericis *ἐνένιπτον*, *τετεύχετον*[6]) et *πεπείθετο*, quae nunc emendata sunt; *δεδέρκετο*, quo Josephus in Synopsi p. 366. T. III. utitur ad probandum diplasiasmum, vitiose scriptum est pro *δερκέσκετο*. Sed proprietate significationis iterativae sustentantur *ἐπέπληγον* et *ἐμέμηκον*, quorum alterum plerique omnes a praesenti syracusano *πεπλήγω* repetunt, quod genus verborum illustravi ad Buttm. p. 37. Aoristus prior ab Epicis non augetur; nam *ἀκάχησε* Hom. et *ἀπάφησε* Quint. XIII. 280. prosthesin quidem habent sed stabilem; *Ἀράραι* (sic) *ἁρμόσαι* Hes. fortasse pro *ἀραρέν* dorico scriptum est; *ἀρηράμενος* apud Quintum et aequales (v. ad Buttm. 56.) non aoristus est sed praesens perfecti simile pro *ἀραρήμενος*. *Κεκορεσσάμενος* invexit Tzetzes ad Hes. Opp. 33. *Δεδεῖσαι φοβῆσαι* Hes. fortasse librarii error pro *δειδίσαι* vel *δειδίξαι*[7]) a verbo *δειδίσσω ἐκφοβῶ* Suid. *δείδω τὸ φοβοῦμαι*, *δεδίττω τὸ φοβῶ ἕτερον* Schol. Eur. Hec. 775. pro quo *δεδίττομαι* dici solet; ejusdemque glossam *Τεθήσατο ἐθηλάσατο* jam Sylburgius animadvertit ex homerico loco

---

5) *Πεπιθέσθαι* pro *πεισθῆναι* positum ostendi ad Buttm. 265. l. 17. ubi post *πεισθῆναι* inferenda sunt verba quae in superiorem versum irrepserunt *gegen den homer. Sprachgebrauch.* *Πεπύθοιο* Nic. Al. 336. *Τετάρπετο* et *τεταρπέσθαι* Hesych.

6) Epim. I. 397. *τὸ τετευχέτον παρατατικοῦ ὂν ἔδει εἶναι ἐτευχέτην· τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει τετεύχατον.*

7) *Δείδια φοβοῦ* Hes. Albertius *δείδιε* corrigit tanquam imperativum perfecti, cui Herodianus in Choerob. Can. 746, 20. hunc modum abjudicavit similem *εὕρηκε* ad praesens *εὑρήκω* referens; neque Homerus eo utitur (nam *δείδιε* indicativus est) sed Quintus VII. 298. Mihi in mentem venit Hesychium *δειδία* scripsisse imperativum verbi *δειδιᾶν*, quod fortasse delitescit in proxima glossa *Δεδειαί* (sic cod.) *δειλίαι* id est *δεδιᾷ* sive *δειδιᾷ δειλιᾷ* cf. Techn. 254. adn. 4. Quae sequitur *Δεδείκελος δειλός* corrupta videtur pro *δεδίσκελος*, quod series poscit, a verbo *δεδίσκομαι* ut *διδάσκω διδάσκαλος*.

γυναῖκά τε θήσατο ductam esse. [8]) Quae apud alios scriptores leguntur, onomatopoetica sunt, futurum *τετορήσω*, quod Schol. Arist. Pac. 381. inter lexes tragicas refert, cetera conveniens aoristo duplicato *τέτορε* [9]); alterum *Κεκραγήσει κραυγάσει* Hes. et aoristus a LXX. usurpatus *ἐκέκραξα* v. Fisch. ad Vell. II. 248. Ab horum societate sejunctum ideoque suspectum est *πεπαγοίην*, quod Schol. Il. XIV. 241. ex Eupolide (Fragm. P. II. 569.) sine ulla loci designatione affert tanquam simile homerico *ἐπισχοίης*. Illud Ahrensius Dial. dor. 330. perfecti optativum esse statuit dorice appellatum. Sed hoc prorsus non convenit ad sententiam Scholiastae, qui quum aoristum *σχοίης* defendere vellet, non perfecti exempla afferre poterat, quae sunt frequentissima, sed aoristi; atque hujus temporis sunt etiam duo altera quibus in hac causa utitur, *ἀγαγοίην* et *ἰοίην*· nam hoc quoque veterum nonnulli propter oxytonesin participii *ἰών* aoristo adscribebant EM. 301, 26. tertiumque *πεπαθοίης*, quod Schol. Ambr. in Od. XVII. 555. pro *πέπονθας* scriptum invenit. Horum vero nullo defenditur *πεπαγοίην*· quare id ad Buttm. 273. vitiose scriptum esse suspicatus sum pro *περιτραγοίην* vel *πεπαλοίην* (*ἀμπεπαλών*) vel *πεπαροίην* a verbo duplicato *πεπαρεῖν*. Verborum, quae a vocali oriuntur, unum in commune receptum est *ἤγαγον*, quod quia prosthesin fixam et immutabilem habet eaque sola ab imperfecto *ἦγον* distingui potest, a mutabilibus, quae consonam in principio habent, separari oportet et multo magis *ἤνεγκον*, cujus etymon bisyllabum conjectura modo attingitur.

---

8) Idem *Τέθιγεν ἥψατο* (post *τεθάῤῥηκα*) et *Τεθορεῖν διαπηδῆσαι* (post *τέθραπται*) nescio unde sumta; Homerus infinitivo *θορεῖν* non utitur, verbum *θιγγάνειν* omnino ignorat; nec tamen contenderim illa eodem quo *τεθήσατο* vitio corrupta esse. Praeter *Τεθάξαι μεθύσαι*, quod Albertius *τέθαξαι μεμέθυσαι* scribendum putat, nullum novi aoristum verbi a theta incipientis duplicationi opportunum.

9) Hesychius *Τέτορεν ἔτρωσεν* et *Ἐτέρορεν* (sic) *ἐνέγλυψεν, ἔφρασεν*, quarum interpretationum illa ad *ἐντέτορεν* vel *ἔν τ' ἔτορεν* spectare videtur, haec convenit cum tragico illo *εἰς οὖς τετορήσω* id est *τορῶς φράσω*. *Ἐτέτορεν* patet ab epico poeta dici non potuisse.

§. 2. Ab hac temporum obliquorum anadiplosi communi et ionica differt ea qua verborum positiones primae augentur. Illi enim una vocalium attributa est epsilon, huic plures, nec vocales modo sed etiam diphthongi, et quibus semel accessit nunquam detrahitur; non enim τρεμαίνω dicitur pro τετρεμαίνω, non δίσκομαι nec simile quidquam. Itaque eo quod βεβρώθω in usu est excluditur non reduplicatum βρώθω, quod Grammatici fingunt Epim. I. 282. πεποίηκα πεποιήκω καὶ βρώθω βέβρωθα βεβρώθω et plenius EM. 194, 10. ἐκ τοῦ βρῶ βρώσω βέβρωκα καὶ τροπῇ τοῦ κ εἰς θ βεβρώθω. Nos hac ambage non utimur sed ab eodem themate βόρω βρόω una opera et βεβρώθω et βιβρώσκω propagatum esse et utroque continuatum morsum indicari contendimus, qualem δαρδάπτω, γάγγραινα et ἐδηδών id est φαγέδαινα significant v. §. 8. Vitiosa est codicum nonnullorum scriptura κεκεύθουσι Eur. Hec. 865. et vitii consors Scholiastes τὸ κε ἀναδίπλωσις ποιητικὴ ὡς κεκάδονται (κεκάδοντο) eodemque errore ducitur Schol. Od. VI. 303. si κεκύθωσι subjunctivum praesentis esse putavit. Κεκέλομαι unquam dictum esse ne ii quidem credidisse videntur qui hoc primitivi instar habent: κέλω καὶ ἐν διπλασιασμῷ κεκέλω καὶ ἐν συγκοπῇ κέκλω Eust. 1306, 12. cf. Techn. 111. Rectius Ἡρακλείδης λέγει ὅτι ἡνίκα μὲν συλλαβῆς ἀναδίπλωσις ᾖ, τὸ τέλειον καὶ κοινὸν λείπεται μιᾶς συλλαβῆς πρὸς τὸ διπλασιαζόμενον, λάβω λελάβω, ὅτε δὲ γράμματι ἐνθεωρεῖται ἑνὶ ἡ ἀναδίπλωσις, τότε ἰσοσυλλαβεῖ, μένω μίμνω, γένω γίγνω, μέλω μέμβλω Eust. 1722, 61. Techn. 127. adn. quo etiam πέπταμαι referendum videtur Quinto frequentatum pro πέταμαι III. 650. et alibi v. ad Buttm. 272. Et hanc unius consonae principalis iterationem, cujus vestigia quaqua versa indagavi in Parall. p. 95. et Add. 541. a consueto anadiplasiasmo syllabae proprio pleonasmi nomine distinguit Grammaticus in EM. 500, 31. Gud. 313, 3. εἰ παρὰ τὸ κέλω ἐκέλετο ἐκέκλετο, πλεονασμός ἐστι τοῦ κ· εἰ δὲ παρὰ τὸ καλῶ κλῶ (κέκλω) οὐκ ἔστι πλεονασμὸς ἀλλὰ ἀναδίπλωσις. Ἔστι γὰρ κλῶ καὶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν κέκλω· οὐ γὰρ μόνον διὰ τοῦ ι γίνονται οἱ ἀναδιπλασιασμοὶ ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ε, μένω μέμνω, φένω

πέφνω· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν, quod clarius dicitur ab Eustathio 1275, 54. ἐκ τοῦ φένω κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν πεφένω καὶ κατὰ συγκοπὴν πέφνω. Sed hujus praesentis nullus est idoneus auctor v. ad Buttm. 273. Μέμνω si propter imperativum μέμνεο et nomina μέμνων, Θρασυμέμνων, Ἀγαμέμνων in numerum recipere fas ducimus (v. ad Buttm. s. Μιμνήσκω et Techn. 127.) certe nulla causa est cur syllabam potius praefixam quam consonam verbi primariam sic ut in κέλω κέκλω repetitam esse statuamus. Ceterum in hoc genere verborum, quae epsilon in reduplicatione habent, unum δεδίσκομαι interdum metri causa iota augetur δειδίσκομαι, cujus principium est δέκω duobus verbis δείκνυμι et δέκομαι subjectum, quorum consortium declaravi Techn. 64. — Major est copia praesentium quae pro epsilo iota substituunt. Horum pleraque proficiscuntur a primitivis pure terminatis, quae aut funditus interciderunt δράω ἀποδιδράσκω, δάω διδάσκω, πίω πιπίσκω, γνόω γιγνώσκω, τρόω τιτρώσκω, et a similibus πιμπλέω πίμπλημι πιμπλάνω, πιμπράω πίμπρημι, τίτραω τίτρημι v. ad Buttm. p. 12. et 304. aut certe a communi usu remota ut βίβημι βιβάζω[10]) βιβάσθω βιβάσκω, κικλήσκω, μιμνήσκω, λιλαίομαι. Sed pars etiam ab usitatis χράω κιχράω, δέω διδέω δίδημι[11]), δύω διδύσκω, κλάω κικλάσκω, quibus accedunt duo a paragogis ducta πιπράσκω et κικράω[12]); nam πέρω non dicitur sed πείρω idque diverso intellectu, nec vero κέρω, quod etymi loco subjicitur in Epim. I. 167. κέρω συγκοπῇ κρῶ διπλασιασμῷ κικρῶ

10) Hoc verbum restituebam Anth. VII. 636. ποιμὴν — κριοῖς ἀγητῆρσί ποτε βληχητὰ βιβάζων id est τὰς ὄϊς τοῖς κριοῖς προςβιβάζων, pro vulgato βληχήμενα βάζων. Βληχητά substantive dicitur ut ποιητά, νηκτά etc.

11) Διδεῖναι δῆσαι Hes. infinitivus praesentis videtur vocali auctus ut homericus διδοῦναι, quod nonnulli διδῶναι scripserunt vocali producta ut τιθήμεναι Hom. et δεδαήμεναι Anth. App. 134. Maxim. v. 452. infinitivus reduplicatus verbi δάημι, cujus est participium non duplicatum Δαήμεναι ἔμπειροι γυναῖκες Hes.

12) Suspectum habeo Poll. VI. 175. τὸ χλιδᾶν οἱ κωμικοί φασι καὶ κιχλιδιᾶν, quippe dissimile ceteris; ille fortasse χλιδιᾶν scripsit. Κιγχάνειν duplicatum esse Buttmannus Gramm. II. 218. minime persuadet.

πλεονασμῷ τοῦ γ κιγκρῶ, ut πιπλῶ πιμπλῶ. Praesentium vero usitatorum nullum geminatur quin mutetur terminatio: τείνω (τέτακα, τέτανος) τιταίνω, δέκω (δέχομαι δείκνυμι) δεδίσκομαι, τεύχω τιτύσκω. Suspicionem afferunt non mutata Τιτίει τιμᾷ et Πεπάλων (sic) κραδαίνων Hes. quorum alteri syllaba affluxit, alteri defluxit; scribendum enim ἐπιπάλλων ex Aesch. Choeph. 159. βέλη 'πιπάλλων Ἄρης. Μιμνήσκω non ab obsoleto μνήσκω sed unde dixi derivatum est et πιφαύσκω non a φαύσκω sed a prisco φάω ut βρόω βιβρώσκω, νόω γνόω γιγνώσκω. Migrat autem hoc πιφαύσκω duos canones, primum ὅτι οὐδέποτε ἐν τοῖς τοιούτοις δίφθογγος εὑρίσκεται Choerob. Orth. 187. tum quod iota haud raro producit in arsi thesique v. Techn. 83. contra regulam πᾶς ἀναδιπλασιασμὸς διὰ βραχέος ἐκφέρεται Choerob. in Psalm. p. 23, 33. EM. 477, 38. cui nihil derogat Hesiodus τιταίνοντες dicens producta prima Theog. 209. id enim sibi permisit ut hinc Titanum nomen extricaret. Jam alio loco rejeci quod Gregorius edicit p. 276. et iisdem verbis Schol. Theocr. V. 117. παρὰ τὸ γνῶ γίγνω καὶ κλῶ κίγκλω, nam et hoc ementitum est nec minus γιγένω et huic similia μιμένω, πιπέτω, quae Matthiae ponit §. 197. n. 7. Illius forma primitiva est γένω, quae remansit in latino sermone; hinc γίγνομαι factum iteratione consonae initialis quam consequitur trope epsili in iota ut πέτω πίπτω, τὸ γὰρ ε ἐν πλεονασμῷ συμφώνου γινόμενον τρέπεται εἰς ι EM. 673, 9. non semper quidem sed saepius v. Techn. 127. Quid vero causae sit cur Graeci βεβρώθω, τετραίνω dixerint sed βιβρώσκω, τιτράω, τιταίνω, demonstrare nescimus; sed hoc modo apparet eos ante alpha, iota et ypsilon solitos esse iota ponere eandemque vocalem praemitti verbis in μι et σκω exeuntibus. Nec minus obscurum quare βιβάζω, διδάσκω, τιταίνω, τετραίνω, δεδίσσομαι syllabam praepositivam in declinatu retineant, alia vero amittant, praecipue verba in μι exeuntia exceptis duobus, quorum unum Hesychius suppeditat Κιχρήσει δανείσει, alterum Homerus διδώσω bis in Odyssea scriptum sed improbante Aristophane qui παρέξω substituit v. Buttm. Gr. I. 432. Nauck. Arist. 58. Scholiastes vero ad Od. XIII. 358. a

verbo circumflexo *διδῶ* declinatum dicit, quae ratio etiam ad *κιχρήσω* transferri potest, sed infirmatur eo quod alia circumflexae conjugationis verba *ἱστῶ*, *τιθῶ*, *πιμπλῶ*, *πιμπρῶ*, *τιτρῶ* diplasiasmum cum futuro non communicant. Praesentia syracusana ultra imperfectum non declinantur; nam quae Etymologi futuris *ἑστήξω*, *τεθνήξω* praestruunt, ficta esse constat.

§. 3. Tertium diplasiasmi genus illud est in quo non epsilon vel iota breve inseritur extrinsecus ascitum sed vocalis ex stirpe verbi sumta accedente consona liquida vel pro ea iota. Hujusmodi tria enumerat Epim. I. 117. *δάπτω δαρδάπτω*, *βαίνω βαβαίνω* (*βαμβαίνω*), *καίνω κακαίνω*, pro quo vel *φαίνω παμφαίνω* vel *καίρω καρκαίρω* scribendum est; *ἡ πέμπτη συζυγία τῶν βαρυτόνων τὴν πρώτην συλλαβὴν διπλασιάζει καὶ λήγει εἰς ἀμετάβολον*, *καρκαίρω*, *μαρμαίρω*, *παμφαίνω* EM. 232, 4. Horum primum literam *ρ* foris acceptam habet, quod nulli alteri accidit; sed causa patet; nam *δαπδάπτω* dici non poterat quia literae *πδ* insociabiles sunt. Verbi *φαίνω* consonam leviter mutatam retinet *παμφαίνω*, nisi hoc derivatum est a *φάω*, ut *παπταίνω*, cui Schol. Il. IV. 200. Epim. 337, 21. inauditum *πταίνω* praetexit, a thematico *πτάω* sive *πτέω*, cujus vis apparet in derivatis *πτήσσω* et *πτοία*. Hisque concinunt verba: *παπταίνων μεθ' ὁμήλικας* Hes. Opp. 443. *μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηνται* 447. et glossa *Ἀποπαπτανέουσι περιβλέψουσι καὶ πτοηθήσονται* Schol. Il. XIV. 101. A *πτάω* porro propagatum est *παπταλᾷν* Techn. p. 8. a *φάω παμφαλᾷν* intellectu paulum diverso [13]) v. Proll. 87. *Μαίρω*, quod Grammatici ponunt Epim. I. 386. adjunctum sibi habet nomen *μαῖρα* Techn. 205. sed ipsum non legitur et fortasse in primo ortu significantiae ergo formam ampliorem induit quae adhaeret derivatis *μάρμαρος*, *μαρμαρύσσω*. Idem existimandum est de *βαμβαίνω*, quod illi subabsurde cum *βαίνω* consociant v. §. 7. et *καρκαίρω*. Sed certum utrius-

---

13) Hoc est pro oculos circumferre; oculi enim a Graecis quoque appellantur *φάη lumina* et *αὐγαί*, *γλῆναι*, nec dubie conveniunt verba lucendi et videndi *γλαύσσειν* et *λεύσσειν*.

que fictionis exemplum praebent *μύρω* et *μορμύρω*. Cum hoc componitur verbum coloris: *Πορφύρῃ πορφυρίζῃ ταράσσηται — ἔστιν οὖν πεποιημένη λέξις ὡς τὸ μορμύρω* Apollon. Lex. quem patet verbum illud pro reduplicato *φύρω* habuisse. Hinc plerique doctorum ad animi perturbationem traductum putant, Nitzschius ad Od. X. 309. Doederlinus Syn. T. VI. 293. alii; Goettlingius vero in Dissert. de lingua Botocudorum [14]) verbo illi geminatum *πῦρ* subesse statuit. Equidem illud nativum esse censeo proprieque colorem significare ut synonymum *καλχαίνειν*, quod Hesychius eodem modo interpretatur *πορφύρειν· ταράσσειν κυκᾶν φροντίζειν*. Proprie igitur mare profundum, quum intumescit, *πορφύρειν* dicitur id est *μελαίνεσθαι* v. Wernsdorf. ad Himer. 192. Hinc illud transfertur ad reconditos animi motus et consilia abstrusa, quae qui volvunt *καλχαίνειν, πορφύρειν* et *βυσσοδομεύειν* dicuntur [15]). Huic igitur utrum prima syllaba a natura ingenita an posterius addita sit decernant qui graviores ad judicandum rationes invenerint. Equidem me converto ad illa verba quae pro liquida vocalem iota receperunt: *Παιπάλλω τὸ σείω* Hes. pro *παλπάλλω*, quod deformiter sonat duabus continuis syllabis eodem lambda finitis; hinc *παιπάλη* sive *πασπάλη*. *Μοιμύλλειν καὶ μοιμυᾶν τὸ συνάγειν τὰ χείλη· τὰ γὰρ χείλη μύλλα προςαγορεύουσι* Poll. II. 90. quibus vicina sunt *μύλλειν* et *μύειν* cf. Techn. 114. *Κοικύλλειν τὸ περιβλέπειν· κύλα γὰρ τὰ ἐπάνω* (sic) *τῶν ὀφθαλμῶν* Hes. qui sine dubio in animo habuit quod alibi scripsit *Κῦλα τὰ ὑποκάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα*. Haec vulgo *κοῖλα* vocantur, sed quomodo verbum videndi ab hac parte facie traduci potuerit, haud facile perspectu, neque sic statuit Schol. Thesm. 852. *κοικύλλειν βέλτιον ἐπὶ τοῦ κακοτεχνεῖν*, fortasse

---

14) *Des Prinzen von Neuwied Reise nach Brasilien.* T. II. 315.

15) Cum *κακὰ βυσσοδομεύων* planissime convenit *πορφύρων Τρώεσσι φόνον* Quint. IV. 77. Postquam autem hoc verbum ad occultas animi cogitationes translatum est, eodem deflexit *καλχαίνειν*, quod Eustathius 51, 11. recte ad metalepsin refert. Lycophro 864. conjunxit *πέπλοι κάλχῃ φορυκτοί*, verbum *φορύσσω* autem a *φύρω* declinatum putatur v. Techn. 245.

a κυκᾶν ductum putans terminatione paragogica ut μυᾶν μοιμύλλειν. Mehlhornius vero in Gramm. p. 76. a κυλίειν. Quae restant tria verba stirpem puram habent; unum ἀπὸ τοῦ φῶ τὸ φαίνω ἀναδιπλασιασμῷ παφάσσω καὶ πλεονασμῷ παιφάσσω ὡς πτάω πταίνω παπταίνω, πάσσω πάλη πασπάλη Schol. BL. ad Il. II. 450. et V. 803. EM. 658, 16. Alterum est τὸ μῶ πρωτότυπον τοῦ μαιμῶ Eust. 661, 25. et τοῦ μαιμάσσω ὡς φάω παιφάσσω Epim. I. 80. tertium ποιπνύω παρὰ τὸ πονῶ πονύω πνύω Schol. A. ad Il. XIV. 155. Sch. Lips. I. 600. et breviore ambitu παρὰ τὸ πνέειν καὶ πνύειν EM. 679, 15. quod jure probat Buttmannus Lexil. I. 177. auctoris immemor, eodemque loco ποιφύσσω a φυσάω arcessit praeeunte Eustathio p. 160, 30. a quo sine causa dissentit Blomfieldius ad Sept. 280. sed thematis loco supponendum est verbum oblivium unde φῦσα et βύκτης [16]) nata sunt et interjectio φῦ φῦ, qua οἱ φυσῶντες utuntur Sch. Arist. Lys. 304. Philem. Gramm. I. 171. p. 191. Δαδαίνειν vel potius δανδαίνειν, quod Hesychius exponit ἀτενίζειν φροντίζειν μεριμνᾶν, si qua cum δαῆναι cohaeret proprieque *noscitare* significat, eidem generi duplicatorum adnumerandum erit. — Haec autem et superiora exempla perlustrantes quatuor tantum in syllaba prosthetica vocales deprehendimus: παμφαίνω, βεβρώθω, βιβρώσκω, μορμύρω. Eta addit Eustathius 641, 54. νηνέω προςθέσει συλλαβῆς ἐν καταρχῇ et 680, 25. κηκίω ἀπὸ τοῦ κίω καὶ ἀναδιπλασιασμῷ κακίω καὶ τροπῇ· ἄλλως γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεθῆναι ἀναδιπλασιασμὸν ἐκτεταμένον· τοιοῦτον δέ τι γίνεται καὶ ἐπὶ τοῦ τητῶ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπενήνεον καὶ τοῦ κηκάζω. Horum unum τητάω a τήτη sive τῆτος ἡ στέρησις derivatum est, alterum νηνέω, cujus unum modo tempus invenitur (ἐπενήνεον, παρενήνεον) a νηέω interposito νῦ Techn. 149. duorum reliquorum origo inexplicabilis, diplasiasmi probatio in summa nulla. Nec invenitur ypsilon; nam quod Hesychius profert Μυρμύρων ἢ μορμύρων ταράσσων, id e corrupto exemplari fluxisse glossographus ipse consueto

---

16) Hoc est germanicum *Puester* id est φυσητής et φυσητήριον cf. Techn. 100. et 101.

more significat subjectione verae scripturae. Cetera verba, quae hanc vocalem in paralexi habent, aut o simplex accipiunt aut οι vitandae epalleliae gratia. Eandem ob caussam ἐρύκακε dicitur pro ἐρύκυκε et ἠνίπαπε pro ἠνίπιπε, quem διπλασιασμὸν κατὰ μέσον appellat EM. 431, 54. nos inversum dicimus quia non prima vocalis geminata est sed sequens cf. Proll. 146. — Extremum sit illud genus, cujus mentionem facit EM. 56, 15. cum Ἀλαλκομενηΐς contendens ἀτάρτηρος, ἐτήτυμος et ἀτιτάλλω. Urbium diversarum nomina Ἀλκομεναί et Ἀλαλκομεναί Stephanus suo utrumque loco memorat; alii eodem modo scribunt v. Interpp. ad Strab. X. 457. duplicati origo a verbo ἀλαλκεῖν repetitur. Aliter vero se habet ἀταρτηρός ab ἀτηρός natum interposita qua δαρδάπτω crevit consona [17]) correpta simul propter incrementum vocis vocali initiali; ἐτήτυμος et quod ille omittit ἰτητέον pro brevibus vocalibus acceperunt eta, ἀτιτάλλω autem, pro quo ἀταιάλλω dici poterat ut ἀτασθάλλω, pro alpha iota sed breve; eadem litera pro o micro substituta est verbo ὀπιπτεύω, quod Schol. Lyc. 45. ex ὀπτεύω factum dicit αὐξήσει ἀττικῇ et amplius Choeroboscus Orth. 244, 5. παρὰ τὸ ὄπτω γίνεται ὀπτεύω καὶ κατὰ διπλασιασμὸν ὀπιπτεύω καὶ ὀπιπεύω [18]) cui iota longum inest ut nomini παρθενοπίπης, pro quo παρθενόπτης dici poterat ut οἰνόπτης, sed illud et metro heroico adversatur et spectatorem potius significat quam speculatorem; quare amplificatum est ut alia speculandi vocabula παπταίνειν, παμφαλᾷν. Sed pars Grammaticorum syllabas istas non ex ipso quasi corpore et substantia vocabulorum confictas sed extrinsecus inculcatas esse constituunt; ἀτιτάλλειν καὶ ἀτάλλειν οὐ διαφέρει κατ' ἐπέκτασιν εἰρημένον

17) Hesychius Ἀταρτᾶται βλάπτει et Ἀγάτημαι βέβλαμμαι· hoc fortasse ex antiquo scripturae vitio pro ἀτάτημαι ut ἀκάχημαι. Diverse consulit Ahrens. Dial. Dor. 55.

18) Hoc ὀπιπεύω, quod Goettlingius in Hesiodi Opp. 29. praeferebat, posterioribus relinquendum videtur, Manethoni, qui illud prae ceteris frequentat, et aequalibus v. Graef. ad Nonn. I. 85. Bekker. ad Coluth. 254. Cum ὀπιπτεύω Moschopulus ad Hes. Opp. 29. minus commode ἐτήτυμος confert.

Apollon. Lex. 47. cf. Proll. 146. ἀλκέμεν καὶ πλεονασμῷ τῆς αλ ἀλαλκέμεν Schol. Od. III. 237. ἀτηροῖς καὶ πλεονασμῷ τῆς ταρ συλλαβῆς ἀταρτηροῖς Sch. Il. I. 223.

§. 4. Jam vero exordiendus est sermo longior et in plures partes divisus de nominibus. Horum duo sunt genera; unum a verbis certo tramite deductum, alterum ab aliis orationis partibus. Verbalium duplex derivatio aut a perfecto, de quo mox, aut ab aliis verbi inclinamentis, διδάσκω διδάξω δεδίδαχα διδαχή διδάσκαλος, βιβάζω βεβάσω βίβασις, πιπράσκω περάσω[19]) πρᾶσις, διδράσκω δράσομαι ἀπόδρασις δρασμός, πιπίσκω πίσω πισμός vel etiam a stirpe ipsa θέσις, δόσις. Ex his autem perspicitur, a verbis, quae syllabam praesenti praefixam in futuro exuunt, nomina formari eadem figura, ab alio genere alia. Terminos magis descriptos habent illa quae perfecti imaginem referunt πεποίθησις, πεπόνθησις, γεγήθησις, ἐγρήγορσις ab ἐγρήγορα ἐγρήγορμαι derivatum unde adverbium homericum ἐγρηγορτί. Quibus subjungenda sunt adjectiva ἐγρήγορος, εἱμαρτός et singulare κεχηνώδης hiulcus[20]). Haec elegantior consuetudo respuit. Plus vero auctoritatis adepta sunt substantiva, quorum principium a vocali: ἀκή ἀκωκή κατὰ ἀναδιπλασιασμόν, ἔδω ἐδή ἐδωδή, ἄγω ἀγή ἀγωγή EM. 55, 30. et rursus p. 596, 50. ὄπτω (ὀπή) ὀπωπή, ἔχω ὀχή ὀκωχή, ἤκω ἀκή ἀκωκή[21]). Sed haec paronyma esse non persuadet. Ὀπή, quod consequentiae causa inserui, legitur quidem sed alio intellectu atque ὠπή et hoc apud Homerum et Homero proximos non reperitur nisi compositum περιωπή, ἐνωπῇ ac, si metaplasmum admittimus, κατ' ἐνῶπα v. Parall. 169. Id igitur ab ὄπωπα

---

19) Futurum πράσω colligi potest ex aoristo ἔπρασε, quem e Photio attuli ad Buttm. 152. Cum glossa Schol. Philoct. 978. πέπραμαι πεπραγμάτευμαι convenit Hesychius Ἔπρασεν ἐπραγμάτευσε, quare non ausus sum ἔπρασσε corrigere.

20) Vinum catacecaumenites Plin. et Vitruv. more gentiliciorum denominatum est a Phrygia Κατακεκαυμένη.

21) Inepta est haec originatio ἀπὸ τοῦ ἤκω τὸ πορεύομαι ἠκή παρ' Ἀρχιλόχῳ καὶ κατὰ συστολὴν ἀκή p. 47, 23. Buttmannus recte thematis loco ponit ἄκω (ἀκάχω) ἀκαχμένος.

derivatum esse statui ad Phryn. 294. et assensus est Buttmannus. Ac similiter ὀδωδή ab ὄδωδα, ὀκωχή ab ὄκωχα, quod omnes in homerico ὀχωκώς agnoscunt. Hinc autem argumentamur de reliquis, ἐδωδή, quod ab altera verbi ἔδω propagine ἐδηδών differt trope vocalis ut ἀρωγή ab ἀρήγω, deque ἀγωγή, cui nihil vicinius est quam doricum ἄγηχα, et ἀκωκή, cui nullum quidem antecedit perfectum ἄκηχα sed aeque insolita sunt quae ille proponit substantiva ἀκή, ἀγή, ἐδή et quod oblitus est ὀδή. Itaque manet sententia haec omnia a perfectis ortum habere vel usitatis vel usitatorum formae assimilatis. Quod autem Goettlingius ad Theodos. p. 215. contendit ἐδωδή, ὀπωπή non duplicata esse sed paragoga ut εὐχωλή, θαλπωρή, id eo refellitur, quod paragogae in ωδη, ωγη etc. nulla inveniuntur exempla et quod in geminatis, quae dixi, duae extremae syllabae eandem habent consonam, in paragogis vero haec epallelia cavetur sedulo θάλπω θαλπωρή, ἔλπω ἐλπωρή, sed τέρπω τερπωλή. His se admiscent nomina, quae cohaerent quidem cum verbis sed levius: παρὰ τὸ γράω γραῖνα καὶ ἐν διπλασιασμῷ γάγγραινα EM. 219, 28. quod alii forsitan ad γραίνω referre malint ut παμφαίνω Proll. 35. not. 35.[22]) sed illa potior ratio. Neutiquam vero assentior quod idem dicit p. 482, 37. κάγκανον παρὰ τὸ καίω κατ' ἀναδιπλασιασμὸν καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, nam hoc paragogon videtur a κάγκω καγκαίνω Proll. 184. Vocalium prostheticarum altera est epsilon; βέβαιος παρὰ τὸ βῶ κατ' ἀναδιπλασιασμόν EM. 193, 10. quod antepono Herodiani sententiae ad Il. V. 64. βέβαιος παρὰ τὸ βέβηκα, etsi stabilitatis notio non praesenti subjecta est sed perfecto βέβηκα pro εὖ βέβηκα v. Jacobs. ad Philostr. 307. Idem p. 194, 1. ἀπὸ τοῦ βῶ βήσω βηλὸς καὶ διπλασιασμῷ βέβηλος ὁ βάσιμος παντί, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀδύτου, quod vulgo ἄβατον vocatur. Κεκρύφαλος Schol. Nic. Ther. 579. EM. 501, 10. ἀπὸ τοῦ κρύπτειν, unde κρύφα et κρύφος. Quae si vera est explicatio, syllaba secunda rectius ab Homero corripitur quam a Comicis producitur, neque opus

22) Hoc γραίνω nescio quomodo excidit in Techn. 124.

est verbo *κεκρυφόω*, quod Wyttenbachius finxit contra analogiam ad Eunap. 242. Sed fieri potest ut *κεκρύφαλος*, quod interdum *κορυφαίαν* sive *κορυφιστῆρα* significat, a *κορυφή* derivatum sit cum syncope productionis effectrice v. Proll. 90.[23]) Lelegum nomen a verbo *λέγειν* derivatum esse licuit Hesiodo credere v. Parall. 101. Piscis nomen *πραδίλη* et *πεπραδίλη* a *πραδεῖν* productum adnotavi in Proll. 108. Iota syllabae affixae insertum ostendit *τιθήνη παρὰ τὸ θῶ θήσω τὸ τρέφω ῥηματικὸν ὄνομα θήνη καὶ ἀναδιπλασιασμῷ θιθήνη καὶ τροπῇ τοῦ δασέος εἰς ψιλὸν διὰ καλλίονα φωνήν* Eust. 650, 17. et EM. 758, 23. qui idem aliam viam tentat sed minus commendabilem *τιθήνη παρὰ τὸν τιτθὸν ἀποβολῇ τοῦ τ. Κόσκυλμα* decermen idem videtur atque *σκύλμα* a *σκύλλω*. *Κόσκινον* fortasse *ἀπὸ τοῦ κινεῖν* correpto iota ut *σκίναξ* et *ἀκίναγμα*. *Κοχυδεῖν ὑπερχέειν* Hes. Guietus a *χύω χυδεῖν* ductum putat addita reduplicatione; ea certe non sejuncta est ab adverbio *κοχύ*, quod Hesychius *πολύ* interpretatur ut *Χύμα* (sic) *πλῆθος*[24]).

§. 5. Quod restat sermonis consumendum erit in nominibus, quae non a verbis sed ab aliis potius orationis partibus profecta videntur. Sed hic plura etiam quam in priore parte intercursant ambigua et opinabilia. *Ἀγαγύρτης ἀγύρτης* Hes. quod a perfecto *ἀγήγερμαι* flexu vocalis distinctum est. Pro *Ἀπόλλωνος ἀγαυγή*, quod EM. ex ignoto poeta affert, Heckerus in Callim. p. 118. probabiliter corrigit *ἀπαυγή*. *Ἀκάκητα* Mercurii cognomen qui interpretati sunt *θεραπευτικόν* sive *ἀκεστήν* Schol. Il. XVI. 785. deum medicum intelligi voluerunt, qualis Apollo est *Ἀκέσιος* et *Ἀκέστωρ*, sed parum probantur. *Ἀκακιά* eadem *ἄκανθα* dicitur et *ἄκανθος* ut a nostratibus *Stachelbaum*,

---

23) *Κρύφαλος* aliquoties scribitur ut *Κρυφάλεια* in cod. Thucyd. I. 105. per vitium. Quod Doederlinus de Redupl. 129. dicit *κεκρύφαλος* a me barbarum vocari, equidem non de hoc loquutus sum sed de *Κέκροψ*.

24) Idem *Κοχὺ δ' ἔῤῥει μετὰ ψόφου καὶ λάβρως*. Hinc *κοχύζω* natum est, quod Meinekius Strattidi restituit Vol. II. 788. et ab hoc amplius *κοχυδεῖν* ut *ἐρίζειν ἐριδδήσασθαι*.

unde perspicuum fit nomen cum ἀκίς *acus* ἀκωκή cognatum esse [25]). Adverbium ἄκασκα a Cratino pro ἡσύχως vel ἀκήν positum et adjectivum ἀκασκαῖος insuper consonam accepit ut ἀταρτηρός. Sed erit fortasse qui literas σκ ad terminationem pertinere dicat, ut θύσκη ἀπὸ τοῦ θύω EM. 458, 33. θρῆσκος a θρέω v. Techn. 65 sq. Ἀλάλυγξ πνιγμός ἀπορία Anecd. Bekk. 374. cum ἄλυς sive ἀλυσμός convenit ut Ἀλάλαγξ πλάνη Hes. cum ἄλη, quorum significatio non multum diversa, origo communis est [26]). Ἀνάγκη ab ἄγχω factum esse Buttmanno certissimum videtur Gramm. II. 314. Adn. idque quodammodo confirmat vox novitia a synonymo verbo σφίγγω translata σφίκτρα idem significans quod ἀνάγκη v. Du Cang. Sed Doederlinus pari asseveratione ad ἀγκάς refert. Jam ab attica reduplicatione transeo ad eam, quae vocabulis a consona incipientibus propria est. Βάκινος ἢ βαβάκινος εἶδος χύτρας Zonar. ignotum utrumque nisi forte cum βῖκος cohaeret, quod in Anecd. Bekk. 226. exponitur ἄμβικος. Βαβύῤῥας ὁ παράμωρος Hes. et *baburrus* stultus convenit ad *burrde* id est nugae, *baburra* stultitia Gloss. Placidi in Maji Auct. Class. T. III. 435. Κάγχαλος κρίκος ἐπὶ ταῖς θύραις Σικελοί Hes. nescio an a χηλή *chele* id est manicula Vitruv. ductum sit proprieque capulum sive manubrium significet sed praecipue annulum illum, quo fores ab introituris pultantur, ab exeuntibus attrahuntur, nominibus pro forma et usu variis, κρίκος, κόραξ, κορώνη, ῥόπτρον, ἐπίσπαστρον [27]). Κάκαρον οἱ μὴ κατὰ γλῶσσαν λογάδα ὁμιλοῦντες τὸ κράνιον λέγουσιν Eust. 1796, 58. a κάρα fortasse [28]). Κακκάβη παρὰ τὸ κάπτω κάβη καὶ πλεονασμῷ

---

25) Pro ἀκαλλίς in Pauli Aegin. loco reponitur usitatius ἀκακαλλίς. Minois filiam Apollodorus III. 1, 2. non Ἀκάλλην vocasse videtur sed Ἀκαλλίδα vel ut ceteri Ἀκακαλλίδα.

26) Sunt qui ἀλάλυγξ idem esse putent ac λύγξ sive λυγμός et ὀλολύζειν a λύζειν.

27) Hodie quoque januarum pulsabula modo annuli figuram habent, modo unci.

28) Nihil auxilii praebet EM. 45, 12. ἀκαρός (sic) σημαίνει τὸν ἐγκέφαλον ἢ τὴν κεφαλήν· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ κάρη καὶ διὰ τὸν χαρακτῆρα

τοῦ κ̄ καὶ διπλασιασμῷ EM. 485, 1. sed nomen κάβη ἡ τροφή Suid. multo posterius est. Adjectivi κάρχαρος syllaba prima utrum ex anadiplosi nata sit an verbi stirpem contineat terminatione paragogica auctam in dubio posui Pröll. 255. Κάχληξ et χάλιξ latinumque *calx, calculus*, communia habent elementa χ̄ et λ̄, quae eadem prima sunt nominis χλαρόν id est κόχλαξ Hes. idque Vossius latino *glarea* aequiparat; cochlacae dicuntur *lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem* Fest. τροχαλοί οἱ θαλάσσιοι καὶ ποτάμιοι λίθοι, οὓς ἔνιοι κόχλακας καλοῦσιν ἤγουν κάχληκας, οἱ δὲ χερμάδια Moschop. Sched. 177. Ex illis consonis Graeci finxerunt voces varias modo terminationem adstruendo χλαρόν, χλῆδος[29]), χάλιξ, modo syllabam praeponendo κάχληξ, κόχλος, quae quia gutturalem originis iterant, ad reduplicata accedunt, sed non ea ratione quam EM. 534, 27. iniit: παρὰ τὸ χαλῶ συγκοπῇ χλῶ γίνεται χλὸς καὶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν κόχλος, nam hoc χλός non minus portentosum est quam κλός et θός, quae idem effingit 544, 15. et Epim. I. 250. Schol. Dion. p. 886, 3. παρὰ τὸ κλῶ κλὸς καὶ ἐπειδὴ οὐδὲν εἰς ος̄ λήγει μονοσύλλαβον, ἀναδιπλασιασμὸν δεξάμενον γίνεται κύκλος ὡς παρὰ τὸ θῶ θός, καὶ τηθὸς καὶ τηθή, sed melius suadet in exitu ἡ κύκλος (παρὰ τὸ κυλίω) ὁ εὐκύλιστος. Pro τηθός autem scribendum est τιθός et τιθή sive ut vulgo scribitur τιτθός τιτθή cujus syllaba prior, quantum ex germanico *tutta* et aliarum linguarum comparatione cognoscitur, non pleonastica sed quam maxime nativa est. Λαίλαψ Eustathius a λάψ natum putat, quod vereor ne ipse finxerit; illi propius est λάβρος v. Parall. 113. Numerum explet epitheton dei Παστάριος Ἀπόλλων παρὰ Παρίοις Steph. Jam ad epsilon pervenimus Stephanus Γῆ ἀπὸ τοῦ γέα ἀφ' οὗ τὸ γέγειος, κτητικὸν πλεονασμῷ τοῦ γ̄· ἢ παρὰ τὸ γῇ γέγειος, quo

---

ὀξύνεται ὡς μαδαρός, ubi exciderunt quae de oxytonesi adjectivorum et de diverso substantivorum accentu dicta essent.

29) Χλαρόν ῥυπαρόν Hes. χλῆδος σωρὸς ἀπὸ καθαρμάτων καὶ ἡ τῶν ποταμῶν πρόχωσις, ὃ καὶ χέραδος καλεῖται Harp. Χέραδος πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων Sch. Il. XXI. 319. Χεράς ὁ μετὰ ἰλύος καὶ λίθων συρφετός Sch. Pind. P. VI. 13. Latine *rudus* appellari potest.

additamento hoc significari puto ἢ παρὰ τὸ γέα γέειος καὶ συναιρέσει γεῖος καὶ ἀναδιπλασιασμῷ γέγειος. Choeroboscus Orth. 189, 31. synaeresin tuetur; anadiplasiasmum addit EM. 223, 33. idemque nomen illud ἀρχαῖος interpretatur appositis Callimachi verbis λόγος γέγειος et ἄνθεα γέγεια, quibus interpretatio confirmatur sed etymologia intercedit; quis enim hic γήινος vel χθόνιος ferat? Πέμπελοι et τριπέμπελοι senes capulares vocantur fortasse a facie lurida; nam hic color πελλός sive πελιός dicitur cf. Techn. 311. Inde Πελείους — τοὺς γέροντας καὶ πρεσβύτιδας Hes. πελλᾶς ὁ γέρων ἐπὶ σκώμματος Arcad.[30]) et compositum ἑκατόμπελος sive ἑκατοντάπελος Eumath. Ismen. p. 146. ed. Teuch. quibus Jacobsius in Add. ad Anthol. p. XL. praefert codd. scripturam ἑκατονταπέμπελος. Consonae in reduplicatione insinuatae exemplum nobis ob oculos ponit Schol. Il. I. 189. μείρω μερίζω μερμερίζω καὶ ἐκτάσει μερμηρίζω ὡς δάπτω δαρδάπτω, ὅθεν καὶ μερμήρας τὰς φροντίδας καὶ μερίμνας ἔνιοι λέγουσι, quibus convenit quod Nonnus XI. 97. de sollicito quodam dicit κραδίη μερίζετο[31]). Adjectivo Πεπαρεύσιμος εὔφραστος σαφής Hes. fidem facit verbum πεπαρεῖν ab ignota stirpe ductum et non plus quam semel inventum scriptura variante. Σέσελις sive σέσελι nomen plantae est quae eadem sil, sili et σιλλικύπριον vocatur. Τέτανος, τετανόθριξ, τανύθριξ, ταναός junctis inter se finibus haerent. Vocalium tertiam in hac parte vocabulorum non deprehendimus; nam τήθη sive τηθή vox naturalis videtur similiter ut μάμμη, τάτα, ἄττα, τέττα, ἄππα, πάππα. De quarta haec dicenda sunt: γίγας παρὰ τὸ γῶ κατὰ ἀναδιπλασιασμόν EM. alii compositum putant παρὰ τὸ γίνεσθαι καὶ γῆ Eust. 1490, 20. Si quod Hesychius tradit Γίς γῆ ἰσχύς, fidem faceret aliquando γίς

30) Ibidem p. 22, 20. pro φιλοπελᾶς et φικιβοῤῥᾶς scribendum est φιλαπελλᾶς i. q. φιλαπελλῆς p. 28, 4. et φοινικοβοῤῥᾶς. A cute rugosa senex vocatur σῦφαρ, quod Gloss. ad Lyc. 793. πέμπελος γέρων interpretatur.

31) Hoc non multum differt a μερμηρίζω, nec dividia a cura et aegritudine v. Prolegg. 169. Cum his conferendum videtur μέρμερος aerumnosus.

vel pro γῆ vel pro ἴς dictum esse, Gigantum nomine vel terrigenas vel ἰφιγενήτους significari crederem correpta quae in simplici longa est, syllaba. *Δίδυμος παρὰ τὸ δύο ἐν διπλασιασμῷ* EM. 272, 34. sed addit *ἢ παρὰ τὸ δὶς* hoc est ut *τρίδυμος, τετράδυμος*, quorum terminatio nescio utrum paragogica sit an significabilis ut in latino *tergeminus, quatergeminus*, hoc est conjunctionem et *συνδυασμόν* indicans. Proxima sunt Hesychii *Κνῶπες κνώδαλα* et *Κίκνωψ θηρίον*, quod Guietus duplicatum putat, *Μίμαλις ἡ νῦν Μῆλος* v. Parall. 95. *Μιμορτοβία ναῦς ἐν ᾗ ἄνθρωποι βεβήκασιν* et *Μορτοβάτη ἡ ἀνθρωποβάτη ναῦς* cf. Parall. 80. *Σίνδις γέρων* et *Σισίνδιος γέρων.* Notius est *σισύρα*, quod si cum *σίσυς* comparamus, paragogae speciem praebet, si cum *σύρα*, anadiplosis. *Σίσυμβρον* sive *σισύμβριον* [32]) menthae species fortasse a similitudine saturejae sive cunilae denominata, quae *θύμβρα* dicitur; nam Plinius XX. 94. sisymbrium silvestre a quibusdam thymbraeum appellari scribit, cunila autem in Gloss. Graecol. *θύμβρα* redditur. Si *τιτθή*, ut Grammaticis placet, a *θάω* derivatum est, quod propter syllabae prioris mensuram addubitavimus, id multo magis suspicari licet de adjectivo *τιθός*, quod eam corripit et compar habet *αἴγιθος*, si hoc idem valet atque *αἰγιθήλας* et ab eodem verbo *θάω* compositum est suppressa vocali nativa; unde sequetur hocce verbum non propriam sugendi et succum lactis praebendi sed generalem nutricandi significationem habuisse et hinc fluxisse notionem cicuris et mansueti; *ἡμεροῦνται γὰρ τῇ τῆς τροφῆς μεταδόσει καὶ τὰ σκυθρωπότατα τῶν θηρίων* Plut. Symp. VII. 4, 6. Si haec non ita sunt, *τιθός* a societate duplicatorum removeri oportet. *Τιθύμαλος* suspicor propter quandam cum thymo convenientiam hoc nomen accepisse. Suidae glossam *Ἐκ τιτυννῶν, ἐκ μικρᾶς ἡλικίας* Ruhnkenius corrigendam censuit *ἐκ τυννῶν*, sed intercedit Zonaras *Τιτυμνοῦ μικρᾶς ἡλικίας*. Nunc unum restat ō micron. *Γόγ-*

32) *Σίσυμβρον* in Meleagri carmine primam brevem habet ut duplicatio poscit; longam ap. Nicandrum legis oblitum, nisi *σίσσυμβρον* scripsit.

γρος παρὰ τὸ γράω, ἀφ' οὗ ῥηματικὸν ὄνομα γρός, ὃ καθ' ἑαυτὸ οὐ ῥητόν· ἐν διπλασιασμῷ γόγγρος EM. 237, 44. cui similes sunt fabulae de κλός, χλός etc. Schneiderus vero ad Aristol. T. III. 18. *conger*, inquit, *nomen a* γόγγροις *vel* στρογγύλαις ἐξοχαῖς δένδρων *ut Galenus monet in Gloss.* [33]). Hic vero de pisce nullum verbum, sed tumores gulae sic appellari dicit a similitudine tuberum, quae in arborum truncis existunt; ad haec autem etymon ab EM. propositum non quadrat et suppressio vocalis principalis neque illis exemplis, quae Grammatici allegant, abunde confirmata est, neque scio an quae ego indagavi, morosioribus satis factura sint. Sunt vero haec: *Ζίω* τὸ ζητῶ ἐξ οὗ καὶ ζίεται ζητεῖται EM. 411, 41. ex quo aliquis suspicetur δίζω natum esse zeta in delta mutato ut in affini verbo δητεῖν id est ζητεῖν Techn. 28. Imperfectum ἔδιδον id est ἐδίδοσαν in H. II. in Cer. Buttmannus recte confert cum Pindarico ἔτιθεν i. q. ἐτίθεσαν, neque opus est in subsidium vocare praesens δίδω, quo scriptores inficetissimi utuntur pro δίδωμι (δόω) v. Techn. 72. *Κόγχος* vero sive κόγχη ab eadem radice natum videtur ut synonymon χήμη quod Athenaeus III. 93. A. a κέχηνα repetit. Et huic aequiparari potest ὄτλος παρὰ τὸ τλῶ EM. nam anadiplasiasmo vicina est prosthesis. Verum redeo in viam. *Κοχώνη* Doederlinus Synon. VI. 84. a χνόη sive χοίνιξ factum esse affirmat per duplicationem, nec tamen declarat quamnam coxa cum modiolo rotae similitudinem habeat, nisi forte sic censuit nomine illo caveam ossis femoralis denotari, quam Graeci κοτύλην appellant, Latini acetabulum hoc est τὸ κοῖλον τοῦ ὀστέου, ἔνθα ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐνστρέφεται Schol. Il. V. 306. [34]) Si vero nihil aliud quam

---

33) Si quod Hesychius tradit γογγρῦσαι (γογγρύσαι) ὡς χοῖρος φωνῆσαι· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ γρυλλίζειν λέγεται, satis indicii praeberet porcos, qui vulgo γρῦλοι vocantur, a nonnullis γόγγρους appellatos esse, dubitari posset an utrumque nomen a quadrupede ad congrum, qui idem γρύλλος dicitur, translatum sit vel ob vocem (ut ὁ ποτάμιος χοῖρος Athen. VIII. 331. D.) vel ob aliam qualemcunque similitudinem.

34) Κοτύλη ὁ γλουτὸς ἀπὸ τῆς κοιλότητος Epim. II. 453, 16. κοχώνη ἡ ὑπογλουτίς Moschop. Sched. 62, 8.

cavi cujuscumque notio requiritur, propius est *χώνη*, quod Orion suadet p. 80, 21. *προχῶναι οἷον χῶναι*, et quodammodo confirmat Pollux II. 188. *οἱ γλουτοὶ κοχῶναι καὶ πύγαια προςαγορεύονται καὶ προχῶναι.* Sed id quoque parum convenit Grammaticorum notationibus: *Κόκκυξ τοῦ ὑγροῦ (ἱεροῦ) ὀστέον τὸ πρὸς τοῖς ἰσχίοις — κοχῶναι τὸ ἱερὸν ὀστοῦν· οἱ δὲ τὰ ἑκατέρωθεν μέρη· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἰσχίων* Hes. *κοχῶναι τὸ ὑπὸ τὸ αἰδοῖον μέρος* Sch. Arist. Eqq. 722. Quamobrem in hanc incidimus conjecturam stirpem vocabuli sitam esse in tribus literis quae latinae vocis *coc-sa* sunt primae et hinc derivatum *κοχ-ώνη* proprie significare eas partes quae ad coxam pertinent, hanc autem nomen accepisse ab eo, quod superiorem corporis partem *κωχεύει* ut Hippocrates dicit de Articc. 215. T. II. *τὸ ἄχθος τοῦ σώματος ὀχέεται ἐπὶ τῷ μηρῷ*

§. 6. His iterationis exemplis alius alia addet demetve [35]); nam de non paucis vocabulis disceptari potest utrum casu duas ejusdem soni syllabas in principio habeant an de industria altera alteri addita sit. Quod dico, exemplis faciam clarius. *Κασκάνδιξ ἡ γηθυλλίς* si ab aliqua scandicis similitudine appellata est, sine dubio ad hunc locum referri oportet. Sed quis nos certiores reddit secundam hujus nominis syllabam magis nativam et, ut sic dicam, capitaliorem esse prima? Arcadius p. 70. *βάρβαρος, τάρταρος, μάρμαρος, κέρβερος, πέρπερος, βόρβορος*, uno nomine appellat *δεδιπλασιασμένα κατ' ἀρχήν.* Ex hoc vero non sequitur eum vocabula illa eodem loco habuisse quo *μερμήρα, δαρδάπτω* et similia. Nam si *βαρβαρίζειν*, ut Strabo ait, idem est quod *καρίζειν* et *καρβάζειν*, substantia vocis est syllaba *βαρ* [36]) quam quae subsequuntur ad terminationem pertinent ut *κίκινος* et *calcar* duas easdem syllabas habent nec tamen duplicata sunt sed paragoga a *κῖκι*

---

35) Plurima addidit vir doctissimus in dissertatione, quam in prima Adnot. indicavi, diversam a nobis viam ingressus.

36) Epim. 353, 27. *βόρβορος παρὰ τὸ βάρος κατ' ἀναδιπλασιασμὸν* scr. *βάρβαρος* ex Gud. 104, 17. *βάρβαρος εἴρηται ἀπὸ τοῦ περὶ φωνὴν βάρους*, quod nomen si subesset, potius baronem significaret. *Βαρκάζειν τὸ βαρβαρίζειν* EM.

et calx; eodemque modo se habet δοίδυξ si, ut in EM. traditur, a δαιδύσσω sive δαδύσσω id est δαίω divido, diffindo, contero, derivatum est; de quo ut dubitari possit, tamen probabilius videtur quam quod Buttmanno placuit Lexil. I. 177. δοίδυξ a verbo δύω factum esse per anadiplosin. Cerberi nomen suspicor a Cimmeriis tractum esse Orci accolis, quos Scymnus v. 129. et alii Κερβερίους vocarunt. Βόρβορος et μάρμαρος in praesens differo. Τάρταρος Lennepius ad Theog. 119. a commenticio quodam verbo τάρω (τάρβος, ταράσσω) repetit, quod jam in EM. propositum est; Doederlinus vero a τείρω, idemque adjectivum πέρπερος a latina praepositione *per* natum putat. Mihi haec omnia incertissima videntur, neque in quaestionem vocabo βεμβράς sive βαμβραδών, γεργέριμον, γίγγλυμος, γιγγίδιον, κάκαβος sive κακάβη et eodem fere intellectu βαβάκινος εἶδος χύτρας Suid., κάρκαρον, κόρκορος, κάκαλα, μιμαίκυλον sive μεμαίκυλον, σίσαρον, σισάριον, σισυρίγγιον, τίτανος, Τιτάνη, Παρπάρων sive Περπερήνη, Γάργαρον, Σαισάρα, Σισύρβη, Κικύνηθος, Πεπάρηθος[37]), hisque paria latina *farfarus, furfures, papaver, cucullus, tutulus, titulus* etc. quorum nullum unquam cernitur capite amputatum. Alia autem ratio cur prima cujusque syllaba adventicia habeatur, inveniri non potest, nisi quis demonstraverit omnino omnes voces, quarum tertia litera eadem est prima, diplasiasmo subjecta esse.

§. 7. Ab anadiplosi artificiali, qua sonus vocabulorum amplificatur, differt naturalis sive onomatopoetica. Hujus generis pars magna ab interjectionibus et vocibus animantium profecta est quae natura ipsa geminat: τὰ σχετλιαστικὰ διπλασιάζονται οἴ μοι μοι, εὔοιοί, ἀτταταί, ὀτοτοί Apollon. Conj. 537. quibus aequiparanda sunt ἀλαλά, ἀλαλαλαί, ἀλαλάζειν, ἐλελεῦ, ἐλελίζειν, ὀτοτύζειν, *ohoho* etc. Ex eodem genere sunt voces infantium: πᾶς πατήρ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν παπᾶς· τοῦτο οἱ Ῥωμαῖοι βαρύνουσιν,

---

37) Μῖμος et Μίμας quae Grimmius in Hist. ling. germ. p. 865. cum aliis aeque dubiis huc refert, ne mensuram quidem eandem habent; nam iota nominis proprii breve est.

ἡμεῖς δὲ περισπῶμεν EM. *πᾶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν πάπας καὶ παπίας ὡς μᾶ μάμμη μαμμία* Eust. 562, 2—30. Alia vero sumta sunt a sonis naturalibus, qui audiuntur quidem sed literis non exprimuntur nisi forte ludicri causa ut *coax*, *cra*, *coco coco* aliaeque voces illiteratae, quas Grammatici nominibus verbisque imitativis subjiciunt: *μύζειν ἐστὶ τὸ τὴν φωνὴν τοῦ μ ἐκφωνεῖν ὡς ἐκ τοῦ σ ὁ σιγμὸς καὶ ἀπὸ τοῦ ρ ὁ ῥοῖζος* Schol. Il. IV. 20. *τὸ σίζειν ὀνοματοποιεῖται πρὸς ἦχον τοῦ στοιχείου τοῦ σίγμα ὥςπερ τὸ ξέειν κατὰ τὸ ξῖ καὶ ὁ ῥοῖζος παρὰ τὸ ῥῶ* Eust. 1636, 17. *καύηξ ἀπὸ τοῦ καῦ καῦ λέγειν* Zonar. 1149. *κερκολύρα ἀντὶ τοῦ κρεκολύρα· τὸ γὰρ κρέκε κρέκε ἦχός ἐστι τῆς κιθάρας* p. 1190. Idem valet de verbis quae eundem sonum iterant *ἀραρίζειν*, *γαργαρίζειν*, *ὀλολύζειν*, *τιτυβίζειν* etc. quorum nonnullis Grammatici prototypa de suo affingunt: *πεποιημένον ἐστὶ τὸ καχλάζω· ὁ γὰρ ἦχος δοκεῖ μιμεῖσθαι τὸ κάχλα κάχλα* EM. 494, 15. *παφλάζει βράσσει· πεποίηται παρὰ τὸ πάφλα* Schol. Eqq. 929. sed re vera thema nullum est praeter literas *χλ* et *φλ*, atque hinc etiam enata videntur verba quae proprie sonitum aquae bullientis exprimunt *φλέω* et *φλύω*, unde nonnulli *παφλάζειν* repetunt EM. 656, 50. Huic autem Galenus in Gloss. adjungit verbum brevius *φλάζουσιν ἀσαφῶς διαλέγονται· πεποίηται τὸ ὄνομα*, non diversum illud a reduplicato, quod idem affert: *παφλάζειν ὠνοματοπεποίηκε δηλῶσαι βουλόμενος τοὺς πταίοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι·* sed vulgo dicitur de strepitu aquae bullientis ut *καχλάζειν* v. Techn. p. 9. et 24. Et pariter vagantur alia; *βάζειν* enim et *βαβάζειν* de hominibus dicitur et *βάβαξ ὁ λάλος καὶ φλυαρός* EM. sed *βάβακοι* cicadarum ranarumque nomen est; *βαβράζειν τὸ συντόνως κεκραγέναι* Hes.[38]) sed idem stridorem cicadarum significat, *βράζειν* ursarum vocem et vero etiam hominum vagitum exprimit. *Ἀπὸ τοῦ γρύζω γογγρύζω καὶ ἀποβολῇ τοῦ ρ γογγύζω ἢ τὸ γογγρύζω ἀπὸ τοῦ γογγύζω πλεονασμῷ τοῦ ρ* EM. 237, 40. Epim. II. 354. Si participium *λάων* apud Homerum recte accipitur *φθεγ-*

38) *Βεβράζειν*, quod Dindorfius in Thes. *βαβράζειν* scribendum esse censet, Schneiderus confirmat apposito nomine cicadae *μέμβραξ*.

γόμενος, praesto est thema, unde non solum *λάσκω* sed etiam *λάλος* evolvi possit, et a *λάλος* vicissim *λαλῶ, λαλάζω, λαλαγή*, non ut Orion dicit p. 187. et Choerob. in Psalm. 80, 35. *λῶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν λαλῶ*. Illis verborum biformium exemplis addi potest latinum tinnire et tintinnire sive tintinnare. Quod vero Schneiderus scribit ad Aristot. T. III. 382. *simplex fuit τίζω, duplicatum τετίζω et τιτίζω, unde τέττιγι nomen fuit*, idonea ratione caret. Nam ut a *πιπώ* derivatum est *πιπίζειν*, quod aliter *σπίζειν* dicitur, sic a *τιτίς τιτίζειν*[39]); nomina vero ipsa avicularum primitiva sunt ut *κόκκυξ, κικκός* sive *κίκιῤῥος*, qui et *κοκκοβόας* dicitur, ulula vero *κικκάβη* v. Coraes ad Xenocr. p. 79. turtur etc. unumque quadrupedum *Βηβήν τὸ πρόβατον*. Sed saepe haec anadiplosis cum derivatione nascitur: *κράζω κεκράκτης κεκραγμός, σίζω σισμός* et *σισιλισμός* sive *σισιλιγμός* Schol. Od. IX. 394. Eust. 1636, 17. quod simul extrinsecus crevit et intrinsecus. Ita a *θρέω* sive *θρύω* susurro profectum est *τενθρηδών* (pro quo *θρηδών* dici poterat ut *πρηδών*) mutatisque antistoechis *πεμφρηδών* Sch. Nic. Al. 182. et ex eadem stirpe *θροῦς, τονθρύς, τονθρύζω* et quod aliis literis idem significat *βομβρύζω*. Item a *φλέω φλύω* bullio bilbio nomen *πομφόλυξ* bulla, quod etiam *βομβυλίς* et *βομβόλυξ* scribitur. Homeri verbum *κάρκαιρε γαῖα πόδεσσι ὀρνυμένων* Il. XX. 157. Scholiastae aut motum terrae significare putant aut sonum *ἐκραδαίνετο ἐσείετο ἐψόφει*. Illud praefert EM. 716, 1. *σκαίρω καὶ ἀποβολῇ καίρω καὶ διπλασιασμῷ καρκαίρω*. Sed haec originatio subasburda, *καρκαίρω* verbum solidum est et individuum ut *γαργαίρω* et fortasse ejusdem significationis, quam exprimit germanicum *wimmeln*. Nam si agmen militum per campum ordinatim incedit, oculos spectantium nihil magis ferit quam crebri et micantes pedum motus sic ut dici possit *die Erde wimmelt von Fuessen*. Hoc si ratum habemus, utrumque verbum non ad auditum pertinet sed ad

---

39) Incertior est scriptura *τιγόνιον* pro *τεττιγόνιον*, unde Meinekius meretriculae nomen ductum suspicatur *Ἀλέξανδρος ἐν Τιγονίῳ* scribens Vol. IV. 554. pro *ἐν Τίγονι*. Tutius forsitan fuerit *ἐν Τρυγόνι*.

visum sicut alia proxime dicenda. Aeque improbabile est quod Philoxenus scripsit in libro de anadiplasiasmo: *βαίνω κατ' ἀναδιπλασιασμὸν βαβαίνω καὶ πλεονασμῷ βαμβαίνω τὸ τρέμω τοῖς ποσί· καὶ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ποδῶν εἴρηται ἐπὶ τῶν ἑδραίαν τὴν φωνὴν μὴ ἐχόντων* Orion. 18.[40]) Quod si ita esset, *βαμβαίνειν* ad verba vibrandi transscribendum esset. Sed consideratius judicat Schol. Il. X. 376. *οὐκ ἔγκειται τὸ βαίνειν*, apteque comparat *βαμβαλίζειν*· hoc enim et *βαμβακίζειν* de iis dicitur, qui verba concise et singultim edunt balbutientium ritu, sive id metu fit sive frigore sive quodam naturae vitio.

§. 8. Haec nominum fictio non solum imitandis sonis introducta est, quae Graeci *ἰδιώματα ἤχου* vocant, sed etiam motibus rerum, quae uno tenore oculos crebrius feriunt; quod genus anadiplosis continuativum vel frequentativum et intentivum appellare possumus. In hoc primum inveniuntur vocabula lucis et fulgoris, quae jam prius delibavi, *μαρμαίρω μαρμαρύσσω καὶ ἀμαρύσσω κατ' ἀναδιπλασιασμόν* Epim. I. 385. *παμφαίνω* etc. Deinde vocabula actionum, quae non uno quasi ictu perficiuntur sed quodam tractu continuo decurrunt: *Εἰλῶ ἑλίσσω κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν ἑλελίσσω* EM. 330, 25.[41]) pro quo *ἐλελίζω* afferendum erat. Huic non dissimilem volvendi notionem habet *κίκιννοι cincinni* id est cirri crispi, undulati, quos Graeci *πλοκάμων ἕλικας* vocant. A *τίλλω* titillo et a similibus alia carpendi vellendique verba *σκάλλω κασκαλίζω, ἴλλω γελλίζω γαγγαλίζω γαργαλίζω* Techn. 225. et quod jam supra attuli *σκύλλω κόσκυλμα*[42]). His vicina sunt verba terebrandi et perforandi *τετραίνω* seu *τιτραίνω, τιτράω τίτρημι*, quibus etiam *τιτρώσκω* adnumerandum videtur; tum deinde tremendi verbum *τετρέμαινω* et nomen, quod Apol-

40) Philoxenum Homeri locus *ἔστη βαμβαίνων, ἄραβος δὲ γίγνετ' ὀδόντων* permovisse videtur ut *βαμβαίνειν* proprie de pedum tremore dici statueret, quia cum verbo standi conjunctum est.

41) Eadem Epim. I. 138, 7. ubi rectius *ἑλίσσω* scribitur, a quo reduplicatum non solum spiritu differt sed saepe etiam significatione.

42) Hinc fortasse nomen latinum *quisquiliae quisquilium*, quod Diomedes Gramm. p. 7. a. ad *σκύβαλον* refert.

lonius Pron. p. 73 sq. auctis adnumerat: *αἱ διάλεκτοι καὶ ἀφαιροῦσι καὶ πλεονάζουσιν, ἑορτή ὀρτή, λῶ θέλω, τρόμος τέτρομος*, de quo EM. 560, 32. *προςέρχεται ἡ τε συλλαβὴ ἐν τῷ τέτρομος*[43]). Trementibus similes sunt res pendulae et nutantes ut lances librae sive *τάλαντα*, unde *ταλαντεύω*, cujus syllaba prima secundum locum obtinuit in *Ἐταντάλιζεν ἔτρεμεν, Ἐταντάλίσθη ἐσείσθη* Hes. et quod magis mirum, consona quoque commutatur in *τανθαλύζει* et *τανθαρύζει* Techn. 232. Quod vero Homerus dixit *Ζεὺς ἐτίταινε τάλαντα* non satis est ad probandam veterum opinionem EM. 744, 4. *τάλαντον* per metathesin ex *τάνταλον* extitisse, hoc autem a *ταίνω* derivatum esse, pro quo *τιταίνω* dici. Namque nomen illud affine est verbis *τλῆναι, ταλάσαι*, tollere, suspendere, aliam vero stirpem habent *τείνω, τανύω, τιταίνω* et quae hinc pendent *τέτανος* et *τετανός*. A librando haud longe abest vibrare *πάλλειν* et *παιπάλλειν*, quibus in EM. 650, 3. adjungitur nomen *πάλη, ἣν οἱ ἀττικοὶ πασπάλην καλοῦσιν· ἔστι δὲ τὸ λεπτομερέστατον τοῦ ἀλεύρου ἀπὸ τοῦ ἀποπάλλεσθαι ἐκ τοῦ ἀλεύρου·* sed p. 661, 16. ad *πάσσω* refertur. Cum *τετρεμαίνω* Buttmannus comparat *βεβρώθω*, quo lentos morsus manducantis indicari putat conjecturam sequutus sat probabilem; nam a synonymo *γραίνω* i. q. *ἐσθίω* ductum est nomen *γάγγραινα* i. q. *φάγαινα* sive *φαγέδαινα* carcinoma serpens, et a *δάπτω δαρδάπτω*.

§. 9. Haec autem vis repetitionis frequentativa vel quocunque nomine appellanda veteres artis auctores non praeteriit. Sic enim ille, quem in ipso hujus tractatus vestibulo nominavi, allatis anadiplosis poeticae, ut vocat, exemplis continuo subdit; *μιμητικοὶ γὰρ ὄντες οἱ ποιηταὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἵνα τὰ πράγματα εἰκονίσωσιν· οὐ γὰρ ἁπλῶς λέγουσι τὸ ἐλέλιζεν ἀλλ' ὅταν ταχυτάτην θέλωσι δηλοῦν τὴν κίνησιν, καὶ τὸ προπροκυλινδόμενος κατεσπουδασμένην δέησιν καὶ πολλήν*, quod et Dionysius affirmat de Comp. XV. 110. (91.) nec discrepat interpres

43) Cum hoc Gud. 170, 10. confert homericum *εἴρερος παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω κατ' ἀναδιπλασιασμὸν καὶ ἀντίφρασιν.* Paulo probabilius J. Scaliger hoc et latinum *erltudo* nexum interpretatur *παρὰ τὸ εἴρειν τὸ δεσμεῖν.*

Apollonii III. 453. et 1013. *προπρὸ δ' ἀφειδήσασα — ἐμφαντικὴ ἡ ἐπαναδίπλωσις τῆς προθέσεως προπρό — ἐμφαίνει γὰρ μᾶλλον τὸ μετὰ σπουδῆς καὶ προχείρως γεγενῆσθαι τὴν δόσιν* etc. EM. 349, 5. *αἱ ἐπισυντιθέμεναι προθέσεις διεγείρουσι τὴν ἔμφασιν*[44]) et Trypho *περὶ παθ.* p. 227. Boisson. pleonasmos aut metri causa admitti dicit aut *ἐμφάσεως ὡς δαρδάπτω.* Hoc quidem et quae praecedunt, poetici sermonis illustramenta sunt, sed *ἐλελίσφακος* vocabulum quotidianum et triviale est ut *γάγγραινα, πασπάλη* et alia prius dictorum. Cum *ἐλελίζω* particula *προπρό*, quam Grammaticus Paris. l. c. apponit, ex parte aliqua convenit, non in totum. Nam in utroque facta est quidem anadiplosis, sed in hoc dictionis, in illo syllabae ut in *μορμύρω, γάγγραινα* et in proprio *Λέλεξ*, si huic antecessit *Λέξ* ut Apollonius significare videtur in principio Syntaxis c. II. 4. ubi quatuor genera geminationis enumerat: *ἔστιν ὅτε δὶς τὸ αὐτὸ στοιχεῖον παραλαμβάνεται, ἔλλαβεν ἔννεπεν· ἀλλὰ καὶ συλλαβή, Λέλεγες, πάμπαν· ἀλλὰ καὶ λέξις, Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λίγεια, Βαρὺς βαρὺς σύνοικος· ἀλλὰ καὶ μέχρι λόγου τὸ τοιοῦτο διήκει ἡνίκα τὰ εἰρημένα αὖθις ἐπαναλαμβάνεται, ὅτε μὲν ἀναγκαίως, ὅτε δὲ ἐν παρολκῇ*[45]). Attamen differt aliquid; primum quod *γραῖνα* non dicitur, non magis quam *φαῖνα, χαῖνα*, sed *Λέξ* dici potuit ut *κρέξ* v. Parall. 100. deinde quod quae usitato *γάγγραινα* et si-

---

44) Apollon. de Adv. 550 sq. *πλεῖστά ἐστιν ἐν παραλληλότητι κείμενα — καὶ ἐν προθέσει ἀμφὶ περὶ κρήνην, προπροκυλινδόμενοι.* Illud legitur Il. II. 305. simile quid *περί τ' ἀμφί τε τάφρον* XVII. 760. H. in Cer. 276. Apollon. III. 634. Conjuncte sub uno accentu *περιαμφί* Phot. Suid. ut latinum *circumcirca,* quod Priscianus XIV. 3, 598. cum *ἀμφὶ περί* confert; substantivum *περιαμφίς circumactio* finxit Eupolis exemplo nullo. Crebra vero est compositio *ἀμφιπεριστίονες, περιαμπέχω* etc. *Προπροκυλινδόμενος κατὰ τὸ μικρὸν μικρὸν κυλιόμενον· τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ ἐπαγωγὴ τῆς πρό* Schol. Opp. Hal. I. 167. *Ἐκ τοῦ πάρος πάροιθεν καὶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν προπάροιθεν* Gud. 481, 47. qui anadiplasiasmus magis ad notionem pertinet quam ad vocem. Sic etiam *προπρεών* et *προπρηνής* constant ex synonymis ejusdem stirpis; *πρόπαρ* et *πρόπροθι* ex effabili et ineffabili.

45) Rutilius I. 11, 39. *anadiplosis interdum fit uno verbo, interdum plurium verborum conjunctione.*

milibus addita est syllaba, ad emphasin pertinet, in nomine vero gentilicio nulla intelligi potest significationis intentio. Utrinque autem distat *πάμπαν*, de quo errat Herodianus Gud. 450, 20. *πᾶν κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν πάμπαν*. Id enim compositum esse ut *πρόπαν*, *ἐπίπαν*, *σύμπαν* et accentus indicat et brevitas ultimae, neque tamen sic ut haec ex duobus diversis compositum est sed ex iisdem *πᾶν πᾶν*, totumque hoc adverbium sive potius nomen adverbiale [46]) non ad pathologiam pertinet sed ad schematologiam et quidem ad illud genus multiforme, quod Rhetorici modo anadiplosin vocant modo epanalepsin, *quum id quod semel dictum est, quo gravius sit, iteratur* Rutil. I. 11, 39. Eustathius autem p. 437, 24. ad *σχηματισμὸν ἐκ παραλλήλου* refert; hujus enim species si subtilius quaerantur esse quatuor: *αἳ παράλληλοι λέξεις ἢ σύγκεινται ἢ παράκεινται, ἄμφω δὲ ταῦτα ἢ ἐκ ταὐτότητος γίνεται ἢ ἐξ ὁμοιότητος. Ἐκ ταὐτότητος μὲν παραλληλισμὸς ἐν συνθέσει μὲν τὸ φαυλεπίφαυλος καὶ τὸ πάμπαν, ἐν παραθέσει δὲ τὸ πάνυ πάνυ* [47]) *καὶ πάλαι πάλαι* [48]) *παρὰ τῷ κωμικῷ και ἔλακεν ἔλακε παρ' Εὐριπίδῃ. Ἐκ δὲ ὁμοιότητος ἐν συνθέσει μὲν τὸ γήπεδον, ἐν παραθέσει δὲ τὸ λίαν πάνυ.* Haec quatuor

---

46) Hoc est quod veteres vocant *ὄνομα εἰς ἐπιῤῥηματικὴν σύνταξιν μεταλαμβανόμενον*. [Adde nunc Lehrsii adnotationem ad Herod. de Dichron. p. 356 sq.]

47) *Πολὺ πολύ* Arist. Ach. 425. Ad haec accedit *πάνυ πάμπαν* Aristoph. Pac. 121. et quae novitia consuetudo suscepit *ὅλον ὅλον*, *ὁλότελα*, *ὁλόπασι* pro *παντάπασι*. Homerus *πάγχυ μάλα* et *μάλα πάγχυ*, Plato et alii *πάνυ σφόδρα* — *ὅτι συνηθὲς Ἀττικοῖς παράλληλα τιθέναι τὰ ἰσοδυναμοῦντα* Schol. Plut. 25. Poetae grandiloqui ornatus causa adjectiva et adverbia ejusdem stirpis componunt *τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον* Aesch. Prom. 946. et saepius addito verbo: *κεῖτο μέγας μεγαλωστί*, *αἰνόθεν αἰνῶς*, *δεινὰ δεινῶς* Soph. El. 191. *κακὰ νέα νεόθεν* Oed. C. 1449. *μεσσόθι μέσσος* Arat. 527. quibus similia nonnulla sermo recepit v. Parall. 58.

48) Hoc legitur Eur. Rhes. 312. (383.) *νῦν νῦν* Cycl. 337. *πότε πότε* Hec. 383. *πάλιν πάλιν* Electr. 1129. et addita copula *πάλιν καὶ πάλιν* Strab. XVI. 787. Anth. V. 308. v. Perizon. ad Ael. V. H. I. 4. *ἅπαξ καὶ ἅπαξ* Phot. CCLXXIV. 831. Simili quodam modo Latini *identidem*, *atque atque*, *etiam atque etiam*, *iterum iterumque*, *verum enim vero*, Germani *fort und fort*, *nach und nach*, *durch und durch*.

ejusdem schematis species multipliciter inter se perplexae sunt et nonnullae similium dissimilem significationem habent, aliae dissimiles similem. Primae, quae vocatur *παράθεσις τῶν αὐτῶν*, exemplum est illud quod Apollonius affert, *βαρὺς βαρύς* a Tragicorum aliquo sumtum, qui prae ceteris huc inclinant *νέαι νέαι δύαι δύαι* Pers. 1002. *ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον* Prom. 266. *ἴτω ἴτω* 1329. *ἕλχ' ἕλκε* Ion. 670. *σίγα σίγα* Hec. 1069.[49]) *ἀφίκοιτ' ἀφίκοιτο* Trach. 655. *δειμαίνω δειμαίνω* Hes. 176. *ὄλωλ' ὄλωλα* Trach. 1144. *ἀπολεῖς ἀπολεῖς* 1007. *ὀλόμεσθ' ὀλόμεσθα* Or. 200. *ἔλακεν ἔλακεν* 163. *εἴδομεν εἴδομεν* Hipp. 1137. Altera est appositio synonymorum velut *μόλετον ἔλθετον* Ar. Thesm. 1156. *σίγα σιώπα* Eccl. 382. et homericum *βάσκ' ἴθι*, de quo Schol. Il. II. 8. *ταὐτολογία ἐστὶν ἐμφαίνουσα τὴν ἔπειξιν, καὶ ἀλλαχοῦ φησιν „ἔλθοι καὶ ἵκοιτο"* fere ut Aeschylus *ἥκω καὶ κατέρχομαι*[50]). Ejusdem generis est *γιγνώσκω φρονέω* Od. XVI. 197. *ἔμαθον ἐδάην* Hec. 74. quod Scholiastes *ἐκ παραλλήλου* dictum ait, *οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα* Phoenn. 947. (920.) *κλύειν ἀκοῦσαι* Aesch. Choeph. 5. quod Aristophanes cavillatur Rann. 1174. *οἴχωκ' ὄλωλα διαπεπόρθημαι* Soph. Aj. 896. *τί φατε, τί λέγετε* Cycl. 210. (sed *λέγε λέγ' ὠγαθέ* Arist. Eccl. 213.) *ἔννεπε μοι φράσον* Bacch. 98. *quid loquar, quid fabulabor?* Plaut. Capt. III. 4, 3. *δέρχθητ' ἐςίδεσθε* Prom. 210. et multa similiter dicta quae Wellauerus ad Choeph. l. c. contulit. His omnibus communis est significatio animi commoti et incitati, qualis esse solet indignantium, obte-

---

49) Imperativo aequatur vocativus *ὦ χέρες χέρες* Trach. 1079. *ὦ μῶρε μῶρε* Arist. Avv. 1238 etc. quem casum ab Homero semel geminatum esse observarunt Sch. Il. V. 31. *Ἄρες Ἄρες· ἐπανάληψις ἢ παλιλλογία ὁ τρόπος· Ἰξίων δὲ τὸ δεύτερον ὀξύνει ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ βλαπτικέ· οὐδέποτε γὰρ κλητικὴ ἀναδιπλασιάζεται παρὰ τῷ ποιητῇ.* *Θεὸς θεός* fuit solemnis sacrorum praefatio ut Hesychius ait; cantilena christiana *ἅγιος ἅγιος ἅγιος* Zonar. p. 16. unde nomen hymni *Trisagion* v. Du Cang. His accedit jurandi formula modestior, quam Christus praescripsit, *ναὶ ναί, οὒ οὔ* Matth. Ev. V. 37.

50) *Quis non intelligat verba duo idem significantia βάσκ' ἴθι non frustra posita esse neque ἐκ παραλλήλου sed hortamentum esse acre jussae imperataeque celeritatis* Gell. XIII. 24, 21.

stantium, adhortantium, et item unum nomen, ut dixi, anadiplosis vel epanalepsis. Hinc vero differt appositio comparativorum, quibus aliquid minutatim et gradatim additur demiturve. Haec in latino sermone copula connectuntur *minus minusque, carior cariorque* v. Bentl. ad Hor. Sat. I. 6, 17. Graeci autem plerumque dissolute dicunt; *μᾶλλον μᾶλλον ἀντὶ τοῦ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λέγουσιν ἄνευ τοῦ καί* Phot. *πλέον πλέον* aliaque quae in Anecd. Bekk. 108. conjuncte explicantur, *μεῖζον μεῖζον, μικρὸν μικρόν, μίαν μίαν ἀντὶ τοῦ κατὰ μίαν* v. Bernhardy ad Suid. s. *Μᾶλλον*. Nonnunquam vero haec nominum eorundem conjunctio superlationis vim obtinet: *nimium nimiumque, multo multoque, longe longeque* id est longissime, et pariter Graeci vulgariter docti sed sine copula *σφόδρα σφόδρα* pro *πάνυ σφόδρα* Exod. I. 12. Judith. IV. 2. *λεπτὰ λεπτὰ κατατέμνειν* Tzetz. Chil. XIII. 379.

§. 10. Synthesis duplex est, una synonymorum, altera *τῶν αὐτῶν*. De illa fuse arguteque disputant Grammatici, quos ad Aj. v. 254. citavi, et Schol. Oppian. I. 54. *πολλαὶ λέξεις εἰσὶ συγκείμεναι ἐκ ταὐτοσημάντων λέξεων, γήπεδον, πρευμενής*[51]) etc. EM. 281, 26. *δυοπαλίζω ἀπὸ δύο ὁμοιοσήμων ὡς Ἐριχθόνιος* (v. c. X. §. 1.) et alia ex diversis locis generibusque comportata. Nam *γήπεδον, ὀῤῥοπύγιον, θηροθήρας, ποδοπέδη*, et hybrida *χειρομαντικόν* (v. Gaisford. ad EM. 209, 40.) conserta sunt ex casibus diversis nominum res similes et propinquas indicantium; *λογολέσχης* vero, quod Eustathius promit, constat e vocabulis ejusdem quidem stirpis sed diversae tamen potestatis ut *φορτοφόρος, ἐργοπόνος, δωροδότης, ἀντιλαντλήτηρ*, quorum altera pars nomen est, altera verbum. Fit etiam ut synonyma diversarum stirpium copulentur partim ex casibus rectis *ξιφομάχαιρα, ἁρμάμαξα, δεσμόβροχος, λιχνόβορος, μωρονήπιος, πλησιογείτων, χαυνόσομφος* Erotian. s. *Σκηρόν*, quibus addi poterit verbum *ὁραυγεῖσθαι clare videre*; partim ex obliquo et recto ut *φωταυγής, λιθόλευστος*. Haec et

51) Scilicet *ἀπὸ δύο λέξεων ταυτοσημαντικῶν* (sic) *τοῦ πρᾶος καὶ τοῦ εὐμενής* Schol. Eur. Hec. 535.

his similia germanica *Erdboden*, *Wasserfluth*, *Feuersbrunst* (πυρκαϊά) observatione vix digna ducimus. Sed ad illa magis attendi oportet, quae ex vocabulis prorsus indiscretis constant; cujus generis isti unum afferunt ἐναρσυκτάντης ab Aeschylo fictum, duo alia praebet dialectus vulgaris φονοκτόνος [52]) et μορμόφοβος, quod Photius aequales suos pro μορμολύκειον usurpare dicit. Haec autem ejusdem notionis iteratio emphasin affert atrocitati rei significatae accommodatam. Eaque gravitatis ratio mihi non abesse videtur a nomine λυσσομανία et οἰστρομανία, quibus respondet domesticum *Tollwuth*. Illa quidem novitiae sunt consuetudinis, veteres autem disjunctis utuntur λυσσὰ μανίας v. ad Aj. p. 194. et οἰστρῆσαι μανίαις Eur. Bacch. 32. Addo etiam ἀσήκορος id est taedio fessus, ἀσηκορία nausea et comice fictum ψαμμακοσιογάργαρα. Non alia est causa conjunctionis verborum vertendi, volvendi torquendique, quorum tanta est copia ut saepe gregatim se offerant loquentibus: στρέφειν, δινεῖν, εἰλεῖν, κυκλεῖν. Hinc est quod Aeschylus de avibus nidum assidue circumvolitantibus dixit στροφοδινεῖσθαι hoc est in orbem circumagi, Homerus vero de vertigine oculorum στρεφεδίνηθεν δέ οἱ ὄσσε, hoc est, ut Apollonius in Lex. interpretatur, δινηθέντα ἐστράφη, idque Scholiastes Il. XVI. 792. ad eandem rationem significantiae revocat: ἐκ δύο ὀνομάτων τὸ αὐτὸ δηλούντων τραχεῖαν συνθεὶς τὴν προσηγορίαν, τὴν βίαν τῆς πληγῆς παρίστησι. Similiter Ius furore correptae τροχοδινεῖται ὄμματ' ἑλίγδην Prom. 907. neque aliter comparata sunt adjectiva ἑλελίστροφος, κυκλοέλικτος et στρογγυλοδίνητος verbumque στρουφογυρίζειν, cujus auctores producit Du Cangius. Cum στρεφεδινεῖν Eustathius 436, 45. componit ὀροθύνειν, quod Orion. 117, 28. duplici ratione enodat παρὰ τὸ ῥοθῶ ῥοθύνω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ō ὀροθύνω· ἢ παρὰ τὸ ὄρω καὶ θύνω· ἐν τῷ περὶ παθῶν Ἡρωδιανός, hic autem fortasse neutram proposuit sed potius illam, in quam Schol. Il.

---

52) Sic etiam Eustathius Proserpinae nomen e verbis φθέρσαι et φονεῦσαι compositum putat 763, 60. Apud Hesychium Ἐναροκτάντας φθογγόσκοτος scribendum est φονοκτόνος.

XIII. 351. relicta altera deflectit: *τὸ ὀρόθυνε τινὲς παρὰ τὸ ὄρω καὶ θύνω ἵν' ᾖ ἐνθουσιωδῶς ὥρμα· ἄμεινον δὲ παράγωγον εἶναι*, idque confirmatur interventu verbi ab eadem stirpe ducti *ἐρέθω ἐρεθίζω*. His adnectunt tertium *δνοπαλίζειν*, quod ex *δονεῖν* et *πάλλειν* copulatum esse volunt, sed simplex esse decernit Schol. Il. IV. 472. *δονῶ δονοπίζω πλεονασμῷ δονοπαλίζω καὶ συγκοπῇ δνοπαλίζω ὡς πυκτεύω πυκταλίζω.* Verum hoc *δνοπίζω* nimis redolet fabricam etymologicam. Itaque huc redimus, verbum illud a nomine quodam *δνοπαλής* vel *δνόπαλος* derivatum esse consociatis duobus quatiendi vocabulis [53]). Cetera hujus causae adminicula primo contactu concidunt: *ποιφύσσειν ἐκ τοῦ φυσᾶν καὶ πνεῖν* Hes. *τῷ ποιπνύειν ἔγκειται τὸ ποιεῖν καὶ πνύειν* Sch. Il. XIV. 155. *ἀττάλλειν ἐκ τοῦ ἄττειν καὶ ἅλλεσθαι* Eust. 437, 11.[54]) *αὔϊαχος παρὰ τὸ αὔειν καὶ ἰάχειν* Sch. Il. XIII. 41. illudque protritum *ἀγηλατεῖν ἐκ τοῦ ἄγειν καὶ ἐλαύνειν*, quod peritiores cum nomine *ἄγος* compositum esse docent. Neque plus firmamenti est in adjectivis *ἠλέματος* et *πρευμενής*, quorum illud simplex potius videtur quam ex *ἠλεός* et *μάταιος* concretum, alterum constat quidem ex duabus partibus sed non iis quas illi sumunt, *πρᾶος* et *εὐμενής*. Epicis licuit *πρηϋμενής* dicere, unde est adverbium *πραϋμενῶς πράῳ τῷ μένει χρώμενος* Hes. Attici vero poetae qui diphthongum *ηυ* neque integram admittunt nisi in augmentis verborum, neque diaeresi diremtam, substituerunt *πρευμενής* correpta vocali ut *γρηῢς* contrahitur in *γρεῦς*, *ἠΰτε* in *εὖτε*. Quemadmodum saepe *ἴσος καὶ ὅμοιος* dicitur in parathesi Parall. 61. sic etiam *ἰσόμοιος aequipar* dici potuit sed parum testatum

---

53) Haud dissimile videtur avis nomen *motacilla* (*κίγκλος*) a movendo et cillendo dictae, quod verbum apparet in graeco *κίλλουρος* et, ut Hemsterhusio videtur ad Hes. s. *Ἰλλώπτειν*, in verbo *κιλλαμαρύζειν* hoc est *κίλλειν καὶ ἀμαρύσσειν*. Cum illo comparari potest *vica pota* et *vinca pervinca*, illud Victoriae nomen, alterum herbae semper virentis, sed hoc *ἐκ τοῦ αὐτοῦ συγκείμενον* ut *salisubsulus*.

54) Sic etiam Doederlinus de Redupl. p. 116. Adn. *δαρδάπτειν* ex *δείρειν* et *δάπτειν*. Sed ferae praedam captam non deglubunt et duo verba barytona ad istum modum componi non solent.

est; nec repudiarem ἰσώμαλος, nisi ἰσόμαλος in Xenoph. Ages. in suspicionem venisset. Ὠκύθοος in verbum desinit quo Homerus utitur ὦκα θέων v. Parall. 462. His tribus omissis causae periclitantis patroni accumulant θόρυβος ἐκ τοῦ θροῦς καὶ βοή, πτισσάνη ἐκ τοῦ πτίσσειν καὶ ἄνειν, χρόνος ἐκ τοῦ χέειν καὶ ῥέειν, Νηρεύς ἐκ τοῦ νάειν καὶ ῥέειν, quae omnino non digna essent memoratu nisi hinc pateret haec de conjunctione synonymorum opinio quam late olim dominata sit nec solum Byzantios tenuerit etymologos sed etiam majoris auctoritatis Grammaticos; nam illud de πτισάνη inventum Pausaniae fuit Atticistae v. Casaub. ad Athen. X. 455. E. et huic simile Apollonii in Lex. Hom. μόρφνον μορόφονον τὸν διὰ φόνου τὸν μόρον ἐπιφέροντα [55]). Nec suspicio abest hujus quoque sapientiae satores fuisse Stoicos omnium vocabulorum elementa prima eruere conatos.

§. 11. Altera est quae dicitur σύνθεσις τῶν αὐτῶν, cujus significationes pleraeque eaedem sunt quae parathesis; nam cum λεπτὰ λεπτά convenit λεπτεπίλεπτος et φαυλεπίφαυλος, utrumque in Anthol. plebejumque κακιγκακῶς Constant. Manass. v. 2260. et 3000. cui viam fecit dictio attica τὰ κακὰ τῶν κακῶν et contrarium τὰ καλὰ τῶν καλῶν hoc est τὰ κάλλιστα v. Meinek. Hist. Com. I. 69. Ab illo μικρὸν μικρόν non multum discrepat Ὅσον ὅσον, ὀλίγον ὀλίγον Hes. et hinc compositum λιγόλιγον *sensim*, quod Du Cangius affert, et adverbia superius dicta πάμπαν et παντάπασι. Verum προπρό sive simplex sive verbo sociatum proprie significat actionem procedentis repetitam, nec raro disjuncte scribitur. Eademque scripturae inconstantia cernitur in relativis latini sermonis *quantiquanti*, *utut*, *ubiubi*, *undeunde* etc. sed ratio longe diversa est; his namque reiteratio conciliat notionem universitatis, quae saepius exprimitur particulis *ubicunque*, *quicunque*, ὅπως δήποτε, ὅσος δήποτε, sed ὅσος ὅσος Graeci non dicunt nisi

55) In Philem. Lex. I. 152. p. 100. male scriptum est ἐκ τοῦ μόρος καὶ φόβος ὁ μόρφνος ἀετός pro μόρος καὶ φόνος. Quod idem et alii dicunt ἐκ τοῦ ἱκέσθαι καὶ θύειν ὁ ἰχθύς, pertinere videtur ad atticam, ut dicitur, hujus nominis aspirationem ἰχθύς v. ad Aj. 1297.

in neutro idque alio intellectu, vel proprio, hoc est *quantumcunque*, vel de re exigua; nam qui sic loquuntur exiguitatis suspicionem relinquunt[56]). Itaque plerumque indicat *quantulumquantulum* sive *aliquantulum* ut in Anth. V. 255. *ἀμφασίης ὅσον ὅσσον ὑπεπρήϋνεν ἀνάγκην.* Verum tamen ut hoc clarius appareat, saepe additur vel adjectivum proprium hujus rei ut in N. T. loco *μικρὸν ὅσον ὅσον*[57]), vel nomen rei exiguae *ὅσον ὅσον σπίλη* Aristoph. *ὅσον ὅσον στιγμή* Anth. VII. 472. quod Naekius de Hecal. p. 84. pro *τόσον ὅσον* positum putat ut *ἦμος ὅτε* pro *τῆμος ὅτε*, sed relativum *ὅσον* non sic ut *ὅς* pro *οὗτος* demonstrativi loco ponitur. Ab his omnibus differt iteratio numeralium, qua scriptores indiserti inopiae distributivorum medentur *δύο δύο bini* in libris V. et N. T.[58]) Et sic hodie loquuntur in Graecia *ἔρχονται ἕνας ἕνας singuli, μιὰ μιά singulae*, sed veteres *καθ' ἕνα, ἀνὰ δύο* etc. Sophocles vero *μίαν μίαν* non hoc intellectu posuisse videtur sed pro sensim ut quidam recentiorum v. Du Cang. Sic enim convenit cum exemplo a Grammaticis apposito *μᾶλλον μᾶλλον*, cujus vis successiva est ab Euripide translata ad verbum: *λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον κλάδον κατῆγεν ἦγεν ἦγεν* Bacch. 1062. a Nonno autem, quum hunc ipsum locum imitando exprimeret, ad nomen hoc modo: *κόρυμβον χειρὶ πιέζων εἰς πέδον, εἰς πέδον εἷλκε.*

Jam mihi omnia anadiplasiasmi genera enumerasse videor, primum clitici, qui in temporibus obliquis existit, tum ejus quo casus recti nominum verborumque afficiuntur.

---

56) *Ποσὶν* Galenus in Gloss. interpretatur *ὀλίγον.*

57) Synonymum substituit Joannes Ecphr. Tab. Mund. 197. (355.) *τυτθὸν ὅσον κατὰ βαιὸν ἀέξεται.* Pro relativo graeco *οὐδ' ὅσον* i. q. *οὐδ' ὀλίγον* Latini assumserunt demonstrativum *ne tantulum quidem.*

58) v. Winer. in Gramm. N. T. §. 38, 3. et 58, 1. qui his confert Exod. VIII. 14. *συνήγαγον αὐτοὺς θημωνίας θημωνίας* id est acervatim cf. Bochart. Hieroz. T. III. 582. ed. Rosenm. *Ζυγὴ ζυγή* Epiphan. Mens. c. III. 161. A. et proxime post *δύο δύο* eodemque intellectu *κατὰ ζυγήν. Ζυγάς ἀντὶ τοῦ δυάς οἱ νεώτεροι* Anon. in Walz. Rhetorr. T. III. 579. *Μυρία μυρία* pro *μυριάκις μυρία* Aeschylus posuit non pro *κατὰ μυρία* ut Pinzgerus putat ad Pers. 915.

Hunc autem partim ab arbitrio loquentium proficisci dixi nullamque vim habere nisi soni amplificandi, partim ab imitatione naturae hoc est onomatopoeticum, qui vel ad auditum pertinet vel ad visum. Cujus fictionis similitudinem quandam praebet sermo germanicus; nam sonum continuatum imitamur iterandis literis *Klingklang* et similiter Angli *ding-dong*. Sed eodem modo etiam res, quae oculis cernuntur, repraesentamus *Zikzak*, *Wirrwarr*, *Mischmasch*, quod illi *mingle-mangle* vocant, Francogalli *pêle-mêle* v. Proll. 285. et ulterius progressus sermo vulgi res vanas futilesque nominibus effuticiis depingit ut *Firlefanz*, quod latine dici potest *titivillitium*, *Schnickschnack*, cui par et geminum est anglicanum *chitchat* et assimile *whimwham* idem fere significans quod a nostratibus dicitur *Schrolle*. Hujus parechesis vel, ut hodie dicimus, assonantiae ludicrae exemplum latinum est *bubulatta*, quod Naevius et Plautus pro nugis posuerunt, et graecum *συρβάβυττα τάραχος καὶ τύρβη* EM. Phot. cui conferri potest germanicum illud *Wirrwarr*; nec piget componere nostrum *Grisgram* et quo Graeci hujus aetatis vultum trucem et morosum designant *τζιγκριμίγκρι*, cujus una pars est *τζίγκρι* frons contracta vel *τζιγκρός* i. q. *στυγνός* [59]) sive *σκυθρωπός*, altera intellectu caret.

CAP. IX.

De sublatione reduplicationis.

Peculiare quoddam genus aphaeresis Grammatici arsin vocant, ut Josephus in Synops. 566. *ἄρσις ἐστὶν ἀποβολὴ κατ' ἀρχὴν τῆς ἀναδιπλουμένης συλλαβῆς οἷον βλῆσθαι, βλήμενος, δέγμενος*, quod genus Trypho propter anabibasmum accentus Aeolibus tribuit, Gregorius modo doricae dialecto, modo ionicae. Et de re ipsa controversia est.

---

59) Huic affine videtur *Ζιγνῶ καὶ ζιγνῶσαι τὸ σκυθρωπάσαι* Zonar. 960. In Theognost. Can. 20, 3. *πᾶσα λέξις ἐκ τοῦ ζυ ἀρχομένη ζύμη, ζύθος, ζύγλορον κιβωτός, ζυχεινεῖ τὸ μύει*, pro *ζύγλορον* scribendum est *ζύγαστρον*, pro ultimo *ζυγνεῖ*, quod et Hesychio restituendum videtur pro *Ζυγκλεῖ σκυθρωπάζει, μύει*.

Nam pro arsi propugnat EM. 663, 42. πέρθαι ἀποβολῇ τοῦ διπλασιασμοῦ ἀπὸ τοῦ πεπέρθαι, sed ambigue p. 200, 4—12. ἐβέβλητο κατὰ συγκοπὴν ἔβλητο· βλήμενος ἐκ τοῦ βεβλημένος κατὰ συγκοπήν·[1]) nam hic saepius syncopae nomine significat aphaeresin: ἐγείνατο καὶ κατὰ συγκοπὴν γείνατο 229, 15. ἔφατο συγκοπῇ φάτο 788, 43. et in hac ipsa causa δέγμενος ἀπὸ τοῦ δεδεγμένος κατὰ συγκοπὴν ὡς εἶναι παρακείμενος 252, 42. nisi hic syncopae nomine proprie usus est hoc intellectu, participio δεδεγμένος non duas primas detractas esse literas sed duas medias sicut illi quos Eustathius sequitur 73, 11. ἐν τῷ δέχθαι οὐκ ἀφαίρεσις γέγονεν ἀλλὰ συγκοπὴ αἰολική et clarius Epim. 111, 14. δέδεγμαι δέδεκτο καὶ ἐν συγκοπῇ δέκτο — καὶ δέχθαι·[2]) quorum uterque hos modos perfecto assignat sed falso. Nam δέκτο non est plusquamperfectum sed aoristus, ut Buttmannus dicere instituit, syncopatus vel, ut veteres, prisca imperfecti forma praesenti sine vocali ficto assimulata. Sic ille in EM. 252, 42. δέγμενος ἀπὸ τοῦ δεχόμενος· τὸ δὲ χ εἰς γ μετεβλήθη τῆς συντάξεως οὕτως ἀπαιτούσης. Huic consentanea est de imperativo sententia Schol. A. ad Il. V. 228. δέδεξο· ἡ διπλῆ ὅτι εἴωθε περιττεύειν τῇ συλλαβῇ ὡς πεπίθωνται (sic) λελάχωσι, qui si pluralem hujusmodi δέδεχθε legisset in H. H. in Apoll. 538. eodem modo auctum dixisset. Et quod idem adnotat ad Il. VIII. 296. δεδεγμένος αἱ Ἀριστάρχου·[3]) Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ τοῦ χ δεδεχμένος, indicio esse videtur hunc δεδέχμενος sine metabole gutturalis scribi voluisse ut

1) Sic etiam Zonaras 394. βλήμενος ὥςπερ τὸ οὐτάμενος ἀναδρομὴν ἔπαθε τοῦ τόνου ἐκ τοῦ βεβλημένος κατὰ συγκοπήν· sed paullo post βλῆσθαι βεβλῆσθαι ἀφαιρέσει τῆς βε.

2) Pari ambiguitate se involvit EM. 252, 34. δέαται ἀπὸ τοῦ δέω δεδέαται καὶ κατὰ συγκοπὴν δέαται. Sed arsin haud perplexe indicat Zonaras 491. δέαται ἀντὶ τοῦ δεδέαται κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ. Idem quadrat ad ἀνέδεντο, quod in synoopis refertur v. Diss. II. c. I. ult.

3) Schol. Il. XXIII. 273. διχῶς Ἀρίσταρχος δεδεγμένα καὶ δεδεχμένα, quod fortasse proparoxytonon esse voluit. Nunc tamen ubique scribitur δέγμενος et ποτιδέγμενος.

Sch. Il. IX. 191. δέγμενος γράφεται καὶ δέχμενος, idque pro δεχόμενος accepisse adhibita reduplicatione. Nam in nominibus quidem verbalibus literae χμ non raro conveniunt ψυχμός, ἀμυχμός, μιμιχμός aliisque haud paucis v. Parall. 395. sed in perfectis passivis, quibus Homerus utitur, τετυγμένα, μεμιγμένα, προλελεγμένα, πεφυγμένος fixum est gamma praeter defectivum ἀκαχμένος[4]) et quaedam controversa: διχῶς φέρεται μεμορυγμένα ἢ μεμορυχμένα Eust. ad Od. XIII. 435. ubi Bekkerus μεμορυχμένα scripsit, idemque cod. Med. in Nic. Al. 318. praebet; nec dissimilis fuit in participio διαπεπλιγμένα discrepantia in quodam Hippocratis loco, γράφεται γὰρ ἑκατέρως διὰ τοῦ γ καὶ τοῦ χ Galen. in Progn. I. 18. p. 63. T. XVIII. P. 1. Atque haec dubitatio attingit etiam praesens: ἀρχόμενος καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄρχμενος, ὤφειλε δὲ ἄργμενος· φυλάξαν δὲ τὸ χ δοκεῖ ἰωνικὸν εἶναι καθὰ καὶ τὸ ἔργμα ἔρχμα φασίν. Ἐνεστῶτος οὖν εἰσιν αἱ τοιαῦται μετοχαὶ ὡς τὸ λέγμενος, ὄρμενος, δέγμενος EM. 151, 39.[5]) quibus accedit μίγμενος Nic. Al. 587. Atque huic generi nescio an illa quoque adscribenda sint quae Hesychius affert Ἐσχμένη συνεχομένη, Ἔχμενος ὑποτεταγμένος, Ὑποεχμένη ὑπείκουσα θεραπεύουσα, quo loco ὑποεγμένη scriptum est praeter ordinem. Sed de scriptura horum participiorum utcunque statuetur, a perfecto certe abjudicanda sunt; et pariter ceteris modis illa arsis species nunc detracta est praeter indicativum Il. XII, 147. σύεσσιν ἐοικότε τώ τ' ἀνδρῶν δέχαται κολοσυρτόν, quanquam id quoque in certamen vocatum esse ostendit subscriptio οὕτως ἐν ἁπάσαις, unde suspicor fuisse aliquem tralaticiae scripturae desertorem, qui dualem praesentis δέχθον id est δέχεσθον substitueret syncopen prae-

---

4) Ἀκαχμένος ἀπὸ τοῦ ἀκάζω τροπῇ τοῦ σ εἰς χ Schol. B. ad Il. X. 135. EM. 45, 48. Rectius nostri docti ad thema ἄκω referunt.

5) Joannes p. 22, 20. allatis participiis, uti vocat, perfecti βλήμενος, ἐληλάμενος addit καὶ τὸ ἄσμενος, ὄρμενος, ἀρχόμενος, δέγμενος, ἄλμενος, εἴτε παρακειμένου εἶεν εἴτε ἄλλου χρόνου, προπαροξύνονται. Hic Blochius pro ἀρχόμενος corrigit ἀκάχμενος. Sed hoc paroxytonon est uniusque temporis perfecti. Dubitari vero poterat utrum ἄρχμενος praesens sit pro ἀρχόμενος an pro ἠργμένος.

texens, qua nonnulli δέχθαι ex δέχεσθαι contractum dicunt. Haec pluribus edisserui ad Buttm. p. 17. et 21. Μνήμενος in versu ignoti poetae Aristot. Rhet. I. 11. p. 1370. b. 5. μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ μνήμενος ὅστις πολλὰ πάθῃ καὶ πολλὰ ἐόργῃ significationem perfecti μεμνημένος ut praesens μνώομαι habet sed accentu congruit cum aoristo βλήμενος. Germana vero perfecta reduplicatione destituta exhibet Hesychius Θνάναι ἀποθανεῖν mendose scriptum pro τεθνάναι, Ἐκταρβημένος ἐπτοιημένος. Ἐμπλησμένος πεπλησμένος, cujus facilis est correctio ἐμπλήμενος, Δησμένῃ (cod. λῆσμα) διαλελησμένῃ, Στηριγμένος ἱστάμενος, Φλασμένος τετυφωμένος, et futurum tertium Μάρσεται κτήσεται, cui Jensius μάρψεται substituit contra ordinem; adde Ἐμφαλκωμένος περιπεπλεγμένος Suid. Θυμμένον τὸ ὑπὸ πυρὸς βεβλημένον [6]) EM. 458, 40. Δμηκότες δαμάσαντες Zonar. 557. et Cyrill. ex ordine. Horum pleraque fortasse a librariis mutilata sunt ad hoc vitium proclivibus ut κατέτηκτο Paus. IV. 3, 3. quod nunc correctum est, συνέχυτο Dio Cass. XXXIX. 54. quibus aliquanto tolerabilius est κατέκλειστο Xenoph. Eph. II. 9, 1. Graecisque novitiis condonantur βαπτισμένος, κατακαυμένη v. Reisk. ad Constant. Porph. p. 104. (332. ed. Lips.) προτινάχθω Med. Mosq. p. 151. nec offensioni est λεπτοκοπημένον Dioscor. Mat. I. 11, 22. (sed λελεπτοκοπ. V. 85, 744.) δενδροκοπημένη Diod. XII. 45. et similiter composita. Sed plurimum admirationis habet γέγωνα, quod non solum apud Homerum sed etiam in tragicorum fabulis et in soluta adeo oratione hoc uno modo scriptum invenitur, praesens autem huic conveniens γώνω ignotum est. Χύτο in Nonn. XXXII. 30. aoristi figuram sed plusquamperfecti significationem habet, ut ἔχχυτο Hom. συνέραπτο Quintus usurpavit IX. 359. altero rho praetermisso. Pro κατένασθε, quod Matthiae Gramm. I. 619. ex Aristophane affert, nunc κατένασθεν scribitur; pro Περιεκώκυτο περιηχεῖτο Hes.

---

6) Sylburgius θύμμενον (sic enim vulgatum est) cum βλήμενος confert, sed hoc dissimile est; paroxytonon praebet Zonaras p. 1064. Pro βεβλημένον utrique βεβλαμμένον restituendum videtur, nam πυρίβλητος poeticum est.

ponendum est περιεκωκύετο, et quod idem affert Λῆτο ἐλέληστο a λάω ductum (Techn. 94.) ejusdemque temporis videtur ut Πλῆτο ἐπλήσθη ἤγγισεν, sed Μῆστο ἐβουλεύσατο syncopae speciem praebet; nam eodem modo explicatur Ἐμήσατο. Consonam syllabae repetitae nonnunquam praetermitti manente vocali Grammaticis persuasum fuit; sed exempla, quibus id comprobare conantur, aut non reperiuntur apud scriptores ut ἐχάλκευται Eust. 759, 47. ἀπεδήμηκα v. Meinek. Com. Fr. P. I. 413. aut e vitiosis libris ducta sunt ut ἐπαττάλευμαι Mein. l. c. 107. et ἐνωγάλισται, quod idem juste rejicit Vol. III. 212. Grammatici, qui de πεφύκω ac similibus disputant, praetermittunt praesens στήκω, quo non solum scriptores sacri sed Posidippus quoque usus est in Anth. App. n. 65. idemque Choeroboscus adhibet futuro ἑστήξω neglecto gemino τεθνήξω. Quo jure Scheidius Animm. ad Anal. 454. et Buttmannus affirment κεῖμαι perfectum esse syllaba characteristica destitutum, dubitavi in Techn. 191. Atticam reduplicationem scriptores inelegantiores saepe negligunt: ἐπηγερμένος Socrat. Epist. XXVIII. 33.[7]) ἀπηλεῖφθαι Philo de Abrah. 352. B. συνήλιπται Schol. Il. II. 150. X. 273. ἠλεσμένον Galen. de Antid. II. 17. p. 201. T. XIV. Diosc. Mat. I. 38. pag. 49. (Ald. ἀληλεσμένον ut in L. II. c. 104. legitur) ἐξηλεγμένος Liban. T. II. 335. ἠλέγχθαι Charit. V. 6, 118. ἐξήλεγκτο Dionys. de Lys. XXIII. 23. e Lysiae loco sumtum, in quo Bekkerus ex uno cod. ἐξηλέγχετο restituit, προςήνεγκται Strab. X. 484. (cod. προςενήνεγκται) Ἠρισμένος ἐστηριγμένος Hes. ἀπήρειστο Polyb. III. 109, 11. ἐνηρεικότα Diosc. III. 23. (24.) συνήρεικε Soran. de Sign. Tact. I. 47. προςηρεικώς Suid. s. Βάθρα. προςηρεισμένον Galen. in L. II. de Fract. 64. T. XVIII. P. II. 564.[8]) κατηριγμένον Phot. s. Προκώνια. διώρυκται Lucian. Timon.

---

7) Syllabam caducam Aristaeneto Ep. XXIII. 100. restituit Abreschius ἐγηγερμένος scribens.

8) Ἐνήρεινται Apollon. II. 320. rejecit Wellauerus. Verbi ἐρίζω perfectum est συνεπήρικε Anth. IX. 709. Hesychius Ἠτιήθη ἐκνίσθη fortasse pro ἐτιήθη, quod convenit perfecto τετιημένος λυπούμενος.

§. 53. (in codd. omnibus) διωρυγμένον Phot. Bibl. CCLVI. 767. ἐνωρυγμένος Schol. Od. IX. 185. aliisque in verbis quae indicavi ad Phryn. p. 31. Κατήνοχα (sic) κατενήνοχα Hes. ex ordine scriptum sed auctor celatur; pro ἠλύθαμεν Hes. Theog. 660. revocata est antiqua scriptura ἠλύθομεν, manet vero manebitque ἦλυθα in Anth. App. CCVII. neque causa esse videtur cur hoc aoristis alexandrinis adnumeremus. Praepositam verbo praesenti syllabam arsi sublatam esse nullum idoneum auctorem reperio; ἀποδράσκω ἀντὶ τοῦ ἀποδιδράσκω, quod Anonymus de Quat. Part. in Rhett. Gr. T. III. 579. a scriptoribus quibusdam suae aetatis nescio qua affectatione elegantiae usurpari narrat, potius inscitiae tribuendum est ut διέδρασκε in Sopatri Diaer. p. 253. T. VIII. et ἀποδρᾶν EM. 126, 46. v. ad Buttm. 152. In glossa Gud. 327, 51. κλήσκω τὸ καλῶ excidit principium Κικλήσκω κατ' ἀναδιπλασιασμὸν ἀπὸ τοῦ—. Μνήσκομαι ex Anacr. Fr. jam sublatum esse dixi Techn. 62. in Adn. idem rejectum est in Babr. Fab. 50, 17. *) γνώσκω Heraclidis inventiuncula est Eust. 1722, 40. τρώσκεσθαι ἐκτιτρώσκειν Galenus unde sumserit mihi non constat; apud Hippocratem solum ἐκτιτρώσκειν reperi T. I. 323. et 326. T. II. 850. T. III. 743. et 745. ac saepius φθείρειν τὸ ἔμβρυον, διαφθείρειν, ἀποφθείρειν. In contrariam partem aberrarunt librarii τιτρωσμός scribentes in Hipp. Muliebr. I. 469. T. II. pro τρωσμός, quod in eodem libro identidem legitur 687. 690. 693. et de Septim. 447. T. I. ἐκτρωσμός Muliebr. I. 729. Nam a verbis, quae reduplicationem recipiunt, nomina propagantur non duplicata; κίχρησις ignobilissimum auctorem habet Tzetzam, pro Μίμνησιν ἀνάμνησιν ποιῆσαι Hes. non interrupto literarum ordine scribi convenit Μίμνησκε — ποίησαι ex Od. XIV. 169. μηδέ με τούτων μίμνησκ'. Quae vero acceperunt anadiplasiasmum, eo rursus privari non constat; nam κρύφαλος, quod aliquoties legitur pro κεκρύφαλος, aut plebeja est corruptela ut conia pro ciconia, aut ab alia stirpe ductum.

---

*) Latini verbi *miniscor* consonae extremae non ex graeco derivatae sed domesticae sunt ut *gnascor*, *nosco*.

Hoc excurso spatio poteram ad oppositas prosthesi et aphaeresi affectiones prosschematismum et apocopen transire, sed quia in prima disputatione alpha quod dicitur inseparabile crebro in quaestionem venit, hic pro epilogo brevem de hoc genere particularum sermonem subjiciam.

CAP. X.

De particulis inseparabilibus.

Auctis doctrinae grammaticae instrumentis tempus videtur hunc locum, quem Fischerus ad Vell. III. 237. et Buttmannus Gramm. §. 120. n. 9. strictim attigerunt, retractare ex integro omissis, quantum series rerum patitur, quae ab illis abunde demonstrata sunt. Particularum igitur, de quibus scripturus sum, in latino sermone duo sunt genera; unum e praepositionibus constat *an, re, se, dis* [1]), alterum ex adverbiis *in, ne, ve.* Quae vero Graeci receperunt, in uno continentur genere adverbiali sed vincunt numero et varietate; aliae intentioni inservientes, aliae privationi. Ab his incipiam.

§. 1. Particulae negativae Buttmannus duas sumit fuisse species principales, unam tripliciter pronunciatam $\overline{\alpha}$, $\overline{\alpha\nu}$, $\overline{\alpha\nu\alpha}$ [2]), alteram uniusmodi $\overline{\nu\eta}$. Illa Grimmius in Gramm. T. III. 747. confert Germanico *un, ohne* et latino *in,* $\overline{\nu\eta}$ autem latinis *ne* et *non,* quibus adjungit nostra vernacula *na, no, nicht,* literam $\overline{n}$ omnibus stirpitus insitam putans. Alii acciunt his similes Hebraeorum et Indorum voces. Handio in Tursell. IV. 28. hoc unum certissimum videtur universae generis humani linguae hoc innatum esse ut negatio per vocem $\overline{n}$ exprimeretur atque vocalis vel prae-

---

1) *Ἡμί τὸ ἥμισυ* EM. 430, 49. quod Buttmannus in hoc tractatu memorat, nos alio loco referemus.

2) Sic vulgo haec scribimus omisso accentu et spiritu; sed aliter Arcadius p. 181, 24. *ὀξύνεται τὰ ἐπιτατικὰ καὶ στερητικὰ μόρια, ζά, δά, δύς, νό, νέ, νή, ἐρί, ἀρί, ἃ οὐδέποτε καθ' αὑτὰ λέγονται.* In libris Grammaticorum saepe superponitur lineola, qua nos quoque utimur ne particula jurativa *νή* sumatur pro inseparabili.

poneretur vel adderetur, unde *an* et *in* et *un* et *na ne ni* orta esse et mutata consona μή. Goettlingius vero ad Hes. Theog. 171. Graecis duas impertit negandi particulas, α et huic cognatum quidem sed tamen paullo diversum ανε, *hoc autem decurtari aut in αν ἀννέφελος aut in νε νέποδες νώνυμος νημερτής et ex νε productione factum esse νη νηκερδής.* Hujus conjecturae periculum in me non recipiam. Et pro ανε ne ipsum quidem hujus inventi auctorem valde pugnaturum arbitror. Sed αν quoque magnopere dubito an a graeco sermone non minus alienum sit quam *an* abhorret a latino. Nam ἀννέφελος qui scripserunt in Anth. XIV. 136. productionem vocalis notabiliorem facere voluerunt geminatione liquidae, quomodo ἀγάννιφος scribitur et ἐννεσίη, sed apud Homerum ipsum ἀνέφελος, quod Eustathius cum ἀκάματος, ἀδάματος comparat p. 1551, 6. De his dicetur in Dissert. de diplasiasmo. De ἀμφασίῃ, cui Buttmannus pariter ν radicale tribuit, rectius idem judicat consonam illam στομφασμοῦ χάριν interpositam esse ut in κόμπος, στρόμβος, ῥίμφα p. 40, 5. ceterum id quoque ἀφασίη scribitur in cod. Townl. Il. XVII. 695. et in aliis Apollon. II. 409.[3]) Idemque ν post alpha inseri constans fuit antiquitatis opinio: εἰκαστός καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀείκαστος καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ἀνείκαστος EM. 297, 25. ἀκεστός καὶ τροπῇ ἠκεστός καὶ μετὰ τοῦ α ἀήκεστος καὶ πλεονασμῷ ἀνήκεστος· πολλάκις γὰρ πλεονάζει τὸ ν p. 107, 4. qui quod de trope dicit, pertinet potissimum ad syntheta quatuor syllabarum, quarum secunda et tertia longa est ut ἀνήμελκτος, ἀνήλειπτος v. ad Phryn. 702. Et Epim. I. 60. ἡ στέρησις προϊοῦσα πῇ μὲν τὸ ν ἀναλαμβάνει ἀναιδής, ἀναίσχυντος, πῇ δὲ μόνως διὰ τοῦ α, ἄοινος καὶ ἀνούτητος, ἄεργος, ἄοκνος. His igitur persuasum fuit consonam, quae non modo in diversis vocabulis ut ἄεργος, ἄνορμος, sed etiam in iisdem ut ἄελπτος, ἄνελπις, ἄεσμος

3) In EM. 88, 39. ἀμφασίαν τὴν ἀφωνίαν καὶ ἔκπληξιν· οὐχ ἀφασίαν οἷον προφασίαν, ἀπορίαν· post ἔκπληξιν interponendum est ἀφωνίαν (δεῖ λέγειν) ex Atticistarum decreto Ἀφωνία οὐκ ἀφασία Thom. quod non refellitur Tragicorum exemplis a Fritzschio citatis ad Thesmoph. 904. Deinde scribendum ἀπροφασίαν ab ἀπρόφατος.

ἄνοσμος, ἀήσσητος ἀνήσσητος modo admittitur modo praeteritur, non ingeneratam sed distrahendis vocalibus interjectam esse. Haec autem interpositio adeo se in consuetudinem insinuavit ut nominum, quae a vocali ordiuntur, pars maxima hiatum effugerit et prae ceteris ea quae cum praepositionibus juncta sunt ἀναπόδεικτος, ἀνεπίληπτος, ἀνεξέταστος, ἀνυπέρβλητος et alia innumerabilia, quibus adminiculum hoc nunquam subtrahitur. Denique ut ab alpha privativo propagata est praepositio ἄνευ sive ἄνις et a Latinorum praeverbio separativo et privativo se synonymon *sine*, ita non prorsus incredibile videtur ab eodem α primum αν tum ανα provenisse iterato sono primitivo et hanc originem esse homerici ἀνάεδνος et similium. Attamen veteres Grammatici huc nunquam cogitationes suas direxerunt sed illud ἀνά, ut isti scribunt, duplici via explanant, una breviore quam Herodianus instituit, altera magis flexuosa. Schol. Od. XI. 274. ἀνάπυστα· προπαροξυτόνως φησὶν ἐν τῇ καθόλου περιττῆς οὔσης τῆς ἀνά ἀντὶ τοῦ πυστά, ἐξάκουστα. Δύναται δὲ καὶ τοῦ ἄπυστα ἐγκειμένου ἄλλη στέρησις ἐντεθῆναι μετὰ προςθέσεως τοῦ ν ὡς ἐν τῷ ἀνήκουστος· αἱ δύο οὖν στερήσεις μίαν συγκατάθεσιν ἐδήλωσαν[4]) καὶ ἔστιν ἀντὶ τοῦ ἀκουστά, quae ad hunc ferme modum reformanda sunt: δύναται καὶ τῷ ἄπυστα ἐγκειμένου α στερητικοῦ ἄλλη στέρησις etc. hoc est composito ἄπυστος *inauditus* praepositum esse alpha privativum ἀάπυστος *non inauditus*, quod quia fortius est quam *auditus* (v. Dissert. de Antiphr. p. 306.) ὑπερεπιτατικὸν vocat Schol. Vict. XIV. 270. ἀάατον ὑπερεπιτατικὸν εἶναί φασιν[5]) ὃ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ ἁπλῷ ὡς τὸ ἀνάπυστα, ἀνάπηρον. Idem vero propter duas negationes contrario nomine appellatur: ἀάατον ὑπεραστερητικὸν φασιν οἱ παλαιοὶ ὡς διπλάζον τὴν στέρησιν· τοιοῦτον καὶ τὸ ἀνάπηρον καὶ ἀνάπυστον Eust. 985, 22.[6]) ἄεδνον καὶ ἐν ἐπιτάσει ἀνάεδνον

4) Schol. Oed. T. 1051. οὐχ ἥκιστα ἀντὶ τοῦ πάνυ· αἱ γὰρ δύο ἀρνήσεις μίαν συγκατάθεσιν ποιοῦσι.

5) Hodie omnes consentiunt hoc nomine inviolabilem significari et per transsumtionem irrevocabilem vel insuperabilem.

6) Imprudenter addit ἀνάγνωστον τὸ γνωστόν, quod alibi recte

ἤγουν λίαν ἄπρηκτον p. 937, 57. Quod Herodianus edixit, *ἀνάπυστον* nihil amplius valere quam simplex *πυστόν* praepositione redundante, consentaneum est veterum grammaticorum placitis de pleonasmo praepositionum, ut Probus vocat, casualium, *ἐπίμηνις*, *ἐπιποιμήν*, *καταθνητός* etc. de quo dixi in Parall. 496. nec dubitari potest quin illud compositum sit ut *ἔκπυστος*, *διάπυστος*, sed pleonastica praepositio non est. Alteram sententiam sequitur Orus EM. 97, 38. Orion. 31, 2. *δύο στερήσεις κατάθεσιν*[7]) *ποιοῦσιν*, *ἀνάπυστα τὰ περιβόητα*, *ἀνάπηρος*. Sed haec quoque certo firmamento caret. Nam persaepe quidem copulantur particulae consimilis potestatis, modo integra cum corrupta: *προςόμορος*, *συνομοδίτης* Anacr. LXIII. 96. ed. Bergk. modo duae loquelares: *Δυςάμμορος διδιπλασίακε πρὸς τὴν ἐπίτασιν· τὸ γὰρ δυς καὶ τὸ α ταὐτὸν σημαίνει* Sch. Il. XXII. 428. *δυςάμμορος κατὰ ἐπάλληλον σύνθεσιν ὡς συνομήλικες* EM. 291, 35.[8]) *δυςάπιστος*[9]) *δύο συνθέσεις ὡς φθινομετόπωρον* Cram. I. 107. Sed duorum alpha privativorum copulatio mihi non minoris insolentiae videtur quam si quis *ininvictus* dicere audeat, neque exempla reperio nisi quae aut aliter scribi aut aliter explicari possint. Unum est *Ἀάστονος ἀνεύφραντος* Hesych. quod in libro incorrecto pro *ἀγάστονος* scriptum fuisse arbitror. Cetera elevat Hermannus Opusc. T. VI. 164. *ἀνέεδνος*

---

ignotum interpretatur vel *admodum ignotum*, quod probat Coraes Atact. I. 42.

7) *Κατάφασιν* scripsit vel *συγκατάθεσιν*.

8) Aenigmata loquitur p. 371, 49. *Ἐριχθόνιος ὁ Ἑρμῆς· μετασυντέθειται ἡ λέξις· ὥςπερ λέγεται φθινόπωρον καὶ μετόπωρον καὶ πάλιν φθινομετόπωρον, καὶ συνομήλικες, οὕτως ἐριούνιος Ἑρμῆς καὶ χθόνιος καὶ Ἐριχθόνιος.* Etenim *φθινομετόπωρον* et *συνομήλικες* (et *συνομώνυμος*) ex tribus constant vocibus, quarum duae priores homoeosemae sunt, *Ἐριχθόνιος* vero ex duabus (si credere fas est) *ἔρα* et *χθών*, sed deum ita vocatum esse nemo novit; *χθόνιος* dicitur et *ἐριούνιος*, quod multo aliter explicatur.

9) Hoc Meinekius in Del. 227. ubique in *δυςάπειστος* mutandum censet. In illo tamen Stratonis Epigrammate homo qui, quod juraverat facturum esse, non fecit, *δύςπιστος* rectius vel *δυςάπιστος* quam *δυςάπειστος* nominari videtur.

scribens et *ἀνέελπτος* tertiumque *ἅμ᾽ ἄπνευστος*, prae quo Goettlingio ad Hes. Th. 797. *ἀνάμπνευστος* placuit; Callimachum, si ita scripserit *μηδὲν ἀνάγνωστον καλὸν ἔχοιμι φίλῳ*, sequutum esse scripturam inveteratam *ἀνάεδνος ἀνάελπτος*, et ad hoc exemplum dixisse *ἀνάγνωστον* pro *ἄγνωστον*. Id si minus probemus, facilis est correctio *μηδὲν ἄρ᾽ ἄγνωστον*[10]), nulloque modo *ἀνάγνωστον* ferri potest in Dion. Cass. L. XL. 9. quod rejeci ad Phryn. 728. et exterminavit Sturzius; *ἀνάφυκτον* ab Harduino illatum Themist. Or. XXI. 261. B. sustulit Dindorfius; in Manethonis loco, quem notavi ad Phr. pro *ἀνάθεσμος* substitutum est *ἄθεσμος*. In Democriti Fragm. CXVIII. Heerenius *πανακηδής* scribit pro *ἀνακηδής securus*, quod Mullachius p. 289. defendit illis Homeri Hesiodique exemplis ab Hermanno rejectis. *Ἀνάπηρος καθ᾽ ὑπερβολὴν πηρός* Anecd. 183. Pollux II. 61. commodius interpretatur *πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος* hoc est *ἀνὰ πᾶν τ. σ.* simillime ut *ἀνάμεστος* et *ἀνάπλεως*, quod Zonaras p. 168. de vulgari opinione cum *ἀνάπυστος* contendit, sed utrique praepositio subest ut synonymis *ἔκπλεως, ἔκπυστος*[11]). *Ἀνάποινος* non cum *ποίνῃ* compositum est ut *νήποινος* et *πολύποινος* sed cum plurali *τὰ ἄποινα*. Jam duo restant causae ancipitis firmamenta: *Ἀνάπταιστον τὸ μὴ πταῖον* Hesych. quod *ἀδιάπταιστον* dici solet et *Ἀνάπυστα ἔκπυστα, ἀνάπυστον δὲ τὸ ἀνήκοον* Suid. quod Bernhardy sic scribendum censet *οἱ δὲ ἀνάπυστον τὸ ἀνήκοον*. Sic enim veterum aliqui illud interpretati sunt sed falso v. Wernick. ad Tryph. v. 107. Nec in Hesychio multum fiduciae. Si tamen *ἀνάπταιστος*, *ἀνάεδνος* et similia rejicere vereamur, hoc *ανα* non particulae negativae formam integram et nativam esse dixerim ut Buttmannus Lexil. I. 274. sed a simplici alpha productam ea via quam supra indicavi. Aliam monstrat Eustathius 748, 7. *ἐν τῷ ἀνάεδνος δύο κεῖνται στερήσεις ἀντὶ μιᾶς — εἰ δὲ κατά τινας ἡ ἀνά πρόθεσις δύναται καὶ στέ-*

10) Verba poetae transponit Heckerus Comment. Callim. p. 7.

11) In Anth. VII. 343. *σοφίης τ᾽ ἀναπάσης* scribi posset *ἅμα πάσης*, nisi obstaret spiritus.

ρησιν δηλοῦν, εἴη ἂν καὶ οὕτως ἀνάεδνον τὸ ἄπροικον. Sed hanc praepositionis ἀνά vim negativam nescio unde cognoverint nisi forte verbum ἀναίνεσθαι sic compositum putarunt v. Techn. 123.

§. 2. Illud perrarum et suspiciosum genus vocabulorum mirum quantum auxit Blomfieldius ad Prom. v. 248. haec scribens: *meminerint tirones* νηλεῶς *per aphaeresin formari, non autem ex particula* νη *quae a Graecia abjudicanda est;* νηλεγής *pro* ἀναλεγής, νηπενθής *pro* ἀναπενθής, νημερτής *pro* ἀναμαρτής *demto* α *et* α *in* η *ionice mutato*. Ἀναμαρτής si legeretur, id non aliter conformatum diceremus quam ἀναλθής et similia. Ἀναπενθής perinde inauditum est atque ἀναπευθής, ἀνακερδής, ἀνάπεκτος, ἀνάλευστος, quod genus si Graecorum consuetudo tulisset, haud dubie a poetis epicis ad quadrandos numeros idemtidem ascitum esset. Sed hoc omisso, quod jam satis disputatum est, pergam ad alteram privationis particulam νή. De hac contrariam Blomfieldio sententiam profitetur Epim. I. 289. νῆστις παρὰ τὸ νη καὶ τὸ ἔστης· ἐκ τοῦ ε ἡ σύνθεσις· οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὸ α (scr. σὺν τῷ α) προφέρουσιν ἄνηστις. Καὶ ἤτοι ἡ ἀνά ἐστι στέρησις ὡς ἐν τῷ ἀναιδής ἢ πλεονασμῷ τοῦ α. Non privationem esse sed pleonasmum concludimus ex eo quod non ἄνεστις dicitur sed ἄνηστις, quae trope syllabam αν non sequitur nisi primam nominis vocalem excipit consona simplex ἀνήνεμος, ἀνήνυτος, ἀνώδυνος, sed nunquam ἀνήστιος pro ἀνέστιος, nec ἀνώστεος etc. qua de re jam in Diss. I. disputatum est. Ἀνήνεμος vero utrum ex νήνεμος ortum sit et eodem modo cetera, an contra breviora e longioribus, nullam habemus ad judicandum rationem nisi quod αν omnibus vocalibus diphthongisque praemittitur ἀνερίναστος, ἀνήδονος, ἀνίερος, ἄνοργος, ἄνυδρος, ἄναιμος, ἀνοικτος etc. νη autem integrum et incolume solis consonis et vocali iota sed huic in uno duntaxat nomine νῆις. Sequente vero vocabulo, cujus prima litera est alpha breve vel epsilon ut νηλεγής, νηλεής, decerni non potest utrum νη cum his vocalibus contractum an residuum sit integrae vocis ἀνηλεής. Sed si computamus omnia utriusque generis exempla, clare patescit ad-

jectiva cum νη conjuncta regionibus contineri iis, quas poetae possident, alpha vero simplicis et cum ν paragogico connexi usum in omni genere et ratione dicendi multo crebriorem esse et liberiorem. His duabus particulis Choeroboscus in Psalm. 17, 14. Theognostus Can. II. 94. EM. 142, 44. tres adjiciunt incertiores, ne dicam commenticias, νε, νο et νω [12]). Pro illo afferuntur νεβρός, νέποδες, νεκρός, νέκταρ, quorum primum fortasse a νέος derivatum est, νέποδες vel ut Hesychius scribit νήποδες rectius pro νηξίποδες vel νῆκται accipitur, reliqua simplicia sunt. Denique Philoxenus utriusque sermonis indagator latinam particulam *ne* non cum graeca νε confert sed cum usitata νη, quamvis prosodia differat. Sic enim tradit J. Laurentius Lydus de Magistr. I. c. 42. p. 72. νέπως ὁ νέος παῖς — ὡς Φιλόξενος· καὶ τὸν σκορπίον οἱ Ῥωμαῖοι νέπαν καλοῦσιν οἱονεὶ ἄποδα· τὴν γὰρ νε συλλαβὴν στερητικῷ τρόπῳ λαμβάνουσι Ῥωμαῖοι ὥςπερ Ἕλληνες νήλυπος (fort. νήλιπος Parall. 250.), νήχυτος, νήγρετος, νήδυμος. Amandemus igitur illud νε, quod isti fortasse ex νη correptum putarunt sicut EM. 607, 33. νο ex νω natum dicit. Horum alterius duo exempla proponuntur νόσος et νόσφι, alterius plurima νωδός, νῶροψ, νωλεμές, νωθρός, νωθής, νῶκαρ, νωχελής. Atque haec non pedaneorum esse magistrorum proloquia sed a primoribus scholae tradita cognoscitur ex Apollon. Adv. 608. τὸ νόσφι πρὸς ἐνίων οὕτως ἀπεδίδοτο ὡς παρὰ τὸ ἕπεσθαι κατὰ συναίρεσιν τοῦ νο καθὰ καὶ τὸ νόσος ἐν στερήσει τοῦ σοεῖν. Hoc stultius est quam ut credi possit Apollonio placitum esse; quod antecedit dupliciter explicatur in Schol. Lips. II. 233. νόσφι ἐκ τοῦ νόεπι ὡς θέοπις θέσπις· ἢ ἐκ τοῦ νόστος νοστόφι συγκοπῇ. Sed praestat incognitis adjicere una cum νωλεμές et νῶροψ. Quatuor ultima, quibus communis est notio pigroris et torporis, cum vocabulis ejusdem potestatis νυθός, νόθος, νουθός id est *hebes*, *debilis* contuli in Proll. 107. tanquam simplicia, et νωδός quoque, si universe hebetem stupidumque significat, simplex est; sin vero proprie de edentulo dicitur,

---

12) Hoc excidit in Arcad. 182.

ex *ἀνόδους* conversum videtur sicut *νώδυνος, νώνυμος*. Nam alpha quidem ipsum, in quo tota vis privationis residet, vix licuit radicitus tolli[13]); sed posteaquam in societatem ascivit consonam *ν*, huic quasi vicario partes suas tradidit ipsumque e medio recessit indulgentia quadam sermonis poetici; nam a vocabulis civilibus *ἀνώμαλος, ἀνώλεθρος, ἀνώμοτος, ἀνωφελής* haec corruptela abest. Verbum *νωπεῖσθαι* idem fere significans quod *δυςωπεῖσθαι* repetendum est a simili quodam adjectivo *νωπός* vel *νωπής*, cujus vestigia omnia abolita sunt, sed Hesychius servavit *Νώψ ἀσθενὴς τῇ ὄψει*, quod cum *ἄνοπτος* et *ἄοψ* conferri potest. *Νώρυμνος οὐκ ἔρυμνος* Zonaras sumsisse videtur ex Hesychii loco *Νώρεμνος* (post *νῶροψ*) *μέγας πολύς κατώτατος ἔσχατος πλατύς ἀσθενής* quod unum ad *μὴ ἐρυμνός* convenit, cetera quo tendant nemo sciverit. Sed maxime suspiciosum est illud quod Theognostus Can. 141. nescio quo e gurgustio repetiit: *τὰ εἰς δω περισπώμενα πρὸ τέλους ἔχοντα τὸ ο σπάνια, σποδῶ, μοδῶ*[14]). *Τὸ νωδῶ διὰ τοῦ ω· ἔστι δὲ σύνθετον παρὰ τὸ νω τὸ στερητικὸν ἐπίῤῥημα καὶ τὸ δέον, ὃ δηλοῖ τὸ πρέπον*· quod quoquo vertas, impenetrabile est[15]). Ergo disjecto hoc exemplorum globo nullum relinquitur nomen quod plane liqueat cum syllaba *νω* compositum esse. Nec magis stabilita particula *μα*, quam Arcadius adjicit p. 46. *τὸ μάργος σύνθετον ἀπὸ τοῦ μα στερητικοῦ καὶ τὸ ἔργον· ὁ γὰρ μάργος οὐδὲν ἀγαθὸν ἐργάζεται*, quod vel accentus refellit brevitatis index. Hujusmodi fundamento innititur illa ariolatio EM. 574, 9. *μάκελλα ἡ μὴ κέλλουσα τοῖς ὀδοῦσι*, nisi ille particulam dehortativam *μή*, cum qua nonnulli *μακκοᾶν* compositum voluerunt, pro eta alpha breve accepisse putavit. Alii numerale subesse statuerunt *μάκελλα ἡ μονόθεν κέλλουσα*,

---

13) EM. 448, 2. *θέσφατον ἀθέσφατον ἀποβολῇ τοῦ α*, quod plerique epitaticum putant vel privativum. Non minus commenticia est contractio: *Ἀνδανία διὰ τὸ μὴ ἀνδάνειν* Steph.

14) Pro hoc aut *ὀδῶ* scribendum aut *ποδῶ*, unde *ποδωτά* vocantur.

15) Ex postremis verbis apparet illum non indicativum *νωδέω* sed participium *νώδεον* alicubi legisse, quod Euripideo exemplo *δυςθνήσκων* parum excusatur.

δίκελλα ἢ *διχόθεν* Sch. Arat. v. 8. v. Techn. 116. quae nomina si sibi opposita sunt, illi *ἅμα* (*ἅπαξ*) potius quam *μία* insitum videtur alpha priore forte abolito, quod vocabulo rusticano facile conceditur. Itaque si certa particularum privativarum documenta requirimus, duae modo sunt, quarum altera in *ἀπαθής* cernitur, altera in *νηπαθής*. Cum his saepe convenit adverbium *δύς*, *Ἀγεννήτων δυςγενῶν* Schol. Rom. Soph. Trach. 61. *Δυςόμοιος ἀνόμοιος* Hes. *δυςήλιον κνέφας* Aesch. etc. sed proprie significat contrarium *τῷ εὖ* eoque accedit ad similitudinem nominis *δύη*, quanquam patet latius; nam *ὁ δύςθυμος* saepe etiam *ὀλιγόθυμος* et *μικρόθυμος* dicitur et *δύςφρων* pro *ἄφρων* et *κακόφρων*[16]). Proprium vero nomen huic particulae redditum non est sed adnumeratur derogativis, ut a Diomede appellantur.

§. 3. Sequitur pars altera de particulis intentivis, cujus generis septem numerantur ab auctoribus supra nominatis: *ἄπειρος ὁ πολύς*[17]), *λάβρος ὁ πάνυ βορός*, *νήδυμος*, *ζάπλουτος*, *δάφοινος*, *ἐριαύχην*, *ἀρίζηλος*. *Τινὲς δὲ καὶ τὸ βου ὡς βουγάϊος καὶ βούπεινα*. Alpha intentivi exempla quam incerta sint exposui alio loco. Hesychius duas profert diversae potestatis particulas *Λά ἐπὶ τοῦ μεγάλου καὶ λίαν* et *Λαί ἐπὶ τῆς αἰσχρουργίας*. Illius exemplum unicum habemus et id glossematicum *Λαπτυήρ* (*λαπτύηρ*) *σφοδρῶς πτύων*. Ceterorum quae in hac causa proferuntur duo cum *λαός* connexa sunt, unum andronymicum *Λάμαχος*, quod dorice figuratum est ut *Λακύδης*, *Λασθένης* sed tribuitur etiam hominibus atticis sicut alius Atheniensium *Ἱππόδαμος* vocatus est, alius boeotice *Διώνδας*, alius ionice *Πουλυτίων* cf. Keil. Anall. 201. alterum adjectivum *λακατάρατος*, quo non significatur *ὁ ἄγαν κατάρατος* sed contrarium *τοῦ δημάρατος*. Tertio *Λακαταπύγων ὁ ἄγαν καταπύγων* inest particula obscoena *λᾶ* sive *λαί*, quae non ex

---

16) Pro *Δύςτακτον κακοδάκρυτον* Hes. scribendum videtur *δυςαίακτον*.

17) Sic in Choerob. l. c. scriptum est; in EM. ubi plura turbata sunt, *ἄσπετος*, utrumque ad alterum canonem pertinens, qui est de alpha privativo.

se cognoscitur sed e paragogis λάστρις sive λάσταυρος, λαικαστής (leccator), Λάσται πόρναι, Λαίσθη ἀκολασία, Λασθαίνειν ἀκολασταίνειν, et Λαίσπαις βούπαις fortasse non proprie μέγαν παῖδα significat sed exoletum. Horum igitur omnium stamen esse videtur syllaba λᾶ sive λαί, quam separate dictam esse non sequitur ex illa Hesychii glossa; nam idem affert Ἄρι (hoc accentu) μεγάλως, Ἐρι μέγα ἰσχυρόν, Δίς κακῶς ἐπίῤῥημα, Ζά μέγα. Illam alpha longum habere cognoscitur ex Aristophaneo λακαταπύγων, eaque re differt a λά epitatico, quod in scholis breviter appellatum esse non solum illa declarant nominuum λάγνος, λάβρος, λάσιος veriloquia importunissima sed etiam EM. 809, 26. Epim. I. 437. πᾶν ἐπίῤῥημα μονοσύλλαβον κατ' ἰδίαν ῥητὸν μακροκαταληκτεῖ· κατ' ἰδίαν ῥητὸν εἶπε διὰ τὸ λᾰ ἐπιτατικὸν καὶ τὸ ᾰ scil. στερητικόν, nam longum est ᾶ τὸ σχετλιαστικόν sicut alia epiphonemata βᾶ τὸ ἔκπληξιν δηλοῦν Joann. de Ton. p. 31. unde βαβαί ἐπίῤῥημα θαυμαστικόν, quale esse videtur μᾶ Theocr. XV. 89. Sed ζά quoque breve est quod miror utroque loco praetermitti nec tamen vulgato λά supponere audeo. Proxime in quaestionem venit illud quod Albertius ad Hes. 836, 16. e Lex. Ms. apposuit Γλί τὸ ἰσχυρόν, mutarine debeat in γλίον ut in EM. et Hes. legitur an sola prosthesi differat ab illo λί, quo Epicharmus pro λίαν usus esse dicitur serio incertum an per jocum. Id fortasse neutrum est adjectivi obsoleti λίς *validus*, unde λῖς appellari potuit animantium validissimus. Id si accipimus, protinus sequitur Λιπόνηρος λίαν πονηρός non ex syllaba et dictione compositum esse ut ἀπόνηρος sed ex duabus dictionibus ut παμπόνηρος. Cum hoc Reinesius Epist. 50. p. 454. confert nomen febris quod apud Hippocratem duplici modo scribitur πυρετὸς λειπυρίας et λιπυρίας sive λιπυρίη. Id enim non cum λείπω junctum esse, ut Actuario visum est, sed cum illa particula λί, eodemque refert λιώλεθρος et λιωργός. Sic enim apud Hesychium scribitur Λιωργός κακοῦργος et proxime ante Λιώδης λιθόλευστος. Sed illud nihil aliud sonat quam λεωργός sive λειωργός id est πανοῦργος, quod supra ad adverbium λέως retuli; pro altero substituendum est λειώ-

λης, quod equidem non aliter dictum esse censeo quam *πανώλης*[18]), sed ille qui *λιθόλευστος* interpretatur, in parte priore inesse credidit nominis *λᾶος* *lapis* formam atticam *λέως* cujus vestigium superest in adjectivo *κραταίλεως* et fortasse in *λεωπέτρα*, quod vulgo cum *λεῖος* compositum putant. Ab illo *λί* proxime distat quod Phrynichus App. p. 30. commemorat *βριμοῦσθαι τὸ ὑπ' ὀργῆς σφόδρα βαρύνεσθαι· τὸ γὰρ βρί ἐπὶ τοῦ μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ τίθεται*, et hinc conflata tradunt *βρίακχος ἡ βριαρῶς ἰακχάζουσα* et *βριήπυος ὁ μέγα καὶ βαρὺ βοῶν* EM. 313, 26. *βριηρόν τὸ μεγάλως κεχαρισμένον* Hes. quod Knesterus cum *ἐρίηρος* confert. Apollonius vero Adv. 567. id residuum adverbii *βριθύως* (*βριθέως*) esse decernit, eademque apocope *ῥᾴ* pro *ῥᾴδιον* sive *ῥᾳδίως* dici, nec dissentit Strabo v. Parall. 119. De adverbii *νη* vi intentiva non indocte commentatur Schol. Apoll. III. 530. *τὸ νή καὶ στέρησιν δηλοῖ καὶ ἐπίτασιν· νήχυτον ὕδωρ Ἀπολλώνιός φησι τὸ πολύχυτον· καὶ ἀχύνετον τὸ πολὺ κατὰ Ἴωνας καὶ Σικελιώτας· Διονύσιος Πλαζομέναις ἵνα λύσσαν ἀχύνετον ἧκα βαλοῦσα*, quae Bassaricorum scriptor dixisse videtur de Junone Furias in Lami filias incitante *ἵνα λύσσαν ἐμβάλωσι* ut Nonnus IX. 38. *θυγατέρες δὲ Λάμοιο χόλῳ βαρυμήνιος Ἥρης δαιμονίης κακότητος ἐβακχεύθησαν ἱμάσθλῃ*, vel de Furia ipsa *ἐνὶ λύσσαν — βαλοῦσα*, sed *λύσσα ἀχύνετος* utrum significet *ἀδιάχυτον* id est indissolubilem sive insanabilem an *πολύχυτον* sive *ἀμφίχυτον* dijudicare haud adeo in proclivi. Quod Nicander scripsit *μαράθοιο νήχυτος ὄρπηξ* et pro *νεόχυτος* sive *νεήχυτος* accipi potest ut *ὁρμίνοιο νεὴ χύσις* Alex. 615. et pro *πολύχυτον*, quomodo *πολυχεύμονα φύλλα* dicuntur a Psello Opusc. p. 30. ed. Boisson. et pro simplici *χυτός*, quo Andromachus utitur Nicandrum imitans in

18) Ex Hesychio *Λεωκόνιτος λεώλεθρος ἢ λεωκόρητος παντελῶς ἐξολοθρευόμενος* apparet loco quodam disceptatum esse utrum *λεωκόνητος* scribendum sit an *λεωκόρητος*, illud a *κέκονα* ut *Τρικόνητος ὁ πολλάκις ἀπολέσθαι ἄξιος* et *νεοκόνητος* i. q. *νεόφονος*, alterum a *κορεῖν* ut Anacreo dixit *τρὶς κεκορημένον τὸν πολλάκις ἐκσεσαρωμένον* Eust. 725, 36. non proprie, puto, sed sic ut *Ἐκκορεσθείης ἀπολεσθείης* Suid. s. *Κόρημα*.

Ther. v. 28. χυτὸν βόσκονται ἀν' ἄλσος διζόμενοι χλωρὸν σπέρμα λαβεῖν μαράθου, similiterque Lucretius II. 596. *fluidae frondes*. Sic etiam νήχυτος ἀήρ Quint. I. 417. *levis et diffusilis aether* Lucr. V. 468. νήχυτος ὄρφνη Apollinar. Psalm. L. IV. 10. φθιμένων ἐπινήχυτα δῶρα Orph. Arg. id est χοαί, aliaque praepositione auctum ζάχυτος Nonn. XIX. 345. (omiss. Thes.) Sed ante Alexandrinos tamen poetas neque νήχυτος reperitur, neque aliud nomen cum hac particula connexum. Nam νηλιτής, quod Schol. Od. XIX. 494. cum νήχυτος contendit, non πολυαμάρτητος valet sed ἀναμάρτητος v. Proll. 377. et νήποινος non πολύποινος, ut Schol. Od. I. 380. tradit, sed ἀνεκδίκητος. Duo alia addit Gloss. ad Lycophr. v. 1. νητρεκῶς ἐπιτατικῶς ὡς τὸ νήχυτος καὶ νήδυμος. Verum νητρεκής non ex νηατρεκής compositum est sed ex duabus constat partibus ut synonymon ἀτρεκής. Νήδυμος, quod ille pro praedulcis accepit, quam incertae sit interpretationis, explicui alio loco de Prosth. Conson. c. VII. n. IX. Jam unum restat Νηλεγής φροντιστής Hes. cui H. Stephanus non injuria substituit ἀφρόντιστος.

Tertia praepositionum epitaticarum sedem inexpugnabilem habet in adjectivo δαφοινός. Nam de δάσκιος jam veterum nonnulli in diversas abiere partes: Δάσκιος ὕλη ἡ λίαν σκιώδης ἢ δασύσκιος Schol. AB. ad Il. XV. 273. Priori adstipulatur EM. 248, 50. Tryph. de Pass. §. 23. nec insolitum est ypsilon adjectivorum in υς exeuntium omitti v. Phryn. 677. Vocem consona adauctam promit Hesychius Δάς ἐπὶ τοῦ πολλοῦ καὶ μεγάλου, quam particulam syntheto δαςπλῆτις subesse putant sed intellectu alio; id enim vel ἄπληστος vel δυςπροςπέλαστος interpretantur (v. Bachmann. ad Lyc. 1452.) ratione caeca, nam origo latet. Δαςπέταλον πολύφυλλον fortasse syncope affectum est ut δάσκιον· alibi δασύφυλλον invenitur. De δαρδάπτω quid Etymologi commenti sint supra dictum est. Voculam ζά, quae cum viginti nominibus coaluit, illi non diversam putant a praepositione; ἡ διά ἐστιν ὅτε ἐπίτασιν σημαίνει [19]) καὶ

19) Διάλευκοι οἱ τηλαυγέστατοι, τοῦ διά πολλάκις ἐπὶ τοῦ μεγάλου

τρεπομένη ὑπὸ Αἰολέων γίνεται ζά ὡς τὸ διαφλεγής ζαφλεγής [20]· καὶ ἁπλῶς τὸ διά, εἴτε πρόθεσιν σημαίνει εἴτε μόνας συλλαβάς, τρέπεται εἰς ζά, καρδία κάρζα, διαμενής ζαμενής EM. 407, 18. Sed interest primum quod ζά intentivum sic ut omnes particulae inseparabiles respuit societatem verborum [21]), deinde quod solis praeponitur consonis; nam ζαφελής in ἀφελής vel in ὀφέλλω excurrere nequaquam credibile, et controversum illud ζαής v. Parall. 158. num syntheton sit quale ἀκραής, valde dubitamus.

De syllaba βου Choeroboscus cautius loquitur quam Hesychius Βοῦ τὸ μέγα καὶ πολὺ δηλοῖ· Λάκωνες [22]) quod exemplis illustrat Schol. Plut. 874. βούλιμος ἀπὸ τοῦ βου ἐπιῤῥήματος, ὅπερ ἐπιτάσεώς ἐστι δηλωτικόν, ὡς βούπεινα, βουγάϊος, βούγλωσσος. Doederlinus, qui hunc locum singillatim sed diversa a nobis ratione tractavit [23]), βουγάϊος sic intelligit ut Eustathius ὁ ἐπὶ ἀσπίδι γαίων. Equidem jam dudum quaerere destiti successum desperans. Cetera non cum particula βοῦ, quae nulla fuit, sed cum nomine animantis composita sunt, quod Varro indicat sed parum diserte: *novi*, inquit, *majestatem boum et ab his dici pleraque magna ut* βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, βοῶπιν, *uvam quoque bumammam* de R. R. II. 5, 4. Etenim βούλιμος, βούπεινα, βούβρωστις et Βούβοσις ἡ πολυφαγία Hes. non a magnitudine sive, ut ille dicit, majestate boum appellata sunt sed edacitatem significant hujus generis propriam [24])

τιθεμένου, ἀφ' οὗ διάδηλον καὶ διάσημον τὸ μεγάλως δῆλον καὶ μεγάλως ἐπίσημον Philo *Quod a deo somn.* 595. E.

20) Pro ficticio διαφλεγής afferri poterat διάπυρος — ζάπυρος.

21) Λαδρέοντι τοὶ μυκτῆρες poetam Syracusanum dixisse pro μεγάλως ῥέουσι concedam si quis εὐῤέω, δυςπνέω aut aliquid hujusmodi protulerit. Auctores glossae fortasse decepit falsa scriptura pro ζαῤῥέοντι id est διαῤῥέουσι antiquitus illata.

22) Fortasse addendum est βῶ. Laconice certe dicitur Βωμύκας ὁ Εὐρώτας παρὰ τὸ βοὸς μυκηθμὸν ἔχειν, quod idem ἐριμύκης dici poterat. Vel nomen gentis supponi debet sequenti glossae Βούα.

23) In Museo Rhenano ann. II. p. 253. *de vocabulis* βουγάϊος, βούβρωστις, βούπαις.

24) Boves *multi cibi edaces* Columell. VI. 2, 14. παμφαγώτατον πάντων ὁ βοῦς Theophr. H. Pl. IX. 15, 4.

sicut nos dicimus *Wolfshunger*, quo in nomine et forma genitivi et significatio clare apparet, et in contrariam partem *Zeisigfutter*. Similiter a muco boum (Veget. III. 27.) homines denominantur *βουκόρυζοι*, a salacitate equorum *ἱππόπορνοι*, quibus admodum propinqua sunt quaedam Germanorum epitheta vernacula *hundesauer*, *rattenkahl*, *mausetodt*, *fuchswild*. In aliis vero corporis magnitudo declaratur. Nam ut Aristophanes Aeschyli verba sesquipedalia *ῥήματα βόεια* vocat, sic fraxinus excelsior vocata est *βουμελία* et ficuum species *βούσυκον* ut in EM. 209, 45. traditur: *εἴωθε (εἰώθασι) τῇ προςθήκῃ τοῦ ἵππου ἢ τοῦ βοὸς τὸ μέγεθος δηλοῦν, ἀπὸ τοῦ βοὸς τὸ βούσυκον, ἀπὸ δὲ τοῦ ἵππου ἱπποσέλινον*, quod confirmat Galeni testimonium in Proll. p. 50. allegatum *τὸ ἄγριον μάραθρον ἱππομάραθρον καλεῖται διὰ τὸ μέγεθος* similiterque alia planta a Graecis *ἱπποσέλινον* nominatur, alia *ἱππολάπαθον* id est *λάπαθον μέγα* Diosc. Mat. II. c. 141. a Plinio vero buselinum, bulapathon, et quae Aristophanes poetae grandiloquo exprobrat *ῥήματα βόεια*, eadem appellat *ἱππόκρημνα* [25]). Falsum vero duco quod Schol. Arist. Nubb. 1066. scribit *Κρόνιππος ὁ μέγας λῆρος κατ᾽ ἐπίτασιν λαμβανομένου τοῦ ἵππου*, quod nomen ad terminationem modo pertinet significationis expers ut in aliis propriorum *Φίλιππος* etc. Ab his differt *βούπαις* hoc est *παῖς ὁ καθ᾽ ἡλικίαν βοῦς* sive puer ejus aetatis quam adeptae bubulae pecudes non amplius *δαμάλαι* et *μόσχοι* sed *βόες* vocantur v. Proll. 54. [26]) Postremo Varro perperam componit *βοῶπις* id est *βοὸς ὦπας ἔχουσα* et *bumamma* (non *bumammus* ut Lexicographi

---

25) *Βουπρηόνες κρημνοὶ μεγάλοι* Hes. potius sunt *βούβοτοι* sive *βουθερεῖς*. Corbita multarum amphorum *βούφορτος* dicitur et *βοῦβαρις*, navis magister *βουβάρας ὁ μεγαλοναύτης*.

26) Pindarus mulierem puerperam vocavit *βοῦν*, Agathias puellam *δάμαλιν*· Ephesi *οἱ οἰνοχοοῦντες ἤθεοι* dicti sunt *ταῦροι* Athen. X. 425. E. vulgo pueri puellaeque *σκύμνοι*, *πῶλοι*. Gloss. Graecol. *catulaster βούπαις*, *πάλληξ*, cui proximus est *ἀνδρόπαις* i. q. parectatus. Cum *βούπαις* congruit vox plebeja *βουγέρων*, quomodo senex decrepitus vocatur per contemtum quasi bos vetulus, et *Καρόπαις ἔπακμος παῖς* Hes. nam *κάρ* sive *κάρα* a Cretensibus vocatur *ἡ βοῦς* v. Parall. 74.

nostri scribunt) quae graece *βούμασθος* nuncupatur [27]) non adjective *ὡς βοὸς μασθὸν ἔχουσα* sed quasi *βοὸς μασθὸς οὖσα*, sicut herba *βούγλωττα*, quam Cato *linguam bubulam* vocat, eademque etiam adjective dicitur *βούγλωσσος* sive *βούγλωσσον* et ad hoc exemplum alia vocabula plantarum, *κυνόγλωσσος* sive *κυνόγλωσσον*, *ἀρνόγλωσσον*, *σκορπίουρος*, *ἀλωπέκουρος*, et piscium *βούρυγχος*, *βούφθαλμος*, *λυκόστομος*, gemmaeque *λυκόφθαλμος*, quae omnia natura adjectiva sunt sed pro substantivis cedunt ut *ὀξύρυγχος*, *τριόφθαλμος* etc. Ut paucis dicam, nullum est nomen a syllaba *βοῦ* incipiens quo non aliqua cum bubus similitudo declaretur. Pro *βουπονηρὰ πορεία* in Authent. I. c. VII. Novell. VI. p. 42. Hombergkius e codd. recte edidit *βίου πονηρὰ π.* nec aliter novissimus editor *Osenbrueggen* Nov. VI. c. 6. In Anth. Plan. LXVII. *ἱμερτὴ Φιδάλεια δάμαρ Βύζαντος ἐτύχθην· εἰμὶ δὲ βουπαλέος δῶρον ἀεθλοσύνης* non *certamen magnam luctam habens* hoc est strategema Phidaliae urbem ab obsidione Scytharum liberantis significari videtur sed vel Phidaliae quaedam cum tauro silvestri colluctatio vel Byzantis ipsius, quem Hesychius Milesius in Origg. Const. §. 11. p. 62. ed. Orell. narrat tum alias feras tum etiam taurum perdomuisse. Jam superest unum proclinatae sententiae adminiculum in Lycophr. v. 434. *τοῦ μόσυνας Ἑκτήνων — στεῤῥῷ δικέλλῃ βουσκαφήσαντος*, quod in Glossa exponitur *μεγάλως καταστρέψαντος*. Sed *βουσκαφεῖν* proprie significat *διὰ βοῶν σκάπτειν* (Geopp. II. 24.) quod fiebat quum urbs a fundamentis prorueretur *imprimeretque muris hostile aratrum exercitus insolens* v. Interpr. ad Hor. I. Od. 16, 20. sed hoc loco, ubi instrumentum destructionis additur, verbi *κατασκάπτειν* vim obtinet. Ceterum *βουσκαφεῖν δικέλλῃ* non audacius dictum est quam *χειρονομεῖν τοῖς σκέλεσι*, *βουθυτεῖν ὗν*, *βουκολεῖν αἶγας*.

De particulae *νω* significatione intentiva nulla fuit apud veteres Grammaticos suspicio. Sed Doederlinus in Gloss. Hom. 218. *νώροψ* pro *ἀνώροφος* id est *εὐόροφος* dici et

27) In EM. 77, 5. *ἀμαμαξύς εἶδος ἀμπέλου — Ἀλέξανδρος ἀβούβαστον λέγει* fortasse *βούμαστον* scribendum.

νωλεμές, quod illi *ἀνελλιπές* vel *ἀμελῶς* interpretantur, idem fere quod *ἅλις* significare putat quippe ex illo *νώ* et *εἴλω* contextum. De verbo assentitur Nitzschius ad Odyss. IX. 435. p. 67. sed *νω* negativum esse statuit et *νωλεμές* indicare *τὸ οὐκ εἰλούμενον immobile*. Hoc aliquanto ceteris probabilius sed neutiquam certum videtur. Bisyllabae particulae sunt *ἀρί* et *ἐρί*, quae nonnulli nostrorum cum *ἄριστος* et *φέριστος* contendunt, prisci cum *περί* et *περισσός* EM. 142, 12.[28]) Tertium addit Hesychius *Μάσι μεγάλως*, *Μασίγδουπος μεγαλόηχος*, quibus interpretes apponunt *Μάτις μέγας* et *Μαί μέγα Ἰνδοί*, cui similia *maga*, *maha mahja* in Indorum dialectis *magnum* significare dicuntur. Nunc veniam ad partem hujus disputationis ultimam, quae est de succedaneis.

§. 4. Alpha privativi locum interdum obtinent praepositiones casuales: *ἡ ἀπό πρόθεσις ἀντὶ τῆς α στερήσεως, ἀπότριχες οἱ ἄνηβοι, ἀπότιμος ἀντὶ τοῦ ἄτιμος, ἀποκηδήσας ἀντὶ τοῦ ἀκηδήσας* EM. 131, 29. Sic homericum *ἀποκηδήσαντες* Scholiastae et Glossographi certatim explicant; pro quo si *ἀκηδήσαντες* scriptum esset, nemo mutatum vellet. Item alia: *Ἀπόξενος ἀντὶ τοῦ ἄξενος* Anecd. Bekk. 432. *ἀπόστοργον τὸ ἄστοργον* p. 439. *ἀπόδειπνος ἄδειπνος* Hes. etc. Sed haec subtilius distinxit Hermannus ad Iph. T. 925. *quae nomina ἀπό habent, ita notant detractionem ut id quod detractum significatur ante adfuisse indicetur; sic ἀπότιμος apud Soph. est qui remotus ab honore; ἀπόσιτος is cui detractus est cibus.* Idque non inobservatum fuit antiquis; *ἀπόμισθος ὁ μισθοῦ πράξας ἔργον τι εἶτ' ἀφειμένος* Anecd. Bekk. 431. *ἡ ἀπό χωρισμὸν δηλοῖ καὶ ἀπόστασιν, ἀπόνοια, ἀποδόκιμος ὁ κεχωρισμένος τῆς δεούσης δόξης* EM. 131, 5. et qui a sepulcris gentiliciis excluduntur, non sunt *ἄταφοι* sed *ἀπόταφοι*, qui a

---

28) Scita est admonitio EM. 375, 3. *τῷ ερι καὶ αρι ἢ μακροσύλλαβον ἐπιφέρεται οἷον ἐρίτιμος, ἢ διπλοῦν οἷον ἐρίζηλος (ἀριφραδής, ἐρίβρομος). Ἐριόδων* ap. Hesych. contra seriem scriptum est, *ἀριφανής* a Brunckio invectum Anall. II. 472. n. 2. Regulae convenit *Ἀρινηρέστερον χαλεπώτερον* Hes. ut *ἐρίηρες*, sed interpretatio poscit *ἀνιηρέστερον*.

pugna destiterunt non ἄμαχοι sed ἀπόμαχοι. Attamen non solum detractio ejus rei, quae affuit, hac praepositione declaratur sed etiam si quis id quo aspirat nondum consequutus est. Ita impuberes nominati sunt ἀπόδρομοι διὰ τὸ μήπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν Ammon. ἀπάγελοι οἱ μηδέπω συναγελαζόμενοι Hes. ἀπόθριξ ὁ ἄνηβος παρὰ Καλλιμάχῳ Eust. ἀφῆλιξ ὁ νεώτερος Hes. quod ab Atticistis improbatur cf. Nauck. Aristoph. 95. Sed poetae interdum pro alpha privativo praepositionem usurpant vel numerorum explendorum causa vel quia significantior, ut Sophocles alibi ἄξενον ὅρμον dixit Phil. 217. alibi ἀπόξενον Oed. T. 196. Pindarus ἀπόκληρος πόνων pro ἄμοιρος P. V. 71. et posteriores ἄποπτος non solum pro ἄπωθεν ὁρώμενος[29]) sed etiam pro ἀόρατος v. ad Aj. v. 14. De ἀπόσιτος, quod Hermannus affert, extat Galeni testimonium ambiguum: τοὺς ἀνορέκτους ἀσίτους ὀνομάζουσι, τοὺς μὴ προςενηνεγμένους σιτία, τοὺς δ' ἀπεστραμμένους προςίεσθαι καλοῦσιν ἀποσίτους Comm. I. in Epid. I. 20. p. 74. T. XVII. P. I. sed in Comm. I. in III. 72. p. 743. ἀποσίτους κατὰ παλαιὸν ἔθος τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἀνορέκτους καλοῦσιν, et in Comm. in Prorrh. 71, 654. T. XVI. ἀπόσιτοι οἱ ἀνόρεκτοι, sive scriptura vacillavit sive discrimen parum fixum fuit; Oppianus certe Hal. I. 299. de diaeta aegroti loquens, quem medicus βορῆς ἀπόπαστον ἐρύκει, hoc pro ἄπαστος sive ἄγευστος scripsit. Sed exemplorum pars maxima nulli est usui quia non constat quam vim praepositio quoque in loco obtineat; idque non solum de ἀπό valet sed etiam de ἐξ, quae saepe illi similem habet significationem privandi ἔκνους, ἔκφρων i. q. ἄφρων, ἔκνομος, ἔκδικος, cui Grammatici perperam tribuunt contrariam potestatem τοῦ ἄγαν δικαίου. Ἔκπικρος H. Stephanus *vehementer amarus* reddit, Dindorfius vero *subamarus; nam praepositionis in hujusmodi compositis minuens potius quam augens vis est.* Imo est potius multiplex et

---

29) In hoc ἄποπτος praepositio significationem vere localem habet ut in verbis ἀφορᾷν, ἀποσκοπεῖν (Ἀπόσκοπος ἄπωθεν σκοπῶν Hes.) *despectare* et in nomine ἄποψις *prospectus*.

[illegible] In Aristotelis loco, quem ille affert Probl. [illegible] (non 30.) ubi primum dicit τοῖς μὴ ἀφροδισιάζουσι τὸ περίττωμα ἔκπικρον ὑποχωρεῖν, tum vero ἐκπικροῦσθαι, apparet praepositionem neque minuendi vim habere neque augendi sed ἔκπικρον vocari id quod amarum factum sit ex non amaro. Neque quidquam promovet Schneideri argumentatio ad Theophr. T. III. 319. *si ἐξέρυθρον est valde rubrum, ἔκλευκον candidum, valde albidum, etiam hoc nostrum ἔξωχρον praepallidum debet esse.* Nam illorum quoque significatio plerumque inexperta. Erotianus dubitari ait τὸ ἐξέρυθρον utrum τὸ λίαν ἐρυθρόν significet an τὸ ἔξω γενόμενον ἐρύθημα, eademque voce etiam rerum ab alio in alium colorem transitum declarari posse intelligitur ex Aristot. Probl. XI. 33. p. 903. a. 3. ἐξέρυθροι γίνονται οἱ αἰσχυνόμενοι hoc est rubri fiunt de non rubris uno verbo erubescunt. Sic idem quum dicit gallis gallinaceis, si castrentur, paleam, quae natura rubra est, decolorari τὰ κάλλαια ἔξωχρα γίνεται, nihil aliud velle videtur quam ἐξ ἐρυθρῶν ὠχρὰ γίνεται. Et, ut plura complectar, eum qui latine *ex servo libertus* vocatur, Graeci non ἔκδουλον dixerunt (nam hoc significat τὸν ἐκ δούλων γεγονότα ut ἐξάδελφος τὸν ἐξ ἀδελφῶν) sed ἐξελεύθερον sive ἀπελεύθερον, pro conditione, in qua quis constitutus fuit, nominantes eam, in quam transgressus est. At e diverso ἀποστράτηγον nuncupant τὸν πεπαυμένον τοῦ στρατηγεῖν et ad hanc similitudinem a scriptoribus semibarbaris ficta sunt ἀποβασιλεύς (omiss. in Thes.) Anecd. Bekk. 1089.[30]) *exconsul, exadvocatus, excubicularius* Du Cang. quibus parem desinendi significationem habent verba ἐκδειπνεῖν et ἀποδειπνεῖν,

30) Eustath. 149, 30. οἱ ὕστερον ἐξ ὀμμάτων φασὶ τὸν πηρωθέντα οἷον Δίδυμος ὁ ἐξ ὀμμάτων, καί τινας ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἑτέρους ἀπὸ βασιλέων. καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Sic Ἰουλιανὸς ἀπὸ ὑπάρχων *expraefectus* in Anthol. v. Jacobs. in Catal. Poett. Epigramm. p. 906. Wernsdorf. ad Himer. 474. Caecus Byzantiis ἀπόμματος vocatur et latine *abocellus* Du Cang. Verbum ἐξομματοῦσθαι notum est duplicem habere potestatem visum acuendi et adimendi. Hesychium Ἀπεπορίαν ἀπεχλωρίασε scripsisse puto ἀπεπυῤῥία ruborem exuit id est expalluit.

ἀποβιοῦν[31]), ἀποδαρθάνειν, ἀφυπνοῦν, sed hoc etiam contrarium valet ἀποβρίζειν *obdormire* sicut *efferverscere* modo ingressum fervoris indicat modo finem. Verum haec de propositionum compositarum significatione quaestio impeditior est quam ut opera subseciva tractari possit. Aliud alpha privativi supplementum praebet particula abnegativa: *οὐ διαφέρουσιν ἀλλήλων ἥ τε ἀπόφασις* (id est οὔ) *καὶ στέρησις ᾱ, ὅσον κατὰ τὸ εἶναι ἀμφότερα ἀναιρετικά, εἴτε (εἰ καὶ) κατ' ἄλλον τρόπον διαφέρουσιν, καθ' ὃ ἡ μὲν στέρησις ἐπιβάλλοντός ἐστιν ἀτευξία ὡς ἄτεχνος ῥήτωρ, ἡ δὲ ἀπόφασις ὡς ἔτυχε λαμβάνεται. Ἀμέλει ἡνίκα ἡ α στέρησις μὴ σημαίνει ἐπιβάλλοντος ἀποτυχίαν, τότε ἀντὶ ἀποφάσεως αὐτὴν λέγουσιν ὡς ἀθάνατος, ἄλογος* Choerob. Can. 361. et in EM. 639, 50.[32]) A privatione dicit differre negationem eo quod illa defectum significet, haec autem promiscue ponatur: *ὁ ῥήτωρ ἄτεχνος καλεῖται, ὁ δὲ ὄνος οὐχ οὕτως, ἀλλ' οὐ τεχνικός.* Sed discrimen potius in eo cernitur quod negatio nihil aliud est quam sublatio propositi, privatio autem per se constat et saepe simplicis et positivae vocis locum explet, velut si quid *οὐ κακόν* vocatur sive animans sive inanimatum, nihil amplius quam vitio carere dicitur sed *ἄκακος* est attributio hominis natura sua a malitia alieni: *ἄκακος ὁ χρηστὰ ἤδη ἔχων ἀλλ' ἐπ' ἔλαττον* Anecd. Bekk. 370. *Ἐπ' ἔλαττον* dicit quia *ἄκακος* minus est quam *χρηστός* sive *ἀγαθός*. Verum haec multipliciter confunduntur, primum quia oratoria elevatione vel optimus aliquis vocatur *οὐ κακός* et *non stulte* dicitur pro perscienter, tum quia multa sunt vocabula, quibus alpha privativum non possit praeponi aut praepositum mutet

---

31) Idem significatur verbis contrarietatis *ἀπογενέσθαι*, *denasci*, *abortiri* et decessionis *ἀποθνήσκειν*, *demori*, *ἐκνῆψαι*, quibus quae adjuncta est praepositio ad statum refertur, unde quis egreditur.

32) Apollon. Adv. 544. *ἐν τοῖς ἐπιῤῥήμασιν ἔστιν ἐπινοῆσαι καὶ παράθεσιν τῆς οὔ ἀποφάσεως καὶ σύνθεσιν τῆς ᾱ στερήσεως, οὐ φίλως ἀφίλως, οὐ σεμνῶς ἀσέμνως.* Hinc suspicari possumus Ciceronem de Invent. I. 28. *disparatum est quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, sapere non sapere,* pro *oppositionem* scripsisse *appositionem*. Alibi neutro utitur nomine.

significationem. Itaque Thucydides quum vellet τὸ οὐκ ἐπιτειχίσαι substantive enuntiare, coactus est dicere ἡ οὐκ ἐπιτείχισις, et Euripides Hipp. 196. δι' ἀπειροσύνην κοὐκ ἀπόδειξιν, quia neque ἀναποδειξία in usu est nec ἀτειχιστία, ac si ita diceretur, non τὸ οὐκ ἐπιτειχίσαι significaret sed τὸ ἀτείχιστον εἶναι. Poetas credibile est tum gravitatis tum numerorum rationem duxisse ut Apollon. I. 246. ἀλλ' οὐ πρηκτὰ κέλευθα πόνος δ' ἄπρηκτος ἰοῦσι et Aesch. Sept. 694. αἵματος οὐ θεμιστοῦ. Eum. 53. ῥέγκουσι δ' οὐ πλάστοισι φυσιάμασι etc. sed ubi codd. variant, plerumque difficilis est electio v. Elmsl. ad Med. 348. Ellendt. ad Arrian. IV. 13, 6. nisi nomen ipsum a synthesi abhorreat. Verum non solum alpha privativum et particula negativa ἀναιρετικά sunt ut ille vocat, sed etiam vocabula contrarietatum, quae nostri dialectici contradictoria vocant. Suidas s. Ἀρετή p. 317. (p. 706 Bernh.) ἀντικείμενά εἰσιν ὅσα τῇ ἀναιρέσει τῶν ἐναντίων συνίσταται, τυφλότης ὄψις, κατάφασις ἀπόφασις, quod genus contrariorum Cicero Top. XI. *diversa* appellat; stultitia — sapientia, bonitas — malitia; *sunt enim alia contraria, quae privantia licet appellemus latine στερητικά. Praepositio enim in privat verbum ea vi, quam haberet si praepositum non fuisset: dignitas indignitas, humanitas inhumanitas.* Hoc in Graeci plerumque alpha privativo, rarius praepositione ἀπό exprimunt, Nonnus vero etiam verbo deficiendi pisces λιπογλώσσους vocans XXVI. 281. πλαταμῶν λιπόσκιος pro ἄσκιος X. 328. ἔλαφοι λιποσθενέες XXXII. 252. non ut Philomela λιπόγλωσσος vocatur IV. 325. et Marsyas λιπόῤῥινος I. 44. sed pro ἄγλωσσος, ἀσθενής. — Praepositioni loquelari δύς consimilem potestatem habet πάλιν in adjectivis παλίγγλωσσος et παλίμφημος, quod Glossographi δύςφημος et κακόφημος interpretantur, et non abhorret a propria hujus adverbii significatione ἐναντίως ut apparet e vicino παλιστομῶ *reclamo*, quod Valckenarius ad Phoenn. 1348. cum παλίγγλωσσος confert. Sed idem etiam contrariam augendi vim habere contendit Hesychius Παλίσκιος — τὸ πάλιν ἐπίτασιν σημαίνει, quod iterat Schol. ad Medd. Mosq. 362. simulque addit Θεόφραστος παλίσκια λέγει ὅσα ἀπεστραμ-

μένην ἔχει ἀπὸ τοῦ ἡλίου τὴν θέσιν. Hoc convenit ad Caus. Pl. VI. 8, 9. ubi loca πρόςειλα id est aprica et solis luminibus obversa contra ponuntur τοῖς παλισκίοις. Ac si hoc fere omnibus locis, qui a Wernickio ad Tryph. v. 209. et in Thesauro indicantur, cum πολύσκιος commutari potest, tamen adverbium vim suam non amittit; nam ut *obnubilum* dicitur quod objectu nubis opacatur verbumque *obumbrare* oppositu umbrae obscurare, ita etiam παλίσκιος et quod cum hoc confertur *ob-scurus* haud secus quam ἀντισκοτάζειν ex notionibus oppositi et umbrae conflatum credimus. — Χρόνον παλιμμήκη τιθέναι Aeschylus dixisse videtur pro tempus duplicare, extendere neque opus est recipere πολυμμήκη quod in Flor. legitur. Plus vero suspicionis habet παλινηνεμίη Anth. X. n. 102. pro quo Plan. πολυνηνεμίη praebet improbante Jacobsio; πάλιν, inquit, *in compositis nonnullis vim* ἐπιτατικὴν *habet ut in* παλίσκιος, παλίγκραιπνος. Sed illud dissimile est, hoc quod Brunckius posuit in Simmiae Ovo v. 9. (XV. n. 27.) pro παλαικραίπνοις ποσί, fortasse non πολύκραιπνος significat sed παλίσσυτος, ῥηπισθόρμητος. Hac autem particula a numero epitaticarum remota multa succurrunt alia, quae eundem usum praebeant; primum adjectiva magnitudinis et multitudinis μεγαθαρσής, πολύμοχθος, παμπόνηρος, et nonnunquam ἄκρος, ἀκρομανής, ἀκρόθερμος summe fervidus, a quo differt ἀκροχλίαρος superne tepidus, tum ex magna multitudine adverbiorum, quae Grammatici epitatica vocant, duo illa quibuscum ἀγάκλυτος et ἀδηφάγος conjuncta sunt, eundemque ad numerum adscribi possunt εὐδάκρυτος, εὐψάμαθος, *bene magnus*, *bene longe*. Tum numeralia, τρίλλιστος et cetera ab hoc nomine composita[33]), quibus Hipponax assimilavit ἑπτάδουλος τὸν τρία ὑπεραναβὰς ἀριθμόν Eust. 725, 30. sed et Boreae specum Callimachus Del. 65. ἑπτάμυχον vocavit hoc est πολύμυχον ut Scholiastae

33) Hoc acutuli quidam transtulerunt ad simplex adverbium τρὶς ἐρύσας περὶ ἄστυ ἀντὶ τοῦ πολλάκις Schol. Il. XXIV. 16. v. Adn. ad Hes. s. Τρία et Τρίς.

videtur[34]). *Ἑπταπλασίονα πολυπλασίονα· ὁ γὰρ ἑπτά ἐπὶ πλήθους τάττεται* Suid. quo sensu est in Plat. Epist. et saepius in LXX. *Ἐννεάκροσσον πολλοὺς κροσσοὺς ἔχον* Hes. incertum qua fide; in Nic. Th. 781. dubitatur utrum *σφόνδυλοι ἐννεάδεσμοι* significentur *ἐννέα δεσμοῖς συνεχόμενοι* an *πολύδεσμοι ἵνα μὴ ᾖ* (scr. *ἵνα ᾖ*) *ἐπιῤῥηματικόν· τὸ γὰρ ἐννέα ἐπὶ πλήθους τέτακται. Πεντηκοντομέσοδμοι πολύστεγοι* et *Ἑκατόνσεμνον πολὺ μέγα* Hes. sed pro hoc puto scribendum esse *ἑκατὸν (σημαίνει τὸ) σεμνόν πολύ* etc. Schol. Il. XX. 247. *νηῦς ἑκατόζυγος — ἤδη οὖν καὶ ἐπὶ Τρωικῶν τηλικαῦται ἦσαν, ἢ τὴν πολύκωπον φησί* et ad Od. XIX, 174. *Κρήτη ἑκατόμπολις ἡ πολλὰς ἔχουσα πόλεις* ut Diod. I. 45. *Θήβας ἑκατομπύλους ὠνομάσθαι καθαπερεὶ πολυπύλους*[35]). Sic *centies* dicitur vermisque multipes nunc *centipes* nunc *millepes*, Graeci vero centenarium numerum non egrediuntur, nam *tercentum* et *sexcenties* propria sunt Latinorum ac si *χιλιόμβη* sicut *ἑκατόμβη* de quovis ampliore sacrificio dictum est, ad archaismum pertinet ut *tetrarcha*, *centumvir* etc. item si Cerberus *μυριόκρανος* vocatur, non a *μύριοι* compositum est sed a *μυρίοι* ut *μυριόδοξος* etc. Praepositionum si quae adjectivorum vim augent et intendunt ut *ἀνάπηρος*, *διάπικρος*, *ἔκλαμπρος*, *κατάψυχρος*, *περίκομψος*, non alienam sibi potestatem induunt sed suam retinent; neque minus *ἀπό* et *ἐξ*, si cum alpha privativo commutari possunt ut *ἀπότιμος*, *ἐξαίσιος*, quod *ἀναίσιος* dici poterat sed non libitum est.

---

34) Alii fortasse ad numeri septenarii sanctitatem traxerunt. Pherecydis (subditivi) liber, in quo crebra fuit mentio *μύχων καὶ ἄντρων*, inscriptus est *Ἑπτάμυχος ἢ θεοκρατία* ob nescio quas rationes mysticas. Pro *Ἐνμαχατεύειν ἐγκεκλεῖσθαι παρὰ γείτονι* Hes. scribendum fuerit *ἐνμυχατεύειν*.

35) Euripides Bacch. 403. *Πάφος ἣν ἑκατόστομοι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβροι* fortasse fabulam de Inopo rivo Nili effluvio v. Potter. ad Lyc. 575. Siebelis ad Paus. II. 5, 2. ab insula Delo Paphum traduxit atque unum e Cypri fontibus originem e Nilo habere credidit, quem quia multas propagines habere creditum est licuit centifluum appellare. cf. Engel. Kypros p. 126. Centum *πίδακας* de colle Aegaeonis profluentes memorat Arrian. ap. Eust. 123, 40. *ἑκατὸν κρήνας Εὐρώπῃ μισγομένας* Callimachus Sch. Il. XVI. 234.

Quae res mihi injicit quaestionem, jam saepius oblatam sed ad hunc ultimum locum reservatam, quibusnam vocabulis hoc alpha anteponi non possit. Ea de re nullus veterum nos certiores facere voluit sed non omnino liberum atque interminatum fuisse particulae usum ostendit Pollucis reprehensio III. 58. παμπόνηροι οἱ Θεοπόμπου τοῦ συγγραφέως ἀπολῖται, cujus simile nomen dubito num reperiri possit praeter Hesiodeum ἀδώτης, quod disjunctionis causa fictum est ut τίω ἀτίω, ἀσύμβαμα, *injussu*, *inconsultu* v. ad Phr. 563. Parall. 157. In Hippocr. Epidem. II. 463. T. III. οἱ τραυλοὶ ταχύγλωσσοι μελαγχολικοὶ κατακορέες ἀσκαρδαμύκται ὀξύθυμοι, utrum σκαρδαμύκται scribendum sit an ἀσκαρδάμυκτοι physiognomones decernant. Ἀβούτης non syntheton est sed ut πολυβούτης et χιλιοναύτης a syntheto ἄβους, cujus proportionem praestat ἄπους. Adjectiva secundae declinationis perlustranti nullum occurrit quod colorem saporemve significet, non ἄγλαυκος, ἄλευκος, ἀνέρυθρος, ἄπικρος, ἄστρυφνος. Ἄθερμος apud unum legitur Platonem, cui Wyttenbachius etiam ἄψυχρος tribuit caetera ignotum. Nec usitata sunt ἄνυγρος, ἄξηρος. De derivativorum quodam genere suspicionem injicit Coraes ad Xenocr. p. 103. ἀτρύφερος, quod hic legitur, addubitans; τὸ γὰρ τρυφερός καὶ τὰ ὅμοια ἀποστρέφονται τὴν μετὰ τοῦ στερητικοῦ α σύνθεσιν. Sed illud satis tutantur Grammatici Eupolidis testimonio, unde hoc solum effici potest hanc vocem minus usitatam fuisse; idque forsan unicum fuerit adjectivi in ερος derivati exemplum praeter ἀχείμερος ab Arato usurpatum; nam ἀνίερος, ἀνελεύθερος huc non pertinent[36]). In αρος exiens unum memoriae occurrit ἀῤῥύπαρος Gregor. Naz. nam ἀβάρβαρος Sophocl. dissimile est; in υρος pauca ἀγλάφυρος, ἀνώχυρος et ἀνίσχυρος. Recte vero idem Coraes ad Isocr. p. 260. Diogenem Laert. adjectivum ἀφύσικος pro ἀφυής contra veterum consuetudinem usurpasse judicat; neque probatiora sunt ἀνάττικος scholae concessum, ἀπολίτικος, ἀγραμμάτικος, pro quo Arriano e

36) Ἐντρύφερος, quod Jacobsius ad Philostr. p. 230. Eupolideae voci apponit, jam sublatum est.

codd. restitutum est ἀγράμματος, latinumque *immusicus.* Eorum quae in ιμος terminantur unum communis usus recepit ἀδόκιμος; pro ἀχρήσιμος in Theophrasti loco Urbinas praebet οὐ χρήσιμος quo Plato et optimi quique utuntur ut οὐ μόνιμος, οὐ βιώσιμος. Poetica sunt ἀκαίριμος et ἀνόστιμος et fortasse ne syntheta quidem sed ab ἄκαιρος, ἄνοστος propagata; vulgare νόστιμος *alibilis* et ἀνόστιμος etymo carent; ἀφύξιμος simplex videtur, non compositum. Adjectiva in ινος desunt; singulare est ἀσκότεινος, quo Hesychius ἀνέσπερον interpretatur.

DISSERTATIO SECUNDA

DE

SYNCOPE.

PROOEMIUM.

Quid sit syncope Herodianus de Genit. Parag. p. 230. Anecd. Oxon. T. III. nimis breviter definit: *συγκοπή ἐστι πάθος περὶ τὸ μέσον γινόμενον, ἔξαιτες, ἄρσαντες.* Sic enim excluditur quidem aphaeresis et apocope, quarum illa principia vocabulorum decerpit, haec exitus, sed non excluditur synaeresis, quae syllabarum numerum imminuit vocalibus integris, neque crasis, quae sonum quoque mutat, nec vero demtio literarum, qua syllabae non minuuntur *μάρναο, κρέσσων.* Accuratius Draco p. 156. *συγκοπή ἐστιν ἀφαίρεσις μιᾶς συλλαβῆς κατὰ μέσην λέξιν ὡς τὸ ἐρατεινόν ἐραννόν, κατέπεσε κάππεσε,* et Josephus in Synopsi p. 567. syncopen dicens *ἀποβολὴν συλλαβῆς ἐντὸς τῆς πρώτης καὶ τελευταίας ἢ φωνήεντος ποιοῦντος συλλαβήν· συλλαβῆς μὲν ὄπατρος, ὄτριχες· φωνήεντος δὲ φέρτε, πατρός*, quorum nominum duo priora syllabam quae proprie ita dicitur amiserunt, duo altera impropriam. Hac autem descriptione occurritur errori eorum, qui, ut in prooemio hujus libri dictum est, syncopae nomine aphaeresin, apocopen atque adeo elisionem consonarum mediarum comprehendunt. Illud vix opus erat addi *ἐν μιᾷ λέξει,* quia hoc loco agitur de affectionibus simplicibus, a quibus illi distinguunt copulatas *ἐγῷμαι, ἐν ταἰθοπίᾳ* Tryph. §. 24. Sed medium inter utrasque locum obtinet apocope praepositionum ut *ἂν δόνακας, ἂπ πατέρων,* de qua disputat Choeroboscus in EM. 93, 25. *τὸ ἀμφόνον οὐ κατὰ συγκοπὴν ἐγένετο, ἐπειδὴ αἱ συγκοπαὶ ἐν μιᾷ λέξει γίνονται οἷον πατέρος πατρός, ἀναμεῖναι ἀμμεῖναι· ἀλλ' οὐδὲ κατ' ἔκθλιψιν, ἐπειδὴ αἱ ἐκθλίψεις οὐδέποτε συμφώνου γίνονται ἀλλὰ φωνήεντος ἐπιφερομένου οἷον κατ' ἐμέ. Κρεῖττον δέ ἐστιν εἰπεῖν ὅτι τὸ τοιοῦτον σχῆμά*

ἐστιν εἶδος συγκοπῆς[1]) *Χοιροβοσκός*. Huic simile *κὰπ φάλαρα* Trypho §. 23. nomine expresso syncopen appellat, sed est potius apocope cum assimilatione consonae conjuncta ut *κὰδ δύναμιν*, *κὰρ ῥόον* etc. quae olim hyphen scribebantur et sub uno accentu. Ecthlipsis illa, cujus signum est apostrophus, prorsus nihil attinet ad syncopen, cujus multiplices flexus et Maeandros nunc explicare conabor. Id autem fiet bipartito. Primum enim de ellipsi unius literae dicam, tum de connexis, et quidem sic ut distinguam vocabulorum partes primarias atque secundarias itemque positiones rectas et obliquas.

Pars prima.

De syncope unius vocalis.

CAP. I.

De litera alpha.

§. 1. Syncopae species multae variaeque, genera, si summatim quaerimus, duo sunt, naturale et voluntarium. Illud cernitur in formatione temporum verbalium *σκλήσομαι*, *τλήσομαι*, *κέκμηκα*, *τέθνηκα*, *μέμβλωκα*, unde transit ad derivata cujusvis merismi *δμῆσις*, *τμῆμα*, *τμήδην*, neque non apparet in praesentibus paragogis *τμήγω*, *θνήσκω*, *βλώσκω*. Antiqui vero Grammatici syncopen non in his natam esse volunt sed in praesentibus ipsis: *ἀπὸ τοῦ βάλλω κατὰ συγκοπὴν γίνεται βλῶ βλήσω ὑποβλήδην*, *ἀμφίβληστρον* Gud. 48, 18. quod Philoxeno adscribit Orion 156. *ἀπὸ τοῦ κλῶ τοῦ σημαίνοντος τὸ καλῶ γέγονε κλήσω κλη-*

---

1) Dicere voluit *ἀποκοπῆς*. Hinc corrigi debebat perversa scriptura Zonarae 146. *τὸ τοιοῦτο σχῆμα εἶδους ἐστι συγκοπή*.

δών. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν Gud. 294, 48. Hoc κλήσω dubitari potest utrum a κλέω declinatum an ex καλέσω coartatum sit ut ταλάσω, τλήσομαι. Pro βλῶ autem et ceteris monosyllabis, quae illi proponunt, κμῶ, θνῶ, βλῶ (βλώσκω), substituimus thematica κάμω, θάνω, μόλω etc. Haec vero omnia in stirpe habent vocalem brevem α vel ε vel ο et circumjectas vocali consonas syllepsi aptas βλ, δμ, πτ similesve. Jam si accedunt syllabae derivativae σω, κα, κω, γω, protinus existit pugna elementorum discordium et resultantium μγ, μκ, τσ etc. Quare fit ut vocalis verbi consonae, cui natura antecedit, postponatur addito tempore hoc est alpha et epsilo in eta mutato, ο in ω. Hanc mutationem Buttmannus Gramm. §. 110. Adn. 15. dubitat utrum metathesin appellari oporteat an syncopen. Sed metathesis ordinem modo literarum immutat sono non mutato ἄταρπος, φράγνυμι, ἔδραθον. Itaque syncopen potius dicemus sed naturalem et ordinariam quia tempora verbi et vocabula hinc declinata sine ea fingi omnino non possunt. Quare ne numerantur quidem in affectis. Voluntariae autem duae sunt species, una cum metathesi conjuncta, qua syllabae primae vocalis brevis transfertur in proximam addito pondere: θράττειν οἷον ταράττειν κατὰ συγκοπήν Phryn. App. 43. cui adstipulantur Epim. I. 203. Schol. Aesch. Prom. 628. et alii quos Kuhnkenius nominat ad Tim. 93. Hoc ταράσσω terminationem bisyllabam habet ut σπαράσσω, ψαλάσσω, stirpem monosyllabam τάρ, eamque gutturali fultam quae comparet in τάρχη ἡ τάραξις Hes. τάργανον τὸ ταρακτόν EM. ταργαίνειν turbare v. Parall. 403. nec procul distant ταρβάλυξ ὁ ταρακτικός Choerob. Can. I. 82. τύρβη τάραξις Suid. Τάρχω non reperitur sed τρήχω, quo Nicander usus est pro τραχύνομαι [1]), et usitatius θράσσω alpha, ut videtur, producto. Alterum hujus transpositivae, ut sic appellem, syncopae exemplum sed

---

1) Terracina ab Ovidio vocatur *Trachas* consentiente Strabone V. 233. Ταῤῥακίνα (scr. Ταῤῥακῖνα v. Proll. 222.) ἡ πρότερον Τραχινή (scr. Τραχίνη) καλουμένη ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος hoc est ab asperitate soli, unde etiam *lapidosa Trachin* nominata est Senec. Trach. 819. et appellativum τραχών *asperetum*.

id in una forma defixum est *βλάξ ἀπὸ τοῦ μάλαξ συγκοπῇ καὶ μεταθέσει τοῦ μ εἰς β* Orion 33, 19. quod non repudiaverim; Schneiderus tamen ad aliud principium transfert cui nomina *βλαδαρός, βληχρός, βλέννα* adscribit haud inepte quidem, nam idem piscis *βλάξ* et *βλέννα* vocatur v. Parall. 145. Temere vero Epim. I. 221. *κρατός ἀπὸ τοῦ κάρατος συγκοπῇ·* hic enim genitivus est obsoleti *τὸ κράς*, cui praevaluerunt *ὁ κράς* et *ἡ κράς·* nec melius EM. 514, 52. *κιόκρανον ἐκ τοῦ κιοκάρανον κατὰ συγκοπὴν ὡς ἐπὶ τοῦ κάρανος κράνος*, qui *κάρανον* pro tribrevi habuisse videtur ut Eustathius p. 700, 63. *τὸ κάρηνον κάρανον ἐν συστολῇ, εἶτα συγκοπὲν τὸ κρανίον παράγει*, sed systole haec res commenticia est. Primitivum sine dubio fuit *κάρ*, quod cognoscitur ex adverbialibus *ἀνάκαρ, ἐπίκαρ*. Hujus emissarii sunt *κάρα, κάρηνον, ἀμφικαρής, ἔγκαρος* [2]) quae omnia alpha breve habent. Id autem producitur compactis per syllepsin consonis *κράς (λευκόκρας) κρανίον, ἀμφίκρηνος, ὑπόκρηνον, δίκρανον, δορίκρανος, ὀρθόκρανος*, unde colligimus non solum *κιόκρανον, ὀλέκρανον* et *δίκρανον*, quibus in Thes. nota brevitatis imponitur, alpha longum habere sed etiam alia poetis indicta *ὀχετόκρανον, Δικρανής δικέφαλος* et *Κράνη ἡ κεφαλή* Hes. verbaque hinc derivata *Κρανίξαι ἐπὶ κεφαλὴν ἀποῤῥίψαι, Ἀποκρανίξαι τῆς κεφαλῆς ἀποχωρίσαι* et quod in EM. 273, 38. perperam ad syncopen transfertur *παρὰ τὸ κάρα καρανῶ διακαρανῶ ἀφ' οὗ τὸ κρανώσατε παρὰ Θεοκρίτῳ.* Nam quod hic dicit *οἷον πῶμα διεκρανώσατε Νύμφαι*, minime idem significat quod *καρανοῦν* nec quod Hermannus putat Opusc. T. V. 82. *perficere*, sed potius *effundere διακρουνίζειν* et *ἐκκρουνίζειν* a *κρήνη* derivatum, cujus propinqua est cum *κρουνός* cognatio. Si demonstrari posset Graecos, quum *τρίκρανος* fingerent, prolixius *τρικάρανος* sive *τρικάρηνος* in animi conspectu positum habuisse, hoc ad aliam syncopae speciem revocari deberet, quae nullam affert sequentis syllabae productionem quia ea per se longa est. De hac paulo post

2) Ejusdem familiae esse videntur *κάρος*, *cerebrum*, *κραιπάλη*, *Βώκαρος* fluvii nomen *βούκρανον* significans Parall. 208.

dicetur omissis quae ab eodem quidem fonte sed diverso inter se flexu derivata sunt, a *καλέω κάλεσις*, a *κλέω κλῆσις*[3]) et sic alia *δάμασις δμῆσις*, *δαμάτειρα δμήτειρα*, *ταλασίφρων τλησίφρων*[4]), *ταλαπενθής τληπαθής*, quorum nullum ad id quod propositum est pertinet nedum ea quae diverse declinantur, *ἡμιθανής ἡμιθνής*, *ἀκαμής*[5]) *ἀκμής* etc. Glossematica *βαλήν* et *βλῆνος* verbo tenus tetigisse satis erit.

§. 2. Hactenus disputata sunt vocabula quorum vocalis non evanescit quin protendatur proxima. Venio nunc ad alteram syncopae speciem quae eam funditus tollit neque detrimentum productione sequentis compensat sive ea per se longa est sive productionis capax. Illius generis unum producit Herodianus ad Il. XVI. 548. *κρῆθεν ἀπὸ τοῦ κάρηθεν συγκοπῇ*. Sed hoc trisyllabum adverbium haud novimus; bisyllabum a neutro *κράς* ductum est cum trope vocalis ut *κρήδεμνος*, quod EM. 537, 28. praepostere ex inaudito *καρήδεμνον* concisum dicit, et ab eodem *κάρα* Epim. I. 242. et 318. repetunt verbum aeque commenticium *καραίνω* unde *κραίνω* ortum esse[6]), parique acumine Eustathius 976, 41. solvit *γλήνη συγκοπὲν ἀπὸ τοῦ γαλήνη*· sed illud diversam habere videtur originem a *λάω γλαύσσω*. Credibilius affert Gud. 307. *ἀπὸ τοῦ φάος καταφαής καὶ τροπῇ τοῦ ᾱ εἰς η̄ καὶ συγκοπῇ κατηφής ὁ κάτω ἔχων τὰ*

---

3) A perfecto *κεκάλεσμαι* (v. ad Buttm. 212.) descendunt *καλεστύς* Schol. Oppian. Hal. III. 360. *ἀκάλεστος* et *καλεστής*, quae apud Glossographos leguntur, *προκάλεσμα* Eust. 387, 4. *συγκαλεστέον* quo Prodromus utitur et adverbium *καλεστικῶς* Zonar. s. *κλήδην* p. 1222. quod Tittmannus aversatur tanquam monstrum.

4) Hoc cognoscitur ex dorico *τλασίφρων*, quod Hesychius interpretatur *ὑπομονητικόν*. Pro *Ἔγλασας ὑπέμεινας*, non *ἔτλασας*, ut Kuesterus putat, sed *ἐτάλασσας* scribendum est ex Il. XVII. 166. unde glossa fluxit; nam aoristum *τλῆσαι* removimus Parall. 172. Adn. 20.

5) Haec vox nuper reposita est in Lucian. Prom. §. 14. *γῆν αὐχμηρὰν καὶ ἀκαμῆ* pro *ἀκαλλῆ*· certiorem hujus aetatis auctorem desidero. Quod in Anecd. Bekk. 1245. dicitur *ἀκάμων καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄκμων*, fictum est ex confesso ut *κεκάμηκα — κέκμηκα* EM. 521, 30.

6) v. Technol. 128. Hesychius *ἐπικρανής* et *ἐπίκρανος* interpretatur *ἐπιμελητής*, quorum illud *ἐπικράντης* scribendum videtur, hujus terminatio cum *αὐτ'κρανος* i. q. *αὐτοκράτωρ* convenit.

convenit Hesychii interpretatio *Πλημμελής ἐκμελής·* adverbium autem cum adjectivo *πλέον* consociat Jamblichus in Nicom. p. 43, 26. *ὁ ὑπερτελὴς ἀριθμὸς ὠνόμασται ὡς πλημμελής τις ὢν καὶ πλεονέκτης·* nam quod numerum excedit, idem plus justo est. Hinc pergo ad syllabas primae proximas.

§. 3. Apollonius in Synt. l. c. 335. cum *ἄφνω* componit vocabula diversi generis; *οὕτως ἔχει τὸ σπάργανον, τὸ ἕδνον, τὸ τέκνον, τὸ δάκνον, τὸ Ἐριχθονίδαι, ἄλλα μυρία.* Ex tanta autem, quantam hic praedicat, exemplorum copia mirum est afferri incertissima. De primo nugetur licet Orion 146, 4. *σπαράσσω σπαράγανον καὶ συγκοπῇ σπάργανον*, Apollonium vero dedecet. Quemadmodum a *φρύγω* derivatum est *φρύγανον*, sic a *σπάργω σπάργανον* v. Techn. 52. pro quo ille *σπάργνον* alicubi invenisse videtur. *Ἕδνον* ex *ἥδανον* contractum esse multis persuasum est v. Diss. I. c. II. §. 3. nec valde adversatus sum, sed *τέκανον* sine ratione fingitur. Pro *δάκνον* in Proll. 240. correxi *δαγκάνω*, ex quo *δάκνω* concisum esse falso creditum est v. Techn. 126.[9]) Ultimo *Ἐριχθονίδαι* aptius afferri poterat *Ἀσκληπίδαι*, quod unus Sophocles usurpavit obsequio metri, et nomen solemnium *Ἀσκληπίδεια* in Corp. Inscr. n. 1068. et 1429. illud enim non ab *Ἐριχθόνιος* derivatum est ut Epim. I. 422, 22. ait, sed ab *Ἐρίχθων*, quod ut indictum sit, tamen fingi licuit more communium *παλαίχθων, βαθύχθων, μεσόχθων.* Sic etiam Clytii filius ab Homero *Κλυτίδης* vocatur, non per syncopen, ut Eustathio visum, sed quasi a recto *Κλύτος*. Illi simile ejusdem Grammatici decretum affertur in Anecd. Cram. T. IV. 326, 35. *ἀπὸ τοῦ Εὐξάντιος ἐστὶ τὸ Εὐξαντιάς· τὸ δὲ Εὐξαντίδης παρὰ Καλλιμάχῳ ὕφεσιν ἔχει τοῦ α· τὸ δὲ Ἑλικωνιάς πλεονάζει· οὕτως μὲν Ἀπωλλώνιος*[10]). Cum patronymicis hujusmodi com-

9) Tzetz. Exeg. p. 98. *δακνῶ τὸ λυπῶ, δάκνυον καὶ δάκρυον*, quod ipsum Sylburgius ab Apollonio scriptum putat; sed hic agit de litera alpha. *Δάκρυον* a *δάκνειν* ductum esse Grimmius quoque credidit *Gesch. der deutschen Sprache.* T. I. 300.

10) In EM. loco, quem proposui in Proll. 464. omisso Apollonio subscribitur alius auctor: *Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν.* Euxantius filius

poni oportet adjectivorum flexus duplices, στεγανός στεγνός, στιβαρός στιφρός Proll. 278. quae res nonnullis syncopae suspicionem injecit: σιφλός ἀπὸ τοῦ σιπαλός Proll. 140. στυγανός καὶ συγκοπῇ στυγνός Orion 145, 33. παρὰ τὸ ἀγάζω ἀγανός ἁγνός EM. 12, 4. κεδνός ἀντὶ τοῦ κηδανός p. 498, 54. τὸ λαγαρόν ἢ χυδαία γλῶσσα λαγρόν καλεῖ Eust. 1464, 64. Hoc forsitan verum fuerit syncopae exemplum; στυγανός et κηδανός temere finguntur; ἀγανός et ἁγνός intellectu differunt. Neque omnino causa est cur breviora omnia ex prolixioribus contracta esse putemus. Nam quum alia alpha semper habeant ut πιθανός, λιπαρός, alia nunquam στρεβλός, κυδνός, non mirandum est quaedam dupliciter terminari vel cum aliqua significationis differentia ut λιχανός, λίχνος [11]) partim nulla ut στεγανός στεγνός. Inconsultius vero EM. 685. Epim. I. 369. ὡς μυχός μύχατος, τρίτος τρίτατος, ἕβδομος ἑβδόματος, οὕτω πόσος πόσατος καὶ πόστος· περὶ παθῶν· quod etsi ab Herodiano manasse colligitur ex consensu Arcadii p. 80, 4. nihilo secius explodendum est donec quis demonstraverit πόσατος, ὁπόσατος, ὁποσαταῖος unquam in usu fuisse; ordinalium istorum, quae poetae modo numerorum gratia produxerunt longius, alia est ratio. Majore praetextu huc afferuntur Δαρεῖος δαρειακός καὶ κατὰ συγκοπὴν δαρεικός Choerob. Orth. 193, 13. βοειακός καὶ κατὰ συγκοπὴν βοεικός 186, 4. quod genus explicui in Proll. 320. [12]) Quomodo

---

Minois fuit Schol. Apoll. I. 186. Cum patronymico Εὐξαντίδης mire congruit Ζευξαντίδαι γένος Ἰθαγενῶν Hes.

11) Αἰανός Glossographi interpretantur αἰνός sed diversa videntur. In Schol. Od. X. 491. ἐπαινή ἡ αἰνή τουτέστιν ἐν σκότει διάγουσα ἢ δεινή pro αἰνή scribendum αἰανή id est σκοτεινή.

12) Quomodo a βοῦς duplex proficiscitur adjectivum, sic etiam ab ὀρεύς mulus ὀρικός et ὀρεικός, quod Buttmannus addubitat Gramm. II. 447. sed uno modo βασιλικός, βαφικός, κεραμικός in Dion. Chr. Or. LXXVII. 418. τὸ φθονεῖν βαφικόν ἐστι καὶ μαγειρικὸν καὶ κεραμικόν, et generatim τὰ εἰς κος κτητικὰ τῷ ι παραλήγεται πλὴν τοῦ Κεραμεικός, Εὐβοεικός, Δαρεικός, Δεκελεικός EM. 30, 1. Secundum horum in libris plerumque iota simplex habet v. Bredov. Dial. Herod. 162. Μαντινεικός et Χαιρωνεικός Meinekius a Stephano reprehendi putat. 678, 19.

a *θηρίον* proficiscitur *θηριακός*, a *προςόδιον προςοδιακός*, a *κουρεῖον κουρεακός*, sic a *μυστήριον* derivatum est *μυστηριακός*, quod Aristophanes truncavit *μυστηρικός* dicens vel metri causa vel ut Megarensem imitaretur. Ignotos auctores habet *Μαλκός μαλακός* Hes. sed comprobatur substantivo *μάλκη ἡ μαλακία* Schol. Nic. Th. 382. — Quae adjectivorum terminationibus concessa est libertas, eadem tribuitur substantivis *σχινδάλαμος σχινδαλμός*, *ὀρχάμη ὀρχμή* Proll. 167. sed horum nonnullis Grammatici syncopae nomen indulgent: *πλοχμός ἐκ τοῦ πλόκαμος συγκοπέντος* Eust. 975, 62. de quo dubitat Herodianus ad Il. XII. 148. *τὸ πλοχμός εἴτε συγκέκοπται εἴτε ἐντελές, ὀξυτονηθήσεται·* sed hoc a *πέπλεγμαι* profectum est ut *φλέγω φλογμός*, *ἔχω ὀχμός*, *ἔῤῥηγμαι ῥωχμός*, illud a *πλόκος*. Separatim ab his enumerabo quae generatim comprehendi non possunt: *Κέβλη* (hoc accentu) *ἡ κεφαλὴ ἐν συγκοπῇ τοῦ α καὶ τροπῇ τοῦ φ εἰς β* Schol. Nic. 424. cui contexta sunt *Κέβλος ὁ κυνοκέφαλος* Hes. et *κεβλήγονος*[13]). *Παρὰ τὸ τέρας τερατεία καὶ ἐν συγκοπῇ τερτρεία καὶ* (*τροπῇ τοῦ ψιλοῦ*) *τερθρεία ὡς ταράττω τράττω θράττω* EM. 752, 48. Epim. I. 203. qui omittunt tertium discrimen in accessione literae ρ positum. Nomina ipsa non solum librarii saepe confuderunt sed Atticistae quoque pro synonymis habent et scriptores ipsi nonnunquam permutant ut Dionys. Antt. II. 19. sacricolarum portenta primum *τερατεύματα* mox *τερθρείαν μυθικήν* vocat, et Aelian. H. Ann. X. 24. Aegyptiarum fabularum compositores *τερθρεύειν* dicit hoc est *τερατεύεσθαι*. Plerisque tamen locis *τερατεία* quidem significat *παραδοξολογίαν*, mendacia portentosa, magniloquentiam et jactantiam v. Jacobs. ad Ael. p. 534.[14]) *τερθρεία* vero *λεπτολογίαν*, argutias et subtiles disputationes, quas alii *σκαριφισμούς*, *σκινδαλμούς* et *σκαλαθύρματα*

---

13) Macedonicum *κεβαλῆνος* Gud. 97, 40. fortasse est proprium *Κεβαλῖνος*.

14) In Schol. Nubb. 317. *τερατείαν παραδοξολογίαν* Piersonus *τερθρείαν* corrigit; Coraes ad Isocr. p. 160. discrimen subtile interesse sed a solis Atticis observatum censet.

vocant [15]) eaeque saepe quidem cum ostentatione conjunctae sunt sed non semper. Itaque non a τέρας derivatum videtur, quod Wyttenbachius ratum habuit ad Plut. de Aud. 564. sed a τέρθρον, quo si universe τὸ ἄκρον significatum est, haud dissentaneum fuit τερθρεία dici pro ἀκριβολογία. Sed invenimus aliud primae declinationis nomen in compositione concisum ῥαπάτη ῥαπταύλης. Adjectivum hujusmodi indicat EM. 87, 26. παρὰ τὸ μύσος μυσαχρός μυσχρός καὶ ἀμυσχρός ὁ καθαρός v. Meinek. Anall. 261. sed originationem dubiam reddit accentus, qui in compositis ἄγλισχρος, πάναισχρος retrahitur. Ex tertio ordine huc revocatur οὖας καὶ κατὰ συγκοπὴν οὖς Choerob. Can. 385. Eust. 1213, 48. Alii vero οὖς ex ὄος contractum dicunt, hoc autem vel ex ἄος conversum esse alpha, quod in verbo ἀΐω apparet, in o micron mutato, vel ex ὄας mutata vocali ultima ut δέρας δέρος, quod EM. 638, 54. refert ex libro περὶ παθῶν hoc est Herodiani, qui in hac causa plus semel excitatur v. Techn. 313. Quemadmodum vero οὖς refertur inter nomina μονήρη, ita verbis singularibus adnumerandum est δανείζω Techn. 223. et hujus quoque causa ponitur in ellipsi vocalis: παρὰ τὸ δάνειον δανειάζω καὶ ἐν συγκοπῇ δανείζω Choerob. in Psalm. 142, 10. Id si cum γένειον γενειάζω, κώνειον κωνειάζω contendimus, vocali destitutum dicemus; sed quia nunquam regeneratur, in primo satu abolita videtur. Plurimum hinc differt ἥγιζε ἀπὸ τοῦ ἡγίαζε κατὰ συγκοπὴν Sch. Arist. Plut. 681. aliaque verba dupliciter terminata, quae copiose tractavi in Proll. 479—483. et his similia nomina ἁγιαστία καὶ κατὰ συγκοπὴν ἁγιστία EM. 10, 27. Φύγδα ab Aeschylo pro φύγαδε positum simile est glossae Paphiae Θύρδα ἔξω Hes. hoc est θύραδε sive θύρανδε, sed ut μίγδην dicitur et μίγδα, κρύβδην et κρύβδα, sic illi licuit mutare terminationem φύγδην φύγδα. Alpha longi abscessio non satis probatur exemplis gentiliciorum quibus Stephanus

15) Sic Aristoteles Top. VIII. 1, 152. b. ἐπὶ τέλους τερθρεύονται *tricantur;* οἱ διαλεκτικοὶ περὶ τὴν τῶν λόγων τερθρείαν κατατρίβονται Diog. Prooem. §. 17.

affluit: Ἀγκώνεια Ἀγνωνείτης ὡς Μαρωνείτης, Καυκωνείτης κατ' ἔλλειψιν τοῦ α — Ἰάμνια Ἰαμνιάτης καὶ Ἰαμνίτης καθ' ὕφεσιν τοῦ α ὡς Δαυνίτης — Κριῶθεν ἀπὸ τοῦ Κριώα κατὰ συγκοπήν. De hoc alibi rectius judicat Πυθῶθεν ὡς Κριῶθεν hoc est a nominativo Κριώ sicut alius Atticae pagus Θριώ vel Θριώς vocatur, adverbium Θριῶθεν v. Meinek. p. 318. Ἰαμνίτης vero ab Ἰάμνη etc. Nec quidquam momenti afferunt quae inter primam et tertiam declinationem divisa sunt στομίας στόμις, τροφίας τρόφις, διφρίας, ἑδρίας et quae Hesychius exhibet mendoso accentu scripta διφρίς, ἑδρίς. Jam si omnia quae in medium allata sunt, denuo respectamus praetermissis dicatalectis ut στεγνός, πλοχμός, quae pari inter se jure sunt, remotisque omnibus quibus analogia quidem alpha vindicat sed usus constanter denegavit ut βοειακός, δανειάζω, perpauca remanent syncopae verae et directae exempla Ἀσκληπίδαι, Γλακτοφάγοι. Tantum de simplicibus.

§. 4. Compositorum genus unum concisioni opportunum habetur, hoc est cardinalia quae in alpha exeunt. Primum τρίμηνος ἀπὸ τοῦ τριάμηνος EM. 767, 35. sed de hoc litigant, quos hic introducit, auctores: ὁ μὲν Ἀπολλώνιος λέγει ἀπὸ τοῦ δὶς καὶ τρὶς γίνεται δίμηνος καὶ τρίμηνος· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἀπὸ τοῦ δύο καὶ τρία κατὰ συγκοπήν· καὶ τοῦτο ἀναλογώτερον εἶναι δεικνύουσι τὰ ἀττικὰ ἐξ ὀνομάτων συγκείμενα πεντέμηνος, ὀκτώμηνος. Id autem debile est argumentum; nam adverbia πεντάκις, ὀκτάκις etc. ad componendum multo minus habilia sunt quam primitiva illa monosyllaba, totumque hoc genus πολλάκις, ὀλιγάκις, ἐνιάκις, σπανιάκις, πλειστάκις etc. v. Proll. 319. synthesi pertinaciter renititur. Quae ultra ternarium sunt, alpha promtissime exuunt τετρήρης, πεντέτης, δεκέτης cf. Maetzner. ad Lycurg. 255. Extra hunc cardinem unum deprehenditur τανηλεγής et quod Schneiderus Hesychio restituit τανήλοφος, nisi fuit prius et antiquius τανός sive τάνος· nam a ταναός ducendum erat ταναολεγής ut ταναόδειρος et solita ectasi ταναηλεγής. Seorsum ab his tractanda sunt praeverbia. Ἄμ φόνον jure ad apocopen refertur v. Prooem. 218. sed composita ἀμφαίνω, ἄμμιγα, κάββαλε

etc. ad syncopen Drac. 175. Hujus autem generis nonnulla in sermonem insinuarunt; *καμμύω ἀπὸ τοῦ καταμύω κατὰ συγκοπήν* Choerob. Dict. 524. Moschop. Sched. 140. et *ἀκάμμυστος* Hes. *ἄμβων ἐκ τοῦ ἀνάβων* [16]) *κατὰ συγκοπὴν ὡς ἄμπωτις* Phryn. App. 12. quorum illud nusquam legitur nisi contractum ut femininum *ἄμβη* et *Ἄμβαινα ἀναδενδράς* Hes. sed integre *Ἀναβῶδες βαθμοῦ εἶδος* Hes. Pro *ἄμπωτις* vero saepius *ἀνάπωτις* ut *καταμύω*, quorum exempla collegi ad Phr. 340. *ἀμβολάς* Xenoph. *ἄγκλιμα καλεῖται ἵνα κατακλίνεται ὁ κυβερνήτης* Poll. I. 90. Eadem libertate usi sunt Comici: *ἀγχάσκω* Pherecr. Fr. p. 347. *καββαλών* Amips. 706. quibus accedit vulgare *παράπαγος πάρπαγος* id est pessulus a verbo *πήγνυμι*, et quae vocalem nunquam recuperant *ἄμπυξ* et *διαμπερές* [17]). Sic etiam topica quaedam formam, qua semel signata sunt, in perpetuum retinuerunt: *Parstrymonia* regio Thraciae Liv. *Ἄμβρυσος* et *Ἀγχόη* Proll. 416. atque andronymica *Παρμενίδης, Παρμένων*. Quod vero Stephanus narrat Siciliae quandam urbem *Ἕξγυιον* vocatam esse *διὰ τὸ ἓξ ἀγυιὰς ἔχειν* deridet Meinekius 271. In exitu subjungam nomina peregrina, quorum origo procul a cognitione: *Ἀλμανικός* Anth. XIV. 148. ubi tamen *Ἀλαμανικός* praefertur a Schaefero; *Τιβαρηνοί οὓς ἡμεῖς Τιβρανούς φαμέν* Eust. ad Dion. 767. Salapia Etruriae urbs ab Appiano Civ. I. 52. *Σαλπία* vocatur, incolae in nummis *Σαλπινοί* v. Mannert. Geogr. T. IX. 2. Salapina palus Lycophr. 129. quibus addi potest antiquum Ephesi nomen, quod Stephanus *Σάμορνα*, Strabo *Σμύρνα* appellat v. Alexand. ad Sibyll. V. 305. ut praeteream Apollinis Lycii cognomen vulgatissimum in codd. Lycophr. 920. *Πατρεύς* scribi. *Παιάν* Eustathius 1275, 40. ex *Παιάων* concisum statuit quo nemo usus est, et om-

---

16) Rectius oxytonon in EM. 81, 8. *ἀναβών καὶ ἀναβάσει τοῦ τόνου ἄμβων.*

17) *Ἄμπηρος πεπηρωμένος* Hes. fortasse a poeta dictum est; *Ἀμπαιδες οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι* laconicum. Pro *διαμφάδην* Poll. II. 120. Bekkerus *διαφάδην*. *Διαμπάξ* fortasse a *διαναπηγνύναι* id est *διαναπείρειν* transfigere ut in Aeschyli loco *σφῆνα διαμπὰξ στέρνων πασσαλεύειν* et aliis.

nino vocalem longam obteri non concedimus licet contendat Herodianus alter *κλῆρος παρὰ τὸ κάλον* Epim. I. 239. *Ἴων* ex *Ἰάων* repetere non audent sed contra *Ἰάονες ἐκ τοῦ Ἴωνες διαλύσει βοιωτικῇ* Sch. II. XIII. 658. cui etiam *Ποσειδάων* et *Τυφάων* assignantur in EM. 774, 34. *Τυφών* autem vulgo acuitur Apollod. I. 6, 3. Strab. XVI. 730. Plutarch. de Is. c. II. XXIX. XII. Lucian. V. H. I. 9. eundemque accentum Dindorfius restituit Athen. XV. 680. A. sed Arcadius eodem accentu scribi jubet quo *Ποσειδῶν* tanquam contractum. *Πύρκων* sacerdotis cujusdam Delphici nomen in oraculo proditum si idem significat quod *πυρκαεύς* idemque cum verbo attico *κάω* compositum est ut *Πολυκάων*, alpha longum amisit; sin cum altera verbi forma unde *πυρκόος* fluxit, ō breve excidit; Siebelisius vero ad Paus. X. 5, 3. ex *πυρκῶν* factum putat idque cum *ἀμνοκῶν* confert quomodo *θυοσκόος* accipitur *ὁ διὰ τῶν θυμάτων τὰ μέλλοντα κοῶν*. Pro *Πρωτεσίλειον* nunc emendate scribitur *Πρωτεσιλάειον* sicut urbs Phrygiae *Δορυλάειον*. Quod Euphorio usurpavit *Ἀμφιάρειος* pro *Ἀμφιαράειος*, Meinekius in Anall. 109. a nominativo *Ἀμφιάρης* declinatum censet[18]).

§. 5. Brevior sermo erit de nominibus et verbis quae alpha in transitione amittere putantur. *Κάρηαρ καρήατος καὶ κατὰ συγκοπὴν κάρητος καὶ ἡ δοτικὴ κάρητι* EM. 491. Choer. Can. 380, 2.[19]) His Eustathius nominativum masculini generis *ὁ κάρης* superponit, Buttmannus vero eadem a *κάρη* declinata et alteri voci alpha additum esse judicat, uterque exemplis destitutus; nam praeter *κάρη* nomen generis neutrius in η nullum exit, *κάρηαρ* autem certe Antimachi auctoritate communitum est; quare illi casibus tri-

18) *Ἀμφάρης ὄνομα κύριον* Suid. fortasse non herois nomen est sed homuncionis cujusdam ut *Ἀμφάριχος* et *Ἀμφήρης*, doricumque *Παντάρης*.

19) In Epim. I. 251, 26. pro *τὸ καρήατος οὐκ ἀπὸ τοῦ κάρηαρ* scribendum est *κάρηας*, quod non ad proxima pertinet sed ad superiorem canonem *τὰ εἰς ας οὐδέτερα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τῇ γενικῇ καθαριεύει δέπαος, κρέαος* etc. *Κάρηας* rejicitur *ὅτι οὐδὲν εἰς ας ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἐστιν οὐδέτερον* EM. l. c.

syllabis ellipsis potius quam productioribus pleonasmi nomen indiderunt. — Ignotum vocabulum nobis objicit EM. 62, 18. *ἀλείατα συγκοπῇ ἄλητα· λέγεται καὶ ἄλητον*, quod nisi adjectum esset, relatorem vitiosa scriptura deceptum dicerem. — Nominum ejusdem generis in *ας* exeuntium tres casus similiter cadentes notum est triplici modo efferri *τέρατα τέραα τέρα*. Hujus alpha si longum est, patet contractum esse; sin breve, quaeritur duorum alpha utrum excisum sit. Veteres finale praeferunt: *τὰ δίχρονα ἐκ συναλοιφῆς ἐκτείνεται κρέαα κρέα, κέραα κέρα· εἰ μέντοι ἀποκοπὴν δέξεται τῆς τα συλλαβῆς, συνεσταλμένον ἐστὶ τὸ δίχρονον* Herodian. de Dichr. 341. ed. Lehrs. *τῶν εἰς ας ὀνομαστικὴ πληθυντικὴ εἰς ατα καὶ αα συνεσταλμένως καὶ εἰς α ἐκτεταμένως ἀττικῶς· τὸ δὲ κρέα λυγκὸς ἔταμνε παρὰ Καλλιμάχῳ* (Dian. 88.) *κατὰ συγκοπήν ἐστιν, ὅθεν τὸ α συστέλλεται* Choerob. Can. 389, 14. apocopen significans ut a Dracone 116. dicitur. Prolationis atticae (ut de hac primum dicam) exemplum unicum est in Antiphanis versu Vol. III. 9. *κρέα δὲ τίνος ἥδιστ᾽ ἂν ἐσθίοις; τίνος;* atque hoc removet Meinekius in Ed. minore T. I. 494. *κρέας* scribens, nam *κρέα* non dici ultima producta. Idem de communi consuetudine et de Homero ipso contendit Schol. Il. XXII. 347. *κατὰ συστολὴν τὸ κρέα ἀνεγνώσθη ὥςπερ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ· ὁ δὲ Τυραννίων ἐκτείνει· ἀλλ᾽ οὐδέποτε ὁ ποιητὴς κρέα εἶπεν* hoc est ita ut iambum efficiat. In illo loco, cui hoc adnotatum est et duobus aliis *κρέα* in tertio et quinto pede ante consonam legitur; quare Eustathius 1777, 21. dubitat utrum bibreve sit *ὡς ἀποκοπὴν παθὸν ἐκ τοῦ κρέατα* an monosyllabum ut est in exitu versus *ἀνδρόμεα κρέα*, cujus vocalis ultima et longa videri potest ut *῾Ρέα* in eodem versus loco collocatum *οὓς τέκετο ῾Ρέα*, et brevis ut accusativus nominis *ναῦς* in initio *νέα μέν μοι κατέαξε*. Sed longitudinis tamen nullum affertur exemplum expressum et indubitabile; brevitatis vero certissimum *κρέ᾽ ὑπέρτερα·* haec autem excludit synaloephen. Nec probatur ea nominibus, quae in *ας* non purum exeunt. His enim Draco 55, 14. alpha breve tribuit excepto uno *τὰ εἰς α* (scr. *ρα*) *λήγοντα οὐδέτερα συστέλλει τὸ α πλὴν*

τοῦ κέρα, quod Herodianus quoque producte dici credidit in Schol. Il. IV. 109. τὸ κέρα ἀποκοπή ἐστι τοῦ κέρατα· Ἡρωδιανὸς δὲ συναλοιφὴν τοῦ κέραα· sed id neque ex hoc loco cognoscitur ubi vocalis sequitur, neque ex altero Quinti quem Spitznerus addit de Prosod. p. 25. ἀμφὶ κέρα λελιημένοι· id enim eadem ratione excusari potest qua homericum οὖτα κατὰ λαπάρην, sed sua vi produci videtur in Mosch. II. 87. κέρα ἀνέτελλε σελήνης. Perinde incerta sunt δέπα, cui Schol. Od. XV. 466. alpha longum impertit, et σφέλα, cui Thierschius Gramm. §. 189. nam utrumque excipit vocalis; tertiumque ἧψε σέλα τυφλὴ δὲ — Anth. IX. 289. et quartum Apollon. IV. 1410. θεῖα τέρα τὰς δέ σφι — et Orac. Sibyll. ap. Phleg. Mirab. c. X. ὅσσα τέρα καὶ ὅσσα παθήματα — nam alpha arsi produci potuit. Ita unum relinquitur atticae ut a Dracone vocatur prolationis documentum γέρα macrocatalectum sed hoc apud Tragicos modo; Homerus vero γέρα πεσσέμεν dixit sic ut κρέα correpta ultima et Nicander τέρα κεῖνα Th. 186. quibus nostrorum aliqui addunt Hesiodeum σκέπα μαιόμενοι· sed id suspicatus sum accusativum esse numeri singularis ut λίπα et alia sigma finali destituta, quae fictoribus suis exciderunt imperfecta v. Parall. 132. Techn. 316. De uno illorum loquitur EM. 227, 17. Epim. I. 99, 8. γέρας τὰ γέραα ἰωνικῶς καὶ κατὰ συγκοπὴν γέρα πεσσέμεν παρ' Ὁμήρῳ. Draco autem et Herodianus ll. cc. apocopen appellant, quod praeferimus; nam facilius deteritur alpha extremum, quod tribus tantum casibus appenditur, quam medium quod a prima positione per omnes flexus propagatur. Atque hac re nomina in εος exeuntia, de quibus in proximo capite dicetur, differunt ab hoc genere, quod nunc absolvimus. — Annominationis causa alpha manifesto detractum est in epigrammate ludicro Anth. IX. 113. τοὺς κόρις ἐκκορίσας, quod aliter effici non potuit. Nulla vero ejusmodi excusatione defenditur accusativus ille in Maneth. IV. 112. ὑδρομάντις ἔρεξε, pro quo nunc recepta est Dorvillii scriptura ὑδρομάντιας ἔρξε. Τὰς πόλις iota brevi finitum ex Sibyll. affert Jacobsius ad Anth. 476. et sic fortasse in alio loco I. 187. scribendum est pro καὶ πόλεις αὐτάν-

δρους. *Παλιμπετές* et *ἐπιτηδές* in duobus Homeri locis nonnullos pro accusativis habuisse Eustathius memoriae prodidit *ἀποβολῇ τοῦ ι ἢ καὶ συγκοπῇ* 1520, 52. sed accentus indicat illos abjectionem praetulisse. Duos accusativos *βασιλῆς* et *νομῆς* Herodianus e Sophocle et Xenophonte protulit Choerob. Can. 271. quomodo natos crediderit, non addocemur sed veri simillima est crasis, qua *τείχεα* in *τείχη* mutatur; Choeroboscus fortasse longius repetiit ab homophonia primi et quarti casus, ad quam descendit saepius [20]). Consimile *τοὺς Εὔβοῆς* ex Apollodoro apponit Meinekius in Hist. Com. 469. Cum contractis *πόλις*, *φύσις* Apollonius Pron. 120. confert *τὸ ἰχθῦς ἢ νέκυς καὶ τὰ τούτοις ὁμοίως συναιρούμενα*, nec minus dilucide Herodianus in Schol. Il. XXIV. 665. *δαινῦτο ἐκ τοῦ δαινύατο συναλοιφῇ ὡς τοὺς νέκυας νέκυς ἔφη*. Sed quod idem aliquando *τὰς κλιτύς* scripsit et *τὰς γραπτύς κατ᾽ ὀξεῖαν τάσιν* Sch. Il. XVI. 390. nescio quid rationis habuerit nisi forte nominum in *υς* exeuntium casus bisyllabos ad unum omnes eodem accentu notandos putavit. *ἡ γένυς τὰς γένυς, ὁ ἰχθῦς τοὺς ἰχθῦς, ὁ βότρυς οἱ βότρυς*, nam syncopae repugnat et longitudo vocalis *υ* et accentus in eadem syllaba permansio. Syncopen cum quarto casu natam ostendit *ὦλκα* id est *αὔλακα* Schol. Il. XIII. 707. Sch. Apoll. II. 396. cui Grammatici affingunt nominativum absonum *ὦλξ* v. Parall. 111. Pro hoc Graecos *ὦλαξ* dixisse puto, unde compositum *ὁμώλακες*.

§. 6. De verborum inclinamentis quae promuntur, potissimum ad perfectum spectant: *τὰ εἰς μεν λήγοντα πληθυντικὰ ἀεὶ ἔχει καθαρὸν τὸ μ δίδομεν κ. τ. λ. εἰ μέντοι σύμφωνον εὑρεθείη, συγκοπὴ ἐγένετο ἴσαμεν ἴσμεν, ἴδομεν ἴδμεν, ἔοιγμεν, δέδοιγμεν, ἐπέπιθμεν* Herod. Mon. 23, 33. quae a multis iterata sunt, sed quis *δέδοιγμεν* usurpaverit, nemo nos certos reddit. Verbi *ἴδμεν* triplex origo

20) *Πᾶσα εὐθεῖα πληθυντικῶν εἰς ες λήγουσα καὶ συνῃρημένη ἔχει τὴν αἰτιατικὴν ὁμόφωνον ἑαυτῇ οἱ ἰχθῦς τοὺς ἰχθῦς, οἱ βοῦς τοὺς βοῦς* etc. Can. 243, 27. *τὰ ἰωνικὰ τοὺς μάντις καὶ τοὺς ὄφις οὐ γεγόνασι κατὰ κρᾶσιν ἀλλ᾽ ὁμοφωνία ἐστὶ τῆς αἰτιατικῆς πρὸς τὴν εὐθεῖαν οἱ μάντις* 861, 11.

traditur in EM. 466, 13. ἴσαμεν ἴσμεν καὶ τροπῇ ἴδμεν· ἢ ἐκ τοῦ εἴδω ὁ δεύτερος ἀόριστος ἴδον ἴδομεν ἴδμεν, ἢ ἐκ τοῦ οἶδα, quae potior habetur sententia. Apollonius ἴδμεν aoristi loco posuisse videtur IV. 1075. Αἰήτης οὔτ᾽ ἄρ ναίει σχεδὸν οὔτε τι ἴδμεν Αἰήτην ἀλλ᾽ οἷον ἀκούομεν, sed vulgo idem est atque οἴδαμεν. His additur ἐληλούθαμεν καὶ συγκοπῇ εἰλήλουθμεν EM. 298, 43.[21]) Ἄνωγμεν, quod nostri Grammatici ex H. Hom. afferunt, illi ignorant nec certum est utrum perfectum sit an praesens ut φέρμεν. Omnia autem poetarum sunt propria praeter ἴσμεν, ἴστε, ἴσθι, quibus Choeroboscus Can. II. 894. Cram. IV. 395, 5. praestruit dorica ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσαθι. Dialecti vulgaris contagione corrupti nonnulli quod de ἔοιγμεν valet, transtulerunt ad verbum purum: τὸ πληθυντικὸν τοῦ δέδια Ὅμηρος κατὰ συγκοπὴν εἶπε δείδιμεν καὶ ὑποδείδισαν Epim. I. 120, 5. Eadem via aberrat EM. 121, 32. ἀπῇμεν ἀπὸ τοῦ ἦα ἤαμεν συγκοπῇ ἦμεν. Ceterorum temporum unius verbi ἐλαύνω aoristus huc convenit ἔλσαι τὸ συνελάσαι κατὰ συγκοπήν EM. 333, 13. ἤλσατο βοῦς Ἴβυκος παρὰ τὸ ἠλάσατο 428, 27. Illud alios ad εἴλω sive ἔλλω retulisse cognoscitur ex Sch. A. Il. XI. 413. ψιλωτέον τὸ ἔλσαν, quod qui ἕλσαν scribebant, aspiratum εἰλέω amplexi sunt. Sed verbum Ibyceum syncopae manifestum est et, quod Simonides scripsisse videtur, διήλσατο. Nescio quo vertam illud in Gud. 546, 32. ὑφεῖσαν ἐκ τοῦ ἐῶ τὸ συγχωρῶ· ὁ μέλλων ἐάσω, τοῦ ἀορίστου τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν εἴασαν καὶ ἐν συγκοπῇ καὶ συνθέσει ὑφεῖσαν· nam ἐᾶν neque aspiratur neque cum ὑπό conjungitur. Quare illum aut aoristum secundum esse suspicor verbi ὑφίημι id est ὑπενδίδωμι *concedo*, ut ἀνεῖσαν, ἀφεῖσαν, vel primum verbi affinis unde ἕζομαι repetitur; utrique enim interdum substitui potest ἐᾶν ut etiam Hesychius ἧσεν (ἥσεν) interpretatur εἴασεν, ἐκάθισεν, et quod cum *sino* compositum est *desino*, non raro asciscit significationem desistendi et destituendi sive

---

21) Κέκραγμεν Buttmannus Gramm. II. 24. interponit sine ulla testificatione, novimus vero κέκραχθε ex κεκράγετε contractum; ἐγρήγορθε non indicativus est sed imperativus.

τοῦ ἀφεῖναι. Centies proponitur ἥλατο καὶ ἐν συγκοπῇ ἆλτο, sed pertinet alio. Quae Schol. Theocr. I. 30. consociat κεκονιμένος ἀπὸ τοῦ κεκονιαμένος diversis principiis innituntur.

CAP. II.

De epsilo.

§. 1. Ordinem institutum sequenti prima sunt vocabula quae epsilon stirpi insitum in derivatione exuunt sequente in altera syllaba eta vel alpha longo. Hujusmodi multa afferunt Etymologi sed nimio parilitatis amore quidquid concisi speciem habet ab aliquo non conciso ortum esse fingunt. Primum praesentia: ἀπὸ τοῦ τομή τομῶ τμῶ τμήγω Zonar. 267. περῶ περάσω πρήσσω Epim. I. 355. quod anodromae commentum respuunt alia verborum thematicorum complementa πτήσσω, θνήσκω, πιπράσκω v. Technol. 107 sq. Tum tempora obliqua a verbis circumflexis repetere moliuntur πετῶ πετήσω πεπέτηκα καὶ κατὰ συγκοπὴν πέπτηκα καὶ τροπῇ πέπτωκα Choerob. Can. 554. περῶ πεπέρακα καὶ συγκοπῇ πέπρακα Gud. 479, 4. πρᾶσις οἱονεὶ πέρασις κατὰ συγκοπὴν τοῦ ε EM. 686, 45. v. Parall. 401. Tum etiam adjectiva πετῶ πετὴν ἀπετὴν καὶ συγκοπῇ ἀπτὴν Orion. 22, 26. σκληρός παρὰ τὸ σκλῶ μονοσύλλαβον, ὅ ἐστιν ἀπὸ τοῦ σκέλλω EM. 718, 14. ἐκ τοῦ γενήσω γενήσιος καὶ κατὰ συγκοπὴν γνήσιος 236, 22. παρὰ τὸ πλῶ τὸ πελάζω πλητός καὶ ἄπλητος ὁ ἀπρόσιτος 123, 11. neque intentata relinquunt adverbia παρὰ τὸ πέλας πελάσιον πλησίον Choerob. in Psalm. 121, 16. παρὰ τὸ πέλω (πελῶ) τὸ πλησιάζω συγκοπῇ πλῶ καὶ ἔμπλην EM. 336, 17. Sed potius sententia sic est a πέτομαι mutata propter characterem futuri conjugationis forma declinatum esse πετήσομαι ut a κήδω κηδήσω, γίγνομαι γενήσομαι et porro nomina πετηνός, ἐκπετήσιμος, πέτευρον, sed terminationis vocalem longam saepe eo valuisse ut syllabae principalis vocalis brevis obliteraretur pondere sequentis obruta. Itaque ab eodem πέτομαι processit πτήσομαι, πτηνός, πτῆσις, ἐπα-

ναπτήσιμος, ut a θέρω θέρσομαι et Θρήσομαι θερμανθήσομαι Hes. a βάλλω (βέλλω) σύμβαλμα, Βελτός ὁ βλητός Hes. et βέβληκα, a σκέλλω vero, quia σκέλσω durius sonat v. ad Phryn. 115. unum ἔσκληκα, σκλήσομαι et eodem tractu σκληρός, σκλῆμα, quibus similis verborum latinorum declinatio *cerno crevi, sperno sprevi, tero trivi*. Hinc efficitur ἔκρησα, κέκρημαι et his consentanea κρᾶμα, κρᾶσις, εὔκρας, εὐκραής, αὐτοκρής Parall. 221. fingi potuisse etiamsi ἐκέρασα, κεκέρασμαι, κέρασμα, κέρασις (κατάκρησις) nunquam recepta fuissent, et ἔπρασα, πέπραμαι, πρᾶσις non ex ἐπέρασα, πεπέρασμαι, πέρασις coartata sed haec a perfecto περῶ derivata esse, illa a semiperfecto πέρω. Neque erit qui ἑτερογενής ex ἑτερογνής sive ἑτερόγνης (Parall. 237.) ortum dicat, quod et diversa declinatio prohibet et comparatio similium γνήσιος, διόγνητος, κασίγνητος. Haec raptim pervagati consistamus in uno verbo πέλω, non illo quo poetae uti non destiterunt sed thematico multas dissimilesque significationes complexo. Primum ἀπὸ τοῦ πέλω γίνεται κατὰ συγκοπὴν πλῶ τὸ πληρῶ καὶ ἀναδιπλασιασμῷ πιμπλῶ EM. 672, 14. At πλῶ illud vox ficticia est; syncope accessit cum accretione syllabarum derivativarum πλήθω, πλῆθος, πλῆμα, πέπλημαι, unde Epim. I. 149, 3. et 25. repetit adjectiva πλητός, ἄπλητος καὶ ἄπλετος διὰ τοῦ ε κατὰ συστολήν[1]). Simplex πλητός ignotum est, ἰσχὺς ἄπλητος Hes. Th. 153. incertum utrum δυςπέλαστον significet an ἄπλετον hoc est, si Hesychium audimus, ἀμέτρητον οἷον ἄπλεθρον, quo intellectu Homerus ἴς ἀπέλεθρος dixit pro ἄμετρος, πολλή ut Schol. ait Il. V. 245. Pro ἄπλετος Moeris testatur attice dici ἄπλατος, quod manifesto praegrandem significat in Comici Fragm. T. IV. 609. ἔχεις ἄπλατον ἐν τοῖς ὠσὶ κυψέλην et, nisi me fallo, in Rhes. 300. στρατοῦ μῆκος ἄπλατον· nam quod Vaterus statuit sic dici id cujus numerum assequi nequeas quasi menti inaccessum et impervium, equidem valde dubito num

---

1) Πλάτις et πλάτυς, quae Hesychius interpretatur ἄθροισμα, fortasse dorica sunt pro πλῆτις id est πλῆθος ut ἦτις βολή Hes. quod confirmant exempla in Parall. 441. allata.

Graeci unquam πελάζειν ad cogitationes traduxerint; neque hoc sensu ἀπρόςιτον vel latine *inaccessum* dicitur sed ἀνέφικτον. Item in Opp. Hal. V. 98. κῆτος ἄαπτον ἀπλάτων μελέων ὀλίγον ποτιβάλλεται ἰχθύν, ratio oppositi poscit ut immensum intelligamus[2]) quod vulgo ἄπλετον dicitur. Quomodo autem illi, qui haec adjectiva verbo πλήθω subtexuerunt, significationes inexpleti et immensi conciliaverint, brevi post videbimus. Alterum est πέλω, quod in EM. 659, 29. ad explicandum πελεμίζω assumitur v. Techn. 88. Hinc repetunt πλήσσω, quod Herodianus tradit aeolice πλάζω dici alpha producto; et hoc Aristarchus etiam Homerum usum esse statuit quum aliis locis tum Il. XX. 268. κῦμά μιν πλᾶζ' ὤμους, ubi nunc πλάζε scribitur tanquam imperfectum verbi usitati πλάζω τὸ πλανῶ. Nam in hoc πλάζω τὸ πλανῶ ἡ κοινὴ ἀνάγνωσις συστέλλει τὸ ᾱ Epim. l. c. fortasse distinctionis causa sicuti ἀγοράζω τὸ ἐν ἀγορᾷ διατρίβω τινὲς ἐκτείνουσι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἑτέρου Herodian. de Dichron. 292. Si enim ut Nitzschio ad Od. V. 389. et mihi visum est, πλάζω proprie idem significat ac πλήσσω atque communem cum hoc a πέλω originem habet, alpha longum esse oportet. Tertio loco ponendum est πέλω triplici paragoga amplificatum πελάω, πελάζω, πλάθω, quibus respondent tres verborum diversorum terminationes περάω, σεβάζω, εἰκάθω. A πελῶ porro propagata sunt πελάτης ἐμπελάτειρα (ut ἐλάτης ἐλάτειρα) ἐμπελάδην, quibus omnibus alpha breve. Id vero illico producitur vel in eta mutatur si vocalis stirpi innata abolescit. Quod fit primum in conformatione praesentis Πλήθω πελάζω Hes. quod attice dicitur πλάθω, tum in derivatione temporum πέπλημαι, ἐπλάθην et in verbalibus πλήτης ὁ πλησιαστής Hes. πλατύρ δοῦλος (πελάτης cliens), πλᾶτις conjux (ἐμπελάτειρα) et adjectivis πλατός, ἄπλατος

---

2) Sic etiam V. 317. κῆτος ἄπλατον et III. 546. ξιφίαι ἄπλατοι dicuntur et χροὸς ἀπλήτοιο Quint. IV, 462. *corporis vasti*. Haec forma illi quoque reddenda est. Cur Tragici ἐπλάθην, πλατός et ἄπλατος in diverbiis aliter dixerint atque ἐτμήθην, ἄτλητος et ἄκμητος, parum in promtu positum.

sive ionice ἄπλητος [3]), πλησίος, παρὰ τὸ πέλω τὸ πλησιάζω Proll. 422. πληγενής hoc est, ut Albertius interpretatur, πέλας γεγώς. Aliam praesentis formam profert Hesychius Προςπλάζει προςπελάζει, eandemque Homero attribuit Schol. Il. XII. 285. κῦμά μιν προςπλάζον κατερύκεται interpretans προςπελάζον, idemque syncopae adscribit Eustathius 1701, 25. et ad Od. XI. 583. λίμνῃ προςέπλαζε γενείῳ ille pariter προςήγγιζε. Nec discrepat Schol. Nic. Al. 79. qui quum pro ἐμπλάσσεται scriptum invenisset ἐμπλάζεται, hoc per ἐμπελάζει explicat. De Hesychio dubitari potest an spectaverit locum quendam in quo προςπλάζειν dictum esset de aliquo qui μετὰ σφοδρότητος πελάζει id est ἐμπλήσσει, quod verbum saepe intransitive ponitur pro impingere, ingruere; quare idem Hesychius ἐνιπλήξαντες reddit ἐμπελάσαντες et Ἐμπλῆξαι ἐμπεσεῖν ἐγγίσαι. Atque huc etiam homericum verbum ab Aristarcho relatum esse modo dictum est. Illa tamen appropinquandi significatio sola convenit Xenophanis Fr. XII. 49 Karst. γαίης τόδε πεῖρας ὁρᾶται αἰθέρι προςπλάζον (προςπλᾶζον) quod congruit cum homerico αἰθέρι κῦρον, nec diversum videtur πλάζειν quod Herodianus Atticis tribuit Mon. 23. ubi verba in αζω alpha breve habere dicit, σφάζω, ἀγοράζω· τοῦτο ἐπὶ ἑτέρου σημαινομένου θέλουσιν ἐκτείνειν ὡς καὶ τὸ πλάζω· ταῦτά γε ἀττικά εἰσι, quod addit propter aeolicum πλάζω τὸ πλήσσω. Tollit hoc Lehrsius pro τὸ πλάζω corrigens τοπάζω sed fieri potest ut ille apud atticos poetas legerit ἐπλάσθην, πλαστός, ἄπλαστος [4]), πρόςπλαστος, quibus omnibus nunc praeeunte Brunckio ad Hec. 880. sigma detractum est.

---

3) Hoc Hermannus reponit in Hes. Th. 151. ubi Centimanis tribuuntur χεῖρες ἄπλαστοι. Muetzellius p. 54. hic οὐ πεπλασμένας significari putat hoc est κακοπλάστους. Sed Centimanorum manus procul dubio non ineffigiatae nec male formatae erant sed mensurae corporis aptae.

4) In Excc. Gregorio subjunctis 654. et 699. αἱ ἐναλλαγαὶ τοῦ η εἰς α βραχὺ τῶν Ἰώνων εἰσί, μεμακυῖα, λελασμένη καὶ ἄπλαστος scribendum est ut in Gud. 678, 28. ἄλαστος, quod fefellit Muetzellium. Sigma remanet in duabus Hesychii glossis Ἀπρόςπληστος et Ἀποτίπλαστον ἀπρόςπλαστον.

§. 2. A verborum et verbalium syncope, quam tractavimus, distat correptio vocabulorum quorum duae consonae exemta vocali syllepsi conjunguntur sequente syllaba longa quidem nec tamen ita nata ut vi syncopae producta dici possit. Horum sat multa corrogarunt affectionum venatores sed pleraque aut aperte falsa aut suspicionibus implicita. In Il. XXIII. 244. *εἰς ὅ κεν ἄϊδι κεύθωμαι* nonnulli scripserunt *κλεύθωμαι κατὰ συγκοπὴν ἀντὶ τοῦ κελεύθωμαι* cf. Hofmann. Quaest. Hom. I. 162. Absurdius etiam Epim. II. 407. *ἀπὸ τοῦ πεταίω πταίω*, quod ad *παίω* retuli Techn. 10. Nec digna auctore sententia *ἐκ τοῦ πέλας πελάσιος καὶ πλαίσιος· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου* Theognost. Can. 123. [5]) de quo mihi non constat utrum commenticium *πελάσιος* sic pronunciaverit ut *Τιθράσιος* an ut *διπλάσιος* v. Proll. 432. Fidem excedit nominis *προμνηστῖνος* originatio *ἀπὸ τοῦ προμένω* EM. 689, 39. *Χλούνης* Goettlingius ad Scut. 168. ex *χελούνης* factum putat ac proprie *χειλῶνα labeonem* significare, quod opinaturis relinquo. Sed ex eo quod Hesychius verbum *χελυνάζειν* interpretatur *χλευάζειν*, conjecturam duxi *χλεύη* cum *χελύνη* id est *χεῖλος* cognationem habere, sicut a synonymo *μύλλα τὰ χείλη* derivatum est verbum *μυλλαίνειν* et *διαμυλλαίνειν τὸ χλευάζειν*. *Γλοιάζειν*, quod Glossographi exponunt *τὸ τοῖς ὄμμασιν ἐπιμύοντα μυκτηρίζειν καὶ κακοηθεύεσθαι* et Pollux cum *γελοιάζειν* componit tanquam aeque ignobile, fortasse cum hoc nihil commercii habet sed a *γλοιός ὁ κακοήθης* derivatum est. *Παρὰ τὸ γεραιός γραῖα ἐν συγκοπῇ* EM. 239, 20. nihil admonens de correptione ultimae quam Ellendtius in Lex. Soph. comparat cum adjectivis proparoxytonis *Ἑκτόρεια, Διομήδεια*. Nostra opinio fuit *γραῖα* ex *γραία* factum esse accentu eodem quo cetera substantiva bisyllaba *γαῖα* et *μαῖα*, hoc *γραία* autem pendere ex adjectivo *γραῖος*, pro quo *γεραιός* et *γηραιός* receptum est [6]).

5) EM. 674, 45. *πλαίσια οἷον πλάσια παρὰ τὸ πλάττεσθαι· δηλοῖ δὲ καὶ σύνταξιν στρατιωτῶν ὡς λέγει Ἡρωδιανός· καὶ γίνεται παρὰ τὸ πέλας πελάσιος συγκοπῇ καὶ πλεονασμῷ τοῦ πλαίσιος.* Haec omnia Herodiani esse nemo spoponderit.

6) Masculinum *γραῖος* non reperitur, neque hinc factum est *γρήιος*

Cum γραῦς, γραῖα congruunt germanica *Greis* et *grau*, cum γεραιός vero γέρων et γέρυς, unde γρυνός dictum volunt: γρουνοί ἢ γρυνοί τὰ τῶν γερανδρύων ξύλα ὡς τὸ γέροντα γέρυνα· κλίνεται γέρυνος γρυνός[7]) EM. 241, 57. quae suspicor ita supplenda esse: τὸν γέροντα γέρυνα φασὶν ἀπὸ τοῦ γέρυν· τοῦτο κλίνεται γέρυν γέρυνος καὶ μετάγεται ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν ὁ γέρυνος καὶ συγκοπῇ γρυνός, quod nomen Schol. Lycophr. 86. per δαλός explicat, titionibus autem comparantur vetuli[8]). Sed pergam. *Αἱ Πλειάδες λέγονται Πέλειαι καὶ Πελειάδες* Athen. XI. 490. E. idque confirmat poetarum testimoniis, qui fabulam illam de columbis Jovis nutricibus postmodum in coelum sublatis ex similitudine appellativi finxisse videntur; sed haec similitudo fortuita est. Nam columbae non πλειάδες vocantur sed πελειάδες vel πέλειαι παρὰ τὸ πελλόν Gud. 458, 25. Parall. 347. vergiliae autem ἀπὸ τοῦ πλεῖν, ὅτι χρήσιμοί εἰσι τοῖς πλέουσι. Jam ut ad syntheta veniam, primum Eustathius 710, 50. dubitat utrum ὀρθόκραιρος idem sit quod ὀρθοκέφαλος an ὀρθοκέρατον significet, ac si rem a fonte repetimus, utique non multum interest; nam κάρα, κραῖρα et κέρας ejusdem familiae sunt; sed si cornuti ὀρθόκραιροι, τανύκραιροι, εὔκραιροι vocantur, propius est κέρας et significanter Agathias in Epigr. δικραίρῳ opponit δικέρωτα, quumque κέρας de omni acumine dicatur, etiam naves εὐκραίρους et ὀρθοκραίρους vocatas esse non miramur. Κεράσβολα et κράσβολα Hesychius uno modo explicat οἱ περὶ τὰ κέρατα κόλλαβοι δερμάτινοι. Zenodoteae scripturae μελίην ἰθυκτίωνα Aristarchus praetulit ἰθυπτίωνα hoc est ἰθὺ πετομένην vel, ut uno verbo reddam, ἰθυπτῆνα. Rejicit

---

sed a γρηῦς derivatum ut νήιος. Ille qui γραῖα paronymon esse negavit v. Lehrs. ad Herod. 352. aut pro primitivo habuit aut, ut multi, ad verbum ῥαίω retulit et compar γαῖα ad γαίω.

7) Tria ultima verba negligenter omisit Gaisfordus. Γέρυν pro γέρων fortasse aeolicum est ut τέκτυν Parall. 200.

8) Δαλῷ ἡ ὑπερῆλιξ Hes. v. Jacobs. Animm. ad Anall. T. I. p. 66. et II. 281. ubi Artemidori verba δρῦς δηλοῖ τὸν πρεσβύτην et similiter translata confert; vicissim nomen γραία traducitur ad frutices aridas et retorridas, γραία ἐρείκη etc. γέρων ἐρινός Proverb. App. I. 73.

hoc Duentzerus de Zenod. stud. 118. propterea quod verbi *πτίω* nullum appareat vestigium. Verum enim non cum *πτίω* compositum est sed cum *πέτω*, cujus vocalem totam absorbuit syncope succedente in vicem iota fere ut *κριός* a *κέρας* derivatum putatur, *πρίασθαι* a *περάσαι*, sed hoc brevi vocali quae in illis producitur. Quod vero quidam e Grammaticis defendunt *ἁπλοῦς* et cetera multiplicativa cum verbo *πέλω* composita esse supra rejeci Diss. I. c. 2. §. 6.

Deinceps agendum est de epsilo ante alias vocales posito, num aliquando omissum sit. Prima consultatio est de pronomine tertiae personae: *τὸ καὶ σφεας* (scr. *σφας*) *οὐκ ἀπὸ τοῦ σφέας βαρυτόνου ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σφᾶς καὶ μετὰ τὴν ἔγκλισιν ἐπηκολούθησε τὸ πάθος καὶ γίνεται καὶ σφεας* (*σφας*) EM. 498, 15. et iisdem fere verbis Arcadius 143, 15. et Joannes Charax Anecd. Bekk. 1153. Quodnam *πάθος* intelligi velint, non indicant; systolen appellat Apollonius Pron. 127. *ἡ σφᾶς ἔσθ' ὅτε συστέλλει τὸ ᾱ κατ' ἔγκλισιν συζύγως τῇ ἡμας*, eosque qui *σφέας* et *ἡμέας* pro primitivis haberent, perispomena pro contractis, refellit hoc argumento quod *ε* et *α* nunquam in *ᾱ* contrahantur nisi antecedente vocali ut *Εὐβοέας Εὐβοᾶς*. Verum hoc de nominibus valet, non item de pronominibus personalibus, quorum prorsus singularis est conformatio; *σφᾶς* ipsum, quo Theocritus utitur XVI. 57. pro absoluto *αὐτούς*, apud antiquiores non reperitur v. Muetzell. de Theog. p. 37. Hoc igitur potius synaeresi affectum, *σφέας* sicut *ἡμέας*, *ὑμέας* prototypon et ex hoc brachycatalectum *σφάς* [9]) natum videtur exemta vocali thematica. — Proxima sunt substantiva et adjectiva, quae curtata quidem dicunt sed alii aliter: *παρὰ τὸ θεός θέειον καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε θεῖον* Eudaemon in EM. 449, 23. *ἀπὸ τοῦ δέος παρωνύμως γέγονε*

9) Hoc Apollonius in duobus Homeri locis reperit pro *αὐτούς* positum in enclisi; in uno Il. V. 56. ante Barnesium *σφεας* scribebatur, quod Vaterus ad Rhes. p. 116. synizesis nomine defendit ut *τεόν* in Praxillae versu, idemque Bekkerus reposuit in altero Od. VIII. 318. ubi *σφας* pro syllaba longa est, quod arsi tribuitur. Brachycatalectum Lehrsius Quaest. Epp. 124. et 306. ex duobus Oppiani locis protulit, quorum in altero reflexivum est, in altero absolute positum.

δειός (*δεεινός*) *ὡς κλέος κλεεινός, καὶ κατὰ συγκοπὴν δεινός καὶ κλεινος* Theogn. Can. 65, 18. Verum *θέειον* diectasi adulteratum est v. Techn. 188. Adn. 11. *κλεεινός* nusquam legitur, *δεεινος* affert Suidas ex epimerismis fortasse; nam testem nullum apponit. Alii haec a verbis repetunt: *παρὰ τὸν δείσω μέλλοντα γίνεται δεινός, κλείσω κλεινός* EM. 219, 57. alii contractis adnumerant *ἀπὸ τοῦ δέος δεειν 'ς καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ ε καὶ τῆς ει δεινός* Choerob. Orth. 208, 28. Adjectiva cum eadem stirpe composita sunt *ἀδεής, καταδεής, ὑποδεής, ψοφοδεής*, quorum nullum epsilon amittit praeter *θεουδής*, si quidem hoc ut Schol. Od. VI. 121. censet et plerique nostrum consentiunt, idem est ac *δεισιδαίμων* sive *θεοσεβής*. Alii *θεοειδής* interpretantur, quod in *θεουδής* contrahi potuit omisso iota diphthongi subjunctivo ut *Σιμόεις* in *Σιμοῦς, χρυσόειν* in *χρυσοῦν*, sed ad sententiam minus aptum est. Huic convenit *θεοδεής*, sed insolita est suppressio vocalis *ε* et multo magis trope ejus, quae antecedit, in *ου*, quae quam facile evitari potuerit ostendunt affinia *ἀδδεές, ἔδδεισε* cf. Hoffmann. Quaest. II. p. 10. Illi probandae minime sufficit Hesychii glossa *Εὐκλής αἰδής καὶ ὀνομαστός καὶ εὐειδής*, quibus Musurus substituit *Εὐκλεής αἰδήμων*, neque contrarium *δυςκλής* quod Salmasius in Simmiae versu, quia metrum bisyllabum poscit, reponi vult pro *δυςκλεής*· Dindorfius vero in Thes. s. h. v. *δυςκλῆς* scribi jubet, quod prohibet Choerobosci regula Can. 173, 13. *οὐδέποτε τὰ παρὰ τὸ κλέος συνθετα ἐπίθετα συναιροῦνται κατὰ τὴν εὐθεῖαν οἷον ἀκλεής, δυςκλεής*, ac si contraherentur, ultimam acutam haberent. Pari constantia quae cum *δεῖσθαι* composita sunt, vocalem retinent incolumem *ἐνδεής, ἐπιδεής, καταδεής, πολυδεής, ἀπροςδεής* etc. Sed substantiva ab adjectivis in *ης* exeuntibus derivata non raro amittunt vel elisione vel contractione. Illam praefert Choeroboscus Orth. 179, 6. *ἐκ τοῦ ἀδεής ἀδέεια καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄδεια* et alio nomine significat in Psalm. 92, 1. EM. 714, 53. *σιτοδεής σιτοδέεια καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ε σιτοδεία*, cujus accentus repugnat regulae quae est de tonosi syncopes v. P. III. §. 4. Crasin amplectitur Technicorum doctissimus: *ὡς εὐγενής εὐγένεια*,

οὕτως εὐκλεής εὐκλέεια καὶ ἐνδεής ἐνδέεια καὶ κράσει εὔκλεια, ἔνδεια· ὅπου γὰρ φωνῆεν (ἐπιφέρεται) ἔστι κρᾶσις, ὅπου δὲ σύμφωνον, συγκοπή· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν EM. 392, 44. Litis conditio neutro praeponderat. Nam ut ab εὐτυχής non solum εὐτυχία derivatur verum etiam εὐτύχεια, sic ab adjectivis puris εὐάεια, εὐφυέεια, sed exciso epsilo δύσκλεια, εὔκλεια, ἔκδεια, ἔνδεια, quae si contracta essent, circumflecteretur penultima. Quod quum nunquam fieri videamus propior est syncopae suspicio. Si vero sequimur prosodiam, quam Grammatici Atticis tribuunt antiquis, hoc est εὐκλεία, vocali stirpis κλε pro εια attexta est terminatio bisyllaba ια vel ιη, quae non solum in ἀμαθία, προμηθία etc. apparet sed etiam in hoc genere quod ab adjectivis puris producitur ἀκλεΐα, εὐπλοΐα, εὐφυΐα. Hinc facilis contractio εὐκλεία, ἐνδεία, quibus praevaluere proparoxytona. Sed scriptura saepe titubat; pro περιδέεια apud Phavorinum scriptum est περιδεεία ὁ περισσὸς φόβος. Pro ὀλιγοδέεια Euseb. Praep. VIII. 12, 381. D. apud Philonem de Opif. Mund. 37. E. unde hoc excerptum est, in Ed. Francof. ὀλιγοδεΐα legitur, Mangejus ὀλιγοδεία edidit, vanumque videtur discrimen a Zonara constitutum p. 1443. ὀλιγοδεΐα ἀπὸ τῆς ἐνδείας, ὀλιγοδέεια δὲ ἀπὸ τοῦ φόβου δίφθογγον· neque agnoscit Suidas ὀλιγοδεΐα τὸ ὀλίγων δεῖσθαι καὶ ὀλιγοδεία ὁμοίως· idemque alio hoc Ὀψοδεΐα ἡ ἔνδεια τῶν ὄψων, ὀψοδεία δέ, quo modo saepissime σιτοδεία scribitur ex Choerobosci praecepto Anecd. Bekk. 1418. a. τὸ σιτοδεία πρὸ μιᾶς τὸν τόνον ἔχει, sed dupliciter ψοφοδέεια et ψοφοδεΐα. Cum hisce nominibus, quae jam absolvo, maximam necessitudinem habet verbum ab Homero mutilatum ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι — de quo recte judicat EM. 138, 8. ἀντὶ τοῦ ἐδέησε κατὰ συγκοπήν. Herodianus crasin diceret, qua Sophro usus est Fragm. XXII. ὅκκα τινὸς δῆσθε, neque abstinuerunt poetae scenici si pro ἐὰν δέῃ, quoties monosyllabum est, recte nunc scribitur ἐὰν δῇ, quod Dindorfius ad Arist. Rann. 264. suasit indicio codicis Rav. ductus et nuper etiam Meinekius ascivit Com. Fr. T. IV. 242. qui prius synizesin defenderat ad Menandr. p. 207.

similiterque ἐγχῆς receptum est, κῆται autem jam antiquitus in tribus Homeri locis. Epsilon sequente vocali elidi ostendit Eustathius 228, 46. τὸ νοσσός συγκόπτει τὸ οἰκεῖον ε κατὰ τὸ νεήγατον νηγάτεον. Hoc parum ad rem; perapposita vero νοσσός et νοσσίον, quo Aeschylus usus dicitur Anecd. Bekk. 119. idemque Dindorfius Aristophani Avv. 550. reddere tentavit sed quod olim suspicatus erat Tragicos Νοπτόλεμος et νολαία scripsisse, postea repudiavit Vater. ad Rhes. p. 76. Κτάτεσι κτήμασι Hes. aut dorice contractum ut θᾶσαι pro θέασαι, θατύς ἡ θεωρία, aut negligentius scriptum est pro κτεάτεσσι.

§. 3. Venio nunc ad tertiam syncopae speciem quae syllabam imminutae proximam brevem esse non prohibet: Πρασιαί οἱονεὶ περασίαι παρὰ τὸ πεπερατῶσθαι κατὰ συγκοπήν EM. 680, 47. et Hesych. ubi περασιαί scriptum est, sed dissentit Eustathius 1574, 27. areas sic a prasis nominatas esse quasi totum a parte, idque non minus credibile est. Sed nomen loci Βουπράσιον nemo negaverit cum verbo περᾷν compositum esse proprieque significare *Trajectum bovis*, quod graece vertere possumus Βόςπορος, germanice *Ochsenfurt* v. Rutgers. Varr. Lectt. 237. Ejusdem verbi affinitate implicata sunt ἄμπρον σχοινίον ὅπερ διὰ τῶν ζυγῶν διατείνουσιν ἄμπερόν τι ὄν, τὸ διαπερῶν τὸν ζυγόν Suid. Anecd. Paris. IV. 10. adjectiva διαμπερές et διαπρύσιον τὸ διαπεπερασμένον Schol. Il. XII. 227. πρέμνον pars arboris ultima et παρὰ τὸ πέρας πέρυμνον καὶ συγκοπῇ πρυμνόν EM. 693, 36. Anecd. Par. IV. 127. cujus vocalem brevem esse apparet ex accentu substantivi πρύμνα. A κέρας dicta est arbor κράνεια *cornus* Parall. 339. a πετάννυμι fortasse πτελία ib. 339. De πτερόν Eustathius 855, 42. ambigit: ἢ συστολὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ πτῶ πτήσω κατὰ τὸ ἰδιωτικὸν πτενόν ἢ ἀπὸ τοῦ πέτω πέτερον (hoc accentu) καὶ ἐν συγκοπῇ πτέρον, quorum alterum excidit in Epim. I. 365, 19. EM. 694, 12. παρὰ τὸ πέτω πετερόν (sic) καὶ πτερόν ἢ παρὰ τὸ πτῶ adde πτήσω, πτηρόν καὶ συστολῇ πτερόν[10]). Hoc ad fidem propius. Eo-

10) Paria Theognost. Can. 89, 19. et Orion. 138, 9. Πέτερον sive, ut plerique scribunt, πετερόν analogiam excedit; volandi instrumentum

dem in discrimine versatur ἄπλετος, quod Doederlinus Synon. VI. 172. cum verbo poetico πέλω compositum putat ut *ingens* cum *gignor*. Sumit igitur utroque proprie id significari, quod neque sit neque esse possit, per hyperbolen autem sic dici immensa et innumerabilia. Sed haec est epitheti hujus significatio unica; tragelaphi et alia quae natura non fert, ἀγένητα vocantur et ἀνύπαρκτα, non ἄπλετα. Probabilius Graecus ille, quem testatus sum, ex ἄπλητος factum putat, hoc autem a πλέω impleo derivatum. Quemadmodum vero a νέω νῆτρον, a πλέω navigo πλῆτρον et πληθρίον τὸ πηδάλιον Epim. I. 343. sic ab illo thematico πλέω duci potuit πλῆθρον εἶδος μέτρον Hes. et per systolen πλέθρον, quo proprie spatium expletum dimensum atque descriptum significari videtur; hinc compositum ἀπέλεθρον ὃ οὐκ ἔστι μετρῆσαι Sch. Il. XI. 354. itemque ἄπλετον id quod mensuram numerumque excedit, τὸ ὑπερπολύ sive ὑπερπληθές, nam *inexpletum* et *vastum* saepe synonyma sunt. Systolae nomen non convenit ad verba θρίζω, βλίζω etc. παρὰ τὸ θερίζω κατὰ συγκοπὴν θρίζω EM. 319, 16. cujus praesentis exemplum non reperitur sed multa aoristi, de quo loquuntur Grammatici ἔθρισαν ἀντὶ τοῦ ἐθέρισαν συγκοπῇ Schol. Apoll. II. 601. ἔθρισεν ἐθέρισεν, κοινῶς δὲ ἔθριξεν, ἀφ' οὗ καὶ ἡ θρίξ Sch. Aesch. Agam. 544. quod nomen Choeroboscus in Psalm. 39. a futuro dorico θρίξω repetit. Ac desecandi et demetendi significationem habet utrumque verbum; τῶν πτερῶν θρίξον τὰ ἄκρα Geopon. XV. 4. τὴν γλῶσσαν ἀπεθέρισεν Apollod. II. 9, 22. τὴν ὁρμιὰν ἀπεθέρισαν Aelian. H. Ann. I. 5. at illam propriam metendi significationem, quae a primitivo θέρος *messis* proficiscitur, verbo θρίσαι tributam esse non reperio. Nec tamen id satis causae cur subtrahatur syncopae. Alterum hoc est: ἀπὸ τοῦ μέλι μελίζω καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπὴν βλίζω EM. 200, 34. sed hoc incertissimum; nam praeter illud μελίζειν, quod a μέλος profectum est, nullum noscimus; βλίζειν autem et βλίττειν

πέτετρον dici poterat ut φέρετρον, τέρετρον, φρύγετρον, δέλετρον, sed assumtum est πέτευρον v. Proll. 264.

longe diversam habere videtur originem comprimendi a primitivo *βλεῖν* id est *θλίβειν*, *βλιμάζειν* acceptam v. Techn. 13. et 85. De quibusdam aliis quaestio est cujusnam temporis sint. *Φένω συγκοπῇ φνῶ, διπλασιασμῷ πέφνω ὁμοίως τῷ κέκλω* Epim. I. 165, 27. Hoc *κέκλω* cur non putem e *κεκέλω* coactum esse alio loco explicui Techn. 111.[11]) Praesentis exemplum unum est *πέφνουσι* Oppian. v. ad Buttm. 237. sed sponsorem introducit EM. 501, 31. *οὐ μόνον διὰ τοῦ ι γίνονται οἱ διπλασιασμοὶ ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ε μένω μνῶ μέμνω, φένω φνῶ πέφνω*[12])· *οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν*[13]). Sic etiam Choeroboscus Can. 624, 26. *Ἀπὸ τοῦ πέτω ὁ μέσος ἀόριστος ἐπετόμην, πετέσθαι καὶ συγκοπῇ πτέσθαι* EM. 363, 29. idemque definite praecipit Herodianus ad Il. IV. 126. et sequuntur plerique nostrorum doctorum v. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 133.[14]) His nonnulli apponunt defectivum *ἔτεμον ἀναδιπλασιασμῷ ἐτέτεμον, συγκοπῇ ἔτετμον* Sch. Il. IV. 293. sed hoc fortasse principium sui juris habet *τέτμω* a *τέμνω* longe diversum v. Techn. 119. *Ἔπλεν Ἀρίσταρχος ἐκ τοῦ ἔπελεν συγκοπὴν δεχόμενος* Schol. Il. Vict. Il. XII. 11. *περιπλόμενος κατὰ συγκοπήν* EM. 664, 36. In Sch. Vict. Il. XXI. 343. *μέμβλεται συγκοπὴ καὶ πλεονασμός* deest tertium *συστολή*, quod apparet e cod. Voss. EM. 578, 39: *μεμέληκα καὶ συγκοπῇ μέμληκα καὶ πλεονασμῷ τοῦ β, καὶ μέμβλεσθαι*· sed est praesens pro *μέλεται* v. ad Buttm. 241. Techn. 127.[15]) et ad idem tempus pertinet

---

11) Verborum *κέλομαι* et *κλέομαι* cum nomine *κέλαδος* cognatio qualiscunque non eo valet ut Hesychii glossa *Κλαδεῖ φθέγγεται* suspicioni eximatur.

12) Hinc Schol. Aristot. p. 287. ducit adjectivum duplicatum *ὁ Λυκόφρων λέξεσι χρῆται σκληραῖς καὶ τροπικαῖς πεφναίαν λέγων τὴν φονικήν*. Probabilius vero vetus Lycophronis interpres a loco quodam Laconicae.

13) Nomen libri additum est in cod. Paris.

14) Photius *Πιῆται πέτεται* (*πέτηται*) aoristum praesenti interpretatus est sicut Glossographi solent. *Κάπτῃ καταπέσῃ* Hes. pertinet ad doricum *ἔπετον*.

15) Hesychius *Μεταμέμβλεται μεταμελήσεται*, quod tempus saepe

ἵπταμαι, quo elegantiores scriptores abstinent; ad perfectum vero πέπταμαι, quod ordinario πεπέτασμαι praeferunt.

§. 4. De syncope syllabae secundae et sequentium antiquitus tradita haec sunt: παρὰ τὸ ἄφενος γίνεται ἄφνος κατὰ συγκοπήν, οὗ ἡ δοτικὴ τῷ ἄφνει παρὰ Πινδάρῳ EM. 178, 10. eademque vocalis, quae servatur in compositis εὐηφενής, ῥυηφενής, deest derivatis ἀφνειός, ἀφνήμων. Miro modo Buttmannus in Lex. I. 47. arbitratur ex ἄφθονος factum esse ἀφνός et hinc cetera vocali modo assumta modo repudiata; Apollonius in Lex. cum ἕνος vel cum πενία compositum censet, sed vereor ne etymi inveniendi spes in perpetuum abjicienda sit. Vitiosis libris usus videtur Eustathius 481, 37. τάχα καθ' ὁμοιότητα τοῦ ὀπτητὸν ὀπτὸν εἴρηται παρ' Ἀριστοτέλει καὶ ἑρπτὸν τὸ ἑρπετόν, nam hoc pervulgatissimum nomen ab Aristotele immutatum esse admodum incredibile est et praeterea consonae ρπτ conveniunt in uno eoque desueto vocabulo μάρπτω. Suppari scripturae mendo deceptus Reisigius Conject. in Arist. p. 29. Graecos πάρθνος pro παρθένος dixisse affirmat. Ἄεπτος si id quod vulgo sumitur significat, non ex ἀέπειος ut Schol. Agam. 139. contractum sed via proxima ab ἕπομαι declinatum est ut ἄελπτος. — Ποιμὴν ποιμένος καὶ τὸ οὐδέτερον ποιμένιον καὶ ποίμνιον κατὰ συγκοπήν Epim. I. 101. ἐκ τοῦ ποιμένος γίνεται ποιμένη καὶ ποιμένιον καὶ συγκοπῇ ποίμνη ποίμνιον EM. 678, 53. Ποιμένη nusquam legitur, neutrum ποιμένιον ex uno cognovimus Oppiano eo versus loco collocatum quo ποίμνιον non convenit, et adverbium a Theodoto usurpatum ποιμενόθι[16]). Quare epenthesis suspicio propior quam syncopae; et ut a κρύος derivatum est κρυμνός (nisi scriptura fallit) a κρῖ κρίμνον ἢ κριθή Suid. ab ἐρύω (ἔρυμα) ἐρυμνός, ita ab etymo quod in πῶυ apparet proxime abest ποίμνη, cui similia affert

praesenti applicatur e. c. Ἀποίσω ἀποφέρω, Ἐξανύω ἐκτελέσω, nunquam perfecto.

16) Ἐμποίμενον pro ἔμποιμνον praebent Suidae Editt. vett. utrumque pariter ignotum. Ποιμενάρχης apud scriptores christianos non ducem gregis significare videtur sed τὸν ἀρχιποιμένα.

Epim. I. 260. ὡς πατήρ πάτρη, μήτηρ μήτρη, ποιμὴν ποίμνη, οὕτω λιμὴν λιμένη λίμνη, sed hoc rectius a λείβω repetitur ut σέβω σεμνός. Cum hoc Eustathius 460, 39. propter assimilationem consonae confert ἔρεβος ἐρεμνός, quod EM. 170, 46. ex ἐρέβεννος contractum dicit κατὰ συγκοπήν. Et ἰάμνους qui interpretati sunt εἰαμένας ut Schol. Nic. Th. 31. et 538. haud dubito quin ad eandem affectionem confugerint, quam aliis quoque vocabulis in μνος et μνη exeuntibus temere adhiberi notavi in Proll. 241. Μεσημβρία ἐκ τοῦ μεσημερία γέγονε κατὰ συγκοπὴν τοῦ ε καὶ πλεονασμῷ τοῦ β Theogn. Can. 16, 33. Id natura quidem femininum est adjectivi μεσημέριος, sed ad hanc formam nunquam revertitur. Παρὰ τὸ ὀρέγω ὀρεγή καὶ συγκοπῇ ὀργή EM. 629, 14. quod confirmatur nomine ὄργυια. Sed ineptum est quod in Gud. 32, 53. proponitur παρὰ τὸ ἀλέγω ἄλεγος καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄλγος. Majore assensu huc retulissent τερέβινθος et τέρμινθος, quanquam hoc antiquius esse judicant Niclasius et Sturzius Dial. Al. 197. et confirmat quodammodo vox simplicior τρέμιθος v. Proll. 365. et 368. unde Stephanus nomen urbis arcessit Τρεμιθοῦς ἀπὸ τῶν τερεβίνθων ut ab aliis arboribus Κερασοῦς, Ἀχραδοῦς etc.[17]) In Xenophontis tamen loco Anab. IV. 4, 4. (13.) omnes libri consentiunt in τερεβίνθινος et in Theophr. H. Pl. V. 7. (8.) et IX. 2, 2. idem praebet Urb. alibi vulgatum servans; in Galen. de Meth. Med. VI. 2, 393. T. X. intra paucos versus legitur utrumque. Φέρτρον, quod Lexicographi syncopae imputant, analogiae non minus congruit quam φέρετρον. Namque nominum hujusmodi duplex est terminatio θέλγω θέλκτρον, λέγω λέκτρον, νίπτω νίπτρον, ἀπὸ τοῦ τείρω τέρτρον ὡς φέρτρον EM. 752, 44. sed idem τέρετρον dicitur et a δέλω (Techn. 110.) δέλετρον idem significans quod δελέαστρον et Κέλετρον ᾧ τοὺς ἰχθύας θηρῶσι Hes. nec diversum κήληθρον, unde verborum δέλω et κηλέω cognatio apparet. A δέλω vel δέλος derivari potuit δελάζειν, sed ejus locum occupavit

---

17) De alio loci nomine Strabo V. 255. τὴν Τεμέσην οἱ νῦν Τέμψαν καλοῦσι.

δελεάζειν, quo facto *δελαστρεύς* a Nicandro usurpatum pro *δελεαστρεύς* in speciem syncopae incurrit. Sed hoc vergit ad alterum genus, in quo epsilon ante alias vocales omitti dicitur.

§. 5. Hic autem imprimis videndum est quaenam vocales sequantur, brevesne an longae diphthongive; nam cum his epsilon crasi coalescere potest, cum brevibus nullo modo. De hoc genere est Herodiani disputatio ad Il. XXIII. 160. *τὸ κηδεός τινὲς ἐβάρυναν ὡς γενικήν· ἄμεινον δὲ ὀξύνειν ἵνα ᾖ ῥηματικὸν ἀπὸ τοῦ κηδεύω ὡς φωλεύω φωλεός, ὀχεύω ὀχεός καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ σ ὀσχεός, σωρεύω σωρεός· τὸ δὲ σωρός κατὰ συγκοπήν, καὶ παρὰ τὸ λοχεύω λοχεός. Ἀλλ' οἱ πλείους βαρυτόνως ἀνέγνωσαν πλεονασμὸν ἐκδεξάμενοι τοῦ ε λόχου λόχοιο λοχέοιο.* Horum primum *φωλεός* et *φωλεά* atque synonymum *γωλεός* nunquam aliter scripta sunt sed epsilon non transfertur ad derivata *φωλάς, φωλάζω, φωλεύω*, quod verbum non antecedit nomini, sicut ille affirmat adstipulante Methodio EM. 59, 43. sed declinatum est a *φῶλος*, quod cessit trisyllabo. Idem existimandum de *σωρεύω* et *λοχεύω*, quibus primitiva sunt bisyllaba. Nam et his epsilon ex abundanti additum est, licet contrarium propugnet EM. 742, 2. hoc argumento quod substantiva bisyllaba graventur *Ὧρος, Δῶρος, Βῶρος, φλῶρος* (scr. *ὦρος, πῶρος, χῶρος*) secus vero *σωρός* — *τὸ πρῶτον ἄρα σωρεός ὡς ὀχεός, λοχεός*. Sed causa oxytonesis videtur significatio esse periectica ut in simili *συφός συφεός*, bisyllabumque trisyllabo antiquitate tantum praecedit ut credibilius sit hoc quam illud interpolatum esse. Pro *ὀστέα* Oppianum *ὀστά* usurpasse brevi ultima jam aliis observatum est v. Huebner. Append. ad Diog. p. 748. Lehrs. Quaest. p. 306. idque adeo sancitur lege tonica Arcadii p. 137. *εἰ τὰ μονογενῆ ἐν τῇ τελευταίᾳ συλλαβῇ ἔχουσι τὸν τόνον, ἐν τῇ αὐτῇ καὶ αἱ γενικαὶ ἔχουσιν εἰ καὶ μὴ τὸν αὐτόν, τὰ ξυρά τῶν ξυρῶν, τὰ πτερά τῶν πτερῶν, τὰ ὀστά τῶν ὀστῶν, τὰ κανά τῶν κανῶν*, nisi scripsit *εἰ καὶ μὴ πάντα τὸν αὐτὸν ξυρά* etc. homotonis autem opposuit contracta *ὀστᾶ, κανᾶ*, quae antiqua certe consuetudo circumflectit. In compositis epsilon non raro omittitur;

in Aristot. Part. Animm. IV. 10. p. 686, 21. duo codd. μόνοστον praebent pro μονοστοῦν, quod in alio ejusdem auctoris loco μονόστεον scribitur ut alibi περιόστεος[18]), διόστεος et plantae nomen holosteum[19]). Pro ὀστεογενής, quod in Top. VI. 2. p. 140. a. 4. ex Platone pro specimine obscure dictorum affertur, Urbinas ὀστογενής supposuit et ad hoc exemplum dirigitur synthetorum pars major ὀστοθήκη, ὀστολόγος etc. sed in uno Theophrasti loco Fr. VII. 2. duo ejusdem instrumenti nomina diverse scripta sunt, τοὺς ὀστεοκόπους ὀστάγρας καλοῦσι. Horum alteri epsilon, quod in γαλεάγρα perduravit, fortasse eam ob causam exemtum est quia nomen appositum a vocali oritur, idemque fit in paragogis ante vocalem syllabae paragogicae utique non semper sed saepe ut ὀστάριον, ὀστίτης, ὄστινος, quod Atticistae praeferunt vulgari ὀστέϊνος v. ad Phr. 262. parique inconstantia ὀστώδης et ὀστεώδης, ἐξοστεΐζειν et ἐξοστίζειν, ἐξόστωσις. Cum ὀστέον et voce et significatione congruit ὄστρακον et ὄστρεον v. Niclas. ad Geopp. XVI. 5. unde derivata ὀστρεΐνος et ὀστρεώδης epsilon retinent sicut latina nomina *ostreum* et *ostrea* sed gemma in Orph. Lith. vocatur ὀστρίτης ut ὀστίτης et Romani *ostrum* dixerunt non eadem qua *ostreum* significatione sed simili tamen ut cognata esse agnoscas. Quemadmodum ὀστόν idem appellatur ὀστέον et ὀστίον v. Ahrens. Dial. Dor. 121. sic etiam leguminis nomen triplici modo finitur: ὄσπρα ποικίλα ὄσπρια Hes. ὄσπριον δεῖ λέγειν καὶ οὐκ ὄσπρεον EM. 635, 48. unde compositum herbae nomen ὀσπρολέων et ὀσπριολέων. Ὀρνοσκόπος bis legitur in Malel. Chron. VIII. 84. B. et D. sed paullo post ὀρνεοθυσία. — De homerico μέλινος graviter errat EM. 577, 46. Παρὰ τὸ μελέα

18) Pro hoc περιόστιος legitur in Ruf. Eph. de Part. Hom. p. 25. et saepius.

19) Hesychius Ὀλοστός ὅλος ὡς ἐστίν sic, puto, scripsit ὁλόστος ὃς ὅλος ὀστέον ἐστίν. Aristoteles qui in Il. XXI. 251. pro μέλανος τοῦ θηρητῆρος scripsisse dicitur μελανόστου, nescio an μελανοστέου voluerit a nominativo μελανόστεος, pro quo μελανόστης scribitur in Schol. Lyc. 148.

μελέϊνος καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε v. C. III. §. 2.[20]) sed suppetit aptius hujus inconstantiae exemplum *κρανέα κρανέϊνος κράνινος*. Ab aliis vero arborum vocabulis aut nulla ducuntur metusiastica ut a *μορέα, περσέα, κολουτέα* colutea, aut diverse terminata; nam ab *ἀκτέα* sive *ἀκτῇ* unum modo nascitur *ἄκτινος* et a similibus *σύκινος, μήλινος*, a congeneribus autem *ἰτέϊνος, πτελέϊνος, ὀξέϊνος* ab *ὀξέα*, quibus Atticistae praeferunt *ὀξύη* et *ὀξύϊνος* ut *καρύϊνος, οἰσύϊνος*. Sed refero me ad nomina in *ος* et *εος* exeuntia. Theocritus in Id. XXV. versum 250. sic terminavit *τανύφλοιος ἐρινεός* synizesi usus et sic vulgo vocatur caprificus a fructu *ὁ ἔρινος* sive *τὸ ἔρινον* sicut *μηλέα* a *μῆλον* et itidem aliae arbores, sed eadem etiam *ἐρινός*, quod hoc loco in Edd. vett. legebatur[21]). Nec tamen ea syncope est sed libera terminationis variatio. Quod Suidas admonendum putavit *φοινικᾶ, χαλκᾶ, κεραμεᾶ οἱ Ἀττικοὶ περισπῶσιν*, indicio est vulgus scribentium casus plurales metusiasticorum sono terminasse acuto; quem morem sequuti librarii *ἄνθη φοινικά* Diosc. Mat. IV. c. 35. et saepius *πορφυροί, πορφυρά* scripserunt Lucian. Timon. c. 20. de Merc. Cond. §. 41. quae jam correcta sunt. Hinc minime consequitur quod Dorvillius contendit ad Charit. 545. (533 Lips.) pro *πορφύρεος* unquam *πορφυρός* scriptum esse[22]). Aliquanto

---

20) *Μελέα* ille fortasse hausit ex sermone vulgari; hodie quidem fraxinus vocatur *μελεά* et jam priscis seculis nomina arborum fruticumque dupliciter ficta sunt *κρανέα κρανία, συκῆ συκία, περσέα* (arbor persica Plin.) *περσία* et *περσεία, κερατέα κερατία, κουδέα κοινῶς ἡ μήκων* v. Du Cang. pro *κώδεια, μαλία malus arbor* Gloss. Graecol. *πτελίη* in cod. Palat. Dionys. v. 829. v. Parall. 339. Neque haec solum sed etiam *ποδέα* et *ποδία* vestis talaris Du Cang. *τρυγέα οἴνου* Alex. Trall. II. 3, 9. pro *τρυγία, καπρέαι* ut synonymon *τραγέαι* et *καπρίαι* in codd. Suid. atque locorum vocabula *Κορσέαι νῆσος· Ἡρωδιανὸς Κορσία διὰ τοῦ ι* Steph. *Μαλέα* sive *Μαλέαι* et *Μαλία, Χελιδονίαι* et *Χελιδονέαι* v. Tzschuck. ad Strab. XIV. 588. et Parall. p. 357.

21) Ambiguus est genitivus *ἐρινοῦ* in Lycophr. v. 741. nimisque affirmate Tzetzes *ἐρινεοῦ καὶ ἐν συγκοπῇ ἐρινοῦ*. Hic in duobus codd. scriptum est *ἐρινεοῦ* tanquam synecphonesis.

22) Quemadmodum a *μαρμαίρω* profectum est *μάρμαρος* adjectivum idemque substantivum, sic a *πορφύρω* brachycatalectum *πόρφυρος*

testatius est κυανός ὁ μέλας EM. 542, 49. nuper in Lucian. Catapl. c. 25. ex optimo cod. restitutum idemque in Nicandri loco quem in Parall. 317. citavi scriptum est sed accentu diverso κύανόν τε δράκοντα, pro quo κυάνεον poni potest epsilo tacito ut χάλκεος, χρύσεος apud poetas. De substantivis, quae per omnes casus contrahuntur, propter parem accentus depravationem huc referendum est ἀδελφιδοί Phil. de Human. 698=385. et aliis locis cum feminino ἀδελφιδή similibusque in Parall. 336. collatis. — Στεῤῥός βούλονταί τινες ἀπὸ τοῦ στερεός εἶναι συγκοπῇ καὶ πλεονασμῷ [23])· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸ στερεός ἀπὸ τοῦ στεῤῥός εἶναι, τὸ δὲ στεῤῥός ἀντὶ τοῦ στερός παρὰ τὸ στῆναι ὡς διῆναι διερός Choerobosc. in Psalm. 126. EM. 726, 15. Illud στερός Erasmus posuit in versu proverbiali Diogen. VII. 77. πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς (στερὰ) δαμάζεται libros incertum an conjecturam sequutus [24]). Alibi non legi et omnino adjectiva in ερος bisyllaba nulla reperiuntur praeter obsoleta ξερός et σχερός atque novitium νερόν *fluidum* a νέω sive νάω id est aqua. Στεῤῥός Eustathius 732, 13. confert cum βορέας βοῤῥᾶς sed magis convenit cum duplici conformatione adjectivorum πρόςβοῤῥος, κατάβοῤῥος et ὑπερβόρεος v. Parall. 220. Ad hunc numerum accedunt ἀστισμός, quod Zonaras p. 313. testatur pro ἀστεϊσμός dictum esse et deminutivum Ἡρακλίσκος in lemmate idyllii Theocritei pro Ἡρακλεΐσκος, quod Choeroboscus alicubi inve-

---

purpureus et neutrum πόρφυρον ἄνθος in exitu versus heroici inter Sapphica relati Fr. XCV. 621. quod olim πορφύρον scribebatur tanquam syncope esset; et indidem appellativum πορφύρα.

23) Hunc praeterit Epim. II. 411. ἐκ τοῦ στῆναι στερεός καὶ συγκοπῇ στεῤῥός. Illa ratione explicatur etiam βορέας πλεονασμῷ τοῦ ρ καὶ συναιρέσει βοῤῥᾶς EM. 436, 39.

24) In cod. Pant. scriptum est δρῦς μαλάζεται fortasse pro δρῦς μόλις δαμάζεται. Ad sententiam aeque convenit πέρας *ad ultimum*. Στερός tuentibus suppetit similis parellipsis exemplum πυρώτερος Arat. 798. quod Vossius quidem a πῦρ repetit sed significatione magis convenit cum πυῤῥότερος ut Schol. interpretatur. Pro πυρώδης vero quod in locis parallelis Theophr. Sign. Pluv. I. 12. et Geopp. I. 3, 1. legitur, aptius videtur πυῤῥώδης in uno cod. scriptum.

nisse videtur punctis disjunctivis destitutum [25]), postremo verbum *παρὰ τὸ ἐτεόν τὸ ἀληθές γίνεται ἐτεάζω ὡς μάταιον ματαιάζω καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε ἐτάζω καὶ ἐξετάζω* EM. 386, 6. sed probabilius p. 385, 53. *ἐτεός* ipsum ab ulteriore quodam *ἐτός* [26]) arcessit, hoc autem a verbo substantivo *ἔω* ut *δετός* a *δέω* et hinc *ἐτάζειν*. De indeclinabilibus huc reponunt *ἄγκαθεν κατὰ συγκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἀνέκαθεν* Schol. Aesch. Prom. 3. quod alius in Anecd. Bekk. 337. apocopae nomine signat seu improprie loquutus seu de sententia eorum qui *ἀνεκάς* ex *ἄνω* et *ἑκάς* compositum volunt [27]). Simplex certe est *ἀνδρακάς*, quod in EM. 102, 20. eadem syncope affectum dicitur *ἐκ τοῦ ἀνδρεκάς*. Quod Passowius sibi persuasit *Ἀργόθεν* ex *Ἀργεόθεν* natum idque Sophocli restituendum esse refellitur analogia adverbiorum quae a nominibus in *ος* derivata sunt *ἐρεβόθεν, βρεφόθεν, μηκόθεν*. Nominis cardinalis *ἐννέα* vocalis secunda omissa est in derivatis *ἐννάκις* sive *ἐνάκις*, cui jure postponitur *ἐνεάκις*, et *ἐνακόσιοι*· suspecta vero sunt *ἐννάς* apud Niceph. Greg. Hist. V. 5, 87. B. et alios aequalium, *ἐνναπλάσιος* in codd. Athen. II. 39. B. Compositi meminit Eustathius 764, 37. *εἰνάνυχες συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἐννέα καὶ τροπὴν τοῦ υ εἰς τὸ ι.* Simplex

---

25) Orthogr. 268. *οὐδέποτε τὰ σκ ἐν συλλήψει ὄντα ἔχουσι τὴν ει δίφθογγον προηγουμένην χωρὶς μιᾶς λέξεως καὶ ταύτης ἀμφιβαλλομένης Ἡρακλεῖσκος Ἡρακλεῖσκος.* Brevius EM. 318, 11. *οὐδέποτε ἡ ει πρὸ τοῦ σκ εὑρίσκεται* v. Diss. I. c. II. §. 3. adn. 14. Orion in Anthol. p. 47. profert versum Sophoclis *ἐκ τοῦ Ἡρακλείσκου* pro quo Schneidewinus Conject. p. 80. tacite substituit *Ἡρακλίσκου*. Sic *Κλεογενίσκος* scribitur Hippocr. Epidem. VII. 677. T. III. (omiss. in Thes.) et *βασιλίσκος, ἀμφορίσκος* omisso epsilo primitivi, a *κάνεον κανίσκιον*.

26) Joann. Ton. 29, 5. *ἀπὸ τοῦ ἐτεόν ἐτεά καὶ ἀπὸ τοῦ ἐτόν ἐτά ὡς ἐτὰ Τημενίδος (Τημενίδεω) χρύσεον γένος*, quod de Heraclidis dictum videtur ut Callim. Fr. CCCCXLVIII. *πάντες ἀφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμόν ἐστε γενέθλης.* Contrarium valet *οὐκ ἐτός* id est *οὐκ ἐτώσιον*, de quo Dissert. I. c. II. §. 2. diximus.

27) Schneidewinus in Philol. Ann. III. 116. cum *ἀνεκάς* confert *ἀμάκις* tanquam simplex cum simplici; sed adverbiorum quae ad numerum referuntur ut *συχνάκις, ὀλιγάκις*, permagna est copia; illius localis generis nullum extat.

si cum nomine componitur a vocali orto, aut alpha abjicit *ἐννεόργυιος*, *ἐννέωρος*, aut epsilon huic proximum *ἐνναετής*, *ἐνναετηρίς*, aut utrumque *ἐννήρης*. Homericum *ἐννῆμαρ* (ut hoc anticipem) vel ex *ἐννάημαρ* vel ex *ἐννέημαρ* contractum et ob hoc perispomenon est[28]).

§. 6. Jam ad partes veniunt qui de altero genere sermocinantur: *τὰ εἰς ας ἰσοσυλλάβως κλινόμενα διὰ τοῦ αδης ποιοῦσι τὸ πατρωνυμικόν, Βορέας Βορεάδης, Κέας Κεάδης, Πυλεάδης, Δημεάδης καὶ κατὰ συγκοπὴν Πυλάδης, Δημάδης* EM. 210, 16. Sed *Πυλάδης* a *Πύλης* derivatum est ut *Κομάδης* a *Κόμης* etc. Demadae autem nomen si alpha longum habet ut Priscianus ait v. Parall. p. 4. contractum est: *ἀπὸ τοῦ Δημέας Δημεάδης καὶ κατὰ συναίρεσιν Δημάδης· καὶ ὤφειλεν εἰς τὸ η γενέσθαι τὴν κρᾶσιν ἀλλὰ διὰ τὸν χαρακτῆρα ἐγένετο* EM. 265, 12. vel potius ad exemplum primitivi *Δημέας Δημᾶς*[29]). Sunt vero alia quae ad utram partem adscribenda sint neque accentus manifestum reddit neque quantitas; primum *νηλής*, quo non solum epici utuntur per omnes casus[30]) sed Aeschylus quoque et Euripides: *δύο γὰρ εὐθεῖαι νηλεής καὶ νηλής* Epim. I. 296. Gud. 407, 54. Plato *ἀνηλεής* dixit, *ἀνηλέητος* Aeschines, *ἐλεήμων* Isocrates, *πανελεήμων* J. Chrysostomus; sed *ἀνελήμων* inter atticas voces refertur Anecd. Bekk. 400, 30. De primo casu dubitari potest utrum epsilon exciderit an sequenti sono involutum sit, sed obliqui *νηλέϊ*, *νηλέα*, *νηλέες* arguunt syncopen. *Κρωδαίτης* Hesychius praebet ordine

28) Herodianus in Schol. Il. I. 53. et 81. non hanc causam attulit sed aliam quae ad *αὐτῆμαρ*, *ἐξῆμαρ*, *ποσσῆμαρ* apta est: *ἐχρῆν τὸ ἐννῆμαρ προπαροξύνειν ὡς παρ' οὐδέτερον συγκείμενον* (satis erat dicere *ὡς σύνθετον*)· *ἀλλ' ὁ τόνος παρηλλάγη ἐπεὶ καὶ ξένη ἡ σύνθεσις· οὐδὲν γὰρ τῶν εἰς αρ οὐδετέρων συντεθεῖται.* Contraria quaedam attuli in Parall. 207.

29) Patronymicis accedit *γαλιδεύς ὁ τῆς γαλῆς σκύμνος* Anecd. Bekk. 88. cujus analogia dici non potest; nam *λυκιδεύς*, *ἀετιδεύς* facta sunt a non puris.

30) *Ἀνηλέϊ* Maneth. I. 187. *ἀνηλέα δηιοτῆτα* Quint. II. 580. *ἀνηλέες* I. 473. *ἀνηλέα κωκύουσαι* Man. I. 192. Saepe *νηλέες* Anth. VII. 629. et all. nunquam *νηλεέες* vel *νηλεέας* ut *ἐνδεέας* Man. IV. 32. et 340. *ὀλιγοδεέα* Sthenis Locr. Stob. Fl. Tit. XLVIII. 63. *περιδεέας* Herod. V. 44.

collocatum sed addubitatur; πορφυρώτατος Buttmannus Gramm. I. 260. dicit ex πορφυρεώτατος contractum esse idemque fieri omnibus adjectivis quorum positivus in εος — ους exeat. Illud haud dubie ab H. Stephano mutuatus est qui πορφυρώτερος ex Dioscoride affert, sed locum non indicat neque ego reperi; ab adjectivis in εος — ους unum ἐνθεώτερος ducitur, materialia vero ἀργύρεος etc. per gradus non moventur [31]); κυανώτερος enim et κυανώτατος ad adjectivum κυανός referenda sunt, de quo paullo ante dictum est. Saepius epsilon desideratur ante diphthongos ut in solemnium nomine τὰ Ἀλαῖα Paus. VIII. 43, 3. cui nunc Ἀλεαῖα substitutum est, quod frequentius legitur ut a Μαλέα Μαλεαῖος Anth. VII. 544. Πτελέα Πτελεαῖος, quod Berkelius Stephano reddit pro Πτελαῖος, Ἰτέα Ἰτεαῖος, cui Androtion epsilon detraxit. Νεμαῖος Schol. Apoll. I. 498. et Diod. XI. 65. Wesselingius in Νεμεαῖος vel Νέμεος mutari jubet eodemque modo Hyginum Fab. XXX. corrigit Munckerus cf. Burmann. ad Anth. Lat. L. I. Ep. 42, 1. Νέμεος non pro Νεμέειος dicitur sed pro Νέμειος. Adjectivum ἐλεινός, quod Choeroboscus Orth. 208. crasi contractum dicit, poetae attici praeferunt integro ἐλεεινός magis metri causa quam respectu domesticae consuetudinis; nam hoc apud Lysian legitur Or. XXIV. 168, 7. aliosque atticorum quos nominavi ad Phryn. 87. et Schneiderus ad Plat. Civ. T. III. 238. Fritzsch. ad Thesmoph. p. 466. nec valet Porsoni argumentatio Praef. Hec. VII. quia δεεινός et κλεεινός insolita sint, idcirco ἐλεεινός damnandum esse; multum enim refert quanam in syllaba epsilon vel elidatur vel colliquescat, velut ἰτέϊνος, κρανέϊνος non eadem necessitate adstricta sunt qua φλέϊνος et minus probata γέϊνος, θέϊνος, ζέϊνος Diosc. Eup. I. c. 145. p. 167. (omiss. in Thes.) Βόρειος et novitium βορεινός, quod Choeroboscus Orth. 179, 27. cum ἐλεινός componit, in hac una forma defixum est parique firmitate in altera consistit ἀλεεινός, quo Xenophon multique post eum usi sunt. A nomine urbis Μεσσα-

31) Χρυσότερος sive a χρυσός descendit ut in Sapphico versu, sive a χρυσοῦς ut in Epigr., certe hyperbole poetica fictum est.

πέαι derivatum est gentilicium *Μεσσαπεύς*, pro quo Stephanus *Μεσσαπεεύς* ponit. Idem demoticum *Ἀλωπεκεύς* scribit sed *Ἀλωπεκεεύς* legitur in Inscr. attica Corp. Inscr. c. I. n. 145. et paulo post *Ἀγκυλεεύς*, contraria vero ratione *Λεπρεύς* pro *Λεπρεεύς* et alia v. Parall. 27. — Epsilon vocali suppositum exscindi sumit Herodianus hordaceus Epim. 51. *ἴρηξ, ἱρεῖον καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ συγκοπήν*, quod nomen psilosin poscit; *ἵρενον ὡς συγκοπτόμενον*[32]) *ψιλοῦται* Schol. Od. XVII. 181. Sed saniores haec ad crasin referunt.

§. 7. Inclinamenta nominum perlustranti primo aditu se offerunt genitivi primae declinationis ionici, de quibus quid Criticorum spectatissimi statuerint quasi per nebulam audimus: *Ἀσίω χωρὶς τοῦ ε ὡς τὸ εὐμελίω· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου καὶ Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ συναλοιφῆς* Sch. B. ad Il. II. 461. apertius Didymus *Ἀσίεω ὡς Ἀτρείδεω καὶ Ἀσίω κατὰ συγκοπὴν ὡς εὐμελίω καὶ Αἰνείω* et Choeroboscus in Fragm. Herodiani nomine inscripto Anecd. Ox. T. III. 228. *αἱ διὰ τοῦ εω γενικαὶ ἀπαθεῖς οὖσαι προπαροξύνονται*[33])· *πάσχουσαι δὲ πρὸ μιᾶς ἔχουσι τὸν τόνον, Ἑρμείεω καὶ ἐν συγκοπῇ Ἑρμείω.* Id tamen non inter omnes convenisse ostendit Sch. Il. IV. 47. *τοῦ εὐμελίω ἢ τοῦ ε συγκοπὴ ἢ συναίρεσις*, quam qui approbarunt aut epsilon cum ω contractum esse statuerunt *Ἀσίεω Ἀσίω*, aut terminationis aeolicae synaeresi usi sunt, quod fecisse videtur Herodianus. Is enim in Il. VII. 238. tralaticiae scripturae *βοῦν* vel *βῶν* praetulit *βῶ ἀντὶ τοῦ βόα ὡς Βορέαο Βορέω*, in quam opinionem Goettlingius incidit de

32) Pro hoc in Sch. XIII. 348. scriptum est *ἀποκεκομμένον*.

33) Epsilon syllabae locum explet et in affecto *Ἀνδρέω* Anth. VII. 672. et integris *Νικίεω* IX. 81. *γαλαξίεω* Maneth. II. 116. Sic etiam in nominibus non pure terminatis *τοξότεω* Man. IV. 596. *Ἱππότεω* Apollon. IV. 778. *δεσπότεω* Maxim. v. 407. aliisque v. Proll. 214. et in plurali *ἀντολέων* Apoll. II. 527. *ἀνθιέων* Oppian. Hal. I. 248. III. 205. ubi Schol. *ἀνθιέων ὡς κοχλιῶν (κοχλιέων) ἰωνικῶς*, sed ad v. 270. alium ponit nominativum *ἀνθιεύς*. Formae integrae *Αἰνείεω* Il. V. 534. *Αὐγείεω* Theocr. XXV. 160. jam sublatae sunt. *Βορέου* a Goettlingio toleratum Hes. Opp. 518. in Quinti L. XI. 232. emendavit Koechly.

Acc. 282. auctoris forte oblitus. Hinc autem cognoscimus cur genitivi illi in Ptolemaei libro de synaloepha tractati sint. Ad syncopen rursus revocatur genitivus numeri pluralis *καιροσέων* in Schol. Od. VII. 107. *καῖρος ὁ μίτος, οὗ παράγωγον τὸ καιρόεις, θηλυκὸν καιρόεσσα, ἡ γενικὴ καιροεσσῶν καὶ κατὰ συγκοπὴν καιροσσῶν, κατὰ δὲ διάλυσιν καιροσέων.* Sed est prorsus singularis haec genitivi species, cujus rationem sic ut omnibus probetur explicari posse despero v. Diss. IV. c. II. §. 1. Unum vero synaeresis nomen convenit genitivo substantivi *κλισιῶν*, quem Spitznerus reposuit pro *κλισιέων*, aliisque quae diphthongum in penultima habent *παρειῶν, τρυφαλειῶν, Μαλειῶν.* — Ex altera declinatione huc referunt duos vocativos; *παρὰ τὴν ἄλην τὴν πλάνην γίνεται ἄλεος ὁ πεπλανημένος καὶ ἠλεός· τούτου ἡ κλητικὴ ὦ ἠλεέ καὶ κατὰ συγκοπὴν ἠλέ* EM. 425, 50. *τὸ ἠλέ ὡς καλέ· εἴτε δὲ ἀπεκόπη εἴτε συνεκόπη ἐκ τοῦ ἠλεέ ἔῤῥωται τὰ τοῦ τόνου* Schol. A. ad Il. XV. 128. Nominativus *ἠλός* teste caret itidem ut tres reliqui casus; nam qui, quia Mars hoc vocativo increpatur, protinus etiam in Il V. 461. pro *οὖλος Ἄρης* suaserunt *ἠλός* scribere, non sunt auditi; Hesychii glossa *ἠλός τόπος — καὶ τὸν μαινόμενον,* ad probandum adjectivi casum primum quartumve nullius momenti est. Sed *ἠλοσύνη* manifesto a recto *ἠλός* defluxit, quod quum in *ἠλεός* transiisset, solus remansit vocativus. Huic persimilis est *ὦ μέλε κατ' ἀποκοπὴν ἀττικῶς* Schol. Nubb. 33. quod alius quis syncopen dixerit. Huic tamen Buttmannus Gramm. I. 218. longe diversum a *μέλεος* nominativum *μέλος* tribuit, quo non miserum sed bonum significari. Equidem acquiescam in veterum opinione; nam etiam *ὦ δαιμόνιε* in utramque partem dicitur et imminutio illa ab affectu loquentium repeti potest, quo syllaba primi casus longa in vocativo attenuatur quantum licet, *ἄνερ, ὦνα, γύναι, Ἥρακλες.* — In enodatione nominum tritoclitorum rursus utendum est illa distinctione literarum antecedentium et consequentium. Etenim si epsilon vocali longae vel diphthongo subjunctum extabescit, crasis quam syncope propior est velut in nominativo plurali *αἱ ἅλως* v. Buttmann. Gr. I. p. 221. et Thes. T. I.

1614. D. et in tritoclito quod Choeroboscus affert Can. 258, 34. Ἡρωδιανός φησιν ὅτι ἡ ἥρωες εὐθεῖα εὕρηται παρ' Ἀριστοφάνει κατὰ κρᾶσιν οἱ ἥρως, quibus conveniunt accusativi τὰς ἅλως, τοὺς ἥρως. Et huic etiam τιμῆντα attribuitur et nominativus βασιλῆς, quomodo nunc scribi solet omisso iota v. ad Aj. v. 186. nec abhorret genitivus poeticus υἷος, si is non ex ὑΐος ut plerisque videtur EM. 775, 20. Buttm. I. 235. contractus sed ordinario υἱέος subnatus est; syncopen excludit regula de accentu genitivorum concisorum ad ultimam transferendo. Sed manifesta est ratio ē psili inter duas consonas positi: γαστήρ γαστρός κατὰ συγκοπήν EM. 158, 54. τὸ μητρός καὶ ἀνδρός καὶ πατρός ἐγένετο κατὰ συγκοπήν, διὸ οὐκ ἐφύλαξαν τὸν τόνον Arcad. 128.[34]) τοῦ πατήρ συγκέκοπται ἡ γενικὴ καὶ δοτική, ἀλλ' οὐκέτι ἡ αἰτιατική Epim. I. 346. Atque haec in sermone communi ita alte fixa sunt ut ne Tragici quidem in diverbiis, nedum Comici, aut trisyllabis casibus epsilon eximere aut bisyllabis addere sustinuerint exceptis duobus locis Eur. Rhes. 390. τῆς μητέρος et Arist. Vesp. 1397. τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος, quod notavit Scholiastes τὸ θυγατέρος οὐκ ἀττικῶς εἴρηται. Sed contrarium praecipitur de genitivo plurali: τὸ πατρῶν ποιητικόν ἐστιν ὡς καὶ τὸ θυγατρῶν· εἰ δέ που καὶ μητρῶν ἐστιν, ἀλλ' οὐ προφανὴς ἡ χρῆσις Eust. 1594, 4. τοῦ πατήρ ἡ αἰτιατικὴ οὐ συγκέκοπται[35]) οὐδὲ ἡ γενικὴ τῶν

34) Quod continuo sequitur ἀκολουθήσαντα τοῖς ἰδίοις συγγενέσι πατέρος, μητέρος, ἀνέρος, ex diversis particulis consarcinatum est; post ἀκολουθήσαντα excidit ταῖς δισυλλάβοις γενικαῖς ut Choerob. l. c. αἱ πατρός, μητρός, ἀνδρός γενικαὶ οὐ βαρύνονται ὅτι συγκοπὴν παθοῦσαι ὡς κυρίως δισύλλαβοι ὠξύνθησαν hoc est ut παιδός, μηνός. Idem de plurali praecipiunt: τὸ πατρῶν τῷ χαρακτῆρι συνεξέδραμε τῶν χηνῶν καὶ μηνῶν Sch. Od. VIII. 245. Illa Arcadii verba ἀκολουθήσαντα — ἀνέρος referenda sunt ad id quod omissum est de accentu nominum μητέρος et θυγατέρος· haec enim ut Joannes ait 10, 23. σημειοῦνται δέον προπαροξύνεσθαι ὡς Δημήτερος, εἰνάτερος, ἀλλὰ συνεξῆλθον τῇ ἀνέρος, πατέρος, δαέρος, et Choeroboscus de iisdem loquens de Acc. 403, 34. ἠκολούθησαν τοῖς ἰδίοις συγγενικοῖς κατὰ τὸν τόνον. Hinc Arcadio pro μητέρος restituendum est δαέρος. Θυγατέρος legitur in Curtii Inscript. Delph. VII. 2.

35) Causam addit Choeroboscus Acc. 349. sed ineptam τὸ πατέρα

πληθυντικῶν· πλὴν Ὅμηρος εἶπε πατρῶν ἴσως μιμούμενος τὴν ἑνικὴν γενικὴν Epim. I. 346, 18. Cum syncope dativi plerumque conjuncta est trope vocalis proximae πατράσι, θυγατράσι etc. In compositis epsilon exciditur πατροφόντης, θυγατρόγαμος etc. exceptis duobus poetice diductis γαστερόχειρ et γαστεροπλήξ, sed αἰθροβάτης a Manethone vel licentius fictum vel cum αἶθρα compositum est. — Antecedente vocali epsilon syllabae finali proximum exemtum esse parum probatur casibus obliquis τὸν χόα, τοὺς χόας· hi enim alium atque perispomena τὸν χοᾶ, τοὺς χοᾶς nominativum habent. v. Parall. 233. De dativo βοσί Anth. VII. 622. dubium est utrum e βόεσι conversus sit detracta syllaba an e βουσί demta vocali, qua ratione Choeroboscus Can. 115. et 218. υἱέσι et δρομέσι ex υἱεῦσι, δρομεῦσι nata esse statuit. Sed υἱεῦσι et nominativum, quem Grammatici huic praestruunt[36]), Thomas aequaliter repudiat; neque legitur ille amplius in Aeliani loco quem notavi ad Phr. 69.[37]) Δρομέσι autem et huic indissimile τοκέσι propriumque Σιφάεσι Orph. Arg. 125. declinata sunt a nominativo plurali δρομέες, τοκέες, Σιφαέες, omisso altero epsilo ut in nominibus quae in ις exeunt, μάντεις μάντεσι, πόλεες πόλεσι, poetae vero posteriores utrumque retinent sigma geminato τοκέεσσι Quint. I. 108. στιβέεσσι Oppian. Cyn. I. 462. γονέεσσι Anth. App. 207. neque alia origo traditur adjectivorum; ταχέες ἀφ' οὗ τὸ ταχέεσσι

καὶ μητέρα οὐ γίνεται κατὰ συγκοπὴν ἵνα μὴ συνεμπέσῃ ταῖς εὐθείαις πάτρα καὶ μήτρα.

36) Falsa scriptura deceptus Schol. Thuc. I. 13. υἱέως ἀττικῶς ἀπ' εὐθείας τῆς υἱεύς, quo aberrat Sch. Il. XVI. 177. υἱεῖ ἀπ' εὐθείας τῆς υἱεύς. Hinc pendent pluralia, quae Matthiae p. 247. sibi nota esse negat, υἱήεσσι (ut ἱππήεσσι) Antipat. Anth. IX. 23. et υἱῆας Maxim. v. 440.

37) Eodem vitio citantur aliquoties Teleclides ἐν πρυτανεῦσι Vol. II. 369. et Plato ἐν Πρεσβεῦσι 656. a nominativo πρεσβεύς, quem damnat Suidas s. Πρέσβις, sicut Herodianus in Anecd. Oxon. III. 246. dativum συγγενεῦσι a recto συγγενεύς ductum, quo scriptores illiterati utuntur una cum feminino συγγένισσα Epiphan. adv. Haer. L. III. T. III. p. 1049. D. Petav. (omiss. in Thes.) In Lys. c. Andoc. 105, 37. pro τοῖς πρυτανεῦσι editores Turicenses receperunt, quod Dobraeus suaserat, πρυτάνεσι.

Apollon. Pron. 126. Communis vero consuetudo substantivis induit diphthongum primae positionis *χουσί*, *βουσί*, *ναυσί*, *δρομεῦσι*.

Cum substantivis bisyllabis in *ας* neutralibus, de quibus in priore capite disputatum est, permagnam similitudinem habent nomina ejusdem generis et mensurae in *ος* exeuntia tantumque hoc differt quod illa tribus subjiciuntur affectionibus, haec duabus tantum: *τὸ κέρα ἀποκοπή ἐστι τοῦ κέρατα, Ἡρωδιανὸς συναλοιφὴν τοῦ κέραα· τὸ δὲ χρέεα χρέα συγκοπή* Schol. A. ad Il. IV. 109. *τὰ χρέα καὶ τὰ κλέα ἀπὸ τοῦ χρέεα καὶ κλέεα κατὰ συγκοπὴν οὐ κατὰ κρᾶσιν, ἐπειδὴ τὸ α συνεσταλμένον ἔχουσιν οἷον παλαιγενέων κλέα φώτων* Choerob. Can. 372. exemplum ex Apollonii prooemio sumens, ubi in uno cod. *κλέα ἀνδρῶν* scriptum est fortasse ex proecdosi; sed vulgatum sequuntur Christodorus Ecphr. 378. *κλέα φωτῶν* et P. Silent. Soph. II. 598. *κλέα μόχθων*. In EM. 517, 21. affertur homericum *κλέα ἀνδρῶν*, quod ter in clausula versus legitur sed ambiguum est ut *κρέα* et *κέρα* sequente vocali. Atticos alpha producere affirmat Thomas: *τὸ ὑγιᾶ κατὰ συναίρεσιν λέγομεν — ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ χρέα καὶ κλέα*, quorum illud confirmatur Aristophanis exemplo, hoc dubito an ab Homero mutuatus sit ut Himerius Ecl. XXII. 278. *τὰ κλέα τῶν ἀνδρῶν·* nam communis consuetudo de hoc genere unum recepit *χρέα*, quare *δέα*, quod Aelianus bis usurpavit pro *δείματα*, quaesitae cujusdam elegantiae esse videtur. *Δρία* huic numero eximit EM. 287, 44. *δρία οὐκ ἀπὸ τοῦ δρίεα κατὰ συγκοπὴν ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τοῦ θύος γίνεται θύον, μέγαρος μέγαρον, οὕτω δρίος δρίον*. Id tamen non magis testatum est quam *μέγαρος*, neque scimus quis *θύον* dixerit pro *θύος*, nam *θύα* in Pind. Fr. 95. a conjectura profectum est. *Σπέα*, quod codex Voss. in EM. 517, 21. prius allatis addit, non legi sed modo dativum homericum *σπέσσι*, quem Herodianus ap. Choerob. Can. 462, 20.[38]) et 510, 14. gravari dicit *ὅτι ἐκ τοῦ*

38) Hic pro *πᾶσα δοτικὴ ἀνεπέκτατος — ὀξύνεται πλὴν τοῦ πᾶσι καὶ σπέσσι* aut omittendum est *ἀνεπέκτατος* aut addendum *εἴτε ἐπεκτετα-*

σπέεσσι γέγονε κατὰ συγκοπήν. Huic Oppianus Cyn. IV. 246. adaequavit singularem ἐν σπέϊ καὶ — nisi homerico σπῆι usus est pro pyrrhichio ut Antipater ὀλίγῃ νηὶ λεπτὰ ματεύων Anth. VII. 637. sed hoc elevatur Scaligeri correctione νεΐ, cui qui a Jacobsio opponuntur anapaestica ἠίων et δηίοις (adde ληίου Oppian. Cyn. I. 526.) nunquam epsilon accipiunt; ille autem dativus sequitur nominativum quem Technici ponunt verbo νέω congruentem νεῦς, unde pendent obliqui νεός, νέα, νέες v. Meinek. Delect. 137. et 214. Bredov. Dial. Herod. 260.[39]) Ἐν φαΐ κείνῳ bis legitur in Oracc. Sibyll. idemque tertio quodam loco nuper restitutum est pro ἐν φάει v. Alexander ad Prooem. v. 18. — Ὄσσε si est numeri dualis ex metaplasmo pro ὄσσω positum ut μῆρε, quod Aristarchus scripsit Il. I. 464. pro μήρω, nostra quaestione nihil attingitur. Sed plerique a neutro τὸ ὄσσος factum volunt τὼ ὄσσεε, hinc ὄσσε — θέλεις κατὰ συγκοπήν, θέλεις κατ' ἀποκοπήν Epim. II. 397. Certamen detrectat Herodianus, ἄδηλον γάρ φησι τὸ πάθος Eust. 1746, 24. Sed Schol. Od. IV. 662. Il. I. 104. XI. 356. EM. 635, 54. id factum esse consentiunt κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ τελικοῦ ε, quo nomine apocopen significat. Ubi vero cum epitheto numeri pluralis vel cum

---

μένη εἴτε ἀνεπέκτατος. Σπέσσι in EM. 721, 43. pro σπέσι et Arc. 138, 1. pro Πηλεῦσι scribendum..

39) Pro κλῄζω, ubi brevi syllaba opus est, scribitur κλεΐζω, εὐκλεΐζω, ἐπευκλεΐζω, congruenter nominibus κλέος, Κλεΐς, semel λεΐζομαι in Epigr. adesp. VI. 169. sed adjectivi forma duplex intra paucos versus Il. IX. 406 et 409. ληιστοὶ μὲν γάρ in principio versus, οὔτε λεϊστή in exitu ut nunc quidem editum est pro ληιστή, idemque turpiter corrupit Hesychius Ἐλεϊστή λεπτή (ληπτή). Sic etiam Θρέϊσσα Theocr. Epigr. XVII. Leonid. Anth. VII. 663. Νηρεΐς VII. 550. Nonn. III. 103. VI. 259. X. 125. XLVIII. 192. v. Koechly ad Quint. II. 421. Ellendt. Lex. Soph. s. h. v. et interdum in sermone v. Dorvill. ad Charit. II. 4, 40. sed Luciano Pro Imagg. §. 7. e codd. redditum est Νηρηΐς. Φινεΐς Eur. Iph. T. 424. et alia v. Proll. 477. (ubi Κριθεΐς prave impressum pro Κρηθεΐς) quorum immemor Elmslejus ad Heracl. 84. feminina in ις desinentia brevem vocalem ante terminationem habere negat. Ἠχέεις et βρωμέεις Herodianus testificatur in Mon. 14. quod ad exemplum Critici nostri pro ἠχῆεις, χαιτήεις, ubi amphimacro opus est, scribunt εεις.

verbo singulari conjungitur ut *ὄσσε αἱματόεντα* v. Spitzner. ad XIII. 435. *ὄσσε δέρκεται*[40]) pluralis *ὄσσεα* alpha finale recisum esse oportet; hujus autem numeri cum duali conjunctionem *ὄσσε φαεινὼ δινείσθην* etc. explicemus eo, quod natura animantibus omnibus oculos binos tribuit. — Epsilon casuale in substantivo masculini generis omisit poeta novitius et id ludendi causa in Anth. IX. 113. *οἱ κόρις ἄχρι κόρου κορέσαντό μου.* Sed in Theocr. VIII. 45. pro *ἔνθ' ὄϊς, ἔνθ' αἶγες* jam Jacobsius ad Anth. 476. admonuit *ὄϊς* pro singulari haberi posse et Meinekius, qui hoc loco *οἶς* praetulit, eundem numerum singularem cum nomine plurali junctum videri dicit in Callim. Cal. 28. *ἐν πίτυς, ἐν πτελέαι* atque etiam in Nic. Fr. XX. *οὐκ ἔχις οὐδὲ φάλαγγες ἀπεχθέες*[41]). Oppianus Cyn. II. 377. *εἰσὶ δ' ὄϊς ξανθαί* haud dubie communem rationem sequutus est quam indicat Choeroboscus Orth. 257, 31. EM. 708, 25. *ὡς παρὰ τὸ πόλιες καὶ ὄφιες γίνεται πόλις καὶ ὄφις κατὰ κρᾶσιν, οὕτω καὶ παρὰ τὸ Σάρδιες Σάρδις* et adhuc alibi 432, 5. *ἥνιες καὶ ἐν συναλοιφῇ ἥνις.*

§. 8. De adjectivorum imminutione quae dicenda sunt, continentur fere in uno genere illo quod in *ης* purum et non purum terminatur. Ex his enim constat poetas epsilon, quod in declinatu accedit, ubicunque numerum egreditur, exterminare et maxime iis quae cum *κλέος* composita sunt *Ἡρακλέος, Ἡρακλέϊ, Ἡρακλέα* alpha brevi finitum, quod si producitur, ex *Ἡρακλέεα* contractum est, et adjectiva *εὐκλέϊ Δίρκῃ ἀντὶ τοῦ εὐκλεεῖ κατὰ συγκοπήν* Schol.

---

40) In Il. XIII. 617. *ὄσσε πέσον* Aristarchus scripsit pro *πέσεν* et XIX. 17. *ὄσσε ἐξεφάανθεν* pro *ἐξεφαάνθη.* Sic *ὄσσε φάανθεν* I. 200. *στρεφεδίνηθεν* XVI. 792. *πλῆσθεν* Od. IV. 705. *πλῆντο* Apoll. IV. 17. ubi Wellauerus *πλῆτο* recepit quia alibi *ὄσσε δέρκεται, λάμπεται, ὑπέλαμπε* legatur. Verum his in locis singularis a metro postulatur; ubi nihil refert, epici verbum plurale praeferunt excepto Nic. Th. 758. *ὄσσε παρέστραπται,* quod cum *παρεστράφαται* commutari poterat, *ὄσσε ἐδίνησεν* (pro *ἐδινήθησαν*) Alex. 188. *ὄσσε μάρμαιρεν* Quint. VII. 464. quorum correctio perfacilis.

41) In proxime sequentibus *οὐδὲ βαθυπλὴξ ἄλσεσιν ἐν ζώοις σκορπίος ἐν Κλαρίοις* Bernardus *εὐζώοις* corrigit; elegantius videtur *ἐνδιάει.*

Pind. Ol. X. (XI.) 94. εὐκλέα κούρην, ἀκλέα πότμον etc. v. Jacobs. ad Anth. p. 905. et Spitzner. Excurs. XXII. 98. tum in numero plurali νῆσοι ἀγακλέες Dionys. 554. δυςκλέες Maneth. III. 148. εὐκλέας Anth. VII. 301. δυςκλέα λέκτρα Man. II. 186. μεγακλέα δήνεα Oppian. Cyn. II. 4. quo de genere unum in quotidianum usque sermonem penetravit: Ἡράκλεις κλητικὴ συναλοιφῇ ἀπὸ τοῦ Ἡράκλεες ὃ κατὰ συγκοπὴν γίνεται Ἥρακλες EM. 436, 18. Hujus vocativi exempla allata sunt ad Phryn. 640. Sed utrum vocalis formae nativae excisa an diphthongo contractae simplex epsilon substitutum sit decernere cunctamur. Adjectivorum duo leguntur apud Homerum in accusativo singulari ἀκλέα et δυςκλέα, utrumque sequente vocabulo cujus prima litera est vocalis, quare metrum non prohibet quo minus ἀκλεᾶ et δυςκλεᾶ scribatur. Hoc autem ne fiat studiose cavetur in Schol. Il. II. 115. sententiis variis sed ad unum finem tendentibus: τὸ δυςκλέα ἐκ τοῦ δυςκλεύς· ἔστι δὲ ἔλλειψις τοῦ ε, οὐ συναλοιφή· οἱ δὲ νεώτεροι ἐκτείνουσι καὶ προπερισπῶσιν ὡς ἀπὸ τοῦ δυςκλεής· quibus succinit alter κατὰ συστολὴν ὁμηρικὴν (Ὅμηρος) τὰ τοιαῦτα ἐκφέρει δυςκλέα καὶ ἀγακλέα ἰωνικῶς· οἱ δὲ ἀττικοὶ ἐκτείνουσι, et tertius συσταλτέον τὴν τελευταίαν τοῦ δυςκλέα ὡς ἀμφηρεφέα ὁμοίως τῷ ἀκλέα ἀνδρῶν (scr. Ἄργος), ἀκλέα ἐκ μεγάρων. Harum enuntiationum duae primores inter se pugnant; nam si δυςκλέα a δυςκλεύς declinatum est ut Ἀτρέα ab Ἀτρεύς nulla esse potest ellipsis τοῦ ε. Quare haec aut diversis assignanda sunt auctoribus aut potius δυςκλεής scribendum; nam neque δυςκλεύς cognitum habemus neque aliud hoc modo conformatum praeter proprium Πατροκλεύς, quod Bekkerus in Phot. Cod. CLVII. 115. a. 4. e codd. quibusdam ascivit. In sequentibus pro ἀγακλέα, quo Homerus nunquam utitur, ἀκλέα reponi oportet. Quod ultimo loco apponitur exemplum ἀμφηρεφέα ex uberiore disputatione excerptum videtur, cujus hoc esset argumentum accusativos adjectivorum in ης exeuntium, quorum magna apud Homerum copia, alpha natura breve habere ἀπηνέα, ἰοειδέα, νηκερδέα, πολυηχέα, πολυπενθέα, ἀριπρεπέ', νεοαρδέ', ac si producatur in ἀμφηρεφέα, ἀρ-

τεμέα, εὐστρεφέα, δυςηλεγέα, id arsi effectum esse; idque confirmat etiam Sch. ad Il. XV. 463. εὐτρεφέα: οὐκ ἀναγκαῖον ἐκτείνειν τὸ α· ὅμοιον γὰρ τῷ ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην et ad XII. 281. ἰακὸν τὸ συστέλλειν εὐκλεῖας καὶ δυςκλέα, quae adnotatiuncula eo spectat ne quis εὐκλειᾶς et δυςκλεᾶ scribat more attico. Novam viam ingressus Vossius ad H. in Cer. 495. hiatum elisione levat ἀκλεέ' scribens et δυςκλεέ', sed hiatus non offendit, Homerus autem εὐφυέες quidem dicit et εὐφυέα sed nusquam ἀκλεέες ἀκλεέας etc. quod admisit Manetho duo εε vocali tertiae praeponens ἐνδεέας IV. 32. et 340. Accusativis illis nonnulli addunt nominativum pluralitatis Il. VI. 101. ἥμενοι ἀκήριοι ἀκλεὲς αὔτως. Nam hoc ἀκλεές, quod nostrorum plerique pro adverbio habent, Apollonius Pron. 118. nominativum esse statuit ex ἀκλεεῖς conversum ut ἐπιτηδές et παλιμπετές [42]), haec autem omnia a nonnullis gravari ἀκλεες etc. ob eam causam quia terminatio casualis ες acutum respuat. Quod quum Joannes quoque p. 15. praecipiat sed cum circumscriptione χωρὶς εἰ μὴ ἐκ πάθους εἴη διὰ τὸ βιοπλανές καὶ ἐπιτηδές, Herodianum quoque colligimus ἀκλεές pro primo casu habuisse sed accentum neque in antepenultimam transtulisse neque etiam ἀκλέες scripsisse, quod faciendum erat si admisisset syncopen. Eustathius [43]) vero diversos auctores sequens et hanc probat et non rejicit exaeresin literae iota. Nos qui ἐπιτηδές et παλιμπετές adverbia esse consentimus, neutra indigemus. Duobus illis accusativis ἀκλέα et δυςκλέα accedunt duo aliter compositi: ὑπερδέα δῆμον ὑπερβαλλόντως ἐνδεᾶ ἀντὶ τοῦ ὑπερδεέα συγκοπῇ EM. 778, 3. et quod Arcadius 196. huic adjungit τὸ ὑπερδέα δῆμον καὶ δυςκλέα Ἄργος καὶ νηλέα θυμόν οὐκ ἔστι κατὰ κρᾶσιν ἀλλὰ κατὰ ἔνδειαν τοῦ ἑνὸς ε. Adjectivum νηλής, quia syncopen per omnes casus propagat, alio loco tractavi; praeter ὑπερδέα vero, quod alii cum δέομαι conjunctum putant, alii cum

42) Ἐρίηρες ad hunc numerum non adscribunt sed metaplasmo excusant v. Parall. 180.

43) Hujus et Apollonii locos, quos omisi, indicat Lehrsius Quaest. Hom. 139 sq.

nomine δέος, nullus casus reperitur epsilo destitutus neque hujus adjectivi neque aliorum quae cum iisdem vocibus composita sunt ἐνδεής, ὀλιγοδεής — ἀδεής, περιδεής, ψοφοδεής excepto uno eoque controverso θεουδής, de quo prius loquutus sum. Aristarchi nomen semel tantum in hac causa interponitur et verbis perobscuris; nam ad Il. XII. 318. οὐ μὴν ἀκληεῖς Λυκίην κατὰ κοιρανέουσι Schol. A. hoc adnotat: ἀκλειεῖς οὕτως· ἀκλεες (sic sine accentu Bekkerus) δὲ Ἀρίσταρχος κατὰ συγκοπὴν ὡς τὸ δυςκλέα. Pro illo Villoisonus edidit ἀκληεις, in quo syncopae vestigium nullum cernitur. Aristarchus fortasse ἀκλῆες scribi voluit tanquam ex ἀκληέες concisum, hoc autem pro ἀκλεέες, quod consuetudo homerica respuit, substitutum esse putavit epsilo primo in eta mutato, ut σπήεσσι dicitur pro σπέεσι et ζαχρηής nonnulli pro ζαχρεής acceperunt. Nec tamen apparet cur hoc fingere quam ἀκληεῖς scribere maluerit, quod ex ἀκλεέες contractum est epsilo primo in eta transeunte, duobus alteris in ει. Et si ἀκλῆες in libris antiquis scriptum invenit, cur id syncopae potius adscripserit quem synaeresi, unde natus est accusativus εὐκλεῖας, nam εε et in ει contrahitur et in η. Denique ex ἀκλεῖες existere potuit ἀκλῆες diphthongo propria in impropriam transfigurata[44]). Verum de accusativo εὐκλεῖας non omittenda est sententia EM. 392, 22. τοῦ εὐκλεής ἡ αἰτιατικὴ τοὺς εὐκλεέας καὶ κατὰ συναίρεσιν εὐκλεῖας ἢ ἀπὸ τοῦ εὐκλέας ἐπενθέσει τοῦ ι. Etenim hoc εὐκλέας manifestam praefert syncopen. Sed probabilior est synaeresis.

Poetas Homeri vestigiis insistentes adjectivis cum κλέος compositis ε cliticum detraxisse jam diximus; aliorum exempla perrara sunt. Unum hujuscemodi est illud quod in Parall. 235. ex Euphorione protuli, ἀτρέα δῆμον pro ἀτρεῆ sive ἄτρεστον tanquam a recto ἀτρεής, unde alius poetarum nominativum pluralem duxit sed contractum

44) Hujus scripturae exemplum a Grammaticis neglectum praebet Eustathius 579, 11. τοῦ ζαχρήεις ἡ παραλήγουσα γράφεται διὰ διφθόγγου ἔχουσα ἢ τὸ ε καὶ ι (ζαχρειεῖς) ἢ τὸ η μετὰ τοῦ ι (ζαχρῄεις). Ζαχρειεῖς et εὐκλειεῖς Apollon. I. 869. non deterius sonant quam σείειν et κλείειν· sed quum facile mutari possent, sine dubio rejecta sunt.

ἀτρεῖες sive ἀτρῆες. Quod de ζαχρεής dixi, idem valet de ἀχρεής, nec satis confirmatum est ἄχρης in Schol. Il. Π. 269. ἀπὸ τοῦ χρῶ ἐστι τὸ ἔχραε τὸ βαρύνειν (καὶ τὸ ἐπιθετικὸν χρής) καὶ μετὰ τοῦ α τοῦ στερητικοῦ ἄχρης, ἀφ' οὗ τὸ ἀχρεῖον τὸ ἀσθενὲς καὶ βάρους μὴ μετέχον· οὕτως Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων v. Parall. 82. De Hesychio, qui ἀχρέα sive ut in cod. legitur ἄχρεα interpretatur βλάσφημον ἄμορφον ἀχρεῖον λυπηρόν, dubium est an adjectivum pluralis numeri alicubi dictum invenerit intellectu adverbiali ut Tryph. 125. μοχθίζειν ἀτέλεστα καὶ ἀχρέα (cod. recte ἄχρεα) pro ἀχρεῖον sive ἀχρείως. Sed Callimachum pro βιοπλανέες usurpasse βιοπλανές Joanni Alex. credimus; nam adverbium minus appositum videtur. Quod Nicander Al. 164. in exitu versus posuit ἔμπλεα κύμβην, si accentum attendimus, metaplasmus est pro ἔμπλεον ut ἔγχλοα φλοιόν apud eundem et alia v. Parall. 180. et 245. non syncope; Hesychii glossa Ἔμπλεω ἐμπλεῖς πλήρεις dittographiae suspecta est; alibi certe neque ἐμπλής legitur neque integra ἐμπλεής, ἐκπλεής, συμπλεής. Aratus 1031. γεράνων στίχες παλιμπετὲς ἀπονέονται haud dubie adverbium esse voluit, quem intellectum habet apud Homerum, Callimachum et Nonnum Par. XXI. 17. ut παλιντυπὲς ἅλτο ῥαιστὴρ ἄκμονος Apoll. III. 1254. adjectivo solus utitur Nonnus et pluraliter quidem παλιμπετέες. Pro syncope, cui Goettlingius ad Theod. 243. et de Acc. 327. perispasin genitivorum αὐταρκῶν, δυςωδῶν etc. attribuit, synaeresin substitui ad Buttm. 339. Ex numero adjectivorum simplicium duo huc trahuntur; αἰπὰ ῥέεθρα παρὰ τὸ αἰπέα ἐν συγκοπῇ EM. 37, 42. sed hoc refellitur feminino αἰπή· alterum est ab eodem traditum p. 59, 47. ἄλες ἄλεες ἀπὸ τοῦ ἀολλέες κράσει τοῦ ao καὶ ἀποβολῇ τοῦ ἑνὸς λ ἀλέες καὶ ἄλες, quod tribus aliis locis profert diverso accentu et spiritu clareque pronunciat id genus neutrum esse adjectivi ἀλής id est ἀθρόος, ἀολλής[45]). Ita

45) In Sophoclis Fragm. Inc. XXXV. (693 Dind.) βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος ἔρχεται δ' ἄλλη, quod novissime attentavit Naukius de Aristoph. p. 140. adn. promtissimum est corrigere ἔρχεται δ' ἀλές.

syncope avolat. Nec concedenda est adverbiis quae illi ex adjectivis generis neutrius nata ferunt: ὠκέα ὦκα, σαφέα σάφα ἀνεβιβάσθη ὁ τόνος μετὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν τοῦ ε· τὸ δὲ θαμά ὀξύτονον ἀπὸ τοῦ θαμός (θαμύς) ὀξυτόνου Herodianus Joann. p. 29. et Apollonius Adv. 563. παρὰ τὸ ταχέα τάχα, κρατέα κάρτα, λίγα, ὦκα· διὸ σημειωτέον τὸ θαμά ὀξυνόμενον παρὰ τὸ θαμύς. De nonnullis, quae adjectivorum adminiculo carent, disceptatur utrum hinc repetenda sint an a verbis: ὥςπερ ἀπὸ τοῦ ὠκέα γίνεται ὦκα — οὕτως ἀντέα ἄντα [46]) ἢ παρὰ τὸ ἀντῶ ὡς σιγῶ σῖγα, ἠρεμῶ ἠρέμα· Ἡρωδιανός EM. 111, 50. nec discrepat Apollonius l. c. 562. sed cautius loquitur p. 549. τὸ ἄντα παράκειται τῷ ἀντῶ et fortasse omnia haec adverbia non a verbis et adjectivis derivata sed cum iis affinitate stirpis conjuncta esse credidit. Etenim natura ita fert ut adverbia, quae distinctione generum, casuum, personarum carent, minus articulatim promantur quam adjectiva et verba v. Parall. 163. Sed jam tempus est de verbis aliquid dicere.

§. 9. Praesentis activae formae duo modi in sermonem incurrunt; unus est imperativus homericus φέρτε ἀντὶ τοῦ φέρετε Eust. 145, 24. quae syncope latius dominatur in verbo latino. Cum hoc Buttmannus Gramm. II. 320. confert προφύλαχθε in H. H. quod ex προφυλάκετε contractum putat. Sed et φυλάκω analogia caret v. Techn. 57. et quod ille hinc declinatum censet φύλαχθε· id enim φύλακτε dicendum erat [47]), nec apte confertur cum imperativo perfecti ἄνωχθι ἄνωχθε. Probabilius Schneidewinus in libello *Die hom. Hymn. auf Apoll.* p. 47. substituit perfectum usitatum νηὸν δ' εὖ πεφύλαχθε, nec tamen demonstrat φυ-

---

46) Sic correxi vulgata οὕτως ἀντία ἀντὶ Ἀλεξάνδροιο, quae Homeri verba ad aliud caput spectant. Omissum hic ἀτρεμῶ ἀτρέμα additur p. 165, 12. Alteram rationem sequitur Eustathius 1291, 37. τὸ ἄναντα ἐκ τοῦ ἀναντέα ὡς καὶ τὸ κάταντα καὶ πάραντα.

47) Συναΐκτην, quod Matthiae p. 426. aoristis, qui vocantur, syncopatis adnumerat, multo ante correctum erat sed decepit etiam Buttmannum Lex. I. 16. adverbiorum ἐπαΐγδην, προπροκαταΐγδην forte oblitum.

πνείεσκε Apoll. I. 231. nemo vero *χέσκε* dixit vel *ῥέσκε*. Et similiter quae aliam in syllaba prima vocalem habent *τίεσκε* et *ἀλλύεσκε* Hom. *χρίεσκε* H. H. in Cer. 228. *λύεσκε* Quint. III. 822. *βλύεσκε* Apoll. III. 223. *θύεσκε* Hippon. Fr. XXI. *πλώεσκε* Oppian. Hal. V. 475. Tryph. 216. exceptis duobus homericis, *ἐκέσκετο* pro *ἐκέετο*, quod verborum in *μι* exeuntium flexus sequitur hisque vulgo adnumerari solet, et *μνάσκετο*, cui poeta epsilon subtrahere coactus est; nam *μναέσκετο*, quia alpha breve habet v. Techn. 11. metro repugnat. *Ῥύσκετο* ne quis pro *ῥυέσκετο* accipiat cautum est in Techn. p. 61. adn. 20. Sed hujusmodi exaeresi nonnulli etiam *ἔσκε* decurtatum dicunt: *ὡς ἔφερον φέρεσκον, οὕτω ἀπὸ τοῦ ἔον ὤφειλεν εἶναι τὸ ἰωνικὸν ἔεσκον· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τὸ ἓν ε ἐξεβλήθη* EM. 381, 32. qui quum *ἔεσκεν* integrum esse putaret, aptius conferre poterat *χέεσκε*. Sed de ejectione errat. Nam *ἔσκε* ab *ἦ* (erat) traductum est correpta vocali quod fit omnibus in longam exeuntibus *τίθεσκε*, *ἵστασκε*, *στάσκε*, *τλάσκε* quod in EM. 624, 4. affertur nescio unde sumtum, *δόσκε*, *δύσκε* [50]). Ab hac analogia deficit verbi substantivi forma macroparalecta ob hoc ipsum enotata in Epim. I. 159. *ὁ μὲν ποιητὴς τὴν ἄρχουσαν συστέλλει ἐν τῷ ἔσκεν· ὁ δὲ Ἀλκμὰν* (Fr. LIX. 552 Bergk.) *φυλάττει „ἦσκέ τις σκάφευς ἀνάσσων“. Τινὲς δὲ δύο μὲν* (scr. *μέρη*) *φασὶν ἧς ἀντὶ τοῦ ἦν καὶ κέ σύνδεσμος.* Hoc effugio servatur tenor regulae *τὸ εἴασκε κατὰ συστολὴν τοῦ α· οὕτω καὶ πάντες* (scr. *πάντα*). *Τὰ γὰρ διὰ τοῦ σκ παρηγμένα ἰακῶς βραχεῖαν ἔχει τὴν παραλήγουσαν εἴπεσκε, φορέεσκε* Schol. A. ad Il. II. 832. quod verum esse probatur ipso accentu *στάσκε*, *δύσκε* etc. Verba ejus ordinis, ad quem *φορέεσκε* pertinet, hanc propriam formam habere personae tertiae in *εε* exeunti accommodatam intelligitur ex Herodoti usu qui ejusmodi imperfecta frequentat *ποιέεσκε*, *πωλέεσκε*, paucis contra venientibus quae dialecti Herodoteae investigatores ad unam normam corrigunt v. Dindorf. §. XXIV.

---

50) *Παρέβασκε* quod Matthiae affert Gramm. 449. et *ἐφάσκετε*, quod Thierschius p. 449. non huc pertinent sed ad *βάσκω*, *φάσκω*.

Bredov. p. 285. et 374. Brevioribus autem κάλεσκε, κράτεσκε epsilon imperfecti finale subtractum esse declarant Grammatici ἔσκεν ab ἔεσκεν repetentes; quos temere deseruit Philoxenus si ut Eustathius refert 1642, 8. νόεσκε, φίλεσκε ex contractis ἐνόει, ἐφίλει nata censuit omisso iota. Difficilior est quaestio verborum secundae declinationis, quae si cum illis conferuntur, recte se habent quae olim permultis locis legebantur ναιετάεσκε, ἀμφάεσκε et quod L. Dindorfius in Thes. T. VII. 140. A. in Hymn. in Is. I. 9. pro σελάγεσκε scribi vult σελάεσκεν. Sed illa nunc undique exstirpata sunt v. ad Phr. 583. consentientibus Grammaticis: τὰ τῆς δευτέρας συζυγίας μόνον τὸ $\bar{α}$ ἔχουσι πρὸ τοῦ $\overline{σκ}$ βοάασκε, γέλασκε Epim. I. 309, 25. Quod si ratum habemus, sumendum erit primos hujus paragogae fictores γελάεσκε dixisse ut φιλέεσκε, aut certe hanc formam animo infixam habuisse, hinc autem epsilo reciso factum esse γέλασκε ut φίλεσκε et postremo ascitu alpha pleonastici γελάασκε. Hac via consulitur veterum auctoritati qui vocalem syllabae $\overline{σκε}$ praemissam brevem esse concordi suffragio decernunt, obrogatur vero Schaeferi sententiae ad Schol. Apoll. p. 176. terminationem $\overline{ασκε}$ ex trisyllaba $\overline{αασκε}$ contractam esse, quae ipsa unde nata sit tacitum reliquit. Neque rursus dici poterit $\overline{αασκε}$ ex $\overline{ασκε}$ dilatatum esse eadem diectasi qua praesens ἐλάᾳ ex ἐλᾷ, nam haec diectasis non admittitur nisi monophthongus vel diphthongus, cui vocalis brevis ejusdem soni praeponitur, ex brevi et longa contracta est ut ἐλάω ἐλῶ ἐλόω, ἐλάει ἐλᾷ ἐλάᾳ, non vero ἐλόων pro ἔλαον nec ἐλάα pro ἔλαε v. Techn. 184. Itaque ex ἔλαε (ἦλα) secundum artem ἐλάεσκε formandum erat sed statim incessit syncope ἔλασκε et syncopae supervenit epenthesis ἐλάασκε. Cum verbis primae et secundae declinationis brevitate penultimae convenit tritocliton χρύσοσκον ap. Choerob. l. c. sed vereor ne fictum sit ἀναλογικῶς.

Haec paullo latius disserui quia artium scriptores varia verborum genera inter se miscent. Quae restant de temporibus paragogae expertibus, paucis absolventur; unum levissimum: ἴσαν (sic) τὸ ἐπορεύοντο ἀπὸ τοῦ ἵημι τὸ πέμπω ἵεσαν, ποτὲ μὲν κατὰ συγκοπὴν ἴσαν, ποτὲ δὲ κατὰ

κρᾶσιν ἴσαν Epim. I. 217, 28. quem scriptura mendosa ἴσαν pro ἤσαν[51]) in errorem duxisse videtur; alterum aeque festinatum 374, 21. παρὰ τὸ ἔω τὸ ὑπάρχω ὁ παρατατικὸς ἦον, τὸ δυϊκὸν ἤἔτην καὶ ἐν συγκοπῇ ἤτην· tertium ejusdem auctoris 123, 10. et Eust. 672, 37. ἐδειδίειν ἐδειδίεσαν καὶ συγκοπῇ ἐδείδισαν. Verum ἐδέδισαν non ex ἐδεδίεσαν concisum est quod jure a Phrynicho exploditur mirorque Thucydidi relictum esse, sed accommodatum perfecti δέδια inclinamentis δέδιμεν, δέδιτε, quae ut nunquam alpha recipiunt, ita a plusquamperfecto abest epsilon. Aliquanto magis ad syncopen accedit infinitivus δειδίμεν, ad quem δεδιέναι eandem proportionem habet quam ἰέναι ad ἴμεν sive ἴμεναι et τεθνάναι ad τεθνᾶναι.

§. 10. Ad formam passivam transeuntibus primum in oculos incurrit secunda indicativi verborum circumflexorum persona quae in Herodoti libris duplici modo scribitur, plerumque integre ἐπαινέεαι, διαιρέεαι et similiter in futuro ἀποθανέεαι, λαμπρυνέεαι, sed etiam, quod minus probatur, διαιρέαι et προθυμέαι v. Bredov. 375. et futurum ἀμύνεαι Euseb. Stob. XLVI. 32. p. 309. (264.) Illis consentaneum est πωλέεαι quatuor syllabas efficiens in oraculo apud Porphyr. V. Plot. v. 48. sed fortasse πωλεῖαι scribendum epicorum more ut μυθεῖαι. Apud Homerum ipsum πωλέ' cum apostropho ante vocalem legitur pro ἐπώλου incertum an pro πωλῇ, sed plerique praesens esse putant, quod Harlej. πώλεαι scribit bisyllabum pronunciatu; quod si praeferimus, integri πωλέεαι epsilon prius excisum est sequente anabibasmo, alterum cum diphthongo colliquescit. Ejusdem temporis est μυθέαι ἀκράαντος Od. II. 202. utriusque autem accentus disputabilis: τὸ πωλέαι ἐκ τοῦ πωλεῖται γίνεται κατ' ἔνδειαν τοῦ τ καὶ τοῦ ι· διὸ καὶ παροξύνεται καθὰ καὶ τὸ μυθέαι· εἰ μή τις αὐτὰ προπαροξύνειν ἐθέλει ὡς ἀναδραμόντα εἰς ὁμοιότητα τοῦ τύπτεται Eust. 1518, 60. quae anadromae suspicio profecta

51) Hanc ad Il. XXIII. 816. affert Eustathius ἦσαν διὰ τοῦ η ἢ ἴσαν ὅ ἐστιν ἐπορεύθησαν. Verborum ἱέναι et ἰέναι crebra est confusio maxime mediae formae v. Techn. 191. Jacobs. ad Philostr. 373.

est ab antiquioribus, qui *δύνασαι*, *τίθεσαι* ex persona tertia rursus retro flexa esse fingunt Choerob. Can. 878. EM. 209, 34. cf. Koen. ad Greg. 411. et quae paulo ante de *ἔχεσκες* et similibus dicta sunt. Pro illo scribi poterat *μυθέεαι* epsilo muto ut est in bisyllabo *κέλεαι*, sed melius visum vocalem quae non auditur ne oculis quidem subjicere. Itaque aut *μυθέεαι* numero dactylico scriptum est epsilo eliso aut *μυθέαι* eadem vocali vel radicitus extracta vel cum diphthongo finali contracta quod, qui accentum non retraxerunt, praetulisse videntur. Manifesta autem syncope est secundae imperfecti personae et imperativi, cujus plurima sunt exempla; primum in verbis barytonis, quorum unum legitur apud Homerum *ἐκλέ' ἐπ' ἀνθρώποις* Il. XXIV. 202. non sine dissensione Ptolemaei et Herodiani: *τὴν κλε συλλαβὴν ὀξυτονεῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης ἡγούμενος τὸ πλῆρες εἶναι ἐκλέου· οὐκ ἔστι δὲ ἀλλὰ ἐκλέεο τετρασυλλάβως, καὶ εἴτε ἡ ὀξεῖα συγκέκοπται εἴτε ἡ βαρεῖα ἡ μετὰ τὴν ὀξεῖαν, ὀφείλει τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα φυλάττεσθαι· οὐδὲ γὰρ ὁ χαρακτὴρ κωλύει.* Ptolemaeus igitur credidit ex *ἐκλέου* per hyphesin ypsili factum esse *ἐκλέο* manente accentu ut *ἀρτίπος*, *ὠκύπος* Parall. 249. et *τῆς Κλεός* pro *Κλεοῦς* v. C. IV. §. 2. Herodianus verò paradigmatico *ἐκλέεο* epsilon vel primae syllabae vel secundae detractum putavit et ideo antepenultimam acuit quia in temporibus verbi extrinsecus auctis accentus recedit quantum potest longissime, *ἐγένετο ἔγεντο*, ex regula universali *αἱ συγκοπαὶ τὸν τόνον ἀναβιβάζουσι.* Atque huic tonosi negat repugnare characterem quia vox in *εο* exit non in *εω* ut *βορέω*, cui eadem vocalis elapsa est. Itaque verba illa *οὐκ ἔστι δὲ — φυλάττεσθαι* non ut Goettlingius suspicatur de Acc. 105. ab alio quo attexta sed cum re causaque conjuncta sunt. Certissimum vero syncopae documentum est imperativus *χρέο*, quo scriptores ionici utuntur saepius. Nec aliter conformati sunt imperativi verborum circumflexorum *φοβέο*, *ἀκέο*, *ἐξηγέο*, quorum in accentu Herodoti libri plerumque concordant v. Bredov. p. 375. His simile est *αἰδέο* Theogn. 1334. dissimile vero *ἤγεο* in Choerili versu apud Aristot. Rhet. III. 14. p. 1414, 16. codicum

consensione summa munitum, idemque in duobus Anthologiae locis IX. 403. et XII. 119. ubi Jacobsius ex Schaeferi decreto ἡγέο edidit; ὑφάγεο Theocr. II. 101. Ahrensius in ἀφαγέο mutavit sed intactum mansit μίμεο in versibus Simonidi adscriptis p. 57. ed. Schneidew. His non cliticam vocalem subductam esse sed eam quae in substantia verbi continetur, cognoscitur ex imperativo tertiae conjugationis ἀνακοίνεο, quem Buttmannus Gramm. §. 105, 8. tacite paroxytonon fecit. Huic numero Herodianum etiam homericum αἴδεο adjecisse non sat clare ostendunt postrema illius scholii verba allatis proxima: τὸ μέντοι αἴδεο καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς πρώτης ὄντα συζυγίας τῶν περισπωμένων ἄλλης ἀναλογίας ἔχεται. Hic si negationem inserimus οὐ τῆς πρώτης, ille de verbo barytono αἴδομαι loquutus est. Sin de αἰδέομαι, id negat cum κλέομαι omnibus rebus convenire; hoc nimirum est sextae barytonorum classis, illud primae perispomenôn. Ad barytonon pertinet αἴδεο ter repetitum sine ulla librorum discrepantia, ad alterum αἰδεῖο Od. IX. 269. ex αἰδέεο contractum ut μυθεῖαι et nomina κλεῖα, εὐῤῥεῖος, quanquam Eustathius 1361, 34. id quoque ex αἴδεο factum censet ἐπενθέσει τοῦ ι καὶ καταβιβασμῷ τοῦ τόνου, qui catabibasmus non apparet in imperativo ἔρειο Il. XI. 611. nisi in aliquot Edd. antiquis. In accentu imperativi ἀποαίρεο Il. I. 275. non omnes conspirasse apparet ex EM. 126, 18. ἀπὸ τοῦ αἱροῦμαι κατὰ διάλυσιν αἱρέο et Epim. I. 24. ἀπὸ τοῦ αἴρεο (scr. αἱρῶ) τὸ προςτακτικὸν αἵρου (αἱροῦ) καὶ κατὰ διάλυσιν αἴρεο καὶ ἀποαίρεο. Hi quia λίσσεο, si cum usitato λίσσου confertur, dissoluti speciem offert, hanc dialysin improvide ad perispomenon αἱροῦ transtulerunt. Nam quod Thierschius suspicatur in Gramm. §. 221. n. 78. hujus quoque verbi duplicem fuisse terminationem αἱρέω et αἵρω, etsi quodammodo confirmatur contagiis verborum αἴρω et αἱρῶ v. Techn. 135. tamen dubito an id ab illis significatum non sit. In accentu imperfecti ἀναίρεο Herod. VII. 16, 3. quem Bredovius tacite in penultimam transtulit, codices mire concinunt. Duos verborum barytonorum imperativos homericos Grammatici duplici modo expediunt: λέλεξο καὶ κατ'

ἀποβολὴν τοῦ διπλασιασμοῦ λέξο — ἢ ὁ μέλλων λέξω μετάγεται εἰς ἐνεστῶτα· τούτου οὖν τὸ προςτακτικόν ἐστι λέξεο, καὶ ὄρσω ὄρσεο καὶ καθ' ὑφαίρεσιν λέξο, ὄρσο Epim. I. 265. idemque, reor, de tertio δέξο statuerunt. Hoc anadromae auxilium non usquequaque repudio v. Parerg. sed illos imperativos aoristis λέκτο, δέκτο etc. applicatos esse hodie convenit. De tertiis numeri singularis personis haec legimus: τὸ ἐξαιρεῖν τὰ βραχέα τῶν Ἀττικῶν ἐστι λούεται λοῦται Plut. de Poes. Hom. c. XII. παρὰ τὸ στέω στεύω στεύεται κατὰ συγκοπὴν στεῦται Epim. I. 387. EM. 726, 34. cui quod Buttmannus T. II. p. 6. apponit σεῦται, differt eo quod σεύω verbi forma legitima est, στεύω incognita. Πόρευται rejeci in Techn. 201. Unum hujusmodi sermonem quotidianum intravit: ἔσεται καὶ κατὰ συγκοπὴν ἔσται Epim. I. 136. de quo Eustathius 718, 3. ταύτην τὴν συγκοπὴν καινὴν κρίνουσιν οἱ παλαιοὶ καὶ μονήρη et p. 655, 10. rationem addit ab antiquo technico traditam: οὐδέποτε γὰρ τὸ τρίτον τοῦ μέλλοντος χρεωκοπεῖται παραλήγεσθαι φωνήεντι ὥςτε εἰπεῖν καλέσται, τελέσται. Hic igitur futuri χρῆσται, quo Hermannus Sophoclem usum putat Oed. C. 504. nullam notitiam habuit. Quod in exitu primi capitis de ἀλτό dixi, idem valet de aliis: γέντο κατὰ συγκοπὴν ἀντὶ τοῦ εἵλετο καὶ ἀντὶ τοῦ ἐγένετο Apollon. Lex. ὤρετο καὶ συγκοπῇ ὦρτο EM. 826, 14. etc. Cum participio κερθείς Pind. convenit infinitivus στερθῆμεν, quem Nansius Hesychio reddidit pro στερθέμεν.

CAP. III.

D e i o t a.

§. 1. Iota in prima vocabuli parte omittere proprium est plebeji sermonis vitium: ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες πεῖν ἀντὶ τοῦ πιεῖν Herodian. Cram. T. III. 261. unde non longe abest Buttmanni conjectura in Ind. Anom. perfectum πέπωκα ex πεπίωκα factum esse; sed ut hoc a themate πόω repetatur cogunt nomina πόμα, πόσις, πότος et im-

perativus πῶ πῶθι. Σίαλος τὸ σάλος id est saliva Herodian. Epim. 123. et alii apud Du Cang. unde σαλός senex salivosus, sputator, de quo secus statui ad Aj. p. 237. v. Proll. 106. adn. 4. Ψαθοπλόκος pro ψιαθοπλόκος Sturzius Dial. Alex. p. 125. affert ex charta Borgiana. Eodem modo Stephanus nomen insulae corruptum esse censet: Δονουσία νῆσος εἰς ἣν Διόνυσος τὴν Ἀριάδνην διεκόμισεν. Ἔοικεν οὖν Διονυσία εἶναι κατὰ παραφθορὰν Δονουσία. Sed graviores auctores Donusam vocant, cui simile nomen urbis Sicyoniae Δονοῦσσα a nonnullis Γονοῦσσα sive Γονόεσσα scribebatur cf. Lehrs. Arist. 244. Id igitur vel a fertilitate soli ductum est commutatis literis γ et δ ut γῆ δῆ etc. vel a motibus terrae, unde locus quidam Deli nomen Τρέμων accepisse fertur v. Bachmann. ad Lyc. 102. Haud dignum auctore refert Schol. Il. I. 567. ἄαπτος Ἡρωδιανὸς παρὰ τὸ ἰάπτω κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι. Ineptissime vero Schol. Apoll. I. 938. ἰσθμός ex εἰςισμός conflatum dicit v. Proll. 14. Certiora iota praeteriti exempla sunt βώσεσθε ἀντὶ τοῦ βιώσεσθε Schol. Apoll. I. 685. et σωπᾷν, σωπαίνειν, Εὐσωπία ἡσυχία Hes. quorum primum ut apud Pindarum scriptum est [1]) ita perduravit in media aetate, ut Du Cangius docet, hodieque sic dicitur σωπαίνειν, σωπαρός, omissa vocali quae et hujus vocabuli et synonymi σιγή maxime propria et nativa videtur. Λήν λίαν Hes. H. Stephanus syncopae attribuit, Guietus vero cum epitatico λά confert, cujus alia fuit forma λί. Ex inclinamentis verbalibus huc referendum est participium feminini generis, de quo Sch. Apoll. III. 753. τοῦ δείδω παρακείμενος δείδια, ἀφ' οὗ μετοχὴ κατὰ συγκοπὴν δειδώς, δειδυῖα [2]). Quemadmodum igitur ἑστός dicitur oppressa stirpis vocali principali, ita pro δεδιός dici potuit δεδός. Quod ut nunquam admissum fuerit, nec magis πεφός, tamen haud illi-

---

1) Hermannus in Dissert. *Emendatt. quinque carm. Pind.* MDCCCXLVII. et hoc a librariis profectum censet et σωπαίνειν, quod Hesychius e Xenophonte affert. Σωπᾷν a Du Cangio affertur. Σωπαῖος Atheniensis ab Isocrate memoratur.

2) Σμικρᾷ καὶ δεδυίᾳ φωνῇ Dio Cass. Exc. Vat. X. 142. ed. Lips. cf. ad Buttm. 146.

cita videtur vocalis ante diphthongum jactura, neque adeo mirum foret si qua πεφυῖα occurreret. Sed multo incredibilius est eam etiam tum elidi potuisse quum sequeretur consona. Cujus syncopae quae afferuntur exempla, omnia aut manifesto ementita sunt aut e conjectura pendent: ἀπὸ τοῦ κινῶ κινήμη καὶ κατὰ συγκοπὴν κνήμη· οὕτως Ἡρωδιανὸς καὶ Φιλόξενος Theogn. Can. 88, 16. cui de Herodiano aegre credo. Παρὰ τὸ ἰδίω ἐστὶ τὸ ἐνίδιος καὶ ἐν συγκοπῇ ἔνδιος Sch. Od. XX. 204. Τὸ ἔσπετε γράφεται καὶ ἔνσπετε ἀπὸ τοῦ ἐνίσπετε κατὰ συγκοπὴν Schol. Il. II. 484. παρὰ τὸ εἴδω ἴδμων ἰδμονία καὶ αἰδμονία καὶ συγκοπῇ καὶ τροπῇ ἀδμολίη ἡ ἄγνοια EM. 17, 49. quod alii Glossographorum aliter scribunt et ad δμώς referunt, sed optimum factum erit ad numerum rejicere ignorabilium. Postremo quod Goettlingius de Acc. 139. proposuit nomen creticum μνοία sive μνώα a proprio Μίνως derivatum esse, hoc minus probabitur quod hujus iota longum est. Μναρός μαλικός Hes. idem esse videri ac μνιαρός dixi in Techn. 29. Sed pro πέσμα πίεσμα ἢ μίσχος Hes. Schneiderus ad Theophr. T. III. p. 144. emendat πεῖσμα. Compositorum partem alterutram iota principali destitui nonnulli sibi persuaserunt exemplo commenticio: Πόλυβος συγκοπὴ καὶ οὐχ ὑφαίρεσις· εἰ γὰρ κατ' ἔλλειψιν ἐγένετο τοῦ υ, ὤφειλεν εἶναι Πολύβος ὡς ὠκύπος. Προπαροξύνεται τοίνυν· ἢ ἀπὸ τοῦ Πολύβους συγκοπῇ ἢ ἀπὸ τοῦ Πολύβιος· περὶ παθῶν EM. 680, 58. Nomina cum πούς composita plerumque servant accentum ab Herodiano praescriptum ad Il. IX. 505. ἀρτίπος ὡς ἀελλόπος, neque adjectiva solum sed etiam Οἰδίπος Anth. VII. 429. aliquando tamen vacillari ostendunt loci in Parall. 249. allati, quos si ad regulam corrigimus, tamen his exemplis, quae omnia sunt poeticae consuetudinis, non prohibemur credere nomini vulgatissimo Πόλυβος, quamvis pariter decurtato, accentum diversum redditum esse; quare ut χείμαῤῥος pro χειμάῤῥοος, sic Πόλυβος ex Πολύβοος potius quam ex Πολύβιος ortum esse statuam. Hinc aucta sunt Εὔβοιος et Πολύβοια.

§. 2. Syllabas principali subjacentes si scrutamur, ante omnia in quaestionem venit iota quod ante et post se con-

sonam habet, quale est in nominibus propriis typo patronymico percussis, *Ἀρχωνίδης*, *Καλλωνίδης* etc. His enim saepe detrahitur nec solum in boeoticis sed etiam vulgo *Λεώνδης* v. Keil. Anall. 147. *Ἀρχώνδας*, *Φρυνώνδας*, *Διώνδας*, quorum nonnulla ad Athenienses transierunt. Cetera hujus syncopae exempla non ejusdem sunt auctoritatis. Nam quod in EM. 696, 4. affertur *πυκνός ἐκ τοῦ πυκινός*, adeo incertum est ut contrarium dici possit, trisyllabum successisse bisyllabo. *Παιδνός* veteres non ex *παιδινός* ortum dicunt, cujus simulacrum est nomen laconicum *Παιδῖνος παιδίσκη* Hes. sed a verbo *παίζω* ut *ἀλαπάζω ἀλαπαδνός*, *ὀλοφύζω ὀλοφυδνός* Sch. Il. V. 683. Nec tamen dubium habent amissione vocalis adjectiva nonnunquam substantiva fieri: *πύρνος ἐστὶ πύρινος ψωμός ἀπὸ τοῦ πυρός ὁ σῖτος* Schol. Od. XV. 432. *θάμνος γίνεται ἐκ τοῦ θαμινοῦ τὸ συχνόν* V. 471. cui convenit latinum *densetum*; *θαμά* tamen et *θαμινός* de rebus densis spissisque non dicitur. Andronymicum *Ἀλκμάν* ab *ἄλκιμος* repetit Eustathius in Prooem. Pind. p. 13. atque haec est una ex tribus sententiis, quas Herodianus proponit apud Theogn. Can. p. 26. Choerob. Can. p. 271. ubi in hunc modum disputat, nomina in *αν* exeuntia aut pura esse ut *Παιάν*, aut ante terminationem consonam simplicem habere ut *Λυκάν*, aut etiam duas easque vel in syllepsi *ὡς τὸ ἰδμάν* (*σημαίνει δὲ τὸν ἔμπειρον*) vel in diastasi *ὡς ἐν τῷ Πόρθαν*, *Ἕλλαν*[3]) sed nunquam tres praeter *Ἀλκμάν ὅπερ σεσημείωται ἔχον τρία σύμφωνα. Καὶ δηλονότι πλεονασμὸς ἐγένετο συμφώνου· εἰ γὰρ παρὰ τὴν ἀκμήν, πεπλεόνακε τὸ λ, εἰ δὲ παρὰ τὴν ἀλκήν, τὸ μ. Εἰ δὲ παρὰ τὸ ἄλκιμος, ἐν συγκοπῇ γέγονε·*

3) Theognosti verba haec sunt: *ἢ καθαρεύει ὡς Ἰάν, ἢ ἓν ἔχει σύμφωνον ὡς Λυκάν, Ἀκάν, ἢ δύο κατὰ σύλληψιν ἰδμάν, ἢ κατὰ διάστασιν πορμάν, Πελλάν.* Sicut *ἰδμάν* pro *ἴδμων*, ita *Λυκάν* pro *Λύκων* vel *Λυκάων* accipi potest. Pro *Ἀκάν* fortasse *Ἀζάν* scripsit vel *Αἰγάν*· pro *πορμάν* nihil succurrit praeter *Ἑρμάν*, quod affertur in Gud. 530. et latet in vitiosa scriptura *Παράν* Choerob. Orth. 263, 27. et *Πορθάν* Can. 271, 3. hoc est *Πορθάων*, nisi fallor. Remotius est *ἁρμάν ὃ σημαίνει τὸν πόλεμον ἐν τῇ τῶν Φρυγῶν διαλέκτῳ* EM. *Κάρβαν* ex *Καρίβαν* contractum esse minime persuadet.

τὸ (τῷ) γὰρ κύριον εἶναι τὸ ὄνομα οὐκ εὐθύνεται ὑπὸ τοῦ σημαίνοντος. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου· qui cum pari cautione judicat de feminino: Ἀλκμήνη παρὰ τὴν ἀλκήν ὡς Ἄλκμων Ἀλκμάων, ἢ παρὰ τὴν ἀκμήν· οὐδὲν γὰρ ἔχομεν εἰπεῖν ἐπὶ τούτου πλέον· κύριον γάρ ἐστι τὸ ὑποκείμενον· οὐ δεῖ γὰρ ἐπὶ τῶν κυρίων ἐτυμολογίας λαμβάνειν· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν EM. 66, 20. Ut a νέος νεάν, Δαρεῖος Δαρειάν, sic ab ἄλκιμος duci potuit Ἀλκιμάν et Ἀλκμάν. Ab eodem nomine ἀλκή profectum est Ἀλκμαῖος νεανίσκος Hes. cf. Proll. 167. et 269. adn.

Venio nunc ad iota quod vocalibus appositum est. Hoc si diphthongo excipitur, veteres ipsi contractionem admittunt τὸ ὑγίεια κατὰ κρᾶσιν τοῦ ι καὶ τῆς ει γίνεται ὑγεία ὡς τὰ Ἀπολλωνίεια Ἀπολλωνεῖα Choerob. Orth. 270, 8. EM. 774, 32. ubi Ἀπολλώνεια scriptum est retento accentu adjectivi Ἀπολλώνειος Apollineus. Καπετώλιον Εἰρηναῖος προπαροξύνει διὰ τοῦ ι γράφων. Ἡρωδιανὸς δὲ Καπετωλίειον καὶ ἐν συναιρέσει Καπετωλεῖον Steph. quod in cod. Rhed. Καπετώλειον scribitur sed parum accurate; nam synaeresis sive proprio nomine crasis properispomenon efficit; sed eadem scripturae inconstantia in plerisque templorum solemniumque vocabulis v. Phryn. 370. Ἀπολλωνεῖον a primitivo Ἀπόλλων inclinatum est ut Ἀμμωνεῖον [4]), ὑγεία vero contractum ex attico ὑγιεία. Proparoxytona Ἀσκλήπεια, Δικόλεια et Ἴλεια Diog. L. V. 67. quod in Ἰλίεια mutatum est, si recte scripta sunt, anabibasmus voculationis syncopae asserit, ad quam nihil refert quanam diphthongo iota excipiatur ει an αι an οι an alia; contrahitur vero cum una ει, quicum similitudinem habet maximam, ut in ταμεῖον, νεανεία, κυρεία, ἀλεία v. Parall. 28. Horum ultimo convenit masculinum ἀλεῖς· ἀντὶ τοῦ ἁλιεῖς Zonar. 133. nisi iota a librariis neglectum est, quibus imputantur Λάειος φόνος Suid. Γόργεια ῥήματα etc. A σκορπίος unum proficiscitur adjectivum σκόρπειος latinumque *scorpaena*. A

4) Cod. Vatic. EM. 75, 9. F. Ἀμμωνιεῖον, Δημητριεῖον, Ἀπολλωνιεῖον, quae ap. Stephanum aliter scripta sunt, Ἀμμώνειον, Δημήτρειον, Ἀπολλώνειον, sed libri variant. Nomina urbium mantissae illius auctor omnia a Stephano sumsit.

ceteris nominibus in ιος desinentibus κριός, κωβιός, Κίος etc. adjectiva in ειος nulla originem habent. — A propriis in ις exeuntibus quae declinantur substantiva in ειον Theognostus Can. 129, 15. docet partim e genitivo puro fingi ut Σεραπεῖον, partim e spissiore Θετίδειον, quod unum genus probat Herodianus qui dicitur in Anecd. Oxon. 252, 5. ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες Σεραπεῖον καὶ Ἰσεῖον etc. sed convenit hoc cum adjectivis Σεμιράμειος et aliis, quorum terminatio ειος consonae substantivi indeclinati Σεραπ —, Ισ— sine interventu vocalis catalecticae attexta videtur v. P. II. c. 1. §. 2. — Στερεμνώδης aut consueto more corruptum aut a στέρεμνος derivatum est, quo Hesychius ad explicandum τέρεμνος utitur. — Patronymicorum in ιδης exeuntium et propriorum, quae typo patronymico percussa sunt, scripturam duplicem indicat Choeroboscus Can. 136. EM. 437, 56. τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ως γενόμενα πατρωνυμικὰ διὰ τοῦ ι γράφονται Μινωίδης Ἡρωίδης καὶ ἐν συναιρέσει Μινώδης Ἡρώδης [5]) hoc est Ἡρῴδης, ut passim legitur in codd. et Edd. antiquis, et Ἡρῳδιανός v. Meinek. ad Choliamb. p. 152. sed non raro iota, quia ineffabile est, praetermisso Ἡρώδης in Inscr. Herodis Triopica, τὰ Ἡρώδεια in Tab. Heracl. v. Keil. Syll. Inscr. Boeot. 58. Eodem scripturae divortio separantur nativa Πολυπαΐδης, Σθενελαΐδας et contracta, quibus eadem vocalis saepe eximitur Γράδης, Ἀγελάδας, Ἀκουσιλάδας (omiss. in Thes. Iambl. V. P. XXXV. 216. (526.) Νικολάδης v. Meinek. Delect. 114. Sic etiam terminationis hypocoristicae ιδιον vocalis prima, quae clare apparet in παΐδιον, γραΐδιον, saepe obscuratur synaeresi γρᾴδιον· hujus autem obliti plerique scripserunt γράδιον, ἐλάδιον, σπηλάδιον ratione falsa quod diphthongum primitivorum γραῖα, ἔλαιον in alpha mutatam putarent, huic autem catalexin bisyllabam διον attextam

5) Quod Conr. Schneiderus in Gramm. Lat. I. 1. p. 37. contendit Ἡρώδης e composito ἡρωειδής contractum esse ut πυρώδης ex πυροειδής, utrinque falsum est. Nam contractioni, quam Matthiae quoque Gramm. I. 284. defendit, quum accentus repugnat tum species ipsa; οει enim vel in οι contrahitur omisso epsilo vel in ου neglecto iota v. Diss. III. C. III. §. 7.

esse, quae omnino nulla est. Hoc qui refert in EM. 239, 41. idem refellit his verbis *γρᾴδιον σὺν τῷ ῑ ἐπειδὴ καὶ τὸ γραΐδιον ἔχει τὸ ῑ*, hoc autem vel a genitivo *γραός* derivatum est vel a recto *γραῖα* omissa diphthongi vocali subjunctiva ut ab urbis nomine *Γραῖα γῆ Γραϊκή*, ab *ἀρχαῖος ἀρχαϊκός* etc. v. ad Phr. 39. Cum *γράδιον*, cui iota rectius subscribitur, Buttmannus Gramm. II. 442. componit *κρεάδιον* tanquam id quoque *κρεᾴδιον* scribendum sit, sed valde errat; nam hoc longum quidem alpha sicut *ἐλάδιον* sed aliam paragogen habet *αδιον*, quam sermo in senium vergens nominibus diverse terminatis affinxit *κεφαλάδιον, πηγάδιον, ὀσφράδιον, σκηνάδιον, σημάδιον, ὑφάδιον* et alia v. Proll. 353. Hujus generis unum *κρεάδιον* auctorem antiquum habet Aristophanem in Pluto sed reprehenditur ab Atticista Anecd. Bekk. 103, 13. *βαδράδιον* vero, quod ex alia ejusdem poetae fabula affertur Fragm. Vol. II. 1156. codices Pollucis omittunt, Bekkerus in *βαθρίδιον* mutavit; pro *ψηττάδιον* in Anaxandr. Fr. Vol. III. 172. metri causa *ψηττάριον* substitui. *Γήδιον* illis temporibus, quibus vetus orthographia adhuc viguit, sic enuntiatum esse ut iota quamvis obscure audiretur, declarat Didymus in EM. 230, 4. quum id ex *γεΐδιον* ortum dicit synaeresi et ectasi *σὺν τῷ ι*, et Apollonius Adv. 586. his verbis usus *τὸ γήδιον ὑποκοριζόμενον ἐφύλαξε τὸ η̄ τοῦ τέλους τῶν τοιούτων γενικῶν εἰς τὸ ιδιον μεταλαμβανομένου* [6]). — Iota hujus terminationis cum eo quod antecedit, in unum sonum confluit longum *κρίδιον, βιβλίδιον, δικαστηρίδιον, δεσμίδιον* Damocr. ap. Galen. Antid. I. 94. [7]) quod si ῑ breve haberet, a *δεσμός*

---

6) *Πηγήδιον ἡ μικρὰ πηγή* Suid. pro *πηγίδιον* scriptum est errore manifesto. Sed a *μνᾶ* Graeci fortasse duxerunt *μναΐδιον* sive *μνᾴδιον*, ut *γήδιον*, hinc *μνᾳδάριον*, ut *λήδιον ληδάριον*, quod aliter solvi nequit.

7) Ex his cognoscitur mensura similium, quibus poetica auctoritas deest *κορασίδιον, γυμνασίδιον, ὀψαρίδιον, βιβλιαρίδιον* sive *βιβλαρίδιον, ὀστιαρίδιον* (omiss. in Thes.) Pallad. in Hippocr. de Fract. p. 279. Sed ambigua sunt quae ad duplex principium referri possunt *θηρίδιον, λαβίδιον, ποτηρίδιον*, quod si iota breve habet, a *ποτήρ* derivatum est; *χρυσίδιον* vero, quod Photius s. *Οἰκίδιον* attice produci refert, a puro *χρυσίον*. Disparia componit Dobraeus ad Rann. 1336. ed. Lips.

repeti deberet ut *γλαυκίδιον*, *χοιρίδιον*. Longum est si a *δέσμιον* processit ut a *κωβιός κωβίδιον* in Sotadis versu, cujus secundam syllabam ab Anaxandride correptam esse dubitat Meinekius Vol. III. 172. Si quis tamen corripuit, syncopae crimine liberari non potest; nam primitivum *κῶβος* sive *κωβός* haud novimus, neque alia defensionis ratio relinquitur nisi sic statuimus ex duobus iota non illud excidisse quod est terminationis *ιδιον* primum, sed primitivi *κωβιός* ultimum. Id certe fit ubi nomina in *ιον* exeuntia in *αριον* transeunt *ζῴδιον ζῳδάριον*, *κῴδιον κῳδάριον*, cujus catalexis alpha breve esse constat Proll. 258. Vocales, quae in *συΐδιον*, *πτυΐδιον* inter se contingunt, plerumque in unam compinguntur syllabam longam ita ut iota auribus modo percipiatur specie omissa *βοτρύδιον*, *ἰχθύδιον* etc. *μυΐδιον καὶ ἐν συγκοπῇ τοῦ ι μύδιον διὰ τὸ μηδέποτε τὴν υι μετὰ συμφώνου εὑρίσκεσθαι* Theogn. 121, 27. Sed haec caeca, ut ita dicam, synaeresis saepe fefellit Grammaticos; *ὅτε ἡ τελευταία συλλαβὴ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου ἀπὸ φωνήεντος ἤρξατο, τότε διὰ τοῦ διον γίνεται ἡ παραγωγή μυός μύδιον* EM. 241, 48. Verum paragoge ista commenticia est, *μύδιον* haud dubie ypsilon longum habet omniaque similia *δικτύδιον*, *ὀφρύδιον*, *σμινύδιον* etc. quae quia poetis intacta, ex sola analogia judicari possunt. *Ἰχθύδιον* in Archestrati versibus Athen. VII. 311. C. secundam corripit sed emendatur a Porsono. *Βούδιον* et similia contra veterum consuetudinem ficta esse ostendi ad Phr. 87. cf. Meinek. Com. Fr. Vol. II. 393. Altera deminutivorum species, cujus exempla sunt *ναΐσκος*, *μυΐσκη*, nulla mutatione tangitur nisi antecedit iota ut a *παιδάριον παιδαρίσκος*, nam quod pro *θυΐσκη* *thuribulum* nonnunquam scribitur *θύσκη*, hoc nomen a *θύος* derivatum, non deminutivum est; *μύσκος* et *φύσκος*, quae Arcadius affert, nomina propria esse videntur, quibus Herodianus Mon. 41. utitur prius diverse scribens *Ζύσκος*. Incorrupta manet etiam terminatio *ινος*, *γήινος*, *δρύινος* etc. nisi qua cavetur epallelia ut a *λείριον* nascitur *λείρινος* sive *λίρινος*, ab *εἴριον εἰρίνεος* Proll. 246. *παρὰ τὸ μελία γίγνεται μελίινος καὶ συγκοπῇ μέλινος καὶ πλεονασμῷ μείλινος* EM. 582, 23. sed vera

tamen syncope dici nequit, quia *μελίινος*, quod Schneiderus ad Theophr. T. V. 41. analogiae causa praetulit, nusquam invenitur; nam in Schol. Did. ad Il. V. 655. unde in Thes. affertur, *μελέϊνος* legitur idemque reponendum in Schol. Did. ad Od. XIV. 381. quod Buttmannus omisit; de trope dictum est C. III. §. 3. A nominibus ejusdem generis *ἀρία*, *φυλία* etc. metusiastica non finguntur nec a neutro *ἴον* simplex *ἴινος* sed tamen a composito *λευκόιον* [8]) descendit *λευκόινος*, quod *λευκοίινος* dicendum erat iterato iota sicut Dioscorides Mat. V. 119. p. 785. a masculino *ἰός* duxit *ἰίζειν*, quae est propria verborum imitativorum terminatio, Heliodorus vero consultis auribus ab *ἴον* finxit *ἰάζειν* ut *ἱππιάζειν*, *χιάζειν* et *διαστί* [9]). Nominis solitarii *γῆ* Stephanus triplicem flexum indicat *γήιος ἀφ᾽ οὗ καὶ γηίτης καὶ γήινος*. Hoc frequenter legitur, substantivum semel in cod. Laur. Soph. Trach. 32. ubi bisyllabum est ac vulgo quidem sine ι scriptum; Hermannus vero edidit *γῄτης* iota longo cum vocali protactica contracto, quod quum rarissime fiat, tum hoc loco evitari potest retenta quae diu valuit scriptione *γήτης*. Quae supra syllabam sunt nomina in η exeuntia terminationem bisyllabam accipiunt omisso eta finali *ἀστεροπητής* etc. v. ad Buttm. 430. sed *γῆ*, quia eta thematicum abjici non potuit, monosyllabam ut *βούτης* et *ναύτης*, cui affine *νηίτης navita* convenit trisyllabo *γηίτης* [10]).

Proxima quaestio est de iota quod antecedit vocalibus. De hoc saepius agit Herodianus; primum ad Il. I. 464. *τὸ μηρίον ἐντελέστερον τοῦ μήρου· ἐκ γὰρ συγκοπῆς αὐτοῦ γέγονε.* Tum ad XV. 320. Aristarchum refert *κατ᾽ ἐνῶπα*

---

8) Puncta diacritica, quae in dies magis obsolescunt, his quoque nihil opus esse ostendit accentus. Nam si ο et ι in unum confluerent, aut *λεύκοιον* scriberetur aut *λευκοῖον*. *Λευκόιος* si in usu esset significaret *τὸν λευκὰ ἴα ἔχοντα* sicut *πολύμνιος ὁ πολλὰ μνία ἔχων*, sed auctor in dubio.

9) *Λίιος* nonnulli dixerunt distinctionis causa v. Parall. 23. *Χίιος* Brunckius posuit in exitu pentametri Anth. XI. 235.

10) Sic a *βοῦς* ducendum erat *βοΐτης* sed vicit diphthongus primitivi ut in *βούδιον* (pro *βοΐδιον*) *μνούδιον* et in alio monosyllabo *γῆ γή—της*, *γῆ—θεν*, quod Apollonius 601, 3. parum apte cum *ἀρχῆθεν* comparat.

scripsisse ἀπ᾽ εὐθείας τῆς ὦψ, sed magis sibi placere proparoxytonon κατένωπα ὡς κατέναντα ἵνα ᾖ ἀπὸ τοῦ κατενώπια κατὰ συγκοπὴν ὡς μηρία μῆρα, σιτία σῖτα, Aristarchi autem scripturam defendi posse si ἐνῶπα ex ἐνωπήν transfiguratum dicatur ὡς τὴν ἰώκην ἰῶκα εἶπε μεταπλάσας[11]). Tertio in EM. 714, 50. σῖτα ἢ ἐκ τοῦ σῖτος μεταπεποίηται ἢ ἀπὸ τοῦ σιτία· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. His supervenit interpretatio ignoti auctoris ὥςπερ μῆρα, οὕτω καὶ σπαρτία σπάρτα κατὰ συγκοπήν, (ἢ)ὡς ὑποκοριστικόν EM. 722, 46. Hoc σπαρτία sine dubio deminutivum est; et σιτία quoque, quod Homero pariter ignotum, huic generi, quo particulae rerum significantur ut χρυσίον, χαλκίον, σιδήριον, non alienum habemus; a μηρία autem utrumque hoc differt quod supra quotidianum sermonem non ascendit. Illud vel a masculino μηροί denominatum est intellectu mutato vel a neutro μῆρα ut ἔπαυλα ἐπαύλια, ἕλωρα ἑλώρια aliaque paraschematista. Κατενώπιος non legitur ac ne ἐνώπιος quidem atque Herodianus ipse syncopen non-pugnacissime defendit. Κατέναντα dubium est num modo accentus signandi causa apposuerit, an quod huic quoque iota surreptum putaret ut EM. 111, 54. ὥςπερ ἀπὸ τοῦ ὠκέα γίνεται ὦκα οὕτω καὶ ἀντία κατὰ συγκοπὴν ἄντα. Verum hoc genus adverbiorum unde et quomodo natum sit supra, ita explicatum est ut syncopae nullus relinquatur locus. Tribus illis substantivis pluralibus accedit στόμα pro στόμια usurpatum a Nicandro Al. 120. κανθαρίδες δηγμὸν τεύχουσι περὶ στόμα νείατα γαστρός, si id recte interpretatur Scholiasta ἐκ τοῦ στόμια κατὰ συγκοπὴν γίνεται στόμα ὡς μηρία μηρά[12]). Etenim os ventriculi

11) Pro ficticio metaplasmo finxi nominativum ἐνώψ i. q. ἔνοψις Parall. 169. cf. Lehrs. Arist. 310. Pro δολόεσσα ἐςωπή et ἐπωπή quod codd. et edd. veteres exhibent Oppian. Hal. IV. 358. Schneiderus posuit ὀπωπῇ sed idem in Nic. Th. 274. ἀμυδρήεσσαι ἐςωπήν e Goettl. edidit pro ἐς ὠπήν. Cum verbis ejusdem petae Fr. II. 3. χρυσῷ εἰς ὦπα προςειδής convenit homericum θεῇς εἰς ὦπα ἔοικε.

12) Hoc accentu; apud Homerum semel μῆρα integrum legitur Od. XIII. 26. ubi in Schol. μηρά scriptum est; saepius accisum μῆρ᾽, quod et pro μῆρα accipi potest et pro μηρά ex eorum opinione qui ἀβλῆχρ᾽

Nicander saepius nominat *στόμιον* et non adeo difficilis persuasio poetam doctrinae ostentatorem ea quae Grammatici de *μῆρα* et *μηρία* constituissent et cognita habuisse et sibi ad imitandum proposuisse. Nisi potius probata eorum opinione, qui *κρέα* et *κέρα* ad apocopen revocarent, *στόμα* pro *στόματα* posuit. Sed fortasse haec scholae artificia aspernatus nomini illi per epexegesin adjunxit *νείατα γαστρός*, quumque duo sint ventris orificia, unum superius cui nomen est *στόμαχος*, alterum inferius quod *πυλωρός* vocatur, hoc, quod praecipuo cantharidum potu affici constat, declaravit appositione vocis *νείατα ima*. — *Φρατρία συγκοπῇ καὶ ἐκτάσει φρήτρη* EM. 799, 50. quod refellitur similium metaschematismorum exemplis plurimis. A *βακτηρία* sive *βακτήριον* ducendum erat *βακτηριεύειν*, sed pro hoc scriptores christiani asciverunt *βακτηρεύειν*, iidemque serramenta, quae ab antiquis *σιδήρια* vocantur, *σίδηρα* dicunt seu per syncopen seu genere masculino in neutrum mutato Proll. 21. quo dativus *σιδήροις* ap. Theophr. Hist. IX. 4, 4. Theocr. XXI. 49. referendus videtur. — Duplici syncope corrupta sunt adjectiva *ἐννεάχιλοι* et *δεκάχιλοι*· ratio enim poscit *ἐννεακισχίλιοι* etc. eaque a recto aberratio Aristarchum permovit ut *ἐννεάχειλοι* — scriberet, quod si cum *χεῖλος* compositum putavit, sui oblitus est, sed fortasse pro *χίλιοι* credidit *χεῖλοι* dictum esse ut *μείζων* pro *μεγίων*, *γουνός* pro *γόνυος* aliaque in Diss. de metathesi dicenda. Tertium est *πότνα ἀπὸ τοῦ πότνια κατὰ συγκοπήν* Schol. Od. V. 215. cui contra dicit Buttmannus Gramm. I. 256. *πότνια* derivatum esse a bisyllabo [13]). Eadem ratione explicatur *πτολιπόρθιος* quaeque alia in Diss. III. c. III. §. 1. promentur. *Νήφαλα* pro *νηφάλια* positum est in versu Sibyllae Phleg. Mirab. c. X. v. 60. quo exemplo etiam *ἀπόφωλα γένεθλα* Maneth. IV. 316. et dativus *Ἀστέρῳ* pro *Ἀστερίῳ* Lycophr. 1301. in quibus codd. consentiunt,

---

scripserunt VIII. 178. et *κῆφ'* Theocr. II. 101. quod omnes codd. praebent, et similiter alia v. Parall. 198. adn. 13.

13) Probat hoc Hermannus ad Eur. Bacch. 367. additque *πότνα* tantummodo vocative dici; sed nominativus legitur in H. H. in Cer. 118. et Agath. Anth. X, 68.

adversus criticorum cavillationes defenduntur. Pro ἀπή-δαλον πλοῖον Aristot. de Incess. Anim. X. 710. a. 8. codd. aliquot ἀπηδάλιον praebent servato iota quod in hujusmodi synthetis retinetur πλησίστιος, εὐήρετριος, εὐίσχιος, φιλόργιος. Quod vulgatum est, cum obliterato nomine πηδάλιον compositum videtur. — Aethiopes Oppianus saepius sic, semel Αἴθοπες vocat Cyn. IV. 199. fortasse ad repraesentandum etymon graecae inventionis αἴθοψ. Dionysius Per. 38. Αἰθόπιον πέλαγος quod in codd. nonnullis plene scribitur Αἰθιόπιον iota obscurius promto ut in bisyllabo Πηλιάς et similibus. Eadem synizesi nomen ὀργιαστήριον versui heroico aptari poterat sed Nicander maluit scribere ὀργαστήριον. Gentilicii Ἐλευσίνιος casus ii qui in ων et οις terminantur, nonnunquam eo versus loco positi sunt ut aut prius iota corripiendum sit v. Proll. 242. aut alterum synecphonesi levandum, quod praefert Ahrens Dial. Dor. 442. adn. 3. Dindorfius vero ad Iph. A. 194. ne scribendum quidem censet. Apud Grammaticos Byzantios non raro παιγνήμων scribitur iota ante longam vocalem omisso. Cum θηριώδης, λειριώδης, παιγνιώδης etc. discordat θεαφώδης (omiss. in Thes.) Aristot. de Plant. VII. 826, 2. cumque ὀφιώδης pugnant μαντώδης, παρδαλώδης et nonnulla alia quae hic repono infra resumturus. — De verbis huc refertur εὔιος εὐιάζω βάκχιος βακχιάζω καὶ εὐάζω συγκοπῇ EM. 388, 35. et quod aeque alienum est ἔσθω κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ ἐσθίω Sch. Od. VI. 249. Ἠπήσασθαι et ἠπιᾷν si ejusdem stirpis sunt, tamen non idem indicant et φυσιᾷν quoque significantius est quam φυσᾷν simileque desiderativis v. ad Buttm. 390.

§. 3. Iota quod in synthetorum parte priore nonnunquam deficit, aut litera connexiva est ex o micro conversa aut ad terminationem primitivi pertinet. Illud nobis in cogitationem venit propter Κάλλαισχρος, καλλωπίζειν et καλλιερεῖν [14]) quae quum ab aliis sic compositis κυδιάνειρα, ὀρίπλαγκτος etc. discrepant, tum etiam a congermanis Καλλιόπη, καλλιουργεῖν, καλλιώνυμος. His accedit Κάρμο-

---

14) Iota breve esse non constat sed veri simile est.

ρος ὁ κηρὶ μεμορημένος Hes. quod alibi κηριτρεφής dicitur nisi hic falsam scripturam pro vera κάμμορος sequutus et quomodo potuit interpretatus est. Ad alterum genus nos devocat EM. 303, 46. παρὰ τὸ ἔριον καὶ τὸ πέκω γίνεται ἐριοπόκος καὶ συγκοπῇ εἰροπόκος[15]). Hoc quidem diversam originem habet ut εἰροκόμος ἀπὸ τοῦ εἶρος Epim. I. 153. cum ἔριον vero compositum est ἐριοπώλης. Eodem modo differunt ζωνιοπλόκος, σχοινιοστρόφος, ὁριοθέτης, θηριοτρόφος, βιβλιογράφος et ὁροθέτης, θηροτρόφος, βιβλογράφος, quod Atticistae una cum ζωνοπλόκος rejiciunt[16]). Quae vero unam habent terminationem ιον, vocalem propriam, quoad sermo graecus integritatem suam retinuit, in compositione servarunt constantissime ὀργιοφάντης, πηδαλιοῦχος, θεμελιοῦχος, μυστηριάρχος, δακτυλιοθήκη etc. Sed plebejae dictionis negligentia iota nonnunquam elapsum esse non dubium relinquunt Atticistarum interdicta: βαλαντιοκλέπτης οὐ βαλαντοκλέπτης καὶ βαλαντιοτόμος οὐ βαλαντοτόμος Thom. et exempla novitiorum auctorum ποτηροθήκη, ποτηροπλύτης[17]), ἐρειποτόπιον, εὐτυχοφόρος, κρανοκολάπτης ὁ καὶ κεφαλοκρούστης καλούμενος Schol. Nic. Th. 764. et seplasiae nomen μελανθέλαιον id est oleum ex melanthio confectum; sed pro ἱματουργική, quod Pollux VII. 208. e Platone affert, nunc utrique substitutum est ἱματιουργική, huic e codd. alteri tacite, eodemque modo sanatur ἱματοφύλαξ in Gloss. Graecol. ναῦς ἱματηγός Theophr. de Lap. Fr. II. §. 68. cum glossematico ἷμα compositum videtur. Pro δακτυλογλύφος Diosc. Mat. V. 165. p. 820. Albertius correxit δακτυλιογλύφος. A diversis prin-

15) Proparoxytonon est in Gud. 170, 40. et sic correxit Goettlingius in Hes. Opp. 234. ubi est ovis epitheton; paroxytonon potius τὸν εἰροπόνον sive lanarium significaret.

16) Pro χρυσιοπλύσιον Strab. V. 328. Coraes reposuit χρυσοπλύσιον ex alio loco III. 146. nullo ad lectores indicio; id sane aptius videtur sed a Kramero tamen receptum non est. Ἀργυροθήκη et ἀργυριοθήκη perinde probari possunt. Μήνιγξ χοροειδής Galen. Isag. p. 710. T. XIV. corruptum videtur e χοριοειδής, quod alibi legitur.

17) Ποτήρ poetice dicitur pro ποτήριον ut λουτήρ pro λουτήριον, sed hinc illa non repetam.

cipiis orta sunt κωμῳδιοποιός et quod Atticistae praeferunt κωμῳδοποιός cf. Schneider. ad Plat. Civ. X. 235 sq. Ἐνωμοτάρχης, ἐκεχειροφόρος, μηροκαντεῖν ad significationem quidem proxima sunt subtantivis ἐνωμοτία, ἐκεχειρία, μηρία, nec tamen hinc ducta sed ab ἐνώμοτος, ἐκέχειρον, μηρός. Mel e malis Cydoniis confectum qui appellarunt κυδωνόμελι ad primitivum Κύδων regressi sunt; γωνοειδής, in quo libri Theophrastei consentiunt (v. Wimmer. ad H. Pl. I. 10, 1.) haud incommode ad laconicum γῶνορ id est γῶνος referri potest, unde ἑξάγωνος, πολύγωνος, χιλιόγωνος. Unum Apollinis epitheton Λυκηγενής, si ut saniores interpretum docent τὸν ἐν Λυκίᾳ γεγενημένον significat, difficile est ab ellipsi vindicare; sed excusatur quodammodo proprietate [18]). — Nomina in ις exeuntia ita componi solent ut genitivi ionici speciem referant ἐχιόδηκτος, αἱρεσιομάχος, φυσιολόγος, στασιοποιεῖν, ὑβριοπαθεῖν, πολιοφυλακεῖν, quod nescio cur G. Dindorfius in Thes. T. VI. 1357. in πολιτοφυλακεῖν mutatum velit. His interdum o micron detrahitur ἐχίδηκτος, ὀρχιπεδίζειν aliisque infra proponendis c. IV. §. 4. et sermone jam vergente etiam iota subduci coeptum est λεξογράφος, ὀρχοτομία, quibus antecesserunt duo propria Ὑβραγόρας et Ἄσωπος παρὰ τὴν ἄσιν EM. cum gentilicio Σιροπαίονες, quod corruptum habetur. Non procul hinc distat Χαρμενίδης si id a Χαρμένης derivatum est. Nunc ad ea progrediar quae Grammatici cum dativis numeri pluralis conjuncta putant: ἐπεσβόλος τοῖς ἔπεσι βάλλων Apollon. Lex. ὀρεσκῷος ἀπὸ τοῦ κείω γέγονεν ὀρεσίκοιος καὶ συγκοπῇ ὀρέσκοιος καὶ ἐκτάσει ὀρέσκῳος καὶ μεταθέσει τοῦ τόνου ὀρεσκῷος Schol. Il. I. 268. Epim. I. 304. EM. 630, 11. Hoc relinquamus divinantibus. Alterum illi finxerunt ad exemplum vocabulorum poeticorum, quae in Diss. III. c. VI. §. 4. producemus τειχεσιπλήτης, ἐντεσιεργός etc. quorum nonnullis iota

18) Pro λυκοεργής apud Herodotum scribendum esse λυκιοεργής jam Athenaeus suspicatus est. Αἰγυπτιογενής, quod in codd. nonnullis Aeschyli legitur synizesi breviatum, cum Ἀσιατογενής conferre libet.

deest ἐγχεσίπαλλοι Hes. et ἐγχέσπαλοι, ὀρεσσιβάτης et ὀρέσβιος, τελεσσιδώτειρα et τελεσφόρος, ἀνθεσίχρως et ἀνθεσφόρος. His igitur exemplis inducti sunt ad ellipsin. Sed contraria ratione succurritur epitheto, cujus pars prior verbalis; hoc enim eadem qua θέσφατος consona auctum esse dictitant: ὡς φερέπονος οὕτω καὶ φερέβιος καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ̄ φερέσβιος· περὶ παθῶν EM. 789, 39. τὸ σ̄ πολλάκις πλεονάζει ὥσπερ ἐν τῷ φερέσβιος Epim. I. 146.[19]) qui quod de frequentia hujus pleonasmi dicit, ad alterum genus pertinet quod cum nomine compositum est τευχεσφόρος, σακεσφόρος etc. nunquam vero reperitur ἀγέσχορος, ἀρχέσκακος, μενέσμαχος, φερέσπονος, ἑλέσπολις· sed unum est φερέσβιος. Ad hoc autem explanandum duplex iniri potest ratio; una pleonastica, quam veteres ingressi sunt, altera ad syncopen vergens. Ea nos ducit ad φερεσίβιος inusitatum quidem illud nullique usitatorum simile praeter φερεσσίπονος, et hoc quoque semel legitur in Epigrammate poetae novitii et ignoti. Nam quod Matthiae in Il. Hom. XXX. pro χοροῖς περισανθέσι posuit φερεσανθέσι idque in Animm. p. 454. similiter formatum esse dicit ut φερέσβιος, φερεσσακής, ea correctio est minime probabilis[20]) φερεσσακής autem diplasiasmo auctum ut φερεμμελίης. Si tamen concedimus Graecos φερεσίβιος cogitatione informatum habuisse, hinc potuit φερέσβιος coartari ut φοβεσιστράτη Minervae cognomen in φοβεστράτη abiit quod est ejusdem deae epitheton EM. 797, 54. cf. Goettling. ad Hes. Theog. v. 127. Etenim pro φοβησιστράτη successit φοβεσιστράτη correpta futuri vocali ut Πενθεσίλεια, εὑρεσίλογος, ἀγεσίλαος· hinc autem detracto iota φοβεστράτη nasci potuit,

---

19) Hic proficiscitur a nomine ἕστωρ, quod Nonno reddendum videtur XXI. 254. φυτοσπόρον ἕστορ' ἀρότρων pro ἑσμόν. Proprie sic vocatur paxillus temonis sed similiter πάσσαλος transfertur ad corporis partem obscoenam, quam Nonnus XVIII. 228. στάχυν ἄρσενα ἀρότρων appellat.

20) Hermannus recepit quod in codd. scriptum est παρ' εὐανθέσι omissa praepositione. Poetae promtum erat φερεανθέσι fingere ut φεραυγής, vel τερενανθέσι ut saepe legimus τέρεν' ἄνθεα.

ad ultimum demto sigma altero φοβεστράτη ut δυστομεῖν et similia [21]).

§. 4. Numeralium unum, quod in iota exit, duplici modo componitur εἰκοσίεδρος, εἰκοσιέτης et εἰκοσόργυιος, εἰκοσέτης. Eadem in diversitate sunt praepositiones: ἐπιέτης ἐπέτειος, ἀμφιελίσσω ἀμφελίσσω etc. sed una tantum syncopae vel, ut alii vocant, apocopae affinis: πάθος ἀποκοπῆς ἐπὶ τῆς περί· Πίνδαρος γὰρ πέροδον ἔφη ἀντὶ τοῦ περίοδον καὶ περιέναι τετρασυλλάβως, Anecd. Oxon. T. IV. 309. Dorica πέροδος, πέραπτον etc. praetermittimus, item quae Hesychius affert tacito auctore Περώσιον μέγα. Περόσχεα τὰ ῥάκη etc. [22]) et aeque ignotum Ἀπέρωπος τραχὺς οἷον ἀπερίοπτος Phryn. App. p. 8. Ita unum relinquitur verbi περιεῖναι participium in Comicorum versibus et in Babr. Fab. CXXVI. 6. Thucydidis vero et Demosthenis locos, quos Meinekius apponit ad Pherecr. Fr. XXV. 348. incertos reddit ambiguitas scripturae. Proprium Ἀμφίων credibilius est simplex esse a praepositione derivatum cum paragoge bisyllaba ut Ὑπερίων quam quomodo Choeroboscus statuit Orth. 168. κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο ῑι εἰς ἓν μακρόν, qua ratione idem in EM. 92, 10. verbum περίαχε a syncope avertit distinctione subtili αἱ προθέσεις αἱ δεχόμεναι τὸν λόγον τῆς ἐκθλίψεως οὐ δέχονται τὸν λόγον τῆς κράσεως οἷον ἀναέρχομαι ἀνέρχομαι· αἱ δὲ δεχόμεναι τὸν λόγον τῆς κράσεως οὐ δέχονται τὸν λόγον τῆς ἐκθλίψεως οἷον προέστη πρόστη (προὔστη) περιίαχε περίαχε, quod Buttmannus quoque Gramm. §. 120. Adn. 15. crasi tribuit, Hermannus vero et alii, quia apud Hesiodum legitur, aeolice concisum putant cf. Muetzell. de Theog. 170. Eadem

21) Λυσθείδης pro Λυσιθείδης scriptum librariis tribui in Parall. p. 5. cf. Keil. Syll. Inscr. Boeot. p. 47.

22) Aptius puto περίσχια id est περιμήρια feminalia quae proprie ῥάκη braccae nominantur. Consimile nomen Hesychius afferre videtur in loco quem Meinekius tractat Com. Fr. T. IV. 702. Περισχαδόν — — ψίαθον ἐν ᾧ περιειλοῦσι τὰς ἰσχάδας. Pro παρεσχήνωσε Aesch. Eum. 624. scholiasta περεσκήνησε legit ideoque diplen adnotavit πρὸς τὴν συναλοιφὴν τῆς περί καὶ τὴν συζυγίαν τοῦ ῥήματος. Patientius ferremus si augmentum verbi omissum dixisset.

litera excidisse videtur in nomine hostiarum circumforanearum περίστια. Ante consonam iota omitti in EM. 665, 32. affirmatur exemplo perinepto ἀπὸ τοῦ περιφέρω περίφερος καὶ συγκοπῇ καὶ τροπῇ πέρπερος, quod fortasse ne graecum quidem est. Pro περβοή ὁ πόλεμος, quod Schneiderus ad Demetr. p. 157. et Boeckhius ad Pind. Fr. p. 631. ex eodem afferunt, res ipsa loquitur βοή scribendum esse; quis enim credat Grammaticum hoc loco, ubi de etymo verbi βοηθῶ agitur, voce prorsus insueta usum esse? Majore successu huc retulissent Περφερέες nomen juvenum Hyperboreorum, qui virgines spiciferas in Graeciam comitati sunt. Hujusmodi corruptelis scatet Graecia christiana: περβόλιν pro περιβόλιον, περδεύειν, περπατεῖν v. Du Cang. Adverbiorum in ῑ exeuntium unum νόσφι compositionem detrectat, tria componuntur quidem sed cum verbis solum a consona orientibus, αὐθιγενής, ἠριγενής, ἰφιγέννητος, duo etiam sequente vocali ἀρτιάλωτος, πρωιανθής quorum neutri demitur, tria vero variant, ἄγχουρος et ἀγχίαλος, ὑψερεφής et (nisi scriptura fallit) ὑψιαίετος, ὀψαρότης et ὀψιανθής. Inseparabilium unum iota amittit sequente altero ἡμίαμβος, duo alia etiam ante consonam, si vera nunciant Grammatici: ἀρπεδόεσσα ἡ ἄγαν πεδινή κατὰ συγκοπὴν παρὰ τὸ ἀρί ὁμοίως τῷ ἐρθύρις αἰολικῶς· ἐρίθυρις γὰρ ἡ μεγάλη θυρίς· οὕτως Ἡρωδιανὸς καὶ Δίδυμος EM. 148, 8. De illo dictum est in Diss. l. c. VII. n. 18. Alteri fidem derogant synonyma Ὀρσοθύρη ἡ μεγάλη θύρα et Εἰρεθύρη ὀρσοθύρη στροφεύς, quo res in diversum trahitur, ἔρθυρις cum verbo ciendi ἔρω conjunctum esse, cui ὄρω (ὄρνυμι, ὀρούω) successit v. Parall. 548. Iota longum aboleri quum per se parum credibile sit, tum etiam nullo elegantioris aetatis testimonio confirmatum est; nam quae alibi attuli ἀνάρτας pro ἀναρίτης, Συβάρτας pro Συβαρίτης Proll. 397. Μυρίνη et Σμύρνα ib. 242. partim incerta, partim vulgaris dialecti propria sunt. Οἶνος Φάλερνος Dionys. Antt. I. 66. Diosc. Mat. V. 11, 698. ad latinum morem factum est; Athenaeus, Galenus aliique Φαλερῖνον dicunt quod Aldus edidit in Diosc. l. c. ut tribus ipsa a Romanis vocatur Falerina v. Wanowski Antiqq. Graecc. Rom. p. 47.

§. 5. Vocabulis in declinatu mutatis adnumerari possunt μῆρα et σῖτα ea ratione quod pluralia tantum sunt. Sed his profligatis nihil restat praeter nomina quaedam quorum casus obliqui seu jure sive injuria ad nominativum in ις referuntur. Primus est nominis proprii genitivus barytonus Θῶνος v. Parall. 73. quem Theodosius Gramm. 1013, 14. dupliciter explicat ἐκ τῆς Θώνιδος (Θώνιος) ἢ Θόωνος, nec dissentit Arcadius 128, 20. cujus verba a librariis mutilata τὸ Θῶνος ἀπὸ τοῦ Θώνιδος καὶ Θώνιος ἰωνικῶς καὶ κράσει Θῶνος, ἢ ἀπὸ τοῦ Θώνιος εὐθείας κατὰ συγκοπὴν ita resarcienda sunt ἀπὸ τοῦ Θόωνος καὶ κράσει Θῶνος ἢ ἀπὸ τῆς Θῶνις εὐθείας ἡ γενικὴ Θώνιδος καὶ Θώνιος καὶ συγκοπῇ Θῶνος[23]). Sed moras nectit Joannes p. 10. σεσημείωται τὸ Θῶνος· εἰ γὰρ συνεκόπη, ὠξύνετο ἂν ὡς ἡ πατρός, μητρός· ἀλλ' οὐδὲ συνῄρηται ἐκ τῆς Θέωνος (sic), ἀμάρτυρον γάρ. Sed regula ista de oxytonesi genitivorum syncope affectorum nititur genere nominum longe diverso, unde catholicum, quod dicitur, praeceptum ducere religiosum est. Nec validius impugnatur synaeresis. Quid enim causae dici potest cur nomen Θόων homini Aegyptio minus conveniat quam Trojano et Phaeaci aliisve? Difficultas in hoc uno consistit quod nusquam Θῶν aliumve casum contractum reperimus sic ut Ἱπποθῶν pro Ἱπποθόων, πρῶσαι pro προῶσαι, et omnino nomina in οων praeter quae τ in genitivo accipiunt, non extant. Sed non magis demonstrari potest iota ante terminationes ος et ι elisum esse. De dativo quidem ἐν κόνι ἄγχι πυρός Od. XI. 191. deliberat Scholiastes utrum sit κατὰ συγκοπὴν ἢ κατὰ συναίρεσιν et ad Il. V. 299. ἀλκί — ὤφειλε ἐκτείνειν τὸ ι. Sed syncopen vel apocopen relinquimus versificatoribus Christianis, qui dativorum κόνι, πόσι, λάτρι syllabam ultimam sequente consona corripiunt v. Jacobs. ad Anth. p. 417. De antiquis aliud valet: ὡς ἀπὸ τοῦ μῆτις μήτιι καὶ κράσει μήτι, οὕτω Θέτις Θέτι, νῆνις νῆνι EM. 448, 25. κόνι ὡς Θέτι Sch. Il. XXIV. 18. cui Stephanus

23) Insulse Choeroboscus Can. 410. Θῶνος gravari dicit exemplo nominativorum ὦνος, κῶνος.

s. *Χῖος* apponit *μάστι*. Inter syncopen et crasin incertus haeret Eustathius 348, 34. *τὸ υἷι προπερισπώμενον μὲν συγκέκοπται ἀπὸ τῆς υἷις υἷος* (scr. *υἷιος*) *υἷι* (scr. *υἷιι*)· *εἰ δ' ἴσως παροξύνεται, κρᾶσιν ἔπαθε τῶν δύο ι εἰς ι μακρὸν κατὰ τὸ Θέτι καὶ μῆτι.* Inter antiquiores de crasi convenit sed dubitatur utrum in dativo nata an a genitivo translata sit: *ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν φησιν ὅτι ἐστὶν υἷις διὰ τῆς υι κατὰ τὴν παραλήγουσαν· τούτου ἡ γενικὴ υἷιος καὶ κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο ι ι εἰς ἓν μακρὸν υἷος ὥςπερ Θέτιι Θέτι* Choerob. 408. quorum pars extrema sic redintegranda est: — *ἡ γενικὴ υἷιος καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ ι καὶ τῆς υι διφθόγγου υἷος καὶ ἡ δοτικὴ υἷιι καὶ κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο ι ι εἰς ἓν μακρὸν υἷι ὡς Θέτι.* Sed hoc de dativo effatum subvereor ne Choerobosci potius sit quam Herodiani; is certe in prosodia homerica aliam professus est sententiam: *τὸ υἷος προπερισπαστέον· ἀπὸ γὰρ εὐθείας ἐστὶ μὴ εἰρημένης τῆς υἷις, ἧς ἡ γενικὴ ὤφειλεν εἶναι τρισύλλαβος ὡς μάντιος· αὕτη τοίνυν συναλοιφὴν παθοῦσα βαρύνεται, ἧς ἀκόλουθος δοτικὴ υἷι καὶ υἷα καὶ υἷες καὶ υἷας* Schol. Il. V. 266. Hi tres casus, quorum exitus brevis crasin excludit, documento sunt Herodianum etiam dativum singularis numeri properispomenon fecisse sicut hodie scribitur, nullusque locus est qui hoc non ferat, complures qui poscant. Is igitur, si vulgatam scripturam sequimur, statuit synaloephen vocalis iota et diphthongi υι in secundo casu coeptam, dehinc ad reliquos propagatam esse. Joannes vero Ton. p. 10, 10. genitivo *υἷος* praeponit rectum *ὁ ὕϊς* (scr. *ὗϊς*) quod consentaneum fuit eorum opinioni qui *ὁ ὑός, τὸ ὑΐδιον* scribi vellent sine iota, et ad hanc rationem nihil interest utrum *υἷι* scribatur an *υἷι*· nam iota nominis *ὕϊς* et cum ypsilo contrahi potest et cum iota casuali. Haec si Herodiani sententia fuit, genitivum *υἷος* non a recto *υἷις* arcessivit sed ab *ὗϊς*. Verum haec spinosior est quam fructuosior disputatio. Syllabae extremae detrimenta rimantibus unum in manus incidit *ἅπαξ*, quod ex cretico *ἁμάκις* contractum esse adducit nos similitudo aliorum adverbiorum numeralium *πολλάκις, τετράκις* etc. Pottius vero *Zaehlmethode* p. 156. ex alpha

(intentivo?) et πήγνυμι compositum putat nihil attendens spiritum et accentum v. Parall. 131. et 279.

CAP. IV.

De ο micro.

§. 1. Quae de alpha et epsilo temporum verbalium atque nominum dicta sunt, eadem pertinent ad vocalium brevium alteram. Nam cum θνήσκω atque similibus verborum inchoatorum complementis conveniunt θρώσκω, βιβρώσκω φιλόβρως, βλώσκω βλῶσις ἀγχιβλώς, πρώσκω sive πρώθω v. Techn. 91. τρώννυμι, στρώννυμι, quorum omnium vocalis natura brevis est sed consonis in syllepsin coeuntibus necessario producitur, manet vero intemerata in non contractis στόρνυμι, θόρνυμαι. Illorum nonnulla auctores a verbis fictis μολίσκω, θορίσκω arcessunt, alia a perispomenis: παρὰ τὸ τέμω τομή τομέω τομῶ καὶ κράσει[1]) τμῶ τμητός καὶ ἄτμητος ὡς καμητός καὶ ἀκάμητος· οὕτως Φίλων (Φιλόξενος) εἰς τὸ ῥηματικόν EM. 164, 43. quae auctoribus suis remittimus. Ab his autem verborum inclinamentis, quae communem regulam sequuntur, separanda sunt duo nomina primitiva, quibus eadem litera in derivatione detrahitur sequente syllaba non producta; ἐκ τοῦ γόνυ κατὰ συγκοπὴν γίγνεται τὸ γνύξ Eust. 550, 25. γόνυξ καὶ γνύξ κατὰ συγκ. ἔνθεν ἰγνύα Gud. 128, 4. πρόχνυ πρὸ γόνυ κατὰ συγκ. καὶ τροπήν EM. 691, 50. Apollon. Lex. Eust. 775, 11. quibus connexum est syntheton γνύπετος sive γονύπετος et Γνυπήσει γονυπετήσει Hes. γρυπῶ (scr. γνυπῶ) τὸ γονυπετῶ Arcad. 149, 26. *gnitus et gnixus a genibus prisci dixerunt* Fest. Mansit vocalis in affinibus γοῦνος ὁ ὑψηλὸς τόπος ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν γονάτων EM. 233, 5. Γόννοι — γόννα γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα Steph. quibus haud absimile nomen montis Κνημίς cf. Techn. 46. γωνία παρὰ τὸ γόνυ ὅτι καμπτόμενον γωνίαν ποιεῖ Orion. p. 39, 14. et p. 42, 13. In germanica vero lingua aliisque

---

1) Syncopen dicere voluit ut paulo post appellat.

nomen genuum sine illa expromitur. Alterum est adjectivum: ἐκ τοῦ πολύς ἐν συγκοπῇ πλέος καὶ πλεῖος ὁ πλήρης καὶ τὸ συγκριτικὸν πλείων EM. 675, 7. cujus genus neutrum plerumque vocalem simplicem habet, eaque praevalet in compositione et derivatione πλεονέκτης, πλεονάζω, πλεονάκις etc. Nomen στρατός, quod aeolice dicitur στρότος Techn. 284. a significatione verbi στρῶσαι ita longe deflectit ut intermissio productionis vix animadvertatur. Si δρῦς, quod macedonice dicitur δάρυλλος, a δόρυ processit, fieri non potuit quin ypsilon produceretur ut in ceteris monosyllabis ὗς, μῦς etc. His praemissis transeo ad illud genus syncopae quod non in diversis ejusdem stirpis vocabulis cernitur sed in iisdem. Ἡρωδιανὸς λέγει ἐν τῇ καθολικῇ ὅτι τὸ κνύζα ἐπὶ τοῦ φυτοῦ κατὰ συγκοπήν ἐστιν ἀντὶ κόνυζα Gud. 330, 59. unde patet illum cunilaginem a planta, quae hodie in Graecia ψυλλίστρα, a Plinio psyllion vocatur, non diversam putasse; alii ad κνύζω referunt cf. Parall. 406.²) Helxinen herbam quae a Dioscoride κλιβάδιον, ab Appulejo clybatis vocatur, Nicander non solum κλύβατιν sed etiam κολλυβάτειαν sive κουλοβάτειαν vocat; sed origo vocabuli ignota est. Eodem loco sunt propria; Τόμαρος mons Epiri vocatur et Τμάρος, unde adjectivum Τμάριος Callim. *Tmarius* Claudian. alpha brevi, sed producto Τομαριάς Orph. Arg. 269. et in Od. XVI. 403. pro ἢν μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες Strabo VII. 328. narrat Criticos quosdam, qui θέμιστες pro oraculis dici negarent, pro hoc scripsisse Τομοῦραι vel Τομοῦροι ἐπιτετμημένως οἷον Τομαροφύλακες. Insulae nomen Φολέγανδρος apud Phot. et Hes. Φλέγανδρος scribitur sed corrupte ut plerisque videtur. Ferae Libycae nomen rectiusne κροκόττας an κοροκόττις vel κροκούττας scribatur, nemo quaerere volet. Itaque syncopae exemplum, cui credi possit, in simplicibus nullum. Sed advocemus syntheta. Verbum priscum δνοπαλίζω Schol. A. ad Il. IV. 472. pro simplici habet δοιῶ δονοπίζω πλεονασμῷ δονοπα-

---

2) Dioscor. Mat. IV. 70. τὸ ψύλλιον οἱ Σικελοὶ κονιδῆς scr. κονιδηΐς a κονίδες, quomodo vocantur pulicum et pediculorum ova. Κόνιζα scriptum est in Drac. p. 71, 1.

λίζω καὶ συγκοπῇ δνοπαλίζω, sed alius in EM. 281, 25. δνοπαλίζειν ἀπὸ δύο ὁμοιοσήμων τοῦ δονεῖν καὶ πάλλειν καὶ ἐν συγκοπῇ. Equidem non negaverim ex inusitato δόνος ἡ ταραχή Zonar. 559. unde δόναξ et δονεῖν derivata videntur, et verbo πάλλειν componi potuisse adjectivum δονοπαλής ut κληροπαλής v. Diss. I. c. VIII. §. 10. Sed omissae in priore syntheti parte vocalis ο exemplum vereor ut monstrari possit. Nam quod Schol. Arist. Eqq. 536. (539.) et alii referunt cramben ab Atticis κοράμβλην dici ὅτι τὰς κόρας ἀμβλύνει, hoc nomen non reperitur ante Columellam Cult. Hort. 178. *oculis inimica coramble* et hic in codd. *coramve* et *corambe* scriptum est ut κοράμβη in omnibus Gregorii Cor. libris p. 137. sic ut hoc duntaxat affirmari possit nonnullos nomen hocce, sive brassicam sive speciem ejus significans, ad κόρη retulisse; ea vero admodum anceps est conjectatio, nec firmatur ab Hesychio qui nomen illud ad longe aliam plantam transfert Κόριον τὸ κορίανδρον ἢ μᾶλλον κορίαμβλον, brassica autem, quae a Catone *crispa* vocatur, κράμβη dicta est παρὰ τὸ κράμβον hoc est a foliis crispis. Theognostus Can. 132, 20. quum nomen προίξ e προΐξ natum dicit κατὰ συγκοπήν, fortasse συναλοιφήν significat, cui φροίμιον assignatur EM. 801, 3. nec dubie πρηγορεών e προηγορεών ut Suidas scribit, contractum est utique insolentius; nam οη in ω contrahitur νῶμα, βῶσαι, non in η praeter aeolicum ἀγνήκαμες pro ἠγνοήκαμεν Hes. et adjectiva quae vocantur ὁλοπαθῆ, valde vero suspectum Πρηρόσια θυσία Hes. Syncopen excludunt Apollonius et alii praepositionem πρό curtari negantes. — Nominum, quae in postrema syntheti parte collocata sunt, modo prima syllaba vocalem amittit, modo quae sequitur. Illius generis exempla compluria sunt sed non unius modi. Nam aut merismus mutatur ut δίφρος παρὰ τὸ δύο φέρειν Schol. Od. III. 324. quod amplius declaratur adjectione epitheti synonymi δίφροι διωχεῖς Poll. X. 47. aut vox integrior in conspectum non venit: μεσοδόμη μεσόδμη συγκοπῇ [3]) EM. 581, 5. quicum Apollonius in Lex. οἰστοδόκη

3) Galen. Gloss. μεσόδμη ἡ καθ' ἕνα οἶκον εἰς δύο μεμερισμένον

et *καπνοδόκη* componit. Alia non concisa sed a concisis derivata sunt: *θεοδόμητον καὶ κατὰ συγκοπὴν θεόδμητον* Gud. 258, 24. Etenim hoc et similia *νεόδμητος*, *λυρόδμητος* sequuntur exemplum perfecti *δέδμημαι*, quod nemo ex *δεδόμημαι* factum dicet; illud vero Grammaticorum ritu fictum est ad speciem parasyntheti *οἰκοδόμητος*. Eadem differentia est nominum *Ἀβλητῆρες μάρτυρες* et *Ἀβολήτορες μάρτυρες* Hes. Nam ut latine testes dicuntur *arbitri* ab adbitendo et *superstites* a praesentia, sic illa nomina derivata sunt a verbo congrediendi *ἀβολεῖν* id est *συμβάλλεσθαι* [4]). Parique vicissitudine dicitur *ἀμβολάδην* et *ἀναβλήδην*, *συμβόλησις* et *σύμβλησις*, *λιθοδόμητος* et *λιθόδμητος* ceteraque v. ad Phr. 588. quae a syncope non minus longe remota sunt quam *ἄκμητος*, *γλωσσότμητος*, *πρότμησις* et alia, *Ἐπιβλαί περόναι* Hes. quum post *ἐπιβοᾷ* positum sit dubium est an pro *ἐπιβολαί* subrepserit; ceterum neutrum legitur sed *βλῆτρον* simili intellectu et eodem *Ἐπιπολήϊδες περόναι*. Hinc incidit ejusdem glossa *Περιπέπληκα περιπεπόληκα*, quae si nihil vitii contraxit, perquam notabile praebet syncopae genus; nam *δέδμημαι* et *δεδόμημαι*, *βέβλημαι* et *βεβόλημαι* causas diversas habent. *Ἔπιπλα* dubitatur utrum pro *ἐπίπλοα* dictum sit proprieque *τὰ ἐπιπλέοντα* significet ut *ἀκρόπλοα τὰ ἐξεπιπολῆς ἐμπλέοντα* Erotian. an pro *ἐπίπολα* id est *ἐπιπόλαια* sive *ἐπιπολάζοντα*. Hoc probabilius videtur etsi adjectivum *ἐπίπολος* (ut *πρόςπολος*) solum in usu est, non *τὸ ἐπίπολον* sed *ἔπιπλον*. In Aelian. H. Ann. XIV. 16. *λόφοι ὑπέρακροι, οὓς ἐπιπλάς* (cod. *ἐπίπλας*) *οἱ νομευτικοὶ ὀνομάζουσι*, idem significari videtur quod nomine proprio *Ἐπιπολαί* declaratur, sic enim dicebantur rupes Syracusis imminentes *οἱ ἄκροι κρημνοὶ τῶν Ἐπιπολῶν* Thuc. VI. 97. Cum eodem verbo *πέλω* compositum est *Δίπολοι διπλαῖ*

διορίζουσα τοῦ δόκου εἶρξις οἷον μεσοδόμη τις ουσα, ubi post *εἶρξις* in cod. additur *μόκωσις*, hoc est, puto, *δόκωσις ἡ διορίζουσα τοὺς δόμους*, uno verbo *τὸ μεσότοιχον* sive paries intergerinus, quo conclavia disparantur.

4) Hic testium mentio in memoriam revocat Schol. Il. XXII. 254. *τοὺς μάρτυρας Ἀττικοὶ δήους φασί* scr. *ἰδυίους*.

Αἰσχύλος Hes. sicut Sophocles *δίγονος μάσθλης* dixit pro *διπλῇ μάστιξ*. In Nic. Ther. 41. *μίσγε δ' ἔνοδμον ζορκὸς κέρας* quosdam omissa particula scripsisse *νέοτμον* id est *νεότομον* colligimus e Schol. ἢ *ἔνοτμον νέον, ἀρτίως κοπέν*. *Λάβρος*, si Homerum consulimus et huic proximos, non voracitatis notionem habet sed violentiae vehementiaeque, quippe de fluctibus atque ventis dicitur; postea ad animantia translatum est. Itaque simplex videtur ut et *ζαβρός πολυφάγος*, unde non longe abeunt *λάρος* et *ζάρος* avium voracium nomina. Pro *ἀλιβρώς* Lycophr. 443. omnes praeter unum codd. praebent *ἀλιβρός*, quod Hermannus Opusc. T. V. 241. ab Epicorum aliquo ex *ἀλίβορος* contractum putat sed suspectum reddit ceterorum in una terminatione constantia *σιδηροβρώς, νεοβρώς, βαρυβρώς* etc. *μολοβρός* vero quod veteres eodem redigunt, originem altius abstrusam habet v. Parall. 259. Cum illo quod de *δίφορος* et *δίφρος* dicitur, comparari posset decantatum illud *ἄγνος τὸ φυτὸν παρὰ τὸ τοὺς ἐσθίοντας ἀγόνους ποιεῖν*, nisi haec substantivi et adjectivi convenientia fortuita videretur. Sed quod in EM. 600, 43. dicitur *νεόγονος καὶ κατὰ συγκοπὴν νεογνός*, incredulum esse oportet cui non satis faciat licet Graeci ipsi obliti sint[5]). Nam a *νεογενής* primum factum esse *νεογνής* ut *ἴγνης* et *segnis* id est *ἀγεννής*, et mutata declinationis forma *νεογνός* sicuti *Ἄνδροκλος, Θέοκλος, Μάντικλος, Φέρεκλος* ex *Ἀνδροκλῆς, Θεοκλῆς* etc. dictu operosius videtur, nec communibus tanta conceditur metaschematismi libertas quanta propriis. Germanae igitur syncopae, qua intellectus non mutatur, exemplum unicum recipimus *νεογνός* et huic affine *ὁμόγνιος*, quod procul dubio ex *ὁμόγονος* concrevit cum solita terminationis paragoge. Nomen cum substantivo compositum profert Epim. I. 138. *ἐκ τοῦ ἑκατὸν καὶ τοῦ βοῦς ἑκατόμβοος καὶ τὸ θηλυκὸν ἑκατομβοή καὶ ἐν συγκοπῇ ἑκατόμβη*. Hic ego judicium meum nullum interpono. Sed si *μέσαβον* idem est quod

5) Ex Oppiani verbis *τρίγλη τριγόνοισιν ἐπώνυμός ἐστι γοναῖσι*, non sequitur quod Eustathius colligit 1934, 26. poetam hoc nomen ex *τριγόνη* contractum putasse ut Schol. ait ad Hal. I. 590. *κατὰ τροπὴν καὶ συγκοπήν*.

μεσάβοιον sive μεσόβοιον hoc est lorum quo jugum et temo conjunguntur, duorum οο primitivi βοον alterutrum erepsisse oportet. Agmen claudunt duae particulae: τὸ ἦὖτε ὑπὸ συγκοπὴν πεσὸν ἥνωται καὶ τὸ τί ποτε ἐν τῷ τίπτε Apollon. Adv. 559. De illo alibi dicetur; τίπτε ab impetu interrogandi profectum est, cujus vis ad simile ποῦ ποτε non permanavit. Ἔςτε παρὰ τὴν ες καὶ τὸ τέ παραπληρωματικόν, διὸ καὶ ψιλοῦται ἀττικῶς. Δωριεῖς δὲ δασύνουσιν ἀπὸ τοῦ ἕως τε κατὰ συγκοπὴν εἶναι ἡγούμενοι EM. 382, 10. qui quod de aspiratione dicit, fortasse verum est v. Ahrens. Dor. 37. sed de causa haud dubie fallitur; nam ἔςτε non ex ἕως τε, cujus testes certi desunt, sed ex ἐς ὅ τε coaluisse hodie non dubium habetur v. Ellendt. ad Arrian. II. 11, 4. Pronomen simplex hoc modo elisum esse uno illo exemplo Anth. VII. 724. ἔςκε θάνῃ pro εἰς ὅ κε parum confirmatum est facilisque correctio a Dindorfio in Thes. proposita ἔςτε. Hactenus de syllaba prima.

§. 2. Ἐκ τοῦ ὀλοός γίνεται ἡ κλητικὴ ὀλοέ καὶ κατὰ συγκοπὴν ὀλέ [6]). Ἐὰν δὲ ὀλός ἡ εὐθεῖα, γένοιτ' ἂν ἡ κλητικὴ ὀλέ καὶ οὐκ ἔστι συγκοπή. Περὶ παθῶν Ἡρωδιανός EM. 622, 46. Hinc cognoscimus Grammaticos bisyllabae vocis solum vocativum reperisse neque exploratum habuisse utrum antiquius sit, ὀλός an ὀλοός, id quod nos quoque dijudicare nescimus. Etenim verborum quae cum ὄλω (ὄλλυμι) comparari possunt, unum θόρω ex se progenuit adjectivum θοῦρος, cui convenit οὖλος. Huic autem si nativam vocalem restituimus, ὄλος potius nascitur quam ὀλός, cujus accentum syncopae tribui contrarium est regulae, neque pertinet ad diastolen; nam appellativum ὀλός i. e. θολός pariter oxytonon est. In ολος unum exit adjectivum primitivum κόλος etymi expers. In οος compluria sed nullum syncopae opportunum praeter multiplicativa quaedam. Pro δίπλ' ἐρέω in Empedocl. v. 34. ed. Sturz. v. 88 Karst. non refragabor si quis δίσσ' ἐρέω corrigat vel etiam διπλᾶ ἐρέω verbo in bisyllabum coacto. Sed

6) Epim. I. 442. τὸ ὀλέ κτητικὸν (κλητικόν) ἐκ τοῦ ὀλοός συγκέκοπται καὶ ἐκ τοῦ ὠλεέ ἠλέ.

poetae Augusti temporibus subjuncti sine controversia *διπλά* usurparunt alpha correpto, hisque suppares scriptores *διπλότερον* et *διάδιπλα*. Quod vero Schaeferus Praef. Apoll. p. XV. his adjungit superlativum *ἁπλότατον*, id minime evincitur ex Zosimi epigrammate Anth. VI. 186. *βριθὺ μὲν ἀγραύλων δίκτυον ἄνθετο θηρῶν Δᾶμις, ἁπλότατον δ' ἁλὶ τοῦτο μιτοῤῥαφὲς ἀμφίβληστρον Κλείτωρ.* Nam pro illo adjectivo, quod cum dativo *ἁλί* parum apte cohaeret, scribendum videtur *ἁπλωτόν* ut in L. VI. 167. *δίκτυα ἐν ῥοθίοις .ἁπλούμενα.* *Ἁπλότης* antiquum est et atticum; suspectum vero *ἀθρότης* pro *ἀθροότης*, quanquam ne hoc quidem sat graves habet auctores; causa autem diversitatis posita in primitivis; nam *ἁπλόος* vulgo non dicitur sed *ἁπλοῦς*, *ἀθρόος* vero multo probatius est quam *ἀθροῦς*, manetque in composito *ἀθροοποσία* Med. Mosq. p. 78. quod in Thes. omissum, sed alia sumuntur ab illo, *ἁπλοπάθεια*, *διπλόθριξ*. Eadem est de *δίκρος* sive *δικρός* controversia [7]); nam idem *δικρόος* et *δικροῦς* scribitur idque alii simplex esse putant ut *διπλοῦς*, alii compositum vel cum *κόρος* id est *κλάδος* vel cum verbo *κρόω* sic ut *δίκροτος* v. ad Phryn. 233. Parall. 42. Clara vero et evidens est syncope nominum, quibus sermo novitius circumfluit *κύρις* pro *κύριος*, *Διονύσις* etc. v. Proll. 501. [8]) Cum *ἀθρότης* communitate sortis junctum est *ἀκαθάρτης*, quod in uno Apocalypsis loco legitur non abhorrens a cetera hujus libri barbarie sed a Griesbachio correctum est secundum codd. quosdam. Si regula veritatis ab usu scriptorum probatissimorum repetenda est, *σκόροδον* integri nomen obtinebit, *σκόρδον*

---

7) Si integra est Arcadii regula p. 74. *τὰ εἰς ρ̅ο̅ς̅ δισύλλαβα ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα* (adde *ἔχοντα πρὸ τοῦ ρ̅ τὸ κ̅*) *ὀξύνεται*, illa de accentu dubitatio eximitur.

8) Hic allatis simile est *Μαράθωνις* pro *Μαραθώνιος* positum in Anth. VII. 340. quod varie tentatur, et *σμερίν ὅ ἐστιν εἶδος κοπτομένου λίθου εἰς κοπὴν καὶ πρισμὸν μαρμάρου* Gregor. in Rhetorr. Gr. T. VII. 1126. quo significatur *σμηρίον* sive *σμυρίς*. *Δακρύδην σκαμονέας ὀπός* Schol. in Libr. Med. ante Zonar. CXIX. negligenter pro *δακρύδιν* scriptum est hoc autem idem quod *δακρύδιον* ut *θριδάκιν*, *πικρίδιν*, *γογγύλιν* in Geopp.

affecti, unde ἐσκορδισμένος in EM. 384, 51. nisi ἐσκοροδισμένος scripsit ut Aristophanes, herbaeque nomen σκόρδιον et composita σκορδοειδής, σκορδόπρασον, προσκορδοφαγεῖν apud Dioscoridem et aequales. De feminino ὄργυια magis Eustathio assentior p. 917, 34. ἐκ τοῦ ὀρέγω κατὰ συγκοπήν, quam Buttmanno, qui epsilon verbo proprium, nomini adventicium esse putat Gramm. II. 106. Ab ὀρέγω duci potuit ὀρογή ut ab ἐρέφω ὀροφή sed aberratum est ad ὀρόγυια, unde ἑκατοντορόγυιος et ἑπτορόγυιος vocali sensim obsolescente. Ab eodem ὀροφή Philoxenus etiam ὀρφνή natum esse putavit πλεονασμῷ τοῦ ν καὶ συγκοπῇ ὀρφνή ἡ σκέπουσα τὸ φῶς Orion. 122, 15. quibus ἔρεβος apposui Techn. 301. Oenoae urbis incolae Οἰνοαῖοι dicuntur et Οἰναῖοι sed hoc a diverso prototypo Οἴνη v. Meinek. ad Steph. s. h. v. Pro στήμνιος apud Theophr. et Hesych. recte repositum est στημόνιος, sed constat verbum ἀπὸ τοῦ γείτων γείτονος γειτονιῶ καὶ συγκοπῇ γειτνιῶ EM. 229, 30. Choerob. Orth. 189, 5. et quae hinc pendent Μεταγείτνιος Apollinis cognomen solemniumque Μεταγείτνια id est feriae compitales, et mensis qui in Inscr. VIII. Rossii de demis Att. p. 30. Μεταγειτονίων vocatur. Παρόπάμισον Dionysius quum aliter versui accommodare non posset fecit Παρπάμισον v. Proll. 433. Συρμάται οἱ Σαυρομάται Steph. qui alio loco Σαρμάται posuit. Haec et Κύρβας pro Κορύβας ex graeca analogia judicari non possunt, οἱ βάρβαροι γὰρ ἑλληνικὴν ἀναλογίαν οὐ φυλάττουσι Steph. s. Κάσπειρος. Jam ut sermonem ad detrimenta syllabae finalis ος traducam, duo monosyllaba ζώς et σῶς plerique affecta esse consentiunt, ζώς ἐκ τοῦ ζωός Herodian. Schol. Il. V. 887. σῶς ἀπὸ τοῦ σῶος Anecd. Bekk. 347. sed quomodo affecta sint ambigitur; τὸ ζώς ἐκ τοῦ ζωός κατὰ συναλιφὴν ἢ συγκοπὴν Epim. I. 399. synaloephen vocans quam Choeroboscus Can. 172. crasin appellat: σεσημείωται τὸ ζώς· οὐδέποτε γὰρ κρᾶσις γίνεται βαρείας καὶ ὀξείας εἰς ὀξεῖαν συνερχομένων· τὸ γὰρ Κισσῆς καὶ Νηρῆς οὐκ ἐδέξατο κρᾶσιν ἀλλὰ συναίρεσιν· quod nomen cum crasi confundens Joannes p. 6. ζώς, inquit, ἐκ τοῦ ζωός

κατὰ συναίρεσιν [9]). De altero Schol. Eur. Hec. 973. ἀπὸ τοῦ σῶος κατὰ συγκοπὴν γίνεται σῶς. Buttmannus contra in Gramm. I. 245. neque crasin admittit neque syncopen sed ab adjectivis obliteratis ζαός et σάος contracta esse ζώς et σῶς, hinc autem per diectasin fieri ζωός et σῶος. Hoc anticipavit Eustathius 63, 6. ἀπὸ τοῦ σάος κατὰ κρᾶσιν σῶς καὶ προςτεθέντος τοῦ ο σῶος. Sed haec diectasis ut concedatur dictionibus poeticis πρώονες etc. parum convenit ad haec quae in communem usum recepta sunt. Ideo praeferam quod in EM. 741, 56. dicitur σῶος a σώω derivatum esse ut a ῥώομαι ποδόῤῥωος et pariter a ζώω substantivum ζῶον et ζωός adjectivum mutato propter merismum accentu; hinc autem monosyllaba illa extitisse puto vel syncope vel crasi. Accentus neutri repugnat. Sed nonnulli utramque repudiantes ad synizesin se converterunt; Schol. Il. XVI. 445. Ἀρίσταρχος μονοσυλλάβως ζῶν, ἄλλοι δὲ ζωόν, sicuti in alio Homeri loco genitivus ἥρωος pro bisyllabo est v. §. 7. et herbae nomen cum eodem illo adjectivo compositum in Macri Flor. de Herb. XVIII. 711. pro trisyllabo: *dicimus acidulam quam Graecus dicit aizoum* sive ut in libris quibusdam scribitur *aizoon*, sed Graeci quos legimus herbam fabulosam aut ἀείζων vocant aut ἀείζωον quatuor syllabis. Δμώς et Τρώς sine dubio primitiva sunt ut antiqui dicunt, δμωός vero et Τρωός, quae ad anadromen referunt, metaschematismo terminationis effecta sicut σίκυς et quod Helladius Phot. 871. reprehendit σίκυος, σμινύς et σμινυός, ἰγνύς et ἰγνύα, cetera. — Pronomen τίς, quoniam cetera interrogativa in ος exeunt, analogiae defensores rigidi aeolice et antique τίος dictum esse perhibent postea autem τίς κατὰ πάθος EM. 729, 27. Sed nominativum illum, qui nusquam legitur, dativo τίῳ affingere videntur v. Ahrens. Aeol. 127. proportionis conservandae causa, quam a pronominibus prototypis non magnopere exigimus. — Genitivo tertiae declinationis in οος exeunti alterum ο eximi posse in EM. 517, 25. significatur,

9) Sic etiam Eustath. 618, 9. et Choeroboscus ipse in hac causa utroque nomine promiscue utitur.

si quidem verba a librariis corrupta recte interpretamur. Sunt vero haec: *Πίνδαρος οὐκ οἶδα ὅπου φησὶ κλεός κελεός καὶ συγκοπῇ κλεός· ὀξύνειν δὲ δεῖ.* Pro *κελεός* Ahrensius Dial. Dor. 235. tacite substituit *κλέεος* nec mutat Bergkius Pind. Fr. p. 297. sed repugnat oxytonesis et ex Schol. Pind. Nem. II. 77. *ὀρειᾶν (ἀντὶ τοῦ οὐρειᾶν) κατὰ ὕφεσιν ὡς τὸ κλέος ἕκατι* apparet non de genitivo neutrius *τοῦ κλέους* agi sed de feminino *τῆς Κλεοῦς*, qui integre legitur Nem. III. 145. *εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοίσας.* Ubi quum duo codd. *Κλεός* praebeant, summe credibile est Scholiastam hunc locum in animo habuisse sed quod saepius apud Pindarum legisset *Χαρίτων ἕκατι, Μουσῶν ἕκατι, Διὸς ἕκατι*, id memoriae lapsu substituisse pro synonymo, quod illo loco legitur, *ἐθελούσης*. Eodemque ut opinor scripturae vitio deceptus ille in EM. huc se recepit ut poetam $\bar{o}$ micron genitivi exclusisse diceret: *Κλεός ἀντὶ τοῦ Κλεόος* (id est *Κλεοῦς*) *συγκοπῇ Κλεός*, quod non defendam exemplo genitivi *Λατός* in Inscr. v. Ahr. Dor. 174. Jam profligatis simplicium syncopis de vocabulis duplicatis quid tenendum sit dicere experiar.

§. 3. Huic generi duae suppositae sunt species; nam $\bar{o}$ micron aut primae parti subducitur aut secundae. Quas rationes sequuti scriptores vocalem nominum non purorum ultimam ante vocalem sequentis modo cum ea contraxerint ut *ἰσουργός*, modo omiserint *ἰσάργυρος*, modo retinuerint incolumem *ἰσοΰψής* v. ad Phr. 675. quaestio amplior est quam quae hoc in transitu tractari possit; hic modo paucorum mentionem faciam quae Grammatici attingunt affectionis incerti: *ἀγρόαυλος καὶ συγκοπῇ ἄγραυλος* Epim. II. 343, 3. quorum nominum posterius solis poetis concessum est, alterum ne his quidem; *αὐτοέντης καὶ συγκοπῇ αὐθέντης* I. 427, 8. Phrynichus vero App. 15, 11. *Σοφοκλῆς λύσας τοὔνομα αὐτοέντης εἶπεν· ἔστι δὲ πολιτικώτερον τὸ αὐθέντης*, sicut *αὐτερέτης, αὐτάρκης* etc. Eadem vero vocalis ut ante consonam exterminetur rarissimum est: *τὴν Χεῤῥόνησον Χέρνησον εἴρηκεν ὡς ἐν τῷ πρώτῳ* Schol. Apoll. IV. 1175. In primo libro v. 925. e multis codd. repositum est *Χερόνησος*, sed in altero non permittit metrum; adjectivi

χερός, quicum utrumque cohaeret, vestigia omnia erasa sunt cum pulvisculo; nam in supplemento Schottiano Oppian. Cyn. IV. 198. ἀφρὸν ἀποσταλάει δὲ ποτὶ χέρον, non haec est scriptura codd. sed χέρσον, quod in σχερόν mutandum aut potius verba ποτὶ — αἰδομένῳ omittenda erant; illo utitur v. 361. ῥῖνας σχεδόθεν χέρσοιο τιθέντες. Alterum est ἐναρφόρος ἡ πολεμικὴ ἀπὸ τοῦ φέρειν τὰ ἔναρα EM. 337. quod Enyus epitheton fuisse videtur vel Amazonis cujusdam; si πολεμικός scriptum esset, ex Hesiodo sumtum dicerem qui Martem ἐναρφόρον usurpavit, non ἐναρσφόρον ut Buttmannus scribit Gramm. II. 461. not. plaudente Schneidewino Conject. 11. id enim non minoris licentiae est quam πυρσφόρος foret vel φέρσβιος.

Nominum pure terminatorum unum pertinet ad primam declinationem ζείδωρος, si id ex ζειόδωρος concisum est EM. 410, 8. quippe hoc versui heroico inconveniens neque erat quicum commutari posset; nam substantiva ζωοδότειρα, ὀλβοδότειρα, θεσμοδότειρα, καρποδότειρα etc. homerica consuetudo repudiat; sed probabilior crasis ex ζεόδωρος ut πλέον πλεῖν. De secundo ordine tria afferuntur neutralia: ληιβότειρα ὤφειλε ληιοβότειρα, συνεκόπη δὲ διὰ τὸ μέτρον Epim. I. 263. quomodo etiam ληινόμος decurtatum est. Alterum αἰριπόλιοι δμωαί· Σιμωνίδης ἐκ τοῦ αἰριοπόλιοι συγκοπῇ τοῦ ο. Οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν EM. 38, 46. Hunc erroris insimulat Schneidewinus Simonidem Fr. CXXVII. 122. ἐριπόλιοι scripsisse suspicans id est *grandaevae*. Sed causa recidit in librarios; poeta enim haud dubie ἐριπόλοι scripsit ut νηοπόλοι eoque nomine lanificas εἰροπόνους sive ἐριουργούς significavit. Tertium σιοειδής σιειδής (hoc accentu) συγκοπῇ τοῦ ο EM. 134, 24. ad nomen plantae σίον retuli ad Buttm. 450. His adjunge δικτυβόλος et δακρύῤῥοος si hoc cum δάκρυον compositum est ut δακρυογόνος etc. v. §. 4. Eorum quae cum masculinis composita sunt duplex est ratio. Nam si pars prior syntheti vocalem longam continet ut λαός, ζῶον, dubium fit utrum ο cum eo contractum an exemtum sit; quae dubitatio pertinet ad Λαδικεύς, Λακράτης, λατόμος, ζωγράφος, ζώφυτον. Syncopen vero subiit nomen feminae in Marini V.

Procl. XXIX. p. 71. XXIII. 26. ter repetitum Ἀσκληπιγένεια, nam plene dicitur Ἀσκληπιόδοτος et Ἀσκληπιόδωρος. Adjectivum ἠλίβατος ex ἡλιόβατος natum esse pervulgata est opinio sed parum plausibilis nec placita Herodiano ad Il. XV. 619. cf. Hermann. ad Eur. Suppl. v. 91. Si conjectare permittitur, subest vox prisca *sublime* significans quae ex aliis celsarum rupium epithetis elucet, ἅλιψ πέτρα Hes. ἠλιτενής πέτρα ὑψηλή Suid. quod cum ὑψιτενής convenit, et e notissimo αἰγίλιψ. Ab adjectivo ἅλιος id est μάταιος compositum ἁλιόφρων non legitur sed pro eo ἁλίφρων in Naumachii Nupt. 63. suspectum tamen Brunckio qui χαλίφρων praefert. Contrarie Hesychius interpretatur Ἁλιφροσύνη ἱκανὴ φρόνησις, quo loco alii οὐχ ἱκανή alii κενή corrigunt sed ille fortasse cum ἅλις compositum putavit, quod plerique omnes per ἱκανῶς explicant. Heroum nominibus Δηίφοβος, Δηίλοχος, Δηίφονος Eustathius pag. 925, 59. p. 943, 3. adjectivum δήιος intextum credidit, neque aliunde ortum est Δαΐμαχος scriptoris nomen qui a Polybio Δηΐμαχος vocatur, et Δαΐλοχος, quod quum alpha longum habeat, non potest ad dativum δαΐ referri, unde δαΐσφαλτος proficiscitur [10]). Adjectivi forma integrior emergit in Δηιολέων et in dorico δαϊόφρων, quod Aeschylo metri causa restituitur pro δαΐφρων. Aliud adjectivum cum δήιος compositum non reperi. Ἀξίθεος in epigrammate hominis semibarbari in Welckeri Syll. 246. pro Ἀξιόθεος accipitur. Musaei pater alibi Ἀντίφημος vocatur, alibi Ἀντιόφημος v. Passow. ad Mus. p. 22. a diversis fortasse principiis ut ἀντιστατεῖν et ἀντιοστατεῖν, παλαιγενής et παλαιογενής, ἀρτιπαγής et ἀρτιοπαγής, quod significatu discrepat non specie solum; ἄρτιος non componitur nisi cum epithetis numerorum. Τανάχαλκος πολύχαλκος Suidas ex mendoso Anthologiae libro hausit sed ταλαπενθής et ταλαπείριος a ταλαός repeti oportet; tritocliton τάλας omnino

10) Δηίων quod in Thes. pro adjectivo affertur ex EM. δηίων ἀπὸ τοῦ δήιος ὡς διπλάσιος διπλασίων, nihil aliud est quam proprium Δηίων ἀπὸ τοῦ δήιος τῷ λόγῳ τῶν συγκριτικῶν Choerob. Orth. 193. Apud Zonaram 493. Δηίων σημαίνει τὸν πόλεμον non τῶν πολεμίων scribi debet sed τὸν πολέμιον· ille enim nominativus est.

non componitur. *Κραταίρινος, κραταιγύαλος* et all. aut cum *κράτος* conjuncta sunt vocali copulativa in diphthongum mutata ut *πυλαιμάχος, Θηβαιγενής* v. ad Phr. 648. aut, si illa syncopae cessit, cum *κραταιός* ut *κραταιόχειρ*, quod admodum novitium auctorem habet, et *κραταιόγονος* herbae medicae nomen quae eadem *κράταιγος* nominatur [11]. Vocem obsoletam *νέποδες*, qua *ἀπόγονοι* significantur, et novitiam *νεόποδες*, qua stolones et pampini ex pampino nati, Niclasius ad Geopp. IV. 3, 6. comparat tanquam conjunctas et congermanas, quod non absurdum videbitur reputantibus animantium fruticumque subolem iisdem vocari nominibus *ὄζους, κόρους, ὄσχους, μόσχους*.

§. 4. De nominibus tertiae declinationis quae vocali terminantur nihil est quod disputari possit; nam *γονυπετής, μεθυδώτης, δακρύῤῥοος, φιτυποιμήν* non cum genitivis in *υος*, qui ne suppetunt quidem omnibus, conserta sunt sed cum integris *γόνυ* etc. ut *ἀστυνόμος, δορυφόρος, αἰπυμήτης, δασύμαλλος* etc. Verum haud pauca dicenda sunt de iis quae in consonam exeunt vel liquidam vel sigma. Illius generis duplicem naturam designat EM. 576. *μελαγχροίης* [12]) *παρὰ τὸ μέλαν ἡ σύνθεσις· τὸ δὲ μελανοπτέρυγες καὶ τὰ ὅμοια παρὰ τὴν μέλανος γενικὴν, ὥςτε πῇ μὲν τὴν γενικὴν λαμβάνουσιν ὡς τὸ μελανόχροες, πῇ δὲ τὸ οὐδέτερον ὡς τὸ μελαγχαίτης*. Sed hic alius qui intercinit in cod. Voss. *μελαγχαίτης ἀπὸ τῆς γενικῆς κατὰ συγκοπήν*. Atque hanc sine dubio praetulit auctor canonis in EM. 810, 53. *τὰ εἰς ἀμετάβολον λήγοντα σύνθετα κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐδέποτε ἀπὸ εὐθείας συντίθεται ἀλλ᾽ ἀπὸ γενικῆς, φρενοβλαβής, χειροήθης*, cujus consectarium est nomen *φρέμπαρος ὁ βλαψίφρων*, quod Hesychio restitui pro *φρεμπάρωσις*, ex *φρενόπηρος* contractum esse; haec enim est vulgatior synthesis ratio et hujus nominis et similium *φρενοπληγής, κυνοθαρσής, χθονογηθής, χιονόχρως, τερενόχρως* etc. Ita pro-

11) Eustath. 1938, 2. *κατὰ τὴν τεχνικὴν παράθεσιν ἀναλογεῖ τῇ συνθέσει τοῦ κραταίπεδον τὸ κραταίβιος, κραταίπυλος, κραταίτονος* (scr. *κραταίγονος*.)

12) Eodem accentu p. 576, 14. *μελαγχρής ἀπὸ τοῦ μελαγχρίης* (sic) *συνεκόπη*.

babile fit μελαγχαίτης, μελάνθριξ caetera, syncope potius coartata quam cum nominativo copulata esse. Unum hanc rationem respuit monosyllabum πᾶν, πάνοπλος, παναληθής, sed hoc nomen toto genere exlex et solitarium est ac ne integre quidem componitur sed alpha correpto. Eorum quae rho consonam in exitu habent, duo interdum vocalem in commissura amittunt χείρ et πῦρ. Dupliciter enim dicitur χειρόνιπτρον sive χειρόνιβον et χέρνιμμα sive χέρνιψ, χειρόβολον et χερβόλιον, quod Du Cangius s. Χερόβολον affert. Ac simili modo casus secundi analogiam sequuntur adjectiva πυροῤῥαγής, πυροεργής (ut κηροτρόφος, θηρονόμος etc.) omissaque vocali πυραυγής et sequente consona πυρδαής, πυρφόρος, nam haec quoque ypsilon breve habere videntur ut est in simplicibus ante rho sequente consona κύρβις, Σύρτις, κύρτος, μύρτος, θύρσος, φύρσαι Apollon. II. 59. φύρσον Nic. Al. 693. κύρσαι Hesiod. Opp. 689. Quint. XIII. 394. Soph. Oed. C. 247.[13]) Sed in Aeschyli senario iambico legitur etiam πυραύστης eadem mensura qua apud Homerum Πυραίχμης Paeonis nomen, hoc est producta prima vel quia in arsin incidit vel ad imitationem nominativi. Transeo nunc ad alterum genus quod EM. eodem loco cum adjectivo μέλας edisserit; pergit enim ὡς (scr. καὶ) ὅταν εὕρωμεν δρυπετής, ἀπὸ τῆς δρῦς εὐθείας λέγομεν εἶναι, τὸ δὲ δρυοκολάπτης ἀπὸ τῆς γενικῆς. Sed hunc refellit prosodia nominis δρυπετής sive ut plerique scribunt δρυπεπής. Id enim sic ut δρύφακτον, ὑφορβός, συβώτης, ἰχθυβόλος ypsilon breve habet, quod longum foret si haec cum nominandi casu composita essent[14]). Itaque duplicem horum adjectivorum formam cognoscimus, unam plenam similemque genitivi δρυοκολάπτης, ὑοφορβός, ἀχλυόπεζα, ἰχθυολύμης, ὀφρυόσκιος, alteram sic ut dixi deminutam. Pari mobilitate quae nomen brachycatalectum in principio habent, huc illuc commeant: βοτρυοφόρος βο-

---

13) Haec verba qui properispomena faciunt respectu praesentium, non reputant conditionem mutari accessu consonantium v. Parall. 409 sq.

14) Quod Quintus δρυτόμος ter pro dactylo usus est, arsi potius effectum videtur quam synaeresi v. Koechly ad I. 250.

τρυφόρος, νεκυοσσόος νεκυσσόος, σταχυοτρόφος σταχυμήτωρ, χελυοσσόος χελυσσόος Theon. Smyrn. v. 30. v. Meinek. Anall. 372.[15]) ἐγχελυοτρόφος[16]), πελεκυφόρος. Haec igitur non ut ille a diversis casibus orta dicimus sed a themate quod ypsilon finale per omnes casus continuat, vocali articulari, quae eadem est genitivi characteristica, modo addita modo omissa. His vicinum genus introducit Theognostus Can. 96. τὰ εἰς ις ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀποβάλλει τὸ σ τῆς ληγούσης καὶ φυλάττει τὸ ι ἐχίδηκτος, ποσίφιλος[17]), Ἰσίδωρος, ταξίαρχος. His quae subducta est vocalis, mansit in ἐχιόδηκτος, Ἰσιόδωρος Silent. Ecphr. Soph. 553. (II. 137.) cf. Du Cang. p. 67. et Parall. 49 sq. ἀρδιοθήρα, ἀσιόγεια (maceria) παρὰ τὴν ἄσιν EM. παρδαλιαγχές. Illius generis pleraque poetica sunt πολισσόος, πολιῤῥαίστης, πτολίπορθος, πορτιτρόφος, μαντιπόλος, δηρίφατος, ὑβρίγελως, φυσιγνώμων[18]), sermoni propiora αἱρεσιομάχος, στασιοποιεῖν, ὑβριοπαθεῖν, πολιοφυλακεῖν, quanquam hic quoque interdum descenditur ad syncopen ἐνθεσίδουλος, ἀλυσίδετος, γνωσιμαχεῖν etc. v. ad Phr. 678 sq.[19]) Sed calceamenti nomen, de quo Suidas Κονιόπους

15) Κάχρυς, unde καχρυοφόρος et καχρυφόρος ypsilo correpto, apud poetas non legitur. Βότρυς et στάχυς plerumque brevi finiuntur.

16) Bekkerus in Aristot. H. Ann. ἐγχελεωτρόφος edidit ut passim legitur ὀφεώδηκτος, ὀφεωπλόκαμος probante Zonara 1488. ὀφιόδηκτος καὶ ὀφεώδηκτος. Ὀφεωειδής Eust. 603, 1.

17) Haec duo ignota sunt; inepte addit φύσις φυσίζοος, πατρίς πατρίαρχος.

18) Eundem colorem habet terrae et deae altricis epitheton βωτιάνειρα, quod planius dici poterat ἀνδροβότειρα ut λαοβότειρα, et ἀνδροβῶτις ut παμβῶτις. Sed poeta partes convertere coactus est. Pro χθόνα σωτιάνειραν Procl. Hymn. VI. 23. aut βωτιάνειραν aut potius σωσιάνειραν scribendum est.

19) Hic per errorem irrepsit Στησίχορος, omissum est Ἀασιφόρος βλάβην φέρων Hes. unde apparet pro ἄτη nonnullos dixisse ἄασις. Substantivi, quicum κασίγνητος compositum est, genitivus non extat. In Anth. V. 166. σχολιῶν ὄρθρων κνίσματα δακρυχαρῆ cod. Pal. δακιχαρῆ praebet; Brunckius δηξιχαρῆ scripsit. Illi similius est δακνοχαρῆ, quo probato ὄρθρων in ἄρθρων mutandum erit; sic autem significantur amplexus amantium qui ut Naevius ait *laballis morsicatim lusitant* ὑγρὰ περιπλέγδην ἅψεα δησάμενοι Anth. V. 255.

ἀπὸ τῆς κόνεως· γράφεται δὲ καὶ κονίπους, quum iota longum habeat, contractum esse oportet ut Διπολίεια, Διασωτήριον, idemque statuendum videtur de Διβάλανα κάρυα, quod Hesychio restitutum est pro διαβάλανα. Quomodo ab aliis animalibus appellati sunt Ἱπποκλῆς, Ἀρνοκλῆς, Θηρικλῆς, sic ab ὄϊς Ὀϊκλῆς heros; Οἴοκλος et Οἰβώτας tam hinc repeti possunt quam ab adjectivo, unde οἰοβώτης sive οἰοβότης. Ἀϊδροδίκης ad ἄϊδρος referendum videtur.

§. 5. Hinc sermo ad ο micron transgredietur, quod modo in sigma vertitur, modo hanc consonam adminiculi causa ad se recipit. Hoc utrumque genus Eustathius 422, 30. parum discernit: ὁ τοῦ σ πλεονασμὸς ἐν πολλαῖς βραχυνομέναις εἴθισται λέξεσιν, ὁποῖα τὸ θέσκελος, θεσπέσιος, θέςφατον, θεόςδοτος, μογοςτόκος. De primo illo saepius fit mentio: θεοείκελος καὶ ἐν συγκοπῇ θεόκελος καὶ θέσκελος ὡς θεόφατον θέσφατον Epim. I. 198, 31. EM. 448, 31. θεοείκελα θέσκελα· μετὰ γὰρ τὴν συγκοπὴν ὁ πλεονασμός Schol. BL. ad Il. III. 132. sed diphthongi concisio tam incredibilis est ut paene suspicemur poetam a verbo ἴσκω declinasse ἴσκελος et cum eo compositum esse θεΐσκελος post autem θέσκελος omisso uno iota verbi principali. Nec tamen defectionis hujus exemplum demonstrare possum. Longe aliter rem expedit Hesychius Θέσκελα θεοκέλευστα, sed repugnat significatio. Quod sequitur θεσπέσιος a breviore θέσπις processit, cujus triplex ratio reddi potest; ἀπὸ τοῦ θεόφατος κατ' ἀποβολὴν τοῦ ο καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ γίνεται θέσφατον καὶ θέσπις θέσπις Sch. Lips. Il. II. 233. ἐκ τοῦ θεός καὶ ὄψ ἡ φωνὴ γίνεται θεόσπις (sic) καὶ συγκοπῇ θέσπις EM. 447, 43. qui hoc dicere videtur ex θεό—οπις factum esse θέοπις et ex hoc per metathesin vocalis in consonam θέσπις. Sed quod Hesychius affert Θεοεπεῖς ἐκ θεῶν ἑπόμενοι ἢ λεγόμενοι conjecturam praebet θέσπις ex θεοεπής extitisse omisso, ut saepe, ο micro et ε psilo sequentis vocis in sigma mutato, sicut Ἀρισπής εὔλαλος, ut Kuestero visum, ἄσπετον τὸ ἄλεκτον παρὰ τὸ ἔπω τὸ λέγω EM. 165, 5. alii vero cum σπεῖν (σπέσθαι) compositum putant ut ἄσχετος cum σχεῖν, minimeque certum est θεοπρόπιον παρὰ τὸ ἔπω τὸ

λέγω Epim. I. 200, 1. Sed ostenditur alia via ceteris planior, θέσπις simplex esse a θεῖος productum cum epenthesi duarum consonantium ut λεῖος λισσός λίσπος, ἐλεία ἐλεσπίς id est τόπος ἑλώδης, εἰλύω εἰλισπῶ et fortasse Σόος Σῶσπις, σόος sospes, φλέω φλύω φλοῖσβος v. Diss. I. c. II. §. 2. atque ad hoc confirmandum aliquid conferunt composita θεσπιδαής (πῦρ), θεσπιέπεια (πέτρα) quorum pars prior nihil aliud quam θεῖος significat. Manifestior est origo nominis quod Eustathius secundo loco apposuit τὸ ο συγκοπτόμενον πέφυκεν ἐφελκυστικὸν[20]) γενέσθαι τοῦ σίγμα ὡς θέσφατον Epim. I. 420. Huic igitur quae defluxit vocalis, non in totum periit ut ante vocales solet θέορτος, θεάρεστος etc. sed compensatur sigma vicario, unde plurimum differt pleonasticum in nominibus ab Eustathio proxime attextis θεόςδοτος et μογοςτόκος[21]). Neque hoc fugit Scholiastam Il. IV. 293. τὰ βραχέα θεραπεύονται διὰ προςθέσεως, μογοςτόκος. Hoc insiticio sigma auctum videtur Λυκόςουρα et οὐδενόςωρα, quod Herodianus ad VIII. 178. minus commode cum κυνόςουρα confert — εἰ καὶ σπάνιος ἡ τοιαύτη σύνθεσις ἐκ γενικῆς ἐντελοῦς[22]). Sed κυνόςουρα ad parathesin pertinet v. Diss. V. c. 1. §. 4. Illa vero sigma expletivum habent pro οὐδενόωρα, Λυκόουρα, cui convenit gentilicium Κυνοουρεῖς in Inscr. Spart. Eodem auctum est κράςπεδον, si Grammaticis credimus id ex ἀκρόπεδον factum esse o micro simul in alpha mutato sicut δικοπόλος δικαςπόλος, pro quo minore licentia dici poterat δικηπόλος ut δικηφόρος. Neque secus existimandum de solemnium nomine Ἡροςάνθεια Hes. et appellativo ἁλίςπεδον, si haec recte ita scripta sunt;

---

20) Sic etiam loquuntur de vocalibus quae consonas in societatem assumunt: τὸ ε ἐφελκυστικόν ἐστι τοῦ ν, ἦε ἦεν EM. 431, 22. et Choeroboscus Can. 852, 20. τὸ ι εἴωθε γίνεσθαι ἐφελκυστικὸν τοῦ ν ὡς λέβησιν. Vulgo autem literae quae attrahuntur sic appellari solent.

21) Sigma his insertum scripsi sic ut in fine vocabulorum solet ut distinguerem ab eo quod in locum vocalis successit ut θέσφατον. Θεόφατον et θεοφατίζει pro usitatis affert Hesychius.

22) Duobus illis Paulus Sil. in Tab. Mund. I. 200. adjecit tertium φαεοςφόρος.

pro illo tamen Photius Ἡροάνθεια exhibet, alterum in omnibus quidem Pollucis libris legitur sed a Bekkero circumscriptum est propter sequens ἁλίπεδον[23]) quod quum alibi extet tum etiam apud Lycophronem iota producto ut ἁλινήκτειρα Anthol. et ἁλίβαπτος in versu Nicandri, cui nonnulli ἁλίβλαπτος supposuerunt. Denique Harpocratio auctor est nonnullos ἁλίπεδον ad verbum ἁλῖσαι retulisse *volutabrum* denotantes. Cum θεόςδοτος Tzetzes ad Lyc. 47. componit leonis epitheton ταυροςφάγος, nec tamen omittit id ab aliis ad σφάττειν referri; λαγωςφόνος sustuli ad Phr. 629. sed a suspicione remotum habeo quod Hesychius profert Θεοςκυνεῖ θεοὺς τιμᾷ[24]). Θεοςεχθρία ab Hermanno rejectum ad Eur. Iph. T. 192. retinuit Meinekius in Archippi Fragm. Vol. II. P. II. 725. Eodem modo explicantur substantiva quaedam generis neutrius quae genitivum habent in ος purum exeuntem τὸ θυοςκόος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ σ λέγουσι Epim. I. 178. Quippe θυοκόος dicendum fuisse putat ut ἠθολόγος, τειχομάχος etc. vel concinnius θυηκόος. Διόςθυος ἐν συνθέσει ὃν ἐφύλαξε τὸ σ EM. 278, 25. Aliena vero huc deflectit Schol. Lips. Il. V. 126. et Eust. 528, 5. ἐν τῷ σακέςπαλος καὶ σακεςφόρος ἀναγκαῖος ὁ πλεονασμὸς τοῦ σ. Hoc enim non extrinsecus adjectum est sed fungitur vice vocalis elapsae quae cernitur in compositis ἑλεόθρεπτος, ὀρεοπόλος. Et hoc clarius enunciat Gud. 198, 5. ἐπεςβόλος (scrib. ἐπεοβόλος) καὶ κατ' ἐναλλαγὴν ἐπεςβόλος, enallagae nomine significans tropen quae vocalis ο defectionem sequi solet. Eadem obtinet in multis similium ἀκεςφόρος, τελεςφόρος, φαεςφόρος,

---

23) Ἁλίπεδον τὸ νεῦον πρὸς θάλασσαν πεδίον Psell. Gramm. v. 286. in Anecd. Boisson. T. III. similiter alii τόπον ἁλιτενῆ interpretantur. Cum ἁλίσπεδον fortasse aliqui contulerunt Aegisthi nomen *caprimulgum* interpretantes ut Orion p. 24, 14. παρὰ τὸ θῶ τὸ θηλάζω Αἴγιθος καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ Αἴγισθος, a capra nutritus Aelian. V. H. XII. 42. Hoc ex Herodiani libro περὶ σχημάτων affert EM. 137, 33.

24) Interpretes apponunt Θεοκυνῆ δόξαν θείαν ἔχουσαν, quod θεοκυδῆ scribendum est. Θεοςκυνέειν Aeschylus in anapaestis Agam. 86. scripsisse videtur pro θυοςκινεῖν v. §. 6. quicum olim contuli *thiasos et sacra movere* Valer. Fl. III. 540. sed hoc ad zeugma referri potest.

quod in Anth. I. n. 26. pro φαοςφόρος scribendum est si quidem a poeta christiano hanc accurationem exigimus, ὀρέςβιος et ὀρέςκοος, quod jam olim ad Aj. v. 175. pro ὀρέσκιος reposui, et aliis ad Phr. 672. allatis [25]). Omicron genitivi finale praetermitti sigma incolumi exemplum unicum ideoque a dubitatione non alienum est Θυςπολία θυηπολία Hes. sed eo omisso evanuit in quibusdam nominibus propriis Κλεγένης, Κλέθεμις, Κλέστρατος, quae nusquam nisi in nummis et Inscrr. inveniuntur. Neutra in ας exeuntia vocalem genitivi characteristicam modo retinent integram κεραοξόος, modo in eta vel in alpha longum mutant, σελαηφόρος, κρεανόμος, frequentius vero in sigma σελασφόρος, γερασφόρος, τερασσκόπος, κερασβόλος. Sed κρεαςφάγος Lycophr. 660. quamvis multorum codd. consensu munitum jure rejicitur, nam κρεωφάγος dicitur et κρεοφάγος, quod intuens Κρεσφόντης suspicor ex Κρεοφόντης natum esse, et ionice κρεηφαγεῖν, κρεηδόκος, γερηφορία Dionys. Hal. — Particulae intentivae δά consonam auxiliarem subjectam esse affirmat Epim. I. 149, 22. δαςπλήτης (δαςπλὴς vel δαςπλῆτις) ἐκ τῆς δά ἐπιτάσεως πλεονασμῷ τοῦ σ. Hic igitur μεγάλως πλήσσουσαν interpretatur, alii δυςπροςπέλαστον· nemo verum scit. — Cum synthetis, quae pro ο asciverunt σ, veteres contendunt genitivos simplices syllaba φι auctos. Schol. Vict. ad Il. IV. 452. ὄρεσφι ἡ συγκοπὴ ἔδωκε τὸ σ ὡς θέσφατον· explanatius EM. 645, 10. τὸ κατ' ὄρεσφι κάτεισι ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ὄρους καὶ τὸ ὑπ' ὄχεσφι λυώμεθα ἵππους ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ἅρματος· ὡς ἀπὸ τοῦ θεόφατον, οὕτως ὀρέοςφι (ὀρέοφι) καὶ κατὰ συγκοπὴν (ὄρεσφι). Οὕτως Ἡρωδιανός· quae complet Epim. I. 221. ἀπὸ τοῦ ὄρεος ὀρέοφι καὶ συγκοπῇ τοῦ ο καὶ πλεονασμῷ· τοιοῦτο καὶ τὸ ὄχεσφι. σημαίνει γὰρ ἀμφότερα γενικάς. Certissimum genitivi exemplum est ἀπὸ στῆθεσφι, in quo sigma neque pleonasticum est ut in θεόςδοτος, neque pro ο finali successit sed per-

25) Nominativos ὄρες, ἄνθες etc. ad quos linguae gangeticae scrutatores nos remittunt Grammatica graeca a se deprecatur. Genitivorum ὄρεσος, σάκεσος etc. si quam unquam notitiam habuere Graeci, cito obliti sunt.

tinet ad terminationem casualem ος non minus quam in dativo σὺν ὄχεσφι, Ἐρέεσφι τέκνοις Hes. a nominativo ἱρεύς, cujus accusativum ἔρεας idem affert. — Nomina in ις et υς desinentia quomodo componantur paullo ante exposui sed omisso sigmatismo, cujus exempla pauca sunt neque abunde explorata. Primum quaeritur θεμιςκρέων num, ut Hermannus putat ad Oed. C. 1191. cum indeclinabili θέμις parathesi junctum sit quasi θεμίτως κρέων, an pro θεμιοκρέων positum, cujus exemplum est θεμιόπλεκτος. Cum hoc conferri potest synthesis nominis πόλις, cujus a genitivo triplex nascitur propago, una analogiae aptissima πολιοφύλαξ, altera concisior πολίπορθος, tertia ascitu literae sigma de via deflectens, vel unius πολι-σ-όοχος pro quo πολισσοῦχος receptum est v. ad Phr. 667. vel duorum πολισσ-ονόμος[26]). Ad metrum aequaliter conveniebat πολῃονόμος sed genitivos in ηος exeuntes componi nescimus. Ἴσφατον βίαιον (βιαίως) πεπραγμένον Hes. Guietus cum ἴς compositum censet. Nominum in υς, quae supra syllabam sunt, nullum ad hanc corruptionem inclinat; nam ἀλυςπάθεια jam diu remotum est. In duobus autem urbium peregrinarum nominibus, quorum casus secundus in υος exit, pro ο substituitur μυ: Σηλυμβρία ἀπὸ Σήλυος, Πολτυμβρία ἡ Πόλτυος πόλις Steph. Sed monosyllaborum nonnulla sigma asciverunt: Μύςφονον παγίς Hes. et verbum comice fictum μυςπολεῖν, tum Ὑςπολεῖν συβωτεῖν Hes. Ὕςπορος Nonn. XXVI. 168. si hic Indiae fluvium, quem Ctesias Hypobarum nominat, ad graecam, ut Graeculi solent[27]),

26) Hoc alii aliter conjectant. Buttmannus Gramm. II. 46. priscos πόλισσα dixisse suspicatur; Wieselerus Conject. in Aesch. Eum. p. 153. genitivum πολίδος fingit.

27) Sic Ἀδιαβήνην nominatam putant διὰ τὸ δυςχέρειαν ἔχειν τὴν διάβασιν Suid. Γήπαιδες οἱονεὶ γῆς παῖδες EM. Σαμάρεια σῆμα Ἄρεως v. Meinek. ad Steph. 552. Ἀράξης ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν Sch. Aesch. Prom. 716. Eust. ad Dion. v. 14. Hoc argumentum in Nicanoris libro Μετονομασιῶν tractatum esse suspicor e Stephani verbis s. Τάναϊς, ubi de Acesine loquitur: ἡλλήνισται τὰ πολλὰ τῶν βαρβαρικῶν ὀνομάτων ὡς Νικάνωρ φησί. Sed cautionem adhibet Strabo XII. 607. ἐκαλεῖτο Σκῆψις εἴτ' ἄλλως εἴτ' ἀπὸ τοῦ περίσκεπτος εἶναι, εἰ δεῖ τὰ παρὰ τοῖς βαρβάροις ὀνόματα ταῖς Ἑλληνικαῖς ἐτυμολογεῖσθαι φωναῖς.

revocavit originem memor domestici *Βόσπορος οἱονεὶ βοὸς πόρος* EM. quod ex analogia *Βοόπορος* dicendum erat vel *Βοήπορος* ut *βοηνόμος*. Verum de sigma ejusque usu duplici haec dixisse suffecerit[28]).

Vocalem qua nomina connectuntur a verborum compositione non alienam esse ostendunt exempla praesentis temporis *βουλόμαχος, τιλλοπώγων* et all. in P. II. c. I. §. 6. afferenda et plurima aoristi *ἁμαρτοεπής* etc. v. ad Phr. 767. Eam vero amisit appellativum *σύργαστρος ὁ ὄφις ὁ γαστρὶ συρόμενος* Heliobol. Schol. ad Dosiad. Aram v. 26. et nomen proprium *Βερνίκη* id est *Φερονίκη* Veronica apud scriptores sacros et ecclesiasticos, idemque videtur appellativum *βερονίκη* sive *βερνίκη*, quo Graecitas inferior succinum insignivit[29]) fortasse quod ab athletis amuleti instar gestabatur ad adipiscendam victoriam. Cum verbo puro contextum est *κρούπεζα*, quo significantur tibicinum calceamenta lignea sic dicta *διὰ τὰ κρούματα* Poll. VII. 87. id est *ἀπὸ τοῦ κρούειν*. *Νέποδες* si Apio recte interpretatus est *νηξίποδες*, a *νέω*. Verba in *νω* desinentia componuntur vel a futuro *ἀνυσίεργος, ἐρυσίπτολις, τανυσίπτερος* etc. vel a praesenti omissa quae verbum finit vocali *Ἀρτύλαος, Ἀρτύμαχος, Γανυμήδης, Ἐρύλαος, τανύπεπλος, ἀνύπους ὁ ταχύπους ἀπὸ τοῦ ἀνύειν τοῖς ποσίν* Hes. nisi vera scriptura fuit *τανύπους*[30]) unumque ō longo in breve mutato *ἀνυόδρομος* in Anacr. Fr. XCI. sed controversum; Bergkius enim *τανυσίδρομος* scribendum putat. De indeclinabilibus

28) Quae Buttmannus §. 66. p. 262. cum *ἐπεσβόλος, θεόσδοτος, ὄρεσφι* confert tanquam pleonasmo affecta *ἀληθέστατος, ἀκουσθείς*, a nostra causa sejuncta sunt, aptiora vero adverbia loci, quae Grammatici in contrarium trahunt: *οἱ Δωριεῖς τὸ ὄπισθεν ὄπιθεν λέγουσι καὶ τὸ πρόσθεν πρόθεν ἐκθλίβοντες τὸ σ* Gregor. 222. *ἔκτοθεν καὶ ἔκτοσθεν, ἔντοθεν καὶ ἔντοσθεν· μόνον τὸ πρόσθεν οὐκ ἀπέβαλε τὸ σ* Epim. I. 178. Antiquius videtur *πρόθεν*, quod superest in compositis *ἀπόπροθεν* et *Ἔκπροθεν ἀπὸ παλαιοῦ* Hes. et *ὄπιθεν* magis nativum quam *ὄπισθεν*.

29) In Latinitate media gummi sandaraceum, quo utensilia obducuntur, vernix vocatur, francogallice *vernis*, germanice *Firniss* et *Verniss* species succini.

30) *Τρυφάλεια* cum *τρύω* compositum esse Buttmanni opinio fuit Lexil. II. 250.

nihil huc refertur praeter praepositiones homericas ἀπτέμπειν κατὰ συγκοπὴν Apollon. Lex. et ὑββάλλειν, quae alii apocopae adjiciunt v. Hofmann. Quaest. II. 62. Sed quum de prima compositorum parte sat multa dicta sint, deinceps quaeremus de altera.

§. 6. O micron syllabae primariae exemtum esse duobus probatur exemplis, quorum unum est Lycophronis v. 1313. τὸν τετράπνην ὕδρον pro τετραπνόην hoc est bicipitem τέσσαρας πνοὰς ἔχοντα, quem si τετράπνουν vocasset, cum vulgo esset loquutus. Alterum in EM. 182, 47. ex ignoto poeta profertur ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο ἀπὸ τοῦ ἄχρους τροπῇ αἰολικῇ ὡς φοβήμενος· ἢ ὡς παρὰ τὴν χρόαν μελαγχροίης, οὕτως ἀχροίης καὶ κατὰ συγκοπὴν ἀχρής. Trope si esset, ἄχρης scriberetur; cetera ignotum est minimeque probabilis Heynii conjectura ad Il. II. 269. pro ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο VIII. 85. aliquando lectum esse ἀχρὴς δ' αὖ ἀνέπαλτο. Sed quicunque hoc usus est adjectivo, certe syncopen fecit utique non diphthongi ut iste dicit sed vocalis simplicis quae in primitivo χρόα apparet. Cum aucto χροιά compositum est μελαγχροίης protocliton, cui fidem facit casus quartus μελαγχροίην in Orph. Lith. et oxytonon tertiae declinationis de quo loquitur Schol. Il. XIII. 191. ἀπὸ τῆς χροός γενικῆς ἐστι μελαγχροιής καὶ εὐχροές. Huic diphthongum eximi asseverat Choeroboscus Can. 174, 9. τὸ μελαγχρής, ὃ εἰς ους ἔχει τὴν γενικὴν, ἀπὸ τοῦ μελαγροιής γέγονε κατὰ συγκοπήν. Sed vero intelligi sic oportet solum o micron et huic subtractum esse et hinc derivatis τὸν μελαγχρῆ, τὸ μελαγχρές, quae ex poetis comicis afferuntur cf. Proll. 256. Cursim praetereo duo nomina propria, Μήτιχος quod Keilius in Anall. 91. et alii e Μητίοχος factum putant, et Δήιχος. Illud addubitavi in Proll. 343. pro altero in Quint. I. 529. jam Pauwius Δηίοχος reposuit. Minore dispendio o micron eximitur syllabae ultimae nominum quorundam in ος purum exeuntium. Non illa dico quae in EM. 975, 18. memorantur: Μενέλας καὶ Δορύλας ἀμφίβολον εἴτε συγκοπῇ εἴτε κράσει τοῦ α καὶ ο εἰς α μακρόν. Ea enim pura et directa crasis est, quam synaloephae nomine impertit Apollonius Adv. p. 585. sed

loquor de adjectivis in οος. Horum alia cum verbis composita sunt, σιαλοχόος, φυλλοχόος, alia accentu diverso cum nominibus πολύχοος, λιγύπνοος, ὀξύγοος, παχύνοος etc. Inter haec vero eminet χειμάῤῥοος quod in prosa dici solet χειμάῤῥους intellectu plerumque substantivo Demosth. Polyb. XIV. 41, 9. Dio Cass. XLV. 38. et al. v. Wyttenbach. ad Plut. de Educ. p. 101. et huic nominativo subjiciendi sunt obliqui casus qui apud Atticos reperiuntur χειμάῤῥων Plat. Legg. V. 736. A. χειμάῤῥοις Soph. etc. Sed idem dicitur χείμαῤῥος κατὰ συγκοπὴν καὶ ἀνάδοσιν τοῦ τόνου Eust. 858, 38.[31]) quo Pausanias utitur I. 35, 6. II. 36, 7. et suppares v. Ellendt. ad Arrian. IV. 3, 4. sed improbatur: Ἡρωδιανός φησιν ὅτι χειμάῤῥους ῥητέον ἀλλ' οὐχ ὥς τινες χείμαῤῥος, καὶ χειμάῤῥοοι ἀλλ' οὐ χείμαῤῥοι ὡς οἱ πολλοί φασιν Eust. 496, 44. Pluralis hic ambiguus est, nam et ab attico χειμάῤῥους repeti potest et a vulgari χείμαῤῥος, unde pendet illa de accentu disputatio in Schol. ab Il. IV. 452. Etenim Ptolemaeus hic χειμάῤῥοι ποταμοί scribi jussit acuta penultima tanquam a recto χειμάῤῥους declinatum manente accentu ut ἐπίπλοι, παράπλοι, ὀλιγόχοι, πολύχοι, quae Theophrasto nuper e codd. restituta sunt pro non contractis ὀλιγόχοοι et πολύχοοι. Herodianus vero χείμαῤῥοι proparoxytonon fecit ἵνα ἐκ τοῦ χειμάῤῥους ᾖ γεγονὸς εἴγε μᾶλλον ἐντελέστερον οἶδε τὸ ἑνικὸν ἐν τῇ συνθέσει (βαθύῤῥοος, ἀψόῤῥοος) ἢ τὸ συνηλιμμένον, ex quo ille concludit pluralem illum non a contracto χειμάῤῥους declinatum sed ex integro χειμάῤῥοοι contractum esse accentu in antepenultimam translato; quod fortasse ideo factum putavit quia paroxytonon pro inclinamento nominativi contracti χειμάῤῥους haberi possit; hoc autem Homerum quoad posset abstinuisse dicit[32]). Licuit etiam χειμάροος

---

31) Minus recte p. 923, 15. apocopen appellat.

32) Ab hac ratione desciscere videtur quum genitivum adjectivi εὔξοος Il. X. 373. non ut Ptolemaeus εὐξοῦ scriberet quasi crasi compactum sed εὔξου ὡς εὔνου tanquam holopathes. Nam apud Homerum saepissime legitur εὔξοος et ἀγχίνοος simplexque νόος permultis locis, νοῦς semel. De synizesi nemo cogitavit. Ἐΰξόου ἔνδοθι νηός Quint.

scribi et χειμαρρόῳ, χειμάρροοι cum paralipsi ut saepius legitur καλλίροος et ὠκύροος, sed nemini libuit; nec magis repertus est qui χείμαῤῥος proponeret quod Mehlhornius suadet Gramm. §. 146. sed Herodianus haud tacite damnat. Neque est hujus syncopae apud Homerum exemplum. Nam quod in EM. 184, 19. et Sch. Il. VII. 413. traditur ἄψοῤῥος παρὰ τὸ ἄψ καὶ τὸν ῥόον πλεονασμῷ τοῦ ο, id scientiores cum ὄρω ὄρνυμι copulatum judicant, unde Ἄποῤῥον πάλιν Hes. nunquam enim refluum significat sed παλίνορσον sive παλίσσυτον v. ad Aj. v. 369. et Techn. 134. Quae cum ξόος composita sunt, quantum a crasi, tantum a syncope abhorrent δίξοος, μονόξοος, τετράξοος et pleraque eorum quae cum ξέω cohaerent actorem significantia κεραοξόος, δορατοξόος, λιθοξόος una cum derivato λιθοξοεῖον, sed pro δορυξόος etiam trisyllabum reperitur δορυξός κατὰ συγκοπήν EM. 283, 34. idemque 425, 5. affert cognatum ἡλαξός (sic) ἀπὸ τοῦ ἡλαξόος ὥςπερ βοηθόος βοηθός, quo nomine (ἡ λαξός) instrumentum λιθοξοϊκόν indicari videtur, uno verbo ξοΐς vel γλαρίς· nam feminas lapicidas haud sane novimus. Coraes ad Isocr. p. 278. narrat populares suos aurificem χρυσοχόν vocare; veteres utuntur integris χρυσοχόος, οἰνοχόος, ὑδροχόος, θυηχόος. Genitivus ΘΥΗΚΟΥ in Inscript. Att. N. 160. Corp. Inscr. p. 285. ex θυηκόου contractus hoc autem cum κέω (ἔκεα) connexum videtur ut θυοςκόος, πυρκόος, quorum tamen nullum contrahitur neque desunt qui haec ad κοεῖν referant. Qui pro θυοςκινεῖς apud Aeschylum scripserunt θυοςκεῖς, dubito num hujus sive syncopae sive synaeresis exemplum proferre potuerint, sed et verbum θυοςκέω, quod in Thes. his praefigitur, non minus ignotum est quam φυλλοχέω et λιθοξέω nec defenditur appositione parathetorum δακρυχέειν et δακρυχέεσκε. Δορυξεῖον et ὑδροχεῖον sicubi leguntur, librariis imputanda sunt sicut verba πνοῤῥεῖν et σιαλοχεῖν, quod correxi ad Phryn. 572. Dorotheus περὶ Καταρχ. v. 77. γάνυται Κρόνος εἰν Ὑδροχῆι fortasse integro

---

VII. 370. qui in hac parte versus dactylum praefert sequente certe dispondeo εἰῤῥόου Ἑλλησπόντου VI. 289. VIII. 488. etc.

usus est omissa praepositione. *Βοηθός*, quod in prosa praevaluit cum paragogis *βοηθεῖν* et *βοήθεια*, etsi non prorsus idem valet quod vox poetica *βοηθόος*, tamen quin cum eodem verbo *θέω* compositum sit ut *βοηδρόμος* cum *δρέμω* nemo dubitavit v. EM. 730, 35. Simplex *θοός* nunquam contrahi docet idem 452, 53. sed proprii *Πάνθοος* secundum et tertium casum Homerus quinquies in duas syllabas coegit etsi nullo loco opus erat neque fit similibus *Ἀλκάθοος*, *Ναυσίθοος*, *Πειρίθοος*, quorum qui vulgo feruntur genitivi *Ἀλκάθου*, *Πειρίθου*, vel a contractis *Ἀλκάθους*, *Πειρίθους* derivati sunt vel a concisis *Ἄλκαθος*, *Πείριθος* et quod in Proll. 365. e Polybio attuli *Ἄλκιθος*[33]). Haec quum Reiskius ad Pol. l. c. judicaret *penacute scribenda esse contracte ex Ἀλκίθους*, *Πειρίθους*, obscura ductus est memoria canonis in Parall. 251. expositi *Πόλυβος συγκοπή*, *οὐχ ὑφαίρεσις· εἰ γὰρ κατ᾽ ἔλλειψιν ἐγένετο*, *ὤφειλεν εἶναι Πολύβος ὡς ὠκύπος*. Verum hanc quoque legem non religiosissime custodiri supra dictum est c. III. §. 1. *Ἀρχῖνος*, *Καλλῖνος* et his similia in Proll. 202. simplicia esse probavi ex mensura penultimae; nam corruptio ultimae, sive ea hyphaeresi efficitur sive syncope, nunquam eam vim habet ut producatur proxima syllaba. Nomen proprium *Δόρυσσος* simplexne sit an *δορυσσόον* significet, non constat; hoc et cetera poetica *κυνοσσόος*, *πολισσόος*, *λαοσσόος* vocali non destituuntur. Fatiloqui fabulosi nomen triplici modo scribitur *Εὔκλοος*, *Εὔκλους* et *Εὔκλος* idque cum *Μάντικλος*, *Θέοκλος*, *Θράσυκλος* componi solet, quae eandem cum *Εὐκλῆς*, *Θεοκλῆς* etc. originem habere videntur, nisi forte alterum horum ex appellativo *θεοκόλος* ortum est. Servorum Siculorum dux nobilissimus in Diod. XXX. p. 121 Bip. *Εὖνος* vocatur sed ab aliis omnibus *Εὔνους*. Tribreve *Πολυνός* (hoc accentu) Quint. VIII. 86. fortasse ex *Πόλυβος* corruptum est. *Μελίχροος* et *μελιχρός* num Goettlingius de Acc. 194. recte huc retulerit, dubito; etsi enim interdum iisdem attribuuntur, tamen alterum simplex videtur ut *πενιχρός*, quod

33) Pro *Ἄρηθος* Paus. VIII. 4, 7. correctum est *Ἀρηΐθοος*.

EM. 660, 15. ei apponit v. Proll. 345. alterum conjunctum ut ἄχροος, μελανόχροος. Tyranni Mitylenaei nomen Μέλαγχρος num *nigricolor* significet dubium est. Pro Ἀμείψιχρον μεταβάλλοντα Hes. cuivis succurrit ἀμειψίχρων vel ἀμειψίχροον id est versipellem. Licentiae est quod Strato hominem mellei coloris μελιχρώδη dixit, id namque terminationi non purae convenit ut χείμαῤῥος χειμαῤῥώδης· a pura debuit esse μελιχροώδης ut κατάῤῥοος καταῤῥοώδης, αἱμόχροος αἱμοχροώδης, αἱμόῤῥοος αἱμοῤῥοώδης, pro quo in Hippocratis libris subrepsit αἱμοῤῥώδης. Postremo qui homericum χεῖρας ἀάπτους interpretati sunt ἀπτοήτους, nominativo ἀάπτοος attexuisse videntur accusativum aeque ficticium ἀαπτόους. His pure terminatis subnecti possunt illa quae in Parall. 137. et 139 sq. disceptata sunt, πάνδοξ, πῶλυψ.

§. 7. De declinatione, motione et conjugatione quae dicenda sunt, complectar una. Commenticia est syncope pronominum personalium: οἱ μὲν νέοι ἐκ τοῦ σοῦ κατὰ διάλυσιν σέο (καὶ κατὰ πλεονασμὸν τῆς θεν συλλαβῆς) σέοθεν, εἶτα κατὰ συγκοπὴν σέθεν· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐκ τοῦ ἐμέ, σέ, ἕ κατ' ἐπέκτασιν τῆς θεν Epim. I. 142. add. Gud. 161. Moschop. Sched. 12. Hic igitur remota syncope anadromen amplexus est similem illi qua ἐμαυτοῦ σαυτοῦ ex accusativis ἔμ' αὐτόν etc. orta putantur. Diversam utrisque sententiam tulit Apollonius Adv. 597, 24. non ο micron primitivi σέο, ἐμέο, sed υ psilon contracti σεῦ exemtum esse statuens ut in adverbiis Λεσβόθεν etc. — Nominis κύων casus obliqui, quos Choeroboscus Can. 283, 3. et Theognostus Can. 283, 3. Epim. I. 241. EM. 514, 47. propter duorum canonum conflictationem coartatos censent, statim ab initio repudiarunt vocalem, quam nominativo ad effugiendam absonam brevitatem implicari necesse fuit. Pro κεκμῆτι in Aeschyli versu Fr. 112. nunc repositum est adjectivum contrariae potestatis ἔλα δίωκ' ἀκμῆτι μαλκίων ποδί, quod ne verbo subjuncto repugnet unius literae detractione effici potest δίωκε μή τι μαλκ. ποδί. Ita facessit syncope. Nec valet amplius quod Eustathius 1607, 9. de genitivo bisyllabo ἥρως scribit δο-

καὶ τισι συγκοπῆναι ἐκ τοῦ ἥρωος, nam hoc ipsum nunc vulgatum est Odyss. VI. 302. De adjectivis per gradus motis praeter alios scripsit Philoxenus, unde quaedam excerpta sunt in EM. 227, 25. τὰ εἰς ρος συγκριτικὰ ἢ διὰ τοῦ ο λέγεται ἢ διὰ τοῦ ω, ὅθεν τὸ γεραίτερος, μεσαίτερος, φιλαίτερος κατὰ συγκοπὴν γέγονεν ἀπὸ τοῦ μεσαιότερος καὶ φιλαιότερος καὶ τῶν ὁμοίων. Ὅθεν ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες μεσαίτατος, φιλαίτατος, ἀσμεναίτατος[34]). Οὕτω Φιλόξενος εἰς τὰ συγκριτικά. Haec parum explanata est oratio. In prima parte terminatio αιτερος uni adjectivorum generi permittitur, quod positivum habet in αιος exeuntem. Id egregie convenit primo allatorum γεραίτερος, minus secundo μεσαίτερος, nam μεσαῖος non extat sed modo substantivum τὸ μέσαιον, prorsus vero discordat cum tertio. Quare suspicari libet post γεραίτερος excidisse alia justae formationis exempla παλαίτερος, σχολαίτερος, his autem subjuncta esse verba ὅθεν ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες φιλαίτατος καὶ ἀσμεναίτατος, hoc est contra analogiam peccant; nam usu satis comprobata sunt et haec et alia quae illi varie excusant: ἰδιαίτατον ἀπὸ τοῦ ἰδία, ἰδιώτατον δὲ ἀπὸ τοῦ ἴδιος Thom. τὸ μυχοίτατος τροπῇ τοῦ ο εἰς α μυχαίτατος γέγονε — τὸ μεσαίτατον καθ' ὁμοιότητα τοῦ γεραίτερος, περαίτερος Eustath. 1905, 35. quorum ultimum alii fortasse a feminino πέρα sive περαία duxerunt ut Buttmannus quoque Gramm. T. II. 347. et consimiliter Epim. I. 428. τὰ συγκριτικὰ ἐξ ὀνομάτων γίνεται, ὀξύτερος· ἀπὸ ῥημάτων, φέρτερος· ἀπὸ προθέσεων, πρότερος· ἀπὸ ἐπιῤῥημάτων παλαίτερος· et Fragm. Lex. ab Hermanno editi n. 77. p. 330. ἀπὸ τοῦ πρωί γίνεται πρωίτερον καὶ ἀπὸ τῆς πρωίας πρωιαίτερον· ἀπὸ τοῦ ὀψέ ὀψίτερον, ἀπὸ τῆς ὀψίας ὀψιαίτερον. Sed ὀψίτερον propius est aeolico, ut ab Apollonio vocatur, ὄψι, cui convenit ὕψι, unde comparativus ὑψίτερος, sed is incertior quia in Theocr. VIII. 46. complures codd. ὑψότερος exhibent ab altera adverbii forma ὑψοῦ ductum ut ab ἀγχοῦ ἀγχότερος solum, non ἀγχίτερος, pariterque fixa sunt ῥηίτερος et λωίτερος.

34) Sic Sturzius pro ἀρσενικώτατος.

quorum alteri positivus ῥᾳ praefulcitur, alterum primitivo caret. Adjectivorum in ειος exeuntium unum in motione vocali destituitur θέρειος θερειότατος καὶ κατὰ συγκοπὴν θερείτατος ὡς Ἄρατος καὶ Νίκανδρος EM. 447, 1. hoc autem Schol. Vict. Il. XXIV. 149. cum γεραίτατος comparat.

Si in conformatione verborum ο cliticum omittitur praecedente ω aut diphthongo cum ο contexta, quaestio pendet inter duas affectiones, syncopen et crasin. Εἰ διαιρούμενόν ἐστιν ἔζωον, καὶ συναιρούμενον ἕξει τὸ ω οἷον ἔζωον ἔζων ὡς ἐπὶ τοῦ ἔπλωον ἔπλων Herodian. Fragm. Hermann. XLII. 316. Cram. III. 259, 15. Sed de illo verius judicat Choeroboscus Can. 530, 11. ἐστὶν ἔζαον καὶ κατὰ κρᾶσιν ἔζων. Alterum, quo poetae utuntur soli, plerique cum ἔγνων similibusque componunt v. ad Buttm. p. 12. Τὸ ἐξαιρεῖν τὰ βραχέα τῶν Ἀττικῶν ἐστιν οἴομαι οἶμαι Plutarch. de Poes. Hom. c. XII. Ἐλούομεν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἔλουμεν Schol. Arist. Plut. 657. a quo οἶμαι hactenus differt, quod haec sive crasis sive syncope primam personam non excedit. Post alias vocales et diphthongos ο micron supprimi posse fixum fuit Grammaticis qui, ut Heraclides, ἦν *eram* ex ἦον concisum esse putarunt Eust. 1892, 32. mediumque ἥμην ex ἡόμην EM. 430, 11. Epim. II. 374. et pariter praecipitatum ἀπὸ τοῦ κείομαι συγκοπῇ κεῖμαι EM. 523, 18. Theogn. Can. 146. v. Techn. 191 sq. Participium σεύμενος qui finxerunt (v. ad Buttm. 6.) exemplum ab indicativo σεῦται sumsisse videntur; insolentius est σαλευμένη quod Bergkius in Archil. Fr. XCIII. posuit pro σαλευομένη· nam derivatis verbis non idem licentiae datur quam primitivis. Si vocalem fugitivam antecedit consona, res omnis ad syncopen redit. Verum duorum verborum, quae in EM. 253, 23. proferuntur τὰ εἰς μεν πληθυντικὰ καθαρὰ θέλει εἶναι· ἐὰν δέ που σύμφωνον γένηται, κατὰ πάθος λέγεται εἶναι ὡς δεδοίκαμεν κατὰ συγκοπὴν δέδοιγμεν, οὕτω φέρομεν φέρμεν, ἐπεπίθομεν ἐπέπιθμεν, prius non invenitur sed modo persona secunda φέρτε, alterum, quod etiam Schol. Vict. ad Il. XIV. 55. aoristo attribuit, significatio arguit plusquamperfectum esse sicut ille quoque interpretatur ἐπεπιστεύκειμεν cf. Lehrs.

ad Herod. p. 80. Ὄρμενον ἐκ τοῦ ὡρμένον κατὰ συστολὴν καὶ ἀναδρομὴν τοῦ τόνου, ἢ ἐκ τοῦ ὀρόμενον συνεκόπη Schol. Il. XXI. 14. Cum δέγμενος, λέγμενος, ὄρμενος Grammaticus in Dissert. I. c. 9. p. 187. citatus confert ἄρχμενος tanquam eodem genere syncopae attenuatum, quod Critici duobus Callimachi locis restituerunt v. Kramer. ad Strab. T. I. p. 70. Illis tamen antecedunt modi recti ejusdem formae δέκτο, λέκτο etc. ἄρχμενος fortasse poeta metro inserviens vocali debita circumscripsit, qua caret ἔχμενος l. c. allatum et indicativus Ἐλέχμην ἐξηλεγχόμην Hes.

CAP. V.

De ypsilo.

§. 1. Ypsilon in prima vocabulorum parte omitti saepius dicitur quam probatur. Πρυτανεῖον ἐκαλεῖτο οἷον πυροταμεῖον· πυρὸς γὰρ ὁ σῖτος EM. 693, 50. cui Salmasius ad Spartian. V. Hadr. c. 20. assensum praebuit inductus Eusebii loco in quo Brucheum Alexandrinum πυρουχεῖον vocatur. Hic si ita scripsisset agnoscerem acumen hominis voci peregrinae speciem graecam reddere conantis. Sed cod. regius praebet verius προυχεῖον ut in Vita Apollonii vocatur; nam regionem urbis splendidissimam a granariis nomen accepisse non constat et granaria aliaque horrea non πυρουχεῖα vel σιτουχεῖα vel οἰνουχεῖα dicuntur omninoque nullum vocabulum periecticum novimus cum verbo ἔχειν compositum, a quo multa quidem in ουχος derivantur sed ne unum quidem in ουχειον. Atque hoc argumento revincitur Goettlingii opinio de Acc. p. 11. Bruchion ἀπὸ τοῦ προέχειν denominatum esse. Non minus dubia est nominis προχώνια interpretatio in Anecd. Bekk. 294. et alibi tradita: προχώνια γένη θυμιαμάτων, οἱ δὲ τὰς ἀφρύκτους κριθὰς ἢ οἷον πυροχώνια πυροὶ μέλιτι κεχρισμένοι καὶ ἐν ἡλίῳ ὠπτημένοι. Λάγνης ex λαγύνης contractum esse dicitur Choerob. Can. I. 146. πιμπρῷ ex πυρῶ Eust. 706, 15. ea vero est somniantium divinatio. Μώψ ὁ μὴ ὀξυδορκῶν Hes. alii per vitium pro μύωψ

scriptum putant, alii cum simili glossa *Νώψ ἀσθενὴς τῇ ὄψει* conferunt, quod confirmatur quodammodo affinitate verborum *μύω*, *νεύω* nuo *νυστάζω*. Certa igitur in hac parte vocabulorum syncopae exempla desunt. Sed apparent in syllabis secundariis: *κῆυξ ὁ λάρος καὶ συγκοπῇ κήξ* Schol. Od. XV. 479. quanquam monosyllabum antiquiorem auctorem habet Homerum et fieri potest ut utrumque nomen pariter nativum sit quippe expressum ex sono vocis quam avis mittit; hujusmodi autem soni ab aliis aliter et audiri et exprimi solent v. Parall. 102.[1]) *Ἄγκλον σκολιόν* Hes. Guietus non diversum putat ab *ἀγκύλος*, nec sejunctum a substantivo *ζάγκλη* hoc est *δρέπανον*, idque Strabo confirmat Zanclen *παρὰ τὸ σκολιὸν* denominatam dicens hoc est a situ sinuoso sicut Luna Etruriae v. Parall. 141. Idem glossographus praebet *Θόρβος* (post *Θόρνιο*) *ταραχή* et *Μολβίς σταθμίον τι* pro *μολυβίς*, vulgoque lana sucida *οἴσπη* dicitur et *οἰσύπη*, quod si cum sucus *ὀπός* conjunctum est quasi *οἰὸς ὀπός* eo intellectu quo sucidus et sucosus dicitur, bisyllabo excidit ypsilon ex o natum[2]). In Galeni Gloss. pro *περσύας ὁ περυσινὸς οἶνος οἱονεὶ περυσίας* scribendum videtur *περσίας*, nam haec est legitima appellativorum terminatio, non *υας* et convenit adjectivum *Πέρσινος ὁ ἐξ ἐφήβων* Hes. quod nonnulli pro *περυσινός* scriptum, Hermannus autem tam integrum putat ut idem Theocrito restituat Opusc. T. V. 117.[3]) *Κορφή* apud scriptores mediae aetatis legitur pro *κορυφή*, unde nomen *κύρβις* repetunt: *κύρβεις οἱονεὶ κορύφεις κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπὴν τοῦ φ εἰς β* Schol. Apoll. IV. 280.

1) Monosyllabum *καῦξ* non extat sed accusativum affert Choeroboscus Can. 421. *περισπᾶται πᾶσα αἰτιατικὴ εἰς α λήγουσα διφθόγγῳ παραληγομένη γλαῦκα, καῦκα, προῖκα* etc. Aeque ignotum est *δαῦξ* in Cram. Anecd. Oxon. 243, 10. unumque novimus *Ταῦξ* fluvii nomen v. Parall. 100.

2) *Οἰςπώτη* EM. pro *οἰςπάτη* dici putat a nomine *πάτος*. Longius circumspicientibus occurrit *σπάθος* (*σκάτος*) *σπατίλη*, quo evitatur sigma supervacaneum.

3) Aristophanem Rann. 986. non *περυσινὸν* scripsisse sed *περσυνὸν* Fritzschii conjectura est parum probabilis.

Haec si cognata sunt nomina, ypsilon quod in trisyllabo medium obtinet locum, in bisyllabo primum occupavit ut in Hesychianis *Τύρβη θόρυβος*, *Σύρβα θόρυβος*, et in proprio *Κορύβας Κύρβας*[4]) nec obscure *Κύρβα* nomen urbis Creticae, quae postea *Πύτνα* dicta est id est *Petra* v. Aglaoph. 1155. significat *κορυφήν* ut *Κορυφώ* promontorium Corcyrae. Nomina in *υς* exeuntia ante terminationes, quae a vocali oriuntur, ypsilon retinent *βοτρυίτης*, *ἰχθύινος*, *σταχύινος*, *νεκυισμός*, *μυίσκος*, *πυίσκω*, quare *πηχίσκος*, *πηχίζω*, *πηχισμός*, *ἡμιπηχεῖον*, quae apud nullum scriptorum elegantium leguntur, affectis accedunt. Pro *ὀφρηειν* Choerob. Can. 717, 24. *ὀρφνήειν* scribendum videtur. Ypsilon longum extrusum esse minime probatur exemplis quae Grammatici suggerunt: *παρὰ τὸ ἐρύκω ἔρυκος καὶ κατὰ συγκοπὴν ἕρκος* EM. 375, 13. Epim. I. 129. quod nomen primitivo *εἴργω* multo vicinius est quam verbum illud v. Parall. 123. *Λαφρία ἐπίθετον Ἀθηνᾶς ὅμοιον τῷ ἀγελεία· Λαφυρία γὰρ ἡ ἄγουσα τὰ ἐκ πολέμου λάφυρα, καὶ συγκοπῇ Λαφρία* Sch. Lyc. 356. Hoc autem evertitur eo quod Diana quoque sic appellatur et Mercurius *Λάφριος*, qui dii feras et lucra captant sed *λαφυραγωγοί* dici non possunt. In casibus obliquis nulla fit syncopae significatio.

Verborum duo a Grammaticis huc trahuntur *ἄνω* et *ἀμβλώττω*. Illius mentio fit in breviario passionum, quod Bastius edidit ad Greg. p. 677. §. 8. *συγκοπὴ γίνεται ἐν τῷ ἀνόμενος ἀντὶ τοῦ ἀνυόμενος*, sed hoc potius ab illo productum est ut *εἰλύω* ab *εἴλω*. De altero in contrarias partes disputant EM. 80, 5. Epim. I. 81. Anecd. Par. T. IV. 8. *ἀμβλῶσαι τὸ ἀτελὲς βρέφος ἀποβαλεῖν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀμπέλων· ὁπότε γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποκαυθεῖεν, λέγουσιν αὐτὰς ἀμβλυώττειν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἀμβλώττειν· ἢ ἐκ τοῦ ἀμαλῦσαι, ὅ ἐστιν ἀφανίσαι, κατ' ἐκβολὴν τοῦ α ἀμλῆσαι· καὶ διὰ τὴν ἀσυνταξίαν ἐπλεόνασε τὸ β καὶ ἐτράπη τὸ η*. Harum sententiarum priorem amplectitur Eustathius 1406, 3. *ἐκ τοῦ ἀναβάλλειν γέγονε τὸ*

---

4) Hesychius *Κροβάντιον πιλίον* (v. Proll. 90.) *Κορυβάντιον περίθεμα κεφαλῆς, Τιάρα κυρβασία*.

ἀμβλῆδην καὶ *ἀμβλίσκειν* καὶ *ἄμβλωμα* τὸ οἷον ἀναβληθὲν ἐκ τῆς μήτρας, eundemque intellectum habent *προβάλλειν* Techn. 249. *ἀποβάλλειν* Du Cang. et Coraes ad Aelian. 338. atque latinum verbum *ejicere* v. Muncker. ad Lactant. Narr. Fab. X. 860. ed. Stav. Pro altera afferri possunt Galeni et Erotiani glossae *Ἀμαλδύνεται ἀφανίζεται καὶ ἀμαυροῦται ὡς ἐν δευτέρῳ Γυναικείων ὄμματα ἀμαλδύνεται.* Quae si quis cum aliis locis contulerit, ubi et hominum oculi et vitium gemmae et foetus quoque animantium *ἀμβλοῦσθαι* et *ἀμβλύνεσθαι* dicuntur, his vestigiis deducetur ad adjectivum *ἀμαλός* *debilis*, unde verbum *Ἀμαλοῖ ἀφανίζει* Hes. et synonyma *ἀμαλδύνω*, *ἀμαλάπτω* ut *κοῖλος κολάπτω* caelo Techn. 44. Ex *ἀμαλόω* autem contractis syllabis ortum videtur *ἀμβλόω* accedente beta ut *μολεῖν μέμβλωκε ἀγχίβλως*. Et ab eadem stirpe verba paragoga *ἀμβλίσκω*, *ἀμβλώσκω*, *ἀμβλώττω*, ipsumque adjectivum *ἀμβλύς* et derivatum hinc *ἀμβλυώσσω*, in quibus omnibus notio hebendi praecedit, abortiendi sequitur. De verborum temporibus obliquis unum hoc affertur: *ἤλυθον κατὰ συγκοπὴν ἦλθον* Theogn. Can. 137, 13. Choerob. Can. 625, 24. sed fuit fortasse thema *ἔλθω* et diphthongo auctum *Ἐλεύθω ἔρχομαι* Hes.

§. 2. Synthetorum, quae ad hunc locum pertinent, pars major constat ex adjectivis in *υς* desinentibus: *τὰ εἰς υς ὀξυνόμενα κατ' ἀποβολὴν τοῦ σ συντίθεται καὶ φυλάσσει τὸ υ βραδυήκοος κ. τ. λ. Σεσημείωται τὸ Πολύμνια τό τε κύριον καὶ τὸ προσηγορικὸν, ὅπερ ἐξέθλιψε τὸ υ „Πολύμνια παντερπὴς κόρα“ „Πολύμνια Οὐρανίη τε“ Ἡσίοδος* Epim. I. 164. et 171. Appellativum, quod ille dicit, nihil aliud videtur quam femininum adjectivi *πολυύμνιος* epitheti loco positum ideoque accentu et spiritu distinctum a nomine proprio [5]). Musam Latini Polyhymniam vocant, Graeci nunquam; de andronymicis *Πόλυμνος* et *Πόλυμνις* parum constat utrum cum *ὕμνος* composita sint an simplicia ut

5) Herodian. ad Il. V. 76. *Εὐαιμονίδης ψιλοῦται ἵνα κύριον γένηται — διὰ τοῦτο καὶ τὸ πολύμνια πῇ μὲν ψιλοῦμεν, πῇ δὲ δασύνομεν.*

ἐρυμνός et alia in μνος producta Proll. 169.[6]) Adjectivum in una specie defixum est πολύυμνος, eandemque vocalem sine offensa iterant πολύυδρος, βραχύυπνος, πολύυπνος, quare in suspicionem venit πολυπνία semel lectum apud Philonem, nec minus dubium πόλυγρος (omiss. in Thes.) Diosc. Mat. V. 116, 782. quanquam ne πολύυγρος quidem inventum est. Sed nullam suspicionem admittit appellativum χέλυδρος. Ante alias vocales ypsilon saepius amittunt adjectiva in υς exeuntia; cujus generis exempla prima prodiderunt Aeschylus et Euripides ἀμβλωπός et εὐρωπός. His simile piscis nomen τράγουρος affert Athenaeus, βαθέσπερος, θηλάρσην et θρασαύχην Christiani scriptores praebent, quorum duo congruunt cum propriis Βάθιππος, Θράσιππος, hisque simile est Εὔθιππος. Unum hujus ellipsis exemplum a Grammaticis profertur: Δάσκιον τὸ δασύσκιον κατὰ συγκοπήν Schol. Apoll. II. 1283. cui si accredimus, cum vocali simul ablatum est sigma ut in δύστονος ac similibus; negat vero alter interpretum, cujus adnotatio forte servata est in EM. δάσκιος οὐκ ἀπὸ τοῦ δασύσκιος κατὰ συγκοπὴν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δα ἐπιτατικοῦ. Machinae Archimedeae nomen saepius βαρυολκός, non ita saepe βαρουλκός scribitur, quod si probatur ad substantivum βάρος referendum est. Sic etiam ὀξέλαιον non ut ὀξύγαρον et ὀξύβαφον sed cum ὄξος compositum videtur et γλυκέλαιον non aliter quam γλυκόφυλλον, utrumque ignotum antiquis qui γλυκύμηλον et γλυκύθυμος dicunt. Pro καρέλαιον apud Galenum Hasius in Thes. καρυέλαιον scribendum esse suspicatur, quumque plurima sint vocabula, quae ypsilon in paralexi habeant, vix credi licet huic uni detractum esse. Aeque incredibilis est derelictio vocalis vocem alteri subjunctam inchoantis, qualem comminiscitur Etym. Gud. 89, 31. ἄιερπνος ὁ ἄγρυπνος παρὰ Ῥηγινοῖς ὡς παρ'

6) Si Θέογνις non ex Θεύγνιος contractum est ut Διονῦσις v. Proll. 501. sed metaschematismus usitati Θεόγνητος, Πόλυμνις quoque pro Πολύμνηστος accipi potest et fortasse Κλέομνις, quod pro Κλέομμις et Κλέοννις scribendum videtur, pro Κλεόμνηστος, quanquam hoc etiam cum Κλεομένης convenit et Θέογνις cum Θεογένης. Adeo libera est nominum propriorum fictio.

Ἰβύκῳ καὶ Στησιχόρῳ. Οὐκ ἔστι δὲ ἡ φωνὴ κατὰ στέρησιν τοῦ τερπνοῦ ὡς ὁ ἄκακος. Δεῖ οὖν ἀποδεῖξαι τὸ ὀφειλόμενον υ. Ἔστι γὰρ κατ' ἐντέλειαν ἀτέρυπνος ὁ χωρὶς ὢν ὕπνου, quibus fidem suam addixit Schneidewinus ad Ibyc. IX. 123. Sed et ellipsis haec insolens et particularum separativarum *ἄτερ, ἄνευ, χωρίς* cum aliis vocabulis compositio inaudita est. Quamobrem insomnes a poetis illis *ἀτέρπους* sive *ἀτέρπνους* dictos arbitror non universe sed quatenus *ὕπνῳ οὐ τέρπονται* et praecipue eos qui ab amica destituti, ut Plautus ait Amph. I. 1, 134. *soli inviti cubant.* *Δώδεκα* in EM. 234, 27. Epim. 196, 29. ex *δυόδεκα* factum dicitur per crasin; sed in usu est *δυώδεκα*, quod quum pro paratheto fieret syntheton, ypsilon perdidit.

CAP. VI.

De vocalibus longis et diphthongis.

§. 1. Vocalium longarum primam in syllaba principali omitti in EM. 518, 20. affirmatur exemplo invalido: *ἀπὸ τοῦ κληίς γίνεται δικληίς καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η καὶ συστολῇ τοῦ ι δικλίς· ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ ἐγκλίς*, quod a Dracone 56, 18. praeteritum in Gud. 327, 21. rectius *κιγκλίς* scriptum est ex illorum quidem opinione qui hoc in nomine verbum *κλείω* inclusum esse statuerunt ut EM. 513, 7. Alii probabilius a cillendo et oscillando ductum putant quia *αἱ καγκελοθυρίδες* perpetuo in motu sunt Proll. 141. *κιγκληίς* nemo novit; *δικλίς* e *δικλείς* natum est correpta diphthongo ultima ut *ἀντηρίς* Parall. 231. Tertium est verbum *τὸ ἷμι ἀπὸ τοῦ ἵημι κατὰ συγκοπὴν τοῦ η* Choerob. Orth. 211. quod refellere piget v. Techn. 191. *Ὀξύκοος* et *ὀξυκοῖα* jam relegata sunt.

Plus curae impendendum est syllabis stirpi subnexis: *ἐκ τοῦ Παιών γίνεται Παιάων ὡς Μαχάων καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ α εἰς η Παιήων καὶ αὖθις κατὰ συγκοπὴν Παιών* Schol. Arist. Plut. 636. Eustathius vero p. 138, 8. non eta omissum putat sed alpha ex eta ortum: *ἐκ τοῦ Παιήων κατὰ συστολὴν Παιάων εἶτα Παιάν ὡς Ἀλκμάων Ἀλκμάν.*

Hoc *Παιάων* incognitum est; *Παιών* et *Παιηών* non solum syllabarum numero differunt sed etiam declinatione ut *Ἴων* *Ἰήων* sive *Ἰάων* [1]), nec semper idem significant; quare ad metaschematismum transferimus, qui in nominibus propriis late dominatur. Pro exemplo est patronymicum, de quo EM. 210, 10. *Ὀϊλιάδης οὐκ ἔστιν (ἀπὸ τοῦ) Ὀϊλεύς, ἐπεὶ Ὀϊλείδης εἶχεν εἶναι.* Itaque Choeroboscus ap. Eust. 13, 38. ab *Ὄϊλιος* derivatum dicit; alii vero quia hoc ipsum non reperitur, ab *Ὀϊλεύς* *Ὀϊληιάδης* ut *Πηληιάδης*, hinc *Ὀϊλιάδης* factum putant *συγκοπέντος τοῦ η* Eust. 927, 64. quomodo etiam Meinekius Anall. 224. patronymicum *Οἰκιάδης* ab ignoto nomine *Οἰκεύς* repetit. Multis seculis post innotescit nomen a Stephano proditum: *ἀπὸ τοῦ Γέα ἐστὶ Γεάτης· τοῦ δὲ κυρίου Γέσιος ἔοικε Γεήσιος προϋπάρχειν ὡς τὸ Ἰθακήσιος, καὶ κατὰ συγκοπὴν Γέσιος*, sed hoc a gentilicio illo ortum esse minime certum est. A neutris in *ος* exeuntibus adjectiva in *ηεις* duci non insolitum est, *τευχήεις, τελήεις, ὑψήεις, κυδήεις*. Sed non legitur *ὀρήεις*, quo utitur Philoxenus EM. 807, 11. *τὸ ὀρέστερος οὐκ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὀρήεις ὀρηέστερος καὶ κατὰ συγκοπήν· ἀπὸ γὰρ τῶν εἰς ος οὐδετέρων οὐδέποτε γίνεται συγκριτικόν.* At enim si alia vocabula ab *ὄρος* derivata nobis ante oculos constituimus *ὀρείτης, ὀρείτωρ, Ὀρέστης, ὀρεστιάς*, contrarium illi decernamus oportet *ὀρέστερος* idem significare quod *ὄρειος*, solamque speciem comparativi habere ut *ὁπλότερον τύπῳ μέν ἐστι συγκριτικὸν τῇ δὲ φωνῇ ἀνθ' ἁπλοῦ παραλαμβάνεται* Schol. Il. III. 108. et multa hujusmodi, quae illi saepe breviter comparativa vocant, Arcadius p. 71. *συγκριτικῶς παραληγόμενα.* Praeterea ab *ὀρήεις ὀρηέστερος* ducendum erat ut *τολμήστατος*. Aliam syncopae fingendae causam praebuerunt vocabula dupliciter terminata, quorum breviorem formam longiori substitutam putant: *βασιληΐς καὶ ἐνδείᾳ τοῦ η βασιλίς* v. Proll. p. 48.

---

1) In catalogo equorum Oppian. Cyn. I. 172. *Ἴονες, Ἀρμένιοι, Λίβυες, Θρήικες, Ἐρεμβοί*, nomen primum aut pro *Ἴωνες* positum est aut pro *Ἰάονες*. Sed et systole offendit et exaeresis; cui vitio medetur correctio facilis *Ἄονες*. Boeotia enim nobilitatur equis.

et 476.[2]) quorum illud adjective dicitur pro βασιλική, hoc substantive plerumque pro βασίλεια, sicut θεραπίς distingui potest a θεραπηίς. Interdum ab eadem stirpe ducuntur adjectiva in ρος et ηρος significationis discrimine nullo vel pertenui ut λυπρός ἀντὶ τοῦ λυπηρός Sch. Eur. Med. 295. quod ad exemplum multa temere finguntur γεραηρός καὶ ἐν συγκοπῇ γεραρός EM. v. Proll. 279. λιβηρός λιβρός EM. ἐλαφηρός καὶ ἀφαιρέσει ἐλαφρός ὡς ἐχθηρός ἐχθρός Gud. 179, 51. Sch. Od. I. 164. quae jure repudiantur in EM. 39, 53. αἶσχος αἰσχρός, κῦδος κυδρός, ψῦχος ψυχρός, λύπη λυπρός. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ αἰσχηρός συγκέκοπται. Falso rursus p. 170, 15. αὐλητρίς ἀπὸ τοῦ αὐλητηρίς v. Proll. 464. not. 50. sed tolerabilius φίλητρον καὶ συγκοπῇ φίλτρον p. 795, 17. εἰδῶ εἰδήμων καὶ κατὰ συγκοπὴν ἴδμων Gud. 271, 20. nam horum certe utraque forma in usu est, illa a stirpe ducta, haec a traduce v. ad Phr. 131. Eadem causa est nominum in μα exeuntium; nam κῦμα non ἀντὶ τοῦ κύημα κατὰ συγκοπήν Schol. Apoll. IV. 1492. sed a verbo barytono ut φῦμα, θῦμα et ut a σύρω σύρμα sic a κύρω κύρμα, φύρω φύρμα, a circumflexo autem κύρημα ut φύραμα [3]). Horum ordinem egreditur οἶδμα, quod Schol. Eur. Hec. 26. rectius a verbo οἴδομαι quamvis inusitato repetit v. Techn. p. 73. quam Orion. 119, 17. ἐκ τοῦ οἴδημα. Si Alcman, ut Grammatici perhibent, Περίηρς scripsit pro Περιήρης v. Proll. 282. id proprietate et nominis excusatur et dialecti. Quod in Gloss. Graecol. affertur μανίαξ pro μανιάκης nescio an metaplastis adnumerandum sit ut πάναξ, δρύπειψ [4]), νεόσφαξ, ἄτριψ etc. v. Parall. 290 sq.

---

2) Adde ἱερίς et ἱερηίς (omiss. in Thes.) ex Epigramm. in Add. Anth. Pal. p. XCV. cujus in versu hypermetro οἵ δ' εὖ γεινάμενοι μ' ἵδοσαν ἱερηίδα τῇδε θεαίνῃ scribendum est ἱερῇδα. *Erechthis* Ovidius usurpavit; Dionysius κόρη Ὑπερβορίς Antiqq. I. 43. nisi Ὑπερβορηίς scripsit. A nominibus in *eus Atrine* Cassiodor. Comm. de Part. Orat. I. 549. a Lexicographis praeteritum, *Nerine* pro Νηρηίνη Virgil. *Nerinus* adjectivum apud alios poetarum.

3) Sicut a ξύω ξυήλη derivatum est, v. Proll. 110. ita a θύω θυηλή, sed vitiosa habentur θυήλημα et θυηλήσασθαι.

4) Hujus unus tantum legitur casus accusativus δρύπεπα Anth. VI. 191. atque hunc removit G. Dindorfius in Thes. T. II. 1695. substituta

Transitu in casus eta obteri Grammatici uno confirmant exemplo *ἀρήν τὸ πρόβατον κλίνεται ἀρῆνος, ἐξ οὗ τὸ ἀρνός κατὰ συγκοπήν* EM. 140, 54. et *Ἄρνη ἀπὸ τῆς συγκεκομμένης γενικῆς ὠνόμασται, Ἀρήνη ἀπὸ τοῦ ἐντελοῦς τοῦ ἀρῆνος* 146, 2. idemque significat Herodianus Mon. 34. *οὐδεμία γενικὴ εἰς νος λήγουσα πρὸ τοῦ ν ἔχει τὸ ρ, ἀλλὰ μόνον τὸ ἀρνός· αἴτιον δὲ τὸ πάθος.* Nominis late disseminati duo videntur fuisse principia, unum ineffabile *ἄρ* v. Parall. p. 74. alterum *ῥήν*, quae literas inter se communicarunt; nam illi accessit *νῦ* in declinatu *ἀῤνός* etc. hoc in derivatione assumsit alpha *Ἀρήνη*, *ἀρηνοβοσκός* sive *ἀῤῥηνοβοσκός*. De temporum verbalium detrimentis multa promuntur sed parum deliberata: *ἔλειψε ἀπὸ τοῦ λέπω ἢ παρὰ τὸ λεπῶ ἐλέπησα καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η* EM. 328, 30. *εἰ τὸ ποίσω (πύσω) παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ἐν συνηθείᾳ λέγεται, συγκοπὴν πέπονθε τοῦ η· οὐ γὰρ βαρύτονον ἔχει τὸν ἐνεστῶτα* Theogn. Can. 148, 30. Verumtamen hujusmodi praesens *πύω* poscere videtur aoristus brachyparalectus *πύσαι* v. Techn. 94. *πῦσαι* vero ad *πύθω* pertinet, non ad *πνέω*, quod non invenitur nisi compositum *ἐκπνῶ*, *ἐμπνῶ*. Futurum *βώσομαι*, quod ex *βοήσομαι* contractum est ut *βωθεῖν*, Eustathius 1424, 32. inscienter syncopae attribuit. Huic simile perfectum *νένωμαι* alicubi in *νένοται* corruptum esse colligitur ex EM. 601, 20. *τὸ νένωται ἢ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η ἀπὸ τοῦ νενόηται ἢ ἀπὸ τοῦ νένωται κατὰ συστολήν*, nempe pro *νένοται* ut in cod. Voss. scriptum est. Hoc ad *νόω* pertinet ut *πέπομαι* ad *πόω* cf. Techn. 20. *Ἠώρητο καὶ κατὰ συγκοπὴν ἤωρτο* Pseudoherodian. Schematism. Homer. in adnot. ad EM. 116, 51. vix mentione dignum erat. Modorum obliquorum unus huc intrat optativus: *τρέφοιμι τρέφοις τρέφοι πλεονασμῷ τοῦ η ἀττικῶς τρεφοίη, τρεφοίης, τρεφοίην καὶ συγκοπῇ τοῦ η τρέφοιν* EM. 764, 53. Choeroboscus Can. 773. et Anecd. Ox. T. IV. 424. unde haec sumta sunt, Apollonium tradit verborum circumflexorum optativos hac

---

latina voce *δρύππαν*. Sed ipsum *druppa* ex illo natum videtur per anadromen ut *spelunca* e *σπήλυγγα*.

ratione explicuisse ut φιλοῖ attice in φιλοίη mutatum diceret, hinc autem et secundam personam extitisse φιλοίης et deinceps primam φιλοίην. Atque sic Choeroboscus etiam τρέφοιν enodat triplex πάθος commentus pleonasmum, anadromen, syncopen. Sed addit ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τὸ φιλοίη ἀλλοίως σχηματίζει ἀπὸ τοῦ φιλοῖμι τροπῇ τῆς μι εἰς ην, quomodo etiam τρεφοίην accepisse videtur, et addita syncope τρέφοιν. Praeter hoc unus affertur hujusmodi optativus sed is verbi authypotacti ἁμάρτοιν, cujus exemplo Hermannus in Eur. Hel. 271. λάβοιν pro λαβεῖν [5]) scripsit, alia his similia Dindorfius et Naukius de Aristoph. p. V. — In personis numeri dualis et pluralis eta saepe praecedenti diphthongo cedere iterant scholiographi: διακρινθεῖτε κατὰ πάθος γέγονεν ἐκ τοῦ διακρινθείητε· ὁμοίως τὸ ἐπιθεῖτε καὶ διακοσμηθεῖτε Sch. A. ad Il. III. 102. non explicato quodnam hoc πάθος sit; Schol. ad Plat. Euthyphr. 328. B. dubitat utrum atticum ἀπαλλαγεῖμεν ex syncope ortum sit an ex crasi. Illam plerique veterum praeferunt: Ἡρακλείδης λέγει ὅτι ἡ ἀρχαία Ἀτθὶς τὰ εὐκτικὰ συγκόπτει κατ᾽ ἐξάρσιν μιᾶς συλλαβῆς κοσμηθεῖμεν, κρινθεῖμεν, εἶμεν καὶ τὰ τούτων δεύτερα Eust. 1907, 46. εἴημεν εἴητε καὶ ἐκβολῇ τοῦ η εἶτε Epim. I. 367. τὸ ὑφαιρεῖν τὸ η τῶν εὐκτικῶν δοκοῖς, τιμῷς, ἔστιν ἀττικόν· ᾧ ἀκολούθως εἴρηται τὸ διακρινθεῖτε Plutarch. de Poes. Hom. c. XII. Horum trium duo prima vulgari modo contracta sunt, tertium synaeresi, ut dicitur, attica quam Musgravius ad Med. 719. (731.) et Hermannus ad Phoenn. 1209. etiam singulari concedunt ille μεθεῖς scribens, hic εἶν pro εἴην. Ἄνωχθι ex ἀνώγηθι concisum esse contendit EM. 115, 38. negant illi quos Eustathius inducit 790, 18. δοκεῖ τισι μεταπεπλάσθαι ἐκ τοῦ ἄνωγε καθ᾽ ἕτερον προςτακτικὸν τελικόν (συντελικόν) atque haec fortasse Apollonii sententia fuit imperativum perfecti in epsilon exire affirmantis, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τοὐναντίον εἰς θι· μηδὲ γὰρ εἶναι τὴν εἰς ε κατάληξιν Sch. A. ad Il. X. 67.

---

5) Sic etiam ἁμάρτοιν illud in omnibus codd. Suidae perispomenon est. Num igitur fuerunt qui οιην in οιν contractum putarent ut δοκοίημεν δοκοῖμεν?

Choerob. Can. 746. qua ratione metaplasmus evitatur. Subjunctivus *ὡς μὴ ῥήγνυται* in exitu scazontis Hipponactei Fr. X. (XXIII.) si quem debet accentum habet, syncopae subjacet sed Meinekius p. 106. suspicatur illum optativo usum esse, *ῥήγνυτο* scribens ut *δαίνυτο* olim apud Homerum. De participio errat Eustathius 229, 10. *πεπτώς ἐκ τοῦ πεπτηώς συγκοπῆναι φαίνεται.*

Indeclinabilium unum speciem concisi praebet, de quo Herodianus Mon. 46. *τὰ εἰς δον λήγοντα ἐπιῤῥήματα ὀξυνόμενα οὐ θέλει ἀπὸ τῶν εἰς υς ὀνομάτων παράγεσθαι καὶ πρὸ τέλους ἔχειν τὸ υ· μονῆρες ἄρα τὸ βοτρυδόν· ὁ μέντοι Εὐφορίων παρὰ τὸ εἰς υς παράγωγον ποιήσας οὐκ ἔδωκε πρὸ τέλους τὸ υ ἀλλὰ τὸ η νεκυηδόν*[6]). Pro *βοτρυδόν* Theophr. H. Pl. III. 16, 14. in cod. Urb. et in duobus Luciani Pisc. §. 43. p. 610. *βοτρυηδόν* legitur idque unum ad analogiam horum adverbiorum convenit; namque paronyma aut in *αδον* terminantur *ἰλαδόν, οἰαδόν, ὁμαδόν, μοναδόν, ὁμοθυμαδόν, πανθυμαδόν,* aut in *ηδον*, atque horum pleraque a nominibus, quorum stirps in consonam exit, *σφαιρηδόν, καλαμηδόν, κυνηδόν* etc. pauca a puris eaque constanter custodiunt vocalem primitivi *κριηδόν, ζωηδόν, καρυηδόν, σικυηδόν*, duo a nominibus in *ις* exeuntibus quae iota abjiciunt *ἀλυσηδόν* et *ὀρχηδόν*[7]).

---

6) Regulam dilatat Schol. ad Dion. Gramm. p. 941. *οὐδὲν εἰς δον ἀπὸ ὀνόματος γίνεται περιττοσυλλάβως κλινομένου, εἰς σ ληγούσης τῆς εὐθείας (διὰ τὸ κλιμακηδόν, φαλαγγηδόν, πινακηδόν). Ὅμως ἐστὶ καὶ τὸ νεκυδὸν (νεκυηδόν) ἀπὸ τῆς νέκυος καὶ τὸ κτηνηδόν ἀπὸ τῆς κτήνεος*, neque haec solum sed etiam *μεληδόν* et *στελεχηδόν*. Quod in Excc. Cram. T. IV. 330. et Schol. Dion. p. 942, 2. additur *τὸ κλέβδην καὶ ὕβδην ἀπὸ τοῦ κλέπτω, ὄπτω*, ab Apollonio sumtum p. 611. eo pertinet ne quis haec a nominibus repetat idemque statuunt sine dubio de similibus *ἄρδην, πλέγδην, λάγδην, δράγδην, ἁρπάγδην, ἀράγδην, ἐναλλάγδην, στάγδην, φράγδην, συναΐγδην, ἀμοίγδην, λύγδην, παμφύγδην, ποιφύγδην*, quae omnia una cum nominibus in *της* et *τος* a verbis verborumque stirpibus derivata sunt.

7) *Τὰ εἰς δον λήγοντα ἐπιῤῥήματα ἁπλᾶ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ η παραλήγεται κυνηδόν, κρουνηδόν καὶ ἄλλα· σεσημείωται τὸ βοτρυδόν. Προσκεῖται ἁπλᾶ διὰ τὸ σχεδόν καὶ διακριδόν. Ταῦτα γὰρ σύνθετά εἰσι* Epim. I. 236. ubi pro *σχεδόν* vel *παρασχεδόν* scribendum est vel *διασχιδόν* vel *δισχιδόν*. Hic ignoravit *ὠρυδόν*, quo Nicander utitur.

§. 2. Vocalium ultima, quia in iisdem vocabulis sedem instabilem habet, exemtilibus adnumerari solet: ἐκ τοῦ Παιάων τοῦ ω συγκοπέντος γίνεται Παιάν ὡς Ἀλκμάν, Ἀμυθάν Eust. 1275, 40. quam affectionem Stephanus quoque significare videtur Ἰάων καὶ Ἰήων· ἐκ δὲ τοῦ Ἰάων τὸ Ἰάν. Sed Παιάων ignotum est et pariter Ἰήων, unde Ἰηονίηθε Anth. Plan. 295. In loco lacunoso Stephani Λυκάων **** καὶ Λυκάν ὡς μεγιστάν Meinekius κατὰ συγκοπὴν excidisse putat; equidem propter appositum μεγιστάν suspicabar illum Λύκος tanquam primitivum attulisse sicut Apollonius cum substantivo illo comparat ξυνός ξυνάν, quo usitatius est ξυνήων, nec ignotum ξυνών[8]) ut κοινός κοινών κοινάν. Rebus omnibus consideratis has gentiliciorum et propriorum variationes neque ad syncopen neque ad aliam affectionem sed ad arbitria fingentium refero. Aegan, quod Salmasius Valerio Flacco tribuit probante Valkenario ad Phoenn. v. 196. nullo cod. firmatum est; vulgo mare *Aegaeum* dicitur, graece Αἴγων sono gravi in Anth. et saepius Αἰγαίων v. Interpp. ad Eur. Alc. 606. (595). His rectae positionis exemplis adjiciuntur duo genera derivatorum. Primum gentilicium: Ζεφύριον Ζεφυριώτης καὶ συγκοπῇ Ζεφυρίτης ὡς Θρονίτης Steph. quae nobis potius interrupto derivationis tenore ab ultimis principiis ζέφυρος et θρόνος repetita videntur. Tum vocalem longam, quam adverbia quaedam in θεν exeuntia ante syllabam ultimam habent, interdum exterminari Grammaticis decantatum est; ἐκ τοῦ πρόσω πρόσωθεν καὶ ἐν συγκοπῇ πρόσθεν Epim. II. 402, 25. qui non animadvertit haec non specie solum differre, sed etiam intellectu.[9]) Hoc nobi-

---

8) Nomen Trojani cujusdam est Λυκών apud Quintum nec mutavit Koechly, sed Dindorfius in Thes. homericum Λύκων reponi vult. Ab uno eodemque principio non solum propria Δίδυμος, Διδύμων et *Didymaon* (Virgil.) propagata sunt sed etiam adjectivum διδυμάων.

9) Confuse Schol. Il. XXIII, 533. τὸ πρόσσοθεν συγκέκοπται ἐκ τοῦ πρόσωθεν — et mox συνεστάλη τὸ ω εἰς ο, hoc est ex πρόσωθεν factum esse πρόσοθεν, ex hoc vero πρόσθεν. Πρόσσοθεν cum ἔξοθεν confert Schol. Dion. p. 945. quanquam in illo Homeri loco ἐλαύνων πρόσσοθεν ἵππους non πρόσωθεν significatur sed ἐπὶ τὸ πρόσθεν.

lior Apollonius Adv. 603. ὀπίσω ὀπίσωθεν ὡς ἄνω ἄνωθεν καὶ συγκοπῇ ὄπισθεν καὶ ἀπὸ τοῦ ἔνερον τὸ ἐντελὲς ἐνέρθεν (sic) καὶ κατὰ συγκοπὴν ἔνερθεν. Sed hic quoque a vero aberrat; nam ὀπίσωθεν ignotum est, ὄπισθεν autem ex ὄπιθεν ortum (ut πρόσθεν e πρόθεν) quod cum ἕπομαι et ὄπις stirpitus connexum est, unde ἀνόπιν, κατόπιν, μετόπιν pendent; nec vero legitur ἐνέρωθεν sed ἔνερθεν contrario ὕπερθεν accommodatum. Dupliciter vero dicitur ἑκατέρωθεν et ἑκάτερθεν illud more usitato ab adjectivo dispertitivo derivatum, alterum quod Epim. I. 290. et Moschopulus Sched. 149. syncopae attribuunt, Homerus versibus utcunque potuit adaptavit. Cum ἔνερθε haud obscure cohaeret ἐνέρτερος, quod Schol. BL. Il. XV. 225. ex ἐνερώτερος contractum putat sed et hoc auctore caret et huic simile ὀπισώτατος, unde Eustathius 716, 43. ὀπίστατος repetit. Postremo ὑπέρτατος non ex ὑπερώτατος ortum sed ab ὑπέρ profectum est ut a πρό πρότερος Apoll. Adv. 556, 27. De adjectivis qualitatis haec memorant: ἀπὸ τῆς τέρενος γενικῆς εὐθεῖα γίνεται ὁ τέρενος· ἐκ τούτου τὸ τερενώτερον. Ὁ δὲ Ἀντίμαχος ἀπὸ τοῦ ὁ τέρενος κατὰ συγκοπὴν τέρεντρον (sic) ἀπὸ τούτου τερενώτερος Epim. I. 413. quae satis perplexe scripta sunt sed sententia claret a secundo casu τοῦ τέρενος reflexum esse primum ὁ τέρενος, hinc autem proficisci comparativum τερενώτερος, quem ab Antimacho in τερέντερος transformatum esse per syncopen. Cum hoc convenit μελάντερος, cui Choeroboscus Can. II. 280. genitivum μέλαντος apponit pariterque ταλάντατος cum τάλαντος confert, quod idem h. l. ab Antimacho prolatum dicit, et μακάρτατος cum μάκαρτος, qui genitivus a Theodosio in Arte 985. ponitur congruenter substantivo δάμαρτος. Haec ad nominativos aut novitios aut ficticios μάκαρος, μέλανος, τέρενος revocare minime convenit sed potius terminatio τερος adjectivis in liquidam exeuntibus proxime agglutinata est sicut in tribus diversi merismi vocabulis ἀέρτερος, ἀφάρτερος, ὑπέρτερος. Rejicimus igitur quod in EM. 546, 1. dicitur παρὰ τὴν κυνὸς γενικὴν κυνώτερος καὶ συγκοπῇ κύντερος ὡς μέλαν μελανώτερον μελάντερον et p. 795, 10. φίλτερος παρὰ τὸ

φιλώιερος. *Δεξιώτερος* et *δεξίτερος* ipsa significatione distinguuntur; nam illud comparativum est, hoc correlativum sive *τῶν πρός τι λεγομένων* ut *ἀρίστερος*, cui Herodianus illud assimilatum dicit: *Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι τοῦτο συνεξέδραμε τῷ ἀρίστερος* EM. 256, 30 [10]). — Pronomen tertiae personae duas habet numeri dualis formas *σφέ* et *σφωέ* et ex hac Buttmannus Lexil. I. 59. suspicatur illam concisam esse. Quod si vere affirmatur, id unicum habemus syncopae documentum. Sed Apollonius memoriae prodidit quosdam dualem *σφέ* ex plurali *σφέας* natum putare recisa syllaba postrema. Haec controversia propter summam hujus pronominis inconstantiam distrahi haud facile poterit. Sed res ipsa refutat Tzetzae commentum Chil. X. v. 992. *Νειλώιος καὶ Νείλιος ἐκβληθέντος τοῦ ω*.

§. 3. Diphthongorum primam elidi posse crediderunt non pauci rationibus levissimis. Schol. Theocr. X. 38. *συγκέκοφε τὸ ὄνομα τοῦ βουκαῖον βοῦκον καὶ βῶκον εἰπὼν ὑποκοριστικῶς* significans illud genus hypocorismi quo *Ἄμφις* ex *Ἀμφιάραος*, *λάστρις* ex *λάσταυρος* contractum dicunt v. Proll. 507. Sed origo horum nominum non minus recondita est quam homerici *βουγάϊε* sive *βουκάϊε*. Haud consideratius Schol. Apoll. I. 786. *θεράπναι κατὰ συγκοπὴν τοῦ θεράπαιναι*, nam *θεράπαινα* motione sexuali a *θεράπων* derivatum est ut a *λέων λέαινα*, sed *θεράπνη* a *θέραψ* inserto *ν* ut *θεραπίς θεραπνίς* cf. Proll. 299. Nec probabilis Apollonii conjectura Adv. 611, 10. *ἀπὸ τοῦ λάθρα τὸ λαθρηδόν, εἰ μὴ τῷ ὀνόματι τῷ λαθραῖος παράκειται ὡς τὸ ἐντελὲς εἶναι λαθραιηδόν*, quod non legitur nec fingere necesse habemus, nam ab alio adverbio *αἴφνης* proficiscitur *αἰφνηδόν* (*αἰφνηδά αἰφνηδίς*) quod Gud. p. 23, 31. cum *λαθρηδόν* (*λαθρηδά λαθρηδίς*) componit, et *κρυφηδόν* quoque a *κρυφῇ* potius quam ut Apollonius su-

10) Obscura sunt quae sequuntur *τοῦτο γὰρ συνεκδρομὴ ὥςπερ καὶ τὸ πρόβατον γίνεται προβάτιον οἷός οἰότερον ὡς λέγει Σώφρων*. Ab *οἷς* unum *οἴειος* proficiscitur, non *οἰάτειος*, quod potius ad gentilicium *Οἰάτης* pertinet sed eodem modo explicatur a Suida et Moschop. Sched. 140. *οἰάτειον κρέας, προβάτειον*. Num igitur Sophro huic assimilavit *οἰάτειος* tanquam synonymon?

spicatur l. c. a verbo perispomeno κρυφῶ. Si enim λάθρα, cui in codd. saepe iota subscribitur (Spitzn. ad Il. V. 269.) dativus est, ut G. Dindorfio videtur, adverbialis a substantivo quodam sepulto ac deposito λάθρα derivatus, omnis dubitatio praeciditur; nam ab hujusmodi nominibus plurima derivata sunt adverbia, κλαγγηδόν, ἀγεληδόν, νεφεληδόν, γνωμηδόν, σφαιρηδόν etc. Sed in illo Manethonis loco II. 312. λάθραις κερτομίαις τε ἀνὰ πτόλιας σοβέονται dudum correxi λάσθαις id est λοιδορίαις. Si vero λαθρός in usu fuit, a quo Ellendtius in Lex. Soph. II. 3. dativum illum λάθρᾳ repetit, hinc quoque λαθρηδόν derivari potuisse documento sunt ῥαιβηδόν et τετραποδηδόν, quae unica reperi ab adjectivis traducta. Ac λαθρός[11]) non reperitur quidem praeter dubium Hesychii locum, sed hinc contexta videntur syntheta λαθροβόλος etc. Nam trium adverbiorum, quae cum λάθρα sive λάθραι conferri possunt, unum πέρα omnino non componitur, alterum πάλαι syllabam finalem retinet παλαίφατος, tertii χαμαί diphthongus ante consonas manet integra χαμαιγενής etc. obliteratur vero ante vocales; nam χαμαιεύνης, χαμαιεύρειος poetice conformata sunt, vulgo autem dicitur χαμεύνη, χαμερπής, quae tamen non ex χαμαιεύνη etc. contracta sunt sed ex χαμοεύνη potius eliso ο connexivo, quod ante vocales quidem nunquam invenitur sed ante consonam in duobus certe vocabulis χαμόγαιον quo Hesychius ἐπίπεδον explicat et quod idem suo loco exhibet χαμόκοιτος· sed pro χαμοκοιτεῖν Luciano χαμαικοιτεῖν e codd. restituit Jacobitzius; denique pro ο successit alpha Χαμαδύται κοχλίαι[12]). Hinc autem evolvitur etymon, quod jam multi suspicione attigerunt, χάμος sive χάμη[13]); idemque adhibendum est adverbio χαμόθεν

11) Λαθρός acuendum est ex regula τὰ εἰς ρος δισύλλαβα τριγενῆ ἔχοντα δασὺ πρὸ τοῦ ρ ὀξύνεται Arc. 73. Itaque λάθρα accentum retraxit ut σφόδρα et ὅμως, quod ipsa significatione differt ab ὁμῶς, promovit autem ἄλλα.

12) Quod sequitur Χανεῖ φυλάσσει scribendum videtur φλυάσσει vel aptius futuro φλυάσει a verbo φλυάζω = φλυαρῶ. Χανεῖν pro φλυαρεῖν legitur saepius.

13) Hoc illa accentu notanda esse docet regula Arc. 59. τὰ εἰς αμος

quod Apollonius p. 602. excusat comparatione paronymorum *ῥιζόθεν*, *ποντόθεν*. De adverbio *βαλληνάδε* quod Aristophanes finxit ad similitudinem topici *Παλλήνη* Ach. 234. errat interpres: *συγκέκοπται ἡ λέξις· τὸ γὰρ ὁλόκληρόν ἐστι Παλληναιάδε·* nam integrum est *Παλλήνηνδε*, pro quo si *Παλληνάδε* dicitur, non syncopen esse sed metaplasmum animadvertit Goettlingius Acc. 356. *Δειλός δυςτυχής κατὰ συγκοπὴν τοῦ δείλαιος* Schol. Od. V. 299. quod contra statuimus hoc ab illo propagatum esse sicut alia quae in Parall. 319. attuli. Ex *δηναιόν* primum per syncopen *δηνόν* tum *δηρόν* factum esse ab Epim. I. 170. EM. 266, 26. sumitur; rectius vero Theognostus Can. 5. illud a *δήν* arcessit, cui affine est *δηθά*. *Νείρη* non ex *νειαίρη* contractum sed utrumque a *νέος* derivatum videtur terminationis flexu duplici v. Parall. 307. *Ὀψίτερος* et *πρωΐτερος* ex *ὀψιαίτερος* et *πρωϊαίτερος* coaluisse qui diceret repertus est nemo. Sed alius comparativus errorem offudit Grammatico in EM. 31, 5. *τὸ ἀρχέστατον καὶ αἰδοιέστατον καὶ ἀφθονέστατον ποιητικά εἰσι κατ' ἔθος Ἰώνων γινόμενα*, quorum nullum alteri simili est. Primo Aeschylum usum dicit in Penelope *ἐγὼ γένος μέν εἰμι Κρὴς ἀρχέστατος*, sed hoc et contra regulam peccat quam adjectiva in *αιος* exeuntia constantissime sequuntur *σπουδαιέστατος*, *ὡραιέστατος*, *δικαιέστερος* etc. et caret intellectu. Quis enim Penelopae aequalis se Cretum antiquissimum praedicare potuit? Illa sine dubio sunt Ulixis verba cum conjuge colloquentis, cui quum primum in conspectum venisset se unum Cretae principum esse mentitus est Odyss. XIX. 180 sq. Itaque *ἀρχέστρατος* correxi Parall. 81. adn. 21. Syntheti species objicitur in Anecd. Bachm. I. 448. ubi octo nomina proponuntur in *ας* exeuntia ultimumque *ἐλικράς ὁ ἐλαίῳ κεκραμένος· ἀπὸ τοῦ ἐλαιοκράς*. Haec sumta sunt ex Arcadii canone 193. qui in idem *ἐλικράς* desinit sed omissa interpretatione quam nugator ille de suo adjecit;

μονογενῆ δισύλλαβα βαρύνεται βράμος (πράμος), γάμος, τάμος (Σάμος vel *Δάμος)*. Proinde dubium est num *λαιμός* ingluvies et *χαμός* hamus recte acuantur. Idem p. 110. *τὰ εἰς αμη μονογενῆ βαρύνεται.*

vera scriptura est ἁλικράς v. Parall. 222. — Quemadmodum nominum compositores interdum ad primitiva redeunt derivata transgressi, sic poetae latini urbis nomen Δικαιάρχεια, ubi metro minus conveniret, in *Dicarchea* mutarunt v. Interpp. ad Sil. VIII. 533. quia prototypon est δίκη.

De diphthongo αυ semel admonemur in Schol. Od. XV. 479. κήξ ὁ λάρος καὶ συγκοπῇ κήξ. Hic enim non κήϋξ, ut Buttmannus suadet, sed usitatum καύηξ vel κάβηξ reponendum est, de quo non statuam utrum cum κάβαισος id est ἄπληστος cognatum sit (nam avem illam voracissimam esse dicunt) an ex proprietate soni naturalis fictum v. C. V. §. 1. Hoc autem onomatopoeticum genus regula adstringi non patitur.

Multo saepius diphthongus templo Delphico inscripta in disceptationem vocatur; ὡς θῆλυς θήλεια οὕτω πρέσβυς πρέσβεια καὶ κατὰ συγκοπὴν πρέσβα ἢ ἀπὸ τοῦ πρέσβειρα EM. 687, 3. Schol. Il. XIV. 194. τὸ πρέσβεια κατὰ συγκοπὴν γίγνεται (adde πρέσβα) σπανίως δὲ εὕρηται Choerob. Orth. 253, 16. sed idem Can. 234, 14. omnino inveniri negat hodieque ne semel quidem invenitur neque hinc derivatum est πρέσβα sed primitivum ut πρέσβυς, πρέσβις, πρέσβος, unde non multum abest Schol. BL. Il. XIX. 21. πρέσβα συγκέκοπται — ἢ παράκειται τῷ πρέσβυς. Stephanus vero in Thes. πρέσβα et quod huic adjungit βασίλη ad synaloephen transfert; de quo dictum est in Parall. 321. et Proll. 43. Eandem haesitationem affert ἀσπαλία ἡ ἁλεία Arc. 99. quod si iota breve habet ut ἀσπαλιεύς, syncopae vindicandum est, si longum, crasi ut εὐδινός et Ὑγινός Proll. 190. sed πεδινός tribreve a πέδον natum, πεδιεινός a πεδίον ut ab εὐδία εὐδιεινός v. Proll. 189. Ἀπὸ τοῦ ὄϊς τὸ κτητικὸν ὄϊειος οἰεία καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ αὔξησιν τοῦ ο εἰς ω ᾠα EM. 820, 10. Huic originem eandem sed diversam affectionem tribuit Aristophanes Byz. ap. Eust. 1828, 57. τὴν προβάτων δορὰν ἔνιοι οἐην καλοῦσι· τῶν δὲ ἀρχαίων ἀττικῶν τινες συναλιφὴν ποιούμενοι ᾠαν[14]) ἑκά-

14) Sic etiam scriptum est in Epim. II. 426. unaque ὑπερῶα, quod correxit Bekkerus in Poll. II. 98. Pro hoc in Gud. 574, 44. ἰσπερῶα

λουν. Quod si ex adjectivis ejusdem generis existimamus, circumflecti debebat ut κυνῆ, λεοντῆ, sed ubique barytonon est, ut Arcadius jubet, ᾦα vel omisso iota ὤα sive ὄα, cujus discrepantiae causa fortasse in eo posita est quod hoc nomen a propria significatione multo longius recessit quam illa pellium nomina; nam quaelibet instita vel subligaculum ὤα vocatur substantive; ac ne certa quidem derivatio illa, de qua dubitanter loquitur Pollux X. 181. ὤαν τὴν μηλωτὴν ἐκάλουν ἴσως ἀπὸ τῆς ὄϊος. Nomen ἕρμα diverse interpretatur EM. 375, 44. εἰ μὲν δασύνεται, σημαίνει ἔρεισμα, εἰ δὲ ψιλοῦται, ἐνώτια· ἀμφότερα δὲ ἀπὸ τοῦ εἴρω εἶρμαι εἶρμα ἕρμα — — ἢ ἀπὸ τοῦ ἔρυμα ἢ ἀπὸ τοῦ ἔρεισμα συγκοπῇ. Brevius veriusque Orion. 63, 27. ἕρματα οἱ μὲν παρὰ τὸ εἴρω· οἱ δὲ παρὰ τὸ ἔρεισμα συγκοπῇ ἕρμα· οὕτως Ἡρωδιανός[15]). De illo, quod ὅρμους sive inaures significat, omnes una mente consentiunt; alterum vero et affinia ἑρμάς, ἑρμίς a verbo thematico nata videntur, cujus propago est ἐρείδω Techn. 75. Hinc admonemur aliorum verborum quae eadem diphthongo aucta sunt potius quam ut illi volunt destituta; ἀγείρω κατὰ συγκοπὴν ἄγρω ὡς παρὰ τὸ ἐγείρω ἔγρω EM. 13, 28. Arc. 163, 13.[16]) quibus Heraclides ap. Eust. 28, 45. addit tertium ὄφλω conspirantibus aliis Arc. 158. EM. 644, 12. v. Diss. III. c. II. §. 5. Haec excipiunt adjectiva: θεοείκελον κατὰ συγκοπὴν θεόκελον καὶ θέοκελον Sch. B. ad Il. III. 130. Eust. 448, 5. quod antea discussimus[17]) et πλήρης παρὰ τὸ πολὺ πολυήρης· ἤ ἐστι πλεῖος πλειήρης καὶ κατὰ συγκοπὴν πλήρης EM. 676, 52. sed hoc potius e πλεήρης contractum est v. Proll. 266. cui similem terminationem habet

---

subrepsit eodem vitio accentus. Ὦῖα τὸ τοῦ χιτῶνος ἄκρον, μετὰ τοῦ ι ἡ παράδοσις Choer. Orth. 281. sed saepe negligitur.

15) Ἕρματα εἰ καὶ ἐκ τοῦ ἐρείσματα, οὐ ψιλοῦται, ἐπεὶ τὰ βραχυνόμενα φωνήεντα καταλήγοντα εἰς ρ ἐπιφερομένου τοῦ μ δασύνεται ὅρμος, ἕρμα, ὅρμαθος Schol. A. ad Il. 486.

16) Ἀγραθέν συνάγειν Hes. aeolicum videtur pro ἀγειράθειν v. ad Buttm. 61 sq.

17) Hinc argutatur EM. 102, 36. ἄνδραχλος πόα παρὰ τὸ ἀνδρὶ ἴκελος εἶναι κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπήν.

πλειστήρης. Comparativos *χειρότερος* et *χείρων* dupliciter affectos dicunt: *χέρειος χερειότερος συγκοπῇ καὶ πλεονασμῷ χειρότερος* Sch. Il. XX. 436. cujus aliam causam reddit Philoxenus EM. 675, 26. *τὸ χειρότερος Ἡσίοδος ἴσως ἐποίησε παρὰ τὸ χεῖρος ὡς πλεῖος πλειότερος*, sed neutra satis expedita est. De altero agit Herodianus Mon. 41. *οὐδὲν εἰς ων λῆγον συγκριτικὸν πρὸ τοῦ ω τὸ ρ ἔχει πλὴν μόνον τὸ χείρων· αἴτιον δὲ τὸ πάθος*, eodemque loco ponit *γλύσσων, κρείσσων, ἀμείνων, ἥσσων, μείζων*, quae quum alii ex *γλυκίων, κρατίων, μεγίων* etc. corrupta dicant, consentaneum est illum his simile prototypon constituisse vel *χερίων*, cui superlativus *χέριστος* respondet, vel usitatum *χερείων*. Quemadmodum gentilicia a nominibus in *εια, ειον* derivata diphthongum saepe omittunt, *Ἡρακλεύς, Σιγεύς* etc. haud secus possessivorum, quae a propriis in *ιος* exeuntibus derivantur, terminatio duplex est, una omnibus partibus expressa *Ναυπλίειος, Ἡλίειος*, altera concisior *δόλος Ναύπλιος* Phalar. Epist. IX. *τὸ Ἥλιον, τὰ Ἥλια* et a *Λικύμνιος* non ut ratio poscit *Λικυμνίειος* sed *Λικύμνιος* sic ut catalexis *ιος* primariae vocabuli parti proxime adjungatur. Verum de hoc genere copiose dixi quum praecepta Grammaticorum euphonica commentarer Parall. p. 25.[18]) Quae nulla hujusmodi ratione nituntur, suspecta sunt. Syncopae compositorum speciem praebent aliquot Hesychii glossae: *Ἀρθύσανοι ἀποσχίσματα, ἀποβλαστήματα*, quod recte confertur cum Aeschyli voce *ἀρειθύσανοι*, haec autem non recte exponitur *Ἄρεος θύσανοι οἱονεὶ ἀποσχίσματα*. Aeschylum enim viros fortes non Martis fimbrias sive appendices ut Hermannus vertit Opusc. T. IV. 283. vocasse arbitror nec conferam huic illud Callimachi verbum *ζωστῆρες Ἐνυοῦς*

---

18) Addere poteram *Εἰλείθυιον*, quod Eustathius affert e lexico rhetorico. Pro *ἐνήδρευσαν ἐς τὸν Ἐνυάλιον* Thuc. IV. 67. Poppo vel *τὸ Ἐνυάλιον* vel *τὸ Ἐνυαλιεῖον* scribendum putat. Neutrum alibi legitur; nec magis cognitum *Πειραΐτης*, quod Stephanus s. *Πειραιός* ex *Πειραία* factum dicit *Πειραία Πειραιείτης καθ' ὑφαίρεσιν τῆς ει Πειραΐτης*. *Ἐν ταμίοισι* Apollinar. Psalm. XXXI. 14. incertum pro *ταμιείοις* an pro *ταμείοις* ut *ταμιουχεῖν* pro *ταμειουχεῖν*. Pro *ἑλληνοταμία* ap. Xenoph. editum est *ἑλληνοταμεία*.

ἀνέρες, sed potius Ἄρει θύοντας id est ἀρειμανεῖς vel ut Euripides dixit Ἄρει κατόχους, in eoque vim verbi θύειν id est cieri, agitari, sequutum esse, non eam quae substantivo hinc derivato θύσανος reddita est v. Techn. 101. Brevius ἀρθύσανος illo uno Hesychii loco non satis munitum esse quilibet intelligit. Alterum καπηλοδύτης ὁ ἐν τῷ καπηλείῳ ἐρχόμενος et quod in Gloss. Graecolat. apponitur Πορνοδύτης *ganeator* defendi potest ea ratione qua ἐνωμοτάρχης et similia vindicantur quamquam in magno numero nominum sic terminatorum ut κουρεῖον, ἀρχεῖον, μουσεῖον, μεταλλεῖον, χαλκεῖον etc. nullum simile deprehendimus; ἰαμβειοφάγος et ἰαμβοφάγος cum diversis composita sunt nominibus. Βαλανοκλέπτης jam correctum est, nec fidem invenit ἐργαλοθήκη. Quod idem profert Δμήτρα δαμάστρια rectius scribitur in EM. δμήτειρα δαμάστρια ἡ Δημήτηρ [19]). Syncope si facta esset, δμῆτρα scribi deberet sed hoc quoque abhorret a regula nominum in ρα exeuntium quae alpha longum habent βύστρα, μήτρα, ῥῆτρα, Μήστρα v. Fischer. ad Palaeph. c. 24. Μνήστρα, Ὑπερμνήστρα etc. Quae de verborum imminutione traduntur, ad plusquamperfecti personas plurales pertinent: εἴκω εἶκα εἴκειν εἰκείτην καὶ ἐν συγκοπῇ εἴκτην, ἐν διαλύσει ἔϊκτην Schol. Il. I. 104. Epim. I. 156. EM. 318, 15. ᾐδείτην κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπὴν ᾔστην καὶ τὸ πληθυντικὸν ᾔσμεν ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν p. 438, 56. ἐδειδίειν ἐδειδίεισαν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἐδείδισαν p. 315, 50. sed hoc ex ἐδεδίεσαν ortum est omisso epsilo ad exemplum personae perfecti primae δέδιμεν, ἔοιγμεν, ἴδμεν. Verum consideratione longe digniora habemus adjectiva in ηεις, quae si in ης contrahuntur, strictim aspicientibus speciem syncopae objiciunt. Hujus numeri antiquissimum et maxime controversum est τιμῆς. Nam et semel modo legitur Il. IX. 605. οὐκέθ' ὁμῶς τιμῆς

---

19) Ceres non simpliciter *domitrix* dici potuit sed cum adjunctione βοῶν δμήτειρα. Haec enim dea *prima jugis tauros supponere colla coegit* Ovid. Amor. III. 10, 14. Pro Δημήτηρ Δημήτειρα in EM. 218, 48. scribendum esse δμητήρ δμήτειρα ostendunt masculina his apposita σωτήρ et ἀνήρ. Eodem spectat Hesychius Δμήτειρα δαμαστικὴ (ἡ) γῆ γεννήτρια id est tellus quae eadem Ceres appellatur.

ἔσεαι et non convenit apud interpretes substantivumne sit an adjectivum[20]) et qui de hoc consentiunt, pugnant de scriptura: *τινὲς τὸ τιμῆς διὰ τοῦ ῑ γράφουσιν· ἀπὸ γὰρ τοῦ τιμήεις. Οὕτω καὶ τὴν αἰτιατικὴν εἶπε χρυσὸν τιμῆντα. Καίτοι λόγος ἐστὶν ὡς πᾶσα εὐθεῖα ἀρσενικοῦ ὀνόματος ἐν τῇ τελευταίᾳ δύο ἔχουσα φωνήεντα ταῦτα ἐκφωνεῖ χωρὶς τοῦ Θρᾶξ*[21]). Hic quum masculina nominat Herodianus, excludere videtur feminina *δᾴς*, *κλῄς* vel bisyllabum *κερχνῄς* Aristoph. Avv. 305.[22]) aut etiam neutrum *στᾴς*, si quando sic scriptum est; vulgo quidem *σταῖς* dicitur et attice, ut Photius tradit, *στάς ἄνευ τοῦ ῑ* Parall. 89. Illius masculini generis Joannes p. 8. duo affert *τιμῆς* et *φθογγῆς*, tertium *δαφνῆς* addit Choeroboscus Can. 46, 28. et 253, 26. Cram. Anecd. T. IV. 396, 31. quartum *αἰγλῆς* Eustathius 899, 53. Arcadius vero in libro tertio p. 24, 20. quatuor ingerit ab illis praeterita *σθενῆς*[23]), *τεχνῆς*, *λαχνῆς*, *ζαχρῆς*[24]). Horum tamen nominativorum nullus apud

---

20) Intempestivo acumine nonnulli in Thuc. III. 70, 4. *ὁ Πειθίας ἔτι βουλῆς ἐστι* genitivum pro nominativo acceperunt: *σημείωσαι βουλῆς ὁ βουλευτής καὶ ἡ γενικὴ βουλῆντος*. Adjectiva hujus modi circumflexa a sermone soluto longissime remota sunt; *ἀργᾶς* serpentis nomen sequitur declinationem primam. [Haec de adjectivis in *ηεις* disputatio primum proposita est in Prolegg. Lectt. Acad. 1849.]

21) Cod. *Θρᾷξ* ex eorum opinione qui *Θράιξ* scriberent iota longum esse rati contra regulam qua ancipites ante duplices corripiuntur, *πνίξαι*, *ψύξαι* v. Parall. 409. *τὸ Θραῖξ περισπώμενον οὐκ ἐκφωνεῖ τὸ ῑ* Theogn. Can. 132, 30.

22) *Νηρῆς*, *Θησῆς*, *γενῆς*, *παρῆς* in primo casu non reperi, neque magis *ἐλᾴς* vel *φῴς*, quod pluraliter dici solet. *ʽΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΗ*, quod in aliquot sepulcrorum titulis legitur, masculinum videtur ad alterum sexum translatum. Masculinum *νῆις* non magis contrahitur quam femininum *Νηΐς*.

23) *Σθενήεις* fingi potuit a *σθένος* ut *ἀλθήεις*, *ἀχθήεις*, *κυδήεις*, *τελήεις*, *τευχήεις* sed epicis inhabile est nisi correpto eta ut *τελέεις*, *ἠχέεις*.

24) Quod ab his distinguit *καὶ τὸ φανῆς ἰαμβικὸν ἰσοσύλλαβον* manifesto est nomen proprium ex *Φανέας* contractum ut *Θαλέας Θαλῆς*, *Ποδέας Ποδῆς*, quae Eustathius 1951, 13. ex Herodiano affert cf. Parall. 159. Lehrs. Arist. 310. *Ζαχρῆς* ex *ζαχρήεις* coaluit, cujus obscura manet memoria in Etym. Gud. 229, 3. *ζαχρείης ζαχρείενιος ὁ βίαιος καὶ σφο-*

scriptores legitur neque abest suspicio eos licentia grammatica fictos esse e derivatis, *αἰγλῆς* ex *αἰγλᾶντα* Pind. *τολμῆς* e *τολμήστατος*[25]), *τεχνῆς* e feminino *τεχνῆσσα* Arc. 96, 6.[26]) ubi pro *ἀρπῆς ἀρπῆσσα* scribi oportet *ἀργῆς ἀργῆσσα*. Denique pro *ὑψιπέτης* Il. XII, 201. nonnulli scripserunt *ὑψιπετῆς ὡς τιμῆς*, quod Herodianus reprobat quia Homerus alibi *ὠκυπέτης* dixerit, alterius autem dictionis exempla desint. Summam conficiunt duo quae alpha in penultima habent vel doricum vel nativum: *ἱλᾶς ὁ εὐμενής καὶ ἀλλᾶς ἀλλᾶντος* Choerob. Can. 43, 15. quorum alterum Herodianus Eust. 309, 15. ex *ἀλλάεις* contractum esse statuit[27]), hoc autem a nomine derivatum est, cujus

---

δρός, pro quo *ζαχρήεις* scribendum e Zonara 951. *ζαχρηής καὶ ζαχρήεις ζαχρήεντος*· nam in *εεης* nullum terminatur adjectivum et geminum illi usurpavit Manetho IV. 74. *ἀχρήεντες ἰδέσθαι* id est deformes aspectu, simile Paulus Sil. Soph. 434. (II. 17.) *ἀγακλήεντες*, Agathias *πολυκλήεντα*.

25) Hoc nimia severitate damnat Flor. Lobeckius, qui primus in Quaest. Ion. p. 8. hunc locum accuratius tractavit quam Barkerus fecit in Wolfii Anall. II. 279. derivationem non egressus. Sed idem recte admonuit accusativo *ἀργᾶντα* non satis probari nominativum *ἀργᾶς*, quo Hermannus quoque ad Eur. Hel. 1322. Aeschylo usum putat.

26) Hoc fortasse reperit in Od. VII. 100. ubi vulgatum est *γυναῖκες ἱστὸν τεχνῆσαι (ἐπιστάμεναι)* sed in Schol. scribitur *τεχνήεσαι*, unde Bekkerus *τεχνῆσσαι* eruit.

27) Exc. in Cram. Anecd. T. IV. 335, 30. *ἀλλᾶς, Γλισσᾶς ἐκ τοῦ ἀλλάεις, Γλισσάεις.* Neutrum reperitur et aeque ignota sunt *ἀντάεις* et *αὐλάεις*, quae Herodianus in exemplum hujus catalexis affert v. Lehrs. p. 42. Cetera adjectiva in *εις κοινολεκτούμενα* tres tantum vocales *η, ο, ω* in penultima habere docent Epim. I. 12. EM. 34, 34. Gud. 18, 12. quos apparet scripturam nominis grammatici *τὰ φωνάεντα* (v. ad Phr. 639.) aut improbasse aut dorice, ut multa vulgaris dialecti, figuratam putasse. Choeroboscus quidem Can. 59, 34. tribus illis terminationibus addit *αεις οἷον σκιάεις*, sed id more scholae confictum esse significat p. 204, 5. *τὰ εἰς εις — τὴν γενικὴν τοῦ θηλυκοῦ ἀποτελεῖ, δαφνήεις τῆς δάφνης, φθογγήεις τῆς φθογγῆς, φωνήεις τῆς φωνῆς — σκιάεις τῆς σκιᾶς· τὸ γὰρ σκιόεις ἀπὸ τοῦ σκιάεις ἐγένετο κατὰ τροπὴν τοῦ α εἰς ο*, quod sua sponte concidit. Pro *δριάεντα χλωρά* Hes. quod non doricum videtur, probabiliter corrigitur *δριόεντα*. Nicander certe non *κεράεντα* scripsit sed *κερόεντα*. Pro *κηώεσσα* Od. I. 4. Schol. narrat Zenodotum maluisse *καιετάεσσα* idque imitatum videri Calli-

meminit Hesychius Ἄλλην λάχανον Ἰταλοί, καὶ ἐπὶ τοῦ φαρκοῦντος προκοπτοῦ, ἐξ οὗ ἀλλαντοπώλης, significans farcimen alliatum[28]). Iota horum vocabulorum nulli subscribitur, nec dubie Herodianus, quod de uno τιμῆς dicit, de omnibus praecepit ratione duplici, una ut evitetur τὸ μονῆρες, quia diphthongi impropriae ᾳ, ῃ, ῳ in exitu masculinorum non comparent, altera propter accusativum τιμῆντα, quo nihil efficitur; hic enim non tres ut casus rectus continet vocales, ηει, quae in unum contrahi poterant ut ἤειμεν ᾖμεν, sed duas ηε. Rectius dixisset terminationem εις iota adventicium habere quod apparet ex dorica exaeresi χαρίες, τιμῆες Choerob. Can. 132, 13. et contraria in genere neutro epenthesi, quam Schol. Apoll. II. 404. Ionibus tribuit σκιόειν ἀντὶ τοῦ σκιόεν κατὰ ἰωνικὴν ἐπένθεσιν[29]), eandemque vocalem omitti in contractione

machum quum Eurotan καιετάεντα vocaret. Sed hic quoque vereor ne alpha irrepserit pro o micro quod solum convenit analogiae similiusque est vulgato κητώεσσα. Quod Duentzerus de Zenod. 55. opinatur καιετάεσσα esse homericum vocabulum a laconico ὁ καιέτας descendens, non multo probabilius est quam quod eodem loco de adjectivo ἀνίπτης ejusque dativo plurali ἀνίπτησι proponit erroris insimulandi quam cavendi promtior. Adjectivum ὑπερκύδαντες etsi multos exercuit, tamen ante Eustathium 445, 30. nemo huc decurrit ut ex ὑπερκυδάεντες concisum diceret. Εὐνάεις in Aeschyli senario sive longum habet alpha sive breve, suspectum esse non desinit, nec procul remedium εὐνασθείς. Pro πευκήεντ' ὀλολυγμόν Aesch. Choeph. 376. (395.) G. Dindorfius, quia prima versus syllaba in antistropha brevis est, supponit πυκάεντα auctore usus Theognosto Can. 23, 12. πυκᾶες ἰσχυρόν, quod hic refertur in numero dictionum ἐκ τῆς πυ συλλαβῆς ἀρχομένων. Sed hujus turbidissimae et inquinatissimae farraginis tot sunt defectus ut levissima quaeque offensiuncula mendi suspicionem moveat. Hoc quidem loco proxime sequuntur πυκινόν, πυκνόν ἰσχυρόν, quae cum illis sic contexi possunt Πύκα ἰσχυρῶς, πυκινόν ἰσχυρόν (sic etiam Hesych.), πυκνόν ἰσχυρόν.

28) Quomodo αἰχμήεις, ἁλμήεις, βησσήεις et alia plurima a femininis primi ordinis declinata sunt, ita etiam ἀλλήεις sive dorice ἀλλάεις ab ἄλλη allium, cui affine videtur ἀγλῖθες alliorum capita. Glossae Graecol. ἀλλᾶς farcimen quod ab Hesychio φαρκοῦς appellatur ut alia edulia σησαμοῦς, τυροῦς etc. Porrum sectile κοπτή dicitur; hinc illud προκοπτοῦ.

29) In Anth. VI. 226. τοῦτό γέ τοι Κλειτωνος ἐπαύλιον — τοῦτο τὸ

τὸ πλακοῦς συνῄρηται ἐκ τοῦ πλακόεις ὡς τυρόεις τυροῦς, σησαμόεις σησαμοῦς Athen. XIV. 644. A. Σιμόεις καὶ Σιμοῦς ὡς Ὀπόεις καὶ Ὀποῦς Steph. [30]). Hinc igitur manifestum fit cur Grammatici, quos appellavi, nominativos in ης contractos scripserint sine iota. Semel subscribitur in Schol. cod. B. ad Od. X. 38. ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιος ἔσται — γράφεται καὶ τιμῇς ἤτοι τιμήεις, quod propterea assumtum puto quia τίμιος apud Homerum alibi non legitur. Saepius vero additur a nostris eruditis. Buttmannus Gramm. I. 169. cum τιμῇς confert homericum κονίσσαλος ἀελλῇς, quod sub tralaticia scriptura ἀελλής latitare suspicatur et duo, quae Aeschylo tribuit, ἀργῇς et τολμῇς. Verum eos qui ἀελλής interpretati sunt ἀελλώδης id ex ἀελλήεις contractum putasse nullo verbo significatum est v. Parall. 160. neque sic accepit Choeroboscus Can. 53, 32. ἀελλῆς (ἀελλής) ἀελλοῦς εἰς ους ἔχει τὴν γενικήν. Illa de ἀργῆς conjectura oppido incerta est v. Proll. 497. Tertium comprobat Meinekius Anall. 103. his verbis *ἀϊδνήεις Euphorio fortasse novavit; usitatae formae sunt ἀϊδνός et ἀϊδνής· nisi id ἀϊδνῇς scribendum est ut τεχνῇς, τολμῇς*, idem-

---

ῥωπεύειν (cod. Pal. ῥωπαίειν) ὀλιγόξυλον, ubi prius ῥωπεῖον correxi Proll. 392. forsitan scribendum sit ῥωπήειν, quod natura est neutrum adjectivi ῥωπήεις a Spitznero suspectati Observ. ad Quint. p. 169. sed in substantivum abiit; τὰ εἰς ες (καὶ εν) μονογενῆ σπάνια Κυνόσαργες τὸ προπαροξύτονον καὶ τὸ πάγηες, ὅμαργες, πεύκαες, ῥώπαες, δονάκαες Theogn. Can. 131, 23. Πάγηες nescio quid esse possit nisi πανακῆες sive πανακές herbae nomen ut παρδαλιαγχές; proximum fortasse est ὠμοργές σκληρόν EM. quo ὠμόλινον *linum crudum* significari potuit. Subsequentium duo perpaullum mutata affert Schol. Il. XVIII. 576. ἀντὶ τοῦ δονακῆα γράφεται καὶ δονακῆεν ὡς καὶ ὁ πευκὼν λέγεται πευκῆεν, unde conjecturam ducimus ῥώπαες illud nihil aliud esse quam substantivum ῥωπῆεν virgultum significans sicut πευκῆεν pinetum, δονακῆεν arundinetum. Ῥωπᾶεν si retinemus, proxime scribendum erit τὸ λιπόξυλον. cf. Meinek. Del. p. 123.

30) Haec omnia substantive dicuntur, quare in congerie nominum vulgarium εἰς ους, χαλκοῦς, χρυσοῦς, Σιμοῦς, πλακοῦς, γλευκοῦς Choerob. 246. et 239. pro postremo scribendum videtur γλυκοῦς placentae nomen quod superest in latino *lucuns*; γλυκόεις poetae derivarunt a γλυκύς ut ἀμβλυόεις, βαρόεις, ὀξυόεις ἀπὸ παραγωγῆς τοῦ ὀξύς Sch. Il. VII. 11.

que p. 166. in Sophoclis versu dubitat an *ὄμβρος χαλαζῆς* reponendum sit quod Hermannus codicis cujusdam scriptura *χαλάζης* indicari suspicatur sed idem rejicit. *Ἀϊδνῆς* sive *ἀϊδνῆς* nusquam invenitur, *ἀϊδνής* vero saepius et hinc prolatum est *ἀϊδνήεις* ut *ἐρευθής ἐρευθήεις, ἀπεχθής ἀπεχθήεις* (omiss. in Th.) Androm. ap. Galen. de Antid. VI. 33. T. XIV. *ἀτειρής ἀτειρήεις* (omiss.) Nonn. XXXV. 226. *ἁλιμυρήεις, κακανθήεις*, quamquam idem ab *ἀϊδνός* traduci potuisse indicio sunt *δαφοινήεις, θουρήεις, πελιδνήεις, ἀκοσμήεις, ἀνομβρήεις*. — Suidas *Φανός ἐκ τοῦ φαεινός κατὰ συγκοπήν* synaloephen dicere voluit.

De diphthongo *ευ* nihil accepimus nisi quod falsum est *ἀπὸ τοῦ κελεύω κατὰ συγκοπὴν τῆς ευ τὸ παθητικὸν κέλομαι* EM. 502, 5. Epim. I. 242. — De elisione proximae saepius sermo incidit. Primum enim *ἀχρής* et *μελαγχρής* hoc modo detruncata esse affirmant ii adversus quos supra disputavi. Haud dignior fide Schol. Arat. 19. *ὁμῶς περισπώμενον ἐπίῤῥημα μεσότητος ἀπὸ τοῦ ὁμοίως κατὰ συγκοπήν·* nam haec sunt a diversis principiis *ὁμός* et *ὅμοιος*. Genitivum *Βριάρηο* EM. 213, 23. sic explanat: *ἔστι Βριάρηος ἡ εὐθεῖα ὡς μονήρες, καὶ θετταλικὴ γενικὴ Βριαρήοιο καὶ συγκοπῇ Βριάρηο*[32]) sed est potius a recto *Βριάρης* pro *Βριάρεως* ut *Τυνδάρης, Ἀμφιάρης*, et hinc genitivus aeolici similis *Βριάρηο* pro *Βριάραο*, vel pro attico *Βριάρεω* transpositis syllabarum postremarum temporibus cf. Schneidewin. Symbol. ad Lyr. 120. In motu verborum syncope uni applicatur optativo: *Ἡρακλείδης λέγει ὅτι τὸ βλεῖο εὐκτικόν ἐστι συγκοπὲν ἐκ τοῦ βλείοιο* Eust. 1907, 53. idem vero alibi rectius cum verbis in *μι* comparat 1756, 15. *Ἡρακλείδης λέγει ὅτι ἀπὸ τοῦ θείς καὶ βλείς γίνεται θεῖο*

31) Homerica *βαθυδινήεις* et *ὑψιπετήεις* a nominibus primae declinationis repetuntur, quibus Homerus utitur solis; posteriores haec ad tertiam traduxerunt *βαθυδινής, πολυδινής, περιδινής, ὑψιπετής*.

32) In Parthenii versibus, qui sunt de columna Herculis: *μάρτυρα δ' ἥμιν τὴν ἐπὶ Γαδείρῃ λίπε θυμὸν ἀρχαίου Βριάρεω ἀπ' οὔνομα τὸ πρὶν ὁράξας*. Meinekius Anall. 278. scribi vult — *ἔλλιπε θημοσύνην*. Lucidius foret *τῆς ἐπὶ Γαδείροις ἔλλιπ' ἀλημοσύνης testem reliquit navigationis Gaditanae*.

καὶ βλεῖο hoc est a recto βλείμην. In loco controverso Il. XVI. 99. μή τις Ἀργείων θάνατον φύγοι, νῶιν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον Herodianus ἐκδύμεν paroxytonon posuit ut ζευγνύμεν, nam esse hunc infinitivum verbo optandi tacito εἴη vel γένοιτο subjunctum, quod comprobat Schol. Vict. εἰ γὰρ τοῦ δύοιμεν εὐκτικοῦ συγκοπὴν αὐτὸ φήσομεν, οὐ κατάλληλος ἔσται ὁ λόγος. Alii vero hanc inconsequentiam effugerunt νῶι scribentes retento optativo, cujus duplex est originatio vel a praesenti δύω vel ab aoristo ἔδυν. Ab illo proficiscitur δύοιμεν, quod vel synizesi ad bisyllabum redigi potest ut δυοῖν monosyllabum est, δακρύοισι trisyllabum, vel crasi δῦμεν, vel (quod Schol. Vict. improbat) syncope. Idem modus attice terminatus foret δυίην, unde ductum plurale δυίημεν secundum analogias in δυῖμεν contrahitur ut δοίημεν δοῖμεν sed iota a sequenti consona expellitur δῦμεν, eandemque vocalem Apollonius etiam in singulari praetermitti ait anticipatione quadam formae passivae, quae cum ea consistere nequit. Sic enim narrat Choeroboscus Can. 774, 13. τὰ τῆς τετάρτης συζυγίας τῶν εἰς μι οὐ παραλήγουσι διφθόγγῳ· ζευγνύην γὰρ καὶ ὀμνύην, πληγνύην χωρὶς τοῦ ι· καὶ λέγει Ἀπολλώνιος ὅτι ταῦτα προσθέσει τοῦ μ παθητικὰ γίγνεται, ζευγνύμην, ὀμνύμην, ἀποβαλόντα τὸ ι, ἐπειδὴ μετὰ τὴν υι σύμφωνον οὐχ εὑρίσκεται· ὃ οὖν εἶχον ἀποβάλλειν ἐν τοῖς παθητικοῖς, προαπέβαλον ἐν τοῖς ἐνεργητικοῖς, quod dubito num alio fundamento nitatur quam scriptura, quae vocatur, attica τετυφῦα, ύος. Sed ex hoc tamen praecepto nuper in tribus Homeri locis pro subjunctivo δύῃ receptus est optativus δύη, quem nostri Grammatici sic ut plurale ἐκδῦμεν ad aoristum ἔδυν referunt. De imperfecto passivae formae errat Eustathius 1370, 60. τὸ δαινῦτο ἴσως συγκοπὲν ἐκ τοῦ δαινύοιτο, nec minus lapsus est Herodianus quum ex plurali δαινυῖντο (ut διδοῖντο) sive δαινῦντο primum δαινύατο, hinc δαινῦτο factum putaret; qua ambage non usurus erat si sibi proposuisset exempla primae personae ab Apollonio tradita ζευγνύμην etc. quae ypsilon longum habent per synaloephen ut ἰχθύδιον. — De diphthongo ου duo tantum afferuntur nomina et ea propria; οἱ μέν φασιν ἀπὸ τοῦ Κουρῆς Κού-

ρητος Κουρήτην ὀνομασθῆναι καὶ Κρήτην κατὰ συγκοπήν Steph. et certius illud quod Galenus de monte Campaniae tradit de Meth. Med. V. 12. p. 364. T. X. τοῦτον τὸν λόφον οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι καὶ νῦν οἱ ἀκριβέστεροι Βεσούβιον ὀνομάζουσι· τὸ δὲ ἔνδοξον καὶ νέον ὄνομα Βέσβιον, quod sequentes latini poetae Vesvium sive Vesbium vocant.

Pars altera.

De aliis syncopae generibus.

CAP. I.

De amotione duarum literarum.

§. 1. Vocalem unam elidi Grammaticis rarius quidem quam volunt sed tamen concessimus. Quum vero longius progressi duas et amplius literas, nec solum ejusdem syllabae sed etiam dispertitas resecare audent, vix unquam assentimur. Primore loco agam de syllabis biliteris quarum prior litera est consona, altera vocalis: κῶμα ἐστὶ κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ κοίμημα ὡς οἴμημα οἶμα καὶ δόμημα δῶμα καὶ τροπῇ τῆς οι εἰς ω κῶμα Schol. Apoll. II. 205. Auctorem subdit Zonaras 677. δωμῶ δωμήσω δώμημα καὶ κατὰ συγκοπὴν δῶμα· οὕτω Φιλόξενος. Οἶμα Herodianus Mon. 37, 34. unum esse dicit bisyllabum, quod diphthongum οι proxime ante terminationem μα habeat et fortasse rationem subjecit τὸ πάθος, hoc est syncopen v. Proll. 393. Ea vero ratio minime nos absterret quo minus illud ad verbum, unde ὀϊστός derivatum est, referamus eoque proprie φοράν significari putemus. Trisyllabum non legitur praeter Hesychium Οἴμημα ὅρμημα, cui similem potestatem habet οἰμᾶν, sed pro illo Sopingius οἶμα scribi jubet. Δῶμα a δέμω traductum est cum necessaria ectasi; nam

Δόμα τειχίον Hes. migrat regulam v. Parall. 423 sq. *Κῶμα* a themate verbi *κεῖμαι* unde *κοῖτος κοιμῶ κοίμημα*, quod diversam quidem a *κῶμα* significationem sed eandem tamen originem habet. Peregrinum est aromatis nomen, quod Herodotus et Theophrastus *κιννάμωμον* vocant, posteriores *κίνναμον*. Sequuntur syllabae *νε*, *νι*, *νο*. Cum adjectivis aeolicis, quae a genitivis numeri pluralis orta dicuntur, *ἄλλων ἀλλώνιος*, *ἑτέρων ἑτερώνιος* etc. Grammaticus in Excc. Cram. T. IV. 329. componit *ἀνέμων ἀνεμώνιος ἀλλαχοῦ* (*ἀνεμώλιος καὶ*) *μεταμώνιος* [1]. *Τοῦτο συγκέκοπται* (scil. *ἐκ τοῦ μετανεμώνιος*) *τὸ δὲ πρότερον τέτραπται*. Quomodo syncope evitari possit, apparet e Proll. 135. Proximum est hoc Eustathii commentum *Πολυποίτης ἐκ τοῦ Πολυποινίτης*, quod eodem in libro p. 384. explosum est. Sequitur *παρὰ τῆς ἠιόνος γενικῆς γίνεται ἠιονόεις καὶ κατὰ συγκοπὴν ἠιόεις* EM. 423, 39. Epim. I. 12, 21. Sed hic quoque effugium patet, quod supra ostendi Diss. I. c. III. §. 1. Proprium *Ἀμεινίας* veteres ipsi duplici ratione explicari posse fatentur *παρὰ τὸ ἀμείνων ἀμείνονος Ἀμεινονίας καὶ Ἀμεινίας ἢ παρὰ τὸ μένος Μενίας καὶ Ἀμενίας* EM. 62, 38. nec facile definias utra praevaleat, nam et syncope apparet certe in compositis *Ἀμεινοκλῆς*, *Εὐδαιμοκλῆς* etc. v. §. 5. et ut a *μένος Εὐμένης*, sic etiam *Ἀμένης* derivari potuit et paragogum *Ἀμενίας* sive *Ἀμεινίας*, sed quod ad amussim conveniat non reperio. Syllabae *ρε* et *ρο* tribus vocabulis detractae dicuntur: *ἔξαιτον τὸ ἐξαίρετον κατὰ συγκοπὴν* Lex. de Spirit. 218. Schol. Apoll. IV. 1004. sed alio vertit Schol. Od. II. 307. *ἐξαίτους τοὺς ἔξω αἰτίας ἢ τοὺς ἐπιθυμητούς, οὓς ἐξῄτησέ τις*, interque has sententias fluctuat Eustathius sed plerisque placere illud *ἐκ τοῦ ἐξαιρεῖσθαι* p. 210, 4. p. 907, 64. pariterque substantivum interpretatur Suidas *Ἐξαίτης ἐξαιρέτης*. Haec significatio *eximii* convenit omnibus locis, altera nulli nisi per translationem non inverecundam quidem illam, nam selecti et expetiti notiones conjunctissimae sunt.

---

1) *Ἀνεμώνιος* ficticium est procul dubio, sed anemonas ab Aeolensibus *ἀμώνας* vocatas esse Hesychius docet.

Eaedem literae ῥε in alio nomine omissae putantur: βέρεθρον καὶ κατὰ συγκοπὴν βέθρον· οὕτω Κράτης καὶ Εὐφορίων EM. 194, 23. Si vero animum referimus ad congenerata βάθος βάσσος βῆσσα βόθυνος βυσσός βυθός, credibile fit non βέθρον concisum sed βάραθρον dilatatum esse [2]). De syllaba ρο ambigit Eustathius p. 114, 13. p. 1807, 14. τὸ μάρτυς τινές φασιν ἐκ τοῦ μάρτυρος γενέσθαι κατὰ συγκοπήν· ἐν δὲ τοῖς ὀνοματικοῖς τοῦ Ἡρωδιανοῦ φέρεται ὅτι ἡ γενικὴ τοῦ μάρτυρος ἀνέδραμεν εἰς εὐθεῖαν ὁ μάρτυρος. Prisci fortasse μάρτυρς dixerunt ut μάκαρς, politiores μάρτυς detracta litera horridiore quae casibus imparibus permittitur, et hi etiam nominativum in sui similitudinem traxerunt. Proximum est Stephani praeceptum Ἀρσυσία — οἱ ἐνοικοῦντες Ἀρσυηνοί κατὰ συγκοπὴν τῆς σι. Multo saepius litera mystica cum vocali sibi subjuncta stationem suam deseruisse dicitur. Loco suspecto Od. V. 337. αἰθυίῃ εἰκυῖα ποτήν adnotatum est ποτήν πτῆσιν· ἄμεινον δὲ χωρὶς τοῦ ν ἐν δοτικῇ· δύναται δὲ καὶ τοῦτο ὑπὸ τὴν συγκοπὴν εἶναι καὶ ἀπὸ τοῦ πτῶ (πέτω) γεγενῆσθαι ὡς νέμω νομή, στρέφω στροφή unde apparet alios ποτῇ pro ποτητῇ id est volatili accepisse, alios pro substantivo ποτή quod jure praeponitur. Παρὰ τὸ ἐτήτυμος ἐν συγκοπῇ ἔτυμος Choerob. in Psalm. 119, 22. quod aliter se habere supra disserui. Τὸ ὀπτόν κατὰ συγκοπὴν ἐκ τοῦ ὀπτητόν — καὶ ἐκ τοῦ ἑψητόν τὸ ἑφθόν Eust. 481, 35. EM. 403, 43. Primitivum haud dubie fuit ἕψω, ac si ulterius provehimur ἕπω i. q. πέσσω sive πέπω coquo, unde derivari potuit ἑπτός ut πεπτός sed arbitrio quodam usus factum est ut coctum diceretur ἑφθόν sive ἑψητόν, assum vero ὀπτόν, unde verbum ὀπτᾶν, sed neque ὀπτητός neque ἐξοπτητός. Haud certius est ἔξαιτος pro ἐξαιτητός dici, quod praeter Glossaria non legitur, rarissime simplex, neque sat expedita origo nominis aeque obsoleti ἄουτος, ipsaque verba αἰτῶ et οὐτῶ speciem derivatorum habent, unde autem derivata sint, non constat. Κυβιστήρ, quod in

---

2) v. Meinek. Anal. 147. qui quod affert βάθρον a βαίνω derivatum est.

codd. Athen. I. 14. D. Zonar. Lex. 1262. Herodian. Epim. 73. et alibi scriptum est, merito damnatur v. Parall. 13. *Καλαμαύλης* et *καλαμαυλητής*, *τελώνης* et *τελωνήτης*, *ἰχθυοθήρας* et *ἰχθυοθηρητήρ* nullam vel syncopae vel epenthesis suspicionem praebent; nam quae concisa videntur, ea ex nomine et verbo composita sunt; quae syllaba plus habent, a verbis compositis derivata, illa quidem ut *ἀρτόπτης*, *φρεάντλης*, *πιννοτήρης*, haec ut *οἰνοηθητής*, *μελοποιητής*, *κνισσοτηρητής* etc. Horum nihil affertur sed simile quiddam in cod. Voss. EM. 354, 29. *ἐπαίτης ἀπὸ τοῦ ἐπαιτητής συγκοπῇ*, quo obscuriora sunt *μεταίτης* et *προςαίτης* sive *προςαιτητής*. Alia vero fictura est nominum *αὐτοκράτωρ*, *κοσμοκράτωρ*, *παντοκράτωρ*, quorum primum tractat EM. 173, 29. verbis amputatis: *αὐτοκράτωρ: μεμπτέον οὖν τὴν συνήθειαν ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος ὀνόματος· παρὰ τὸ κράτωρ κρατήτωρ εἶναι λέγεται· παρὰ γὰρ τὸ κραίνω ἐστὶ κράντωρ καὶ ἐν συνθέσει αὐτοκράτωρ.* Hoc igitur pro *αὐτοκράντωρ* successisse statuit; nam si ab *αὐτοκρατῶ* derivatum esset, *αὐτοκρατήτωρ* dici debuisse. Aliter vero Epim. I. 145. *ἀπὸ τοῦ ἀφέτης ἀφέτωρ καὶ ἀφήτωρ ὡς αὐτοκράτης αὐτοκράτωρ.* At *ἀφήτωρ* a verbo primitivo *ἕω* descendit ut *πάτωρ* Parall. 428. *κτήτωρ*, *δώτωρ*, *ῥύτωρ*, *φύτωρ*, v. Meinek. Del. 202. sed verbi *κράω* nullum vestigium extat; quare statuendum est *αὐτοκράτωρ* adjectivo *αὐτοκρατής* affictum esse ut *ἀκρατής ἀκράτωρ* v. Parall. 273. nam simplex *κράτωρ*, quod Schol. Eur. Hic. 279. poeticum dicit, et *κρατορία* aetatis sunt infimae. Nec accedimus sententiae EM. 369, 49. *ἐραννός παρὰ τὸ ἐρατεινός κατὰ συγκοπήν*· nam ut hoc ab *ἐρατός* productum est, ita illud a verbo quod idem indicat 379, 5. *ἀπὸ τοῦ ἐρῶ ἐραννός*. De syllabis $\overline{\tau o}$ et $\overline{\tau \omega}$ haec accepimus non ignobilium auctorum placita: *οὐδὲν εἰς* $\overline{\epsilon\iota\varsigma}$ *λῆγον ὄνομα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ἀρσενικὸν τῷ* $\overline{\iota}$ *παραλήγεται· τὸ τοίνυν χαρίεις σημειῶδες· ὁ μέντοι Ἀνακρέων χαριτόεις εἶπεν ἀποδοὺς τὸ ἐντελὲς τῇ λέξει* Herodian. Mon. p. 14. syncopen significans ut EM. 34, 41. Epim. II. 328. quare *χαριτόεις* quo Schol. B. ad Il. XVII. 49. uti non timuit, *ἀναλογώτερον* dicitur a Choerobosco Can. 204, 23. Zonar.

1841. neque contra valent quae Hesychius unde unde sublegit *ψίεσσα εὐδαίμων* et *Ταρφίεντα ἐντόφια τεφρώδη*, *Ἑδρίεσσα βεβαία* ut in cod. scriptum est, quorum primum quid sit et unde sit ignoramus, alteri *ταρφιόεντα* substituendum videtur vel *ταρφήεντα*, quomodo etiam tertium corrigitur et quod in libro de Quant. 284, 2. legitur *φθογγίεις*. *Ἀγλαΐεσσα* in Emped. v. 186. a Karsteno invectum est. Aliud hujus syncopae exemplum proponit EM. 505, 5. *ἀπὸ τῆς κέρατος γενικῆς κερατόεις καὶ συγκοπῇ κερόεις*. Verum illud neque scriptum invenimus neque fingere necesse habemus. *Κερόεις* enim unicum est adjectivum in *οεις* a nomine syllaba *ας* terminato ideoque transiit ad formam eorum quibus substantiva in *ος* praecedunt. Ergo ut *θύος θυόεις*, *κρύος κρυόεις*, *θέρος θερόεις*, sic etiam *κερόεις* figuratum est quasi a recto *κέρος*, cujus speciem sequuntur syntheta *κεροβάτης*, *κεροφόρος* etc. ut *γῆρας γηροτρόφος*, *κρέας κρεοκοπεῖν*. Tertium est: *παρὰ τὸν εὐρῶτα γίνεται εὐρωτόεντα καὶ συγκοπῇ εὐρώεντα· ἢ παρὰ τὸ εὖρος εὐρόεντα καὶ ἐκτάσει εὐρώεντα* EM. 398, 1. Analogia neutri subvenit; nam ex numerosissima familia nominum neutralium in *ος* nullum progignitur adjectivum in *ωεις*, nisi forte *κητώεις* ejusmodi etymon habet ab usitato *κῆτος* *cetus* certe longe diversum; neque etiam quae eandem cum *εὐρώς* terminationem habent *ἱδρώς*, *γέλως* etc. huc deducuntur praeter suspiciosum illud *ἱρώεις*, quod Grammatici quidam novitii afferunt non ut nativum sed ut ectasi auctum ex *ἱρόεις* v. Techn. 181. et Add. Attamen antiquiores certe *εὐρώεντα* dicunt putrida foedaque potius quam late patentia, nominum autem in *ως* exeuntium tanta est paucitas ut non mirum sit unius modo adjectivum reperiri et id quidem a primo casu derivatum, non ut ille dicit. Hic si cognitum habuisset *μέσμα*, quod Hesychius interpretatur *μέστωμα*, ejusdem, puto, syllabae *τω* defectum adnotasset, nisi potius ab *ἕω τὸ πληρῶ* repetiverunt ut *μεστός* EM. 588, 44. Hujus enim verbi crebra est apud Grammaticos mentio sed probatio nulla v. Techn. 153. Ex alio adjectivo in *οεις* terminato Eustathius 839, 4. syllabam *κο* effluxisse fingit adhibita trope: *πιδήεσσα οἱονεὶ πιδακόεσσα κατὰ συγκοπήν*

καὶ τροπήν, quorum nominum utrumque in usu versatur sed alterius origo nota est, alterius opinabilis πιδή i. q. πηγή ut αἴγλη αἰγλήεις, αὐδή αὐδήεις, τιμή τιμήεις etc. indidemque πιδάω et πιδύω i. q. πηγάζω v. Techn. 107.[3]) Quomodo igitur a φοινός oritur φοινήεις, a φοίνιξ vero φοινικόεις, sic illorum adjectivorum stirps ultima eadem sed derivatio discreta est. Item syllabae φυ exemplum affertur unicum: γλαφυρίς καὶ κατὰ συγκοπὴν γλαρίς, ὃ σημαίνει σμίλην ἢ ῥίνην ἢ ὄρυγμα (scr. ὄρυγα) EM. 233, 8. Si fictis rebus inniti libet, pro γλαφυρίς assumendum est verbum γλάω, γλάφω, unde illud lapidariorum nomen produci potuit ut a σμάω σμηρίς.

§. 2. Quemadmodum nonnulli adjectivo κερατόεις duas literas decessisse putarunt, sic etiam EM. 550, 20. κῶας κώατος καὶ παραγωγῇ κωατίδιον καὶ συγκοπῇ τοῦ ατ κωίδιον, quod patet proxime a κῶς ductum esse; et Schol. Lyc. 247. ἄμμος συγκοπῇ ἐκ τοῦ ἄμαθος, quod paragogum est ut ψάμαθος v. Proll. 35. nihiloque opportunius δυςβήρης ὁ δύςβατος παρὰ τὸ δυςβατήρης ἐν συγκοπῇ EM. 291, 43. illud enim sine dubio aeolicum est pro δυςήρης i. q. δυςχερής, cui contrarium εὐήρης = εὐχερής. Epsilon cum sequente νῦ destituit vocem a Leonida Tar. in epigramm. fictam ὑποπυθμίδιος· nam ut a ποιμήν ποιμένιος sic a πυθμήν juste et ex ordine derivatum est πυθμένιος, unde amplius produci poterat πυθμενίδιος ut ὄρθριος ὀρθρίδιος Proll. 356. sed a versu respuitur. Literarum ην defectum Grammatici non inobservatum reliquerunt: Μέσση κατὰ συγκοπὴν Steph. cui Berkelius ἀποκοπήν, ut a Strabone vocatur, supponit, sed et Schol. Il. Π. 581. Μέσσην τὴν Μεσσήνην λέγει συγκόψας τὸ ὄνομα. Valet vero neu-

3) Eust. 697, 33. τὸ πιδύειν κατ' ἐναλλαγὴν αἰολικὴν ἐκ τοῦ πηδᾷν γίνεται ἀφ' οὗ καὶ πιδύεσσα ἡ κάθυγρος καὶ Πιδύτης. Sed πιδύεις repugnat canoni τὰ εἰς εις μετουσιαστικὰ ἐπιδέχεται τρεῖς παραλήξεις· ἢ γὰρ τῷ η παραλήγεται ἢ τῷ ο, σπανίως δὲ τῷ ω EM. 34, 34. Pro βαρύεσσα in Andromachi versibus Galen. T. XIV. 40. facilis est correctio βαρόεσσα a βαρόεις ut γλυκόεις v. Parall. 335. not. 16. Σύεσσα idem esse quod Ὑόεσσα nihil est quod nos credere adigat. Ἰὼ Καλλιθύεσσα Hes. a Καλλιθύη derivatum videtur ut Πασιφάη Πασιφάεσσα.

trum. Nam *Μεσσήνη* mera paragoga est v. Parall. 116. Idem Stephanus s. *Κυλλήνη — καὶ Κύλλιος λέγεται Ἑρμῆς κατὰ συγκοπὴν τοῦ Κυλλήνιος*, quod in contrariam partem vertimus; nam *Κυλλήνη* derivati speciem habet, primitivi vero *κυλλός* sive *κοῖλος*, unde alia quoque locorum nomina pendent ut *Κοίλη*, *τὰ Κοῖλα*. Syncopen significat Arcadius nomine tacito p. 79, 24. *τὰ εἰς τος ὀξύνεται εἰ μὴ ἐκ πλειόνων συλλαβῶν εἰς δισυλλαβίαν μεταστῇ ὡς δύστος ὁ δύστηνος καὶ πόστος ἐκ τοῦ πόσατος.* Hoc jam supra amolitus sum; *δυστός*, quod Doederlinus in Gloss. Hom. 103. nescio qua analogia a particula *δύς* arcessit, nusquam legitur; *δύστηνος* et *ἄστηνος* Grammatici recte cum verbo *στῆναι* compositum putant v. Proll. 192. unde *δυστήν* et *ἀστήν* duci potuit ut *ἀπτήν* v. Parall. 138. hinc vero *δύστηνος* et *ἀσταίνω* ut *ἀφραίνω*. Eandem consonam cum antecedente ei epsilo excidisse sumunt qui Epidauri epitheton *λιμηρά* interpretantur *portuosa* v. Proll. 279. et qui Proserpinam honoris causa *ἐπαινήν* nominari putant quasi *ἐπαινέτην*, Eustathius vero *δεινήν* vel *αἰνήν* significari opinatur praepositione redundante v. Nitzsch. ad Od. X. 491. De hoc ad Apollinem referendum censeo. *Γοργείη κεφαλή* Eustathius 828, 60. ex *Γοργονείη* contractum esse existimat et hinc porro concludit Homerum in secundo casu *Γοργόνος* dixisse ut Zenodotus scripsit, nam a *Γοργώ* derivandum fuisse *Γοργῶος*. Verum *γόργειος* a *γοργός* derivari potuit sicut saepe paragoga transitis proximis accommodantur ad primitiva. De duplici gentis Aetolicae nomine *Ὀφιεῖς* et *Ὀφιονεῖς* nihil est quod decerni possit. Duorum vero synonymorum *χέλειον*, quo Nicander et Aratus utuntur, et *χελώνειον*, alterum a *χέλυς* derivatum est ut *γένειον* a *γένυς*, alterum a *χελώνη*. *Πλευμᾷν* fortasse a *πλεῦμος*, *πλευμονᾷν* a *πλεύμων*. Non minus diversas stirpes habent *ζηλοσύνη* et *ζηλημοσύνη* (ut *Μνημόνη* et *Μνημοσύνη*). Sigma et praetexta ei vocalis desideratur in his: *σελίς σελίζω σέλισμα καὶ συγκοπῇ σέλμα* Schol. Lips. ad Il. II. 170. Epim. I. 133, 8. Gud. 221, 36. sed alii aliter expediunt v. Techn. 112. *Εἰκάς* ex novitio *εἰκοσάς*, *θαῦμα* ex *θαύμασμα* correptum dici ejectis tribus literis *μασ*non

memini sed hoc duplici modo solvitur in Gud. 256, 28. κατ' ἔνδειαν τοῦ σ καὶ ἀποκοπὴν τῆς μα, οἱ δὲ παρὰ τὸ θεῶμαι θέαμα καὶ κράσει θᾶμα καὶ θαῦμα· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν ἐπιμερισμοῖς. Verum haec alea est minime necessaria; nam ut a κάω καῦμα descendit, sic a θάω θαύσω (θαυσίκριον) θαῦμα. Duorum nominum quae Photius complectitur Φεναγμάτων καταφενακισμάτων, alterum paronymon est a φέναξ, alterum a φενακίζω. Eadem ratio intercedit inter πάλλαγμα, si Aeschylus ita scripsit Choeph. 293. (305) et παλλάκισμα sive παλλάκευμα, quod nunc legitur a verbo usitato derivatum, illud vero ab intermortuo παλάσσω, cui cognatum videtur παλεύω. Sed quod Leonidas scripsit in Epigr. Κρήθων ὁ πᾶσι μακαρτός, nemo negaverit pro μακαριστός positum esse excisis duabus literis ισ. Videamus jam porro caetera. Πρόμος ὁ πρόμαχος κατὰ συγκοπήν Schol. A. ad Il. VII. 75. XV. 293. EM. Epim. I. 356, 9. sed nominis μάχη syllabam capitalem excidisse tam praeter fidem est ut illud simplex esse suspicer a praepositione πρό derivatum fere ut ξυνός a ξύν. Ὄραμνος κατὰ συγκοπὴν εἶπεν οἷον ὀρόδαμνος παρὰ τὸ ὀρούειν Sch. Nic. Ther. 91. qui si non veritus esset voce thematica uti, haud dubie scripsisset παρὰ τὸ ὄρω, unde repetuntur synonyma ὄρπηξ, ὄρμενος etc. v. Techn. 283. Cur vero non eadem ratione explicaretur gentilicium Ἠλεῖος, causa fuit accentus; sic enim loquitur Stephanus s. Ἦλις: ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς Ἤλιδος γενικῆς ἀναλόγως Ἠλίδειος ὡς Ἀδωνίδειος καὶ Εὐπολίδειος, καὶ καθ' ὕφεσιν τοῦ δ Ἠλίειος καὶ Ἠλεῖος, ubi deest mentio crasis, quae in EM. 426, 32. adjicitur Ἠλίδειος καὶ ἀποβολῇ τοῦ δ Ἠλίειος καὶ κράσει Ἠλεῖος. Scilicet syncope effecisset proparoxytonon; eademque de causa properispomenon τετρᾶχμον syncopae nomine excludunt. Hoc in capite ultimo disputabimus. Gentilicii una forma noscitur Ἠλεῖος ut ab Ἦτις τῆς Ἤτιδος ὁ πολίτης Ἠτεῖος EM. 248, 36. in quibus apparet terminationem possessivam syllabae nominis indeflexi primariae agglutinatam esse. Sed Ἀδώνειος et Ἀδωνίδειος a diversis oriuntur nominativis Ἄδων et Ἄδωνις. Diphthongum cum sequente consona elisam esse sta-

tuit EM. 687, 3. πρέσβα ἀπὸ τοῦ πρέσβειρα — οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πρέσβεια. At bisyllabum primitivi similius est, alterum derivati ut πέπειρα Proll. 39. Sic etiam a Πρέσβων πρέσβειρα, πίων πίειρα, νέος νέαιρα, ἔτης ἕταρος ἕταιρος, de quo argutatur Ptolemaeus in Schol. A. Il. VI. 239. τὸ ἔτης ψιλωτέον εἰ καὶ ἐπὶ τῶν ἑταίρων τάττεται, ἐπεὶ συγκοπῇ ἐγένετο ὡς ἀπὸ τοῦ ἥλατο ἆλτο nec probabilius Schol. A. ad Il. IX. 464. ἔται ἑταῖροι κατὰ ἀποκοπήν. Hinc de verbis et adverbiis tradere incipiam omissa illa subtilitate qua antea vocalium et consonantium vel in iisdem vel in diversis syllabis successiones distinguere studui.

§. 3. Ἄζω ἀπὸ τοῦ χάζω γίγνεται· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν λέγει ὅτι παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἄγος ἁγίζω ὡς τεῖχος τειχίζω καὶ κατὰ συγκοπὴν ἅζω· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ Ἀλκμᾶνα εἰπεῖν ἁγίσδεο ἀντὶ τοῦ ἅζεο EM. 22, 29. quod sequitur Apollonius in Lex. s. h. v. At contra stat ratio; nam ἅζεσθαι primitivum est. Sic etiam κράζειν et κραυγάζειν significatione conveniunt sed illud a κρῶ derivatum hoc paronymon est v. Techn. 83. Τίω ἀτίω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ζ ἀτίζω ἢ ἀπὸ τοῦ ἀτιμάζω συγκοπῇ EM. 163, 56. Illud approbat Schol. Apoll. IV. 1317. ἀτῶ ἀτύω, περισσεύοντος δὲ τοῦ ζ ἀτύζω ὡς παρὰ τὸ ἀτίω ἀτίζω. Verbum similis fili demonstrare non possumus sed hoc certum habemus ἀτίζω neque ex ἀτίω ortum esse quod modo disjunctionis causa fictum est, neque ex ἀτιμάζω. Κολάζω παρὰ τὸ κολαφίζω συγκοπῇ Gud. 333, 48. sed potior eorum sententia qui κολάζειν et κολούειν a κόλος, κολοβός repetunt, κολαφίζειν et κόλαφος a κόπτω Proll. 292. Idem turpius errat p. 388, 22. μεσάζουσα καὶ κατὰ συγκοπὴν μεσοῦσα. Apollonius de Adv. 572. τὸ ἰάζω συνεκόπη ἐκ τοῦ ἰωνίζω. Quod quum nimis violentum sit dicere non solum duas literas exterminatas sed etiam iota in alpha mutatum esse, huc necessitatis redigimur, ut Ἰάς, ἰάζω et ἰακός a principali nominis gentilicii syllaba derivata esse dicamus: Παρὰ τὴν παιδί δοτικὴν παιδίζω ὡς ποδί ποδίζω καὶ συγκοπῇ παίζω Orion. 138, 12. quod si probasset Herodianus eo loco quo unum παίζω in αιζω exire docet Mon. 22. addidisset, puto, αἴτιον δὲ τὸ πάθος.

Quin cum παῖς cognatum putaverit, non dubito. Σκή-πτεσθαι ex σκηρίπτεσθαι contractum esse temere affirmat Eustathius 1702, 17. quicum errat EM. 717, 48. σκίπων. παρὰ τὸ σκηρίπτω, nam haec a σκίπτω sive σκίμπτω, quod idem σκήπτω dicitur, derivata sunt non aliter quam a σκίπτω pungo σκνίπτω σκηνίπτω i. q. κνίζω vellico, scalpo. His omnibus labantibus restat unum ἀτμεύειν τὸ δουλεύειν παρὰ τὸν ἀτμένα Schol. Nic. Al. 172. EM. 164, 34. nam a nominibus in ην exeuntibus nulla quidem verba nisi in ιζω derivantur ἀῤῥενίζω, αὐχενίζω, λιμενίζω, sed ex his judicamus Nicandrum, nisi de metro laborasset, ἀτμενεύειν dicturum fuisse. Ὑψαυχεῖν nulla causa est cur ab ὑψαύχην potius quam ab ὕψαυχος derivatum esse statuamus.

Sicut verborum ita etiam partium orationis indeclinabilium syncopae fere omnes ex falso conflatae sunt. Hic primum in disceptationem veniunt adverbia loci, de quibus Apollonius de Adv. 601, 2. et 624, 15. παρὰ τὸ ἐκεῖνος τὸ ἀκόλουθον ἦν ἐκεινόθεν, ἐκεινόθι, ἐκεινόσε· τὸ δὲ κατὰ συγκοπὴν ἐκεῖθεν, ἐκεῖθι, ἐκεῖσε cf. EM. 321, 40. Idem p. 606, 5. αὐτόθι καὶ ἐν συγκοπῇ αὖθι, ὑψόθι ὕψι, ἀγχόθι ἄγχι [4]) tum p. 603, 3. τὸ ὀπίσωθεν ἔσθ' ὅτε καὶ μετὰ τοῦ σ συγκόπτεται ὅτε γίνεται ὄπιθεν, quod supra exagitatum est C. VI. §. 2. Eadem Herodiani sententia fuit Mon. 27. οὐδὲν εἰς θεν ἐπίῤῥημα τοπικὸν τῇ ει παραλήγεται ἀλλὰ μόνον τὸ ἐκεῖθεν· αἴτιον δὲ τὸ πάθος· ὁ γοῦν Ἀλκαῖος κήνοθεν εἶπεν· et inferiorum: τῆλε ἐκ τοῦ τηλόσε συγκοπῇ τῆς ος συλλαβῆς EM. 756, 40. Sed hi omnes causam ancipitem agunt. Quomodo a τῆνος ductum est τηνόθι et τηνόθε, ab αὐτός αὐτόθεν, ab οὗτος τουτόθεν, ita non dubium quin ab ἐκεῖνος duci potuerit ἐκεινόθι etc. sed Graeci maluerunt syllabam loci significativam addere ipsi stirpi pronominis ἐκεῖ — ἐκεῖθι. Duplici vero via usi particulam localem modo pronomini αὐτός adjunxerunt αὐτόθι, modo themati ejus αυ — αὖθι, quod primitivum esse apparet ex composito αὐθιγενής, nam derivata αὐτόθι,

---

4) Hoc exemplum excidit in Schol. B. ad Il. X. 62. Αὖθι ἀπὸ τοῦ αὐτόθι Sch. Od. III. 156. et alii.

ὑψόθι, οἶκοθι etc. non componuntur. His inconsulte intermiscentur ἄγχι, ὕψι, τῆλε, quae ipsa forma declarat non cum θι et σε composita sed maxime simplicia et aparagoga esse. Ab his autem processerunt ἀγχοῦ ἀγχόθι, ὑψοῦ ὑψόθι, τηλοῦ τηλόθι eodem modo atque consilio ut ὕψοσε, ἀγχόθεν, τηλόθεν, nempe ad relationes loci accuratius definiendas. Cetera etiam leviora sunt et leviorum auctorum: τὸ κρῆθεν φασὶν ἀπὸ τοῦ κάρηθεν· δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ καρητόθεν εἶναι Sch. Il. XVI. 548. quod sine causa fingitur. Et ex duabus Eustathii sententiis 786, 30. τὸ νειόθεν συγκέκοπται ἐκ τοῦ νειατόθεν, εἰ μὴ ἄρα ἐκ τοῦ νεῖος utra potior sit, vix ambigi potest. Apollonius vero non solum adverbia quae locum significant, ista ratione emolitur sed etiam alia: παρὰ τὴν ἰνόφι φωνὴν τὸ ἶφι συνεκόπη· τὸ μέντοι νόσφι πρὸς ἐνίων οὕτως ἀπεδίδοτο ὅτι παρὰ τὸ νο στερητικὸν καὶ τὸ ἕπεσθαι p. 608. De illo adstipulantur Choeroboscus Orth. 224. et Schol. A. ad Il. I. 151. ἴς ἰνός ἰνόφι ὡς χαλκός χαλκοῦ χαλκόφι καὶ κατὰ συγκοπὴν τῆς νο ἶφι. Verum hoc a χαλκόφι et ceteris quae cum nomine composita sunt, dupliciter discrepat; primum quod nunquam asciscit ν paragogum ut ναῦφιν etc. tum quod synthesi aptum est, Ἰφικλῆς, Ἰφιγένεια, ἰφιγέννητος, ἰφικτάμενος, sed nomina cum syllaba φι conjuncta non praeponuntur aliis; nam λιβυαφιγενής prorsus singulare est et non minoris miraculi quam si quis λιβυαθεγενής vel θηβησιγενής dicere periclitetur, quae nemo cum ἐμπροσθοφανής, ὀπισθοφανής comparaverit. Ac forsitan Ibycus ne usus quidem est nominativo illo sed dativo pluralis numeri λιβυαφιγένεσσι pro λιβυαγενέσφι per metathesin ut homericum ἰθαγενέεσσι aliquantum variaret. Itaque magis sequendi videntur qui ἶφι adjectivum esse statuunt ut Schol. Lips. ad Il. V. 556. ἴφια ἰσχυρά, οὗ ἡ εὐθεῖα τὸ ἶφι τοῦ ἴφιος τὰ ἴφια, et Eustathius, qui numerum singularem ἶφι θρέμμα ponit 582, 12. cui convenit masculinum Ἶφις ταχύς Phot. [5]) Sed sive adverbium est ἶφι sive adjectivum ad-

5) Nereidum una a Luciano Ἰφιάνασσα vocatur, ab Homero Ἰάνασσα soror Ianirae, quorum trium nominum fortasse unum est etymon

verbiale ut ῥᾷ (ῥηΐ), γάλι etc. v. Parall. 119. certe omnes suos numeros habet. Νόσφι pro νοστόφι dici Hermannus olim Opusc. I. 1. 222. assensus est affirmantibus; equidem non video quomodo nomen νόστος hoc est ὁδός, πορεία, adjunctione syllabae epectaticae φι hanc sejunctionis significationem accipere possit et cur huic uni omnium quae in φι excidunt syllaba sit exemta, neque eodem modo dicatur αὖφιν pro αὐτόφιν vel aliquid simile. Adjice quod a nominibus epectasi auctis nullum propagatur verbum, ab illo autem derivatum est νοσφίζω ut ὀψίζω. Denique non νόσφι dicendum erat sed νόφι abjecta syllaba integra στο. Itaque νόσφι seponimus tanquam ignorabile et desperandum. Ultimum hujus avitae doctrinae specimen praebet Schol. Il. XXIII. 526. EM. 691, 11. Epim. I. 357. προτέρω κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ πο῾ῤῥωτέρω ἐν ὑπερθέσει hoc est προτέρω pro πορτέρω. Tam hoc supervacaneum est quam quod alii decernunt προτέρω ἐκβολῇ τοῦ σω δίχα τοῦ ι· ἀπὸ τοῦ προσωτέρω γάρ ἐστι Schol. Od. IV. 667. Il. III. 400. IX. 192. pro quo προσσοτέρω scribitur ad V. 672. et πο῾ῤῥωτέρω ad XXIII. 526. nec syllabae ultimae probatur apocope, sed est adverbium δοτικοφανές. — Choeroboscus Can. 245. quum recte docuisset διπλοῦς, τριπλοῦς et quae sequuntur non syntheta esse sed paragoga, minus considerate addit ἀπὸ τοῦ τετράκις παρήχθη τετραπλόος καὶ ἀπὸ τοῦ πεντάκις πενταπλόος συγκοπῆς γενομένης τῆς κις συλλαβῆς. Quomodo enim πεντάκις a πέντε propagatum est, sic ab eodem πεντάπλους etc. — Orion 161, 12. φένινδα—ἀπὸ τοῦ φενακίζειν φενακίνδα καὶ συγκοπῇ φενίνδα, sed quum hunc lusum ita describit ὅταν τὴν σφαῖραν εἷς ἑνὶ δείξας εἶτα λάθρα (ἄλλῳ) ῥίψῃ, sequitur meliorem esse scripturam φαινίνδα — ἀπὸ τοῦ φαίνειν. De ἐπίκλην infra dicam §. 7. Nomine non proprio utitur EM. 78, 20. τὸ ἁμαρτῇ Ἀρίσταρχος λέγει ἐκ τοῦ ἁμαρτήδην κατὰ συγκοπὴν καὶ ὀξύνει· significat enim apocopen.

§. 4. Longiorem sermonem desiderant syntheta, quae tripartito dividam; ac primum loquar de iis quae casus non

---

ἴς *vis* pure declinatum ἰός, unde nomen ἰός *virus* iota longo sed in derivatis correpto.

habent: ἡ κατά συγκέκοπται καὶ ὅλην συλλαβὴν ἀποβάλλει ἐν τῷ κάκτανε Epim. I. 248. Zonar. 1178. Hoc genus poetarum ditioni subjectum est. Nam quod promiscue dicitur κάπυρος, id ex κατάπυρος factum esse jure negat Schneiderus [6]). Homericum ἄντιτα Schol. Od. XVII. 51. et Il. XXIV. 273. non recte acceperunt: ἄντιτα ἀντὶ τοῦ ἀντίτιτα ἀτιμώρητα· ἔστι δὲ συγκοπὴ τῆς τι συλλαβῆς. Nam ex ἀνάτιτα contractum est, licet hoc nusquam reperiatur [7]). Itaque una est praepositio ἀμφί huic affectioni opportuna sed in uno solo vocabulo quod Schol. Apoll. IV. 1187. designavit: Παυσανίας φησὶ τὸν ἀμφιφορέα ὑπὸ Ἀθηναίων ἀμφορέα καλεῖσθαι, idque publica consuetudo recepit una cum affinibus ἀμφορίσκος, ἀμφορεαφόρος etc. excepto uno ἀμφιφορίτης ἀγών, ex quo cognoscitur concinnitatis sensum alias plus valuisse alias minus v. Parall. 44 sq. parique inconstantia *ambicisus* dicitur et *anfractus* etc. [8]) Praepositionum inseparabilium una syllabam amittit in ἡμέδιμνος, quod Didymus ab Atticis dici affirmat v. Parall. 44. sed non legitur nisi in Inscr. Tauromenitana N. 226. Col. II. lin. 34. Ex adverbiis huc appropinquat ὀπισθέναρ bis apud Pollucem scriptum accentu alio atque ὀπισθόδομος et alia vere composita [9]).

De nominibus primae declinationis sermo non longus erit; τὸν ἀγκῶνα οἱ Ἀθηναῖοι μὲν ὠλέκρανον, οἱ Δωριεῖς δὲ κύβιτον ὀνομάζουσι Galen. de Mot. Musc. II. 3, 430. T. IV. Ruf. de Part. p. 22. ubi ὀλέκρανον, ut apud Aristophanem, scribitur, nusquam vero ὠλενόκρανον sive ὀλενόκρανον repertum est. Syncopae effugiendae viam ostendit Hesychii

6) Κάτροπον κάτανες Hes. quod recte confertur cum Κατάτροπον κάτανες, doricum est vel aeolicum ut καβαίνειν etc.

7) Ἀνασχεθέειν Eustathius 1538. male interpretatur ἀντισχεθέειν et Schol. Pind. Ol. III. 54. ἀντιθεῖσα haud melius ἀνθ' ἑαυτῆς θεῖσα.

8) Confusio nominum παραστάς et παστάς Schneidero in Epim. ad Xen. Mem. p. 286. suspicionem praebuit hoc ex illo contractum esse. Pro ἐν προστάδι Schol. Apoll. I. 1104. cod. προπαστάδι praebet. Sed significatio discrepat et origo diversa est.

9) In Theognosti loco quem adscripsi in Parall. p. 205. pro νόαρ nescio an scribendum sit Ζόαρ e Suidae glossa subditicia Ζόαρ τόπος, qui alibi Ζόαρα vocatur.

glossa Ὦλλον (ὦλον) τὴν τοῦ βραχίονος καμπήν. Cui si minus confidimus, causam interpolationis a licentia sermonis quotidiani repeti oportet; nam est vox vulgaris. In nomine πασπαλέτης non constat utrum partis primae syllaba secunda an secundae prima excisa sit sed causa excisionis apparet v. Parall. 44.[10]) Inter ea quae secundam sequuntur declinationem imprimis celebre est Jovis epitheton κελαινεφής παρὰ τὸ κελαινόν καὶ τὸ νέφος συγκοπῇ τῆς νο συλλαβῆς EM. 501, 50. quod magis epalleliae causa factum puto quam quia metrum aliter non ferret; nam certe pro κελαινεφέϊ Κρονίωνι Il. I. 397. dici poterat κελαινονεφεῖ ut Ζηνὶ κελαινεφεῖ αὐτάρ — XXI. 520. Si vero αἷμα κελαινεφές dicitur, id explanatur ea ratione quam veteres afferunt sed verbis parum circumspectis: τὸ ταλαύρινος παρῆκται παρὰ τὸ τλῆναι καὶ οὐκ ἔγκειται ὁ ῥινός ὡς οὐδὲ ἐν τῷ κελαινεφὲς τὸ νέφος Apollon. Lex. Idem τανυήκεας ὄζους παρηγμένως λέγει τοὺς ταναούς, ὡς κελαινεφὲς αἷμα. Sch. Aesch. Sept. 43. τὸ μελάνδετον καλῶς ἂν ἐπὶ ξίφους ῥηθείη, ἐπὶ δὲ σάκους παρέλκει τὸ δετόν ὡς ἐπὶ τοῦ κελαινεφὲς τὸ νέφος. Haec enim non vera paragoge, non vacua et inanis productio est sed metaphora haud importuna; nam in cruore quoque apparet quaedam nubecularum similitudo v. Parall. 50. Si κελός *niger*, quod H. Stephanus in VV. LL. afferri dicit, commonstrari posset, κελαινεφής non aliter quam μεσαιπόλιος figuratum diceremus. Cur autem ex duabus syllabis continuis *νονε* altera sit elisa manifestius fiet comparatione similium: μώνυχες ἀπὸ τοῦ μονώνυχες συγκέκοπται ὑφαιρέσει τοῦ ον, μετὰ δὲ τὴν ὕφεσιν τοῦ νυ γίνεται τῶν δύο ο εἰς τὴν ου δίφθογγον κρᾶσις (μούνυχες καὶ τροπῇ) μώνυχες ὡς βοῦν βῶν Epim. I. 288. ubi duae confusae sunt sententiae; μώνυχες aut ex μονώνυχες factum esse praetermissione syllabae ον aut ex μονόνυχες unius consonae dispendio et contractione vocalium οο in ω. Verum alia causa est subsequentium: Ὀπα-

10) Apiastri nomina sunt Μελίφυλλον ἢ μελισσόφυλλον Hesych. hoc a μέλισσα, illud a μέλι. Latinum *melisphyllon*, quo non Virgilius solum usus est sed Palladius quoque, G. Vossius in EM. ex μελισσόφυλλον coartatum putat.

τρος ὁμόπατρος συγκοπῇ Sch. A. Il. XI. 257. ὄτριχας, οἰετέας καὶ ὄπατρος κατὰ συγκοπήν EM. 637, 22. τὸ ὁμῶς ἀπὸ τοῦ ὁμοίως· ἡ δὲ τοιαύτη συγκοπὴ Δωριέων ἐστίν· ἐκεῖνοι γὰρ ὁμότριχας ὄτριχας φασὶ καὶ τοὺς ὁμοετεῖς ὀετεῖς[11]) καὶ τοὺς μονώνυχας μώνυχας Sch. Arat. 19. De Doribus nugatur; illa conjuncta sunt cum voce thematica ὅ sive ὀ, a qua sono tantummodo differt ἀ et hoc quoque cernitur in synthetis quae Hesychius affert ἀετέα τὰ τῷ αὐτῷ ἔτει γεννώμενα et ἀετῆ τὸν αὐτοετῆ, pro quo αὐτενίαυτον dicitur in Geopp. Verum non solum in pronominibus, quae omnino a communibus legibus exemta sunt, aliquando ad prima elementa recursum esse sed etiam in ordinariis ostendit verbum insolentius fictum ὀρκύπτειν hoc est ἀνατείνεσθαι καὶ ἐπ' ἄκρων ὀνύχων ἵστασθαι. Hujus enim syllaba prima eadem esse videtur quae in ὀρθός et ὄρνυμι cernitur ipsoque nomine ὄρος, unde nonnulli ὄροχθος et ὄρογκος derivata putant[12]). Sed quae Grammatici in medium proferunt, ad persuadendum parum apposita sunt. Primum κάμμορος οἱονεὶ κακόμορος καὶ συγκοπῇ κάμμορος EM. 488, 41. Apollon. Lex. Tryph. de Pass. §. 23. p. 37. Id potius sic ut καμμονίη et καμβολία cum praepositione copulatum est, quae integra apparet in κατάφοβος, κατάχολος, quibus simile κατάμορος non legimus[13]) sed hinc aeolice corruptum putatur Κάσμορος δύστηνος Hes. Tum πυκιμήδης συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ πυκινομήδης· οὐ γάρ ἐστιν εἰπεῖν ὡς ἐκ τοῦ πύκα σύγκειται Eust. 1428, 54. cujus ratio duplex fuisse videtur, una ab adjectivo πυκινόφρων ducta, altera conveniens sententiae in EM. 649, 43.

11) Hesychius Ὑετής ὁ αὐτοετής· Μαρσύας· fortasse aeolicum est ὑέτης pro ὀετής (ut ὕμοιος) quod alibi non legitur.

12) Analogiae aptius foret perispomenon ὀρκυπτεῖν ab ὀρκύπτης ut πατροτύπτης, στερνοτύπτης v. ad Phryn. 593. et hoc quodammodo confirmat Hesychii scriptura ὀρικυπτεῖν.

13) Pro κατάμορος apud Arcad. reposui κάμορος plantae vel arboris nomen in Proll. 271. not. 40. Ille enim non de adjectivis agit compositis, ut in Thes. dicitur, cujus generis sexcenta occurrunt in ορος, βορος, χορος, φορος etc. sed de substantivis simplicibus. Adjectivum est πάμμορος, quo Sophocles utitur pro κάμμορος. Hoc Schol. Od. V. 160. καταμεμορημένον interpretatur.

prolatae ὁ γὰρ ποιητὴς ἔθος ἔχει τὰς συνθέτους λέξεις διαλύειν, οἷον κηρεσσιφορήτους οὓς κῆρες φορέουσι καὶ γρηὸς πυκιμήδεος, εἶτα διαλύων τὴν σύνθεσιν ἐπιφέρει πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἐχούσης[14]) quae locis longe discretis leguntur Od. I. 438. et XIX. 353. nec credibile est poetam, quum alterum poneret, alterius habuisse memoriam. Non tamen ideo illud cum πύκα compositum arbitror, quod in parathesi modo invenitur πύκα ποιητός et all. sed cum obsoleto adjectivo πυκός dorice ποικός dicto, cui illud adverbii loco affixum est. Itaque ut ἀργικέραυνος, φοξίχειλος pro vocali connexiva habent iota, ita πυκιμήδης pro πυκομήδης. Ἀῤῥηφόρους nominatas esse τὰς τὰ ἄῤῥητα φερούσας Schol. Ar. Lys. 648. (cf. Aglaoph. 827.) et ἀκράχολος dici pro ἀκρατόχολος Doederl. Gloss. p. 3. valde incerta est conjectura. Eodem loco sunt haec: τὰ βράβυλα καλεῖται καὶ μάδρυα οἷον μαλόδρυα Athen. II, 50. A. alibi enim ἀμάδρυα vocantur, cujus vocalem primam fortasse detrivit consuetudo popularis. Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ περὶ ὀρθογραφίας αὐτοῦ[15]) λέγει τὸ ἀΐδηλος εἶναι ἀπὸ τοῦ ἀϊδνὸν τὸ σημαῖνον τὸ ἀφανιστικὸν κατὰ συγκοπήν EM. 41, 40. Id alii probabilius ab ἀΐδης productum putant. Χέρνησος si ex Χερσόνησος contractum est, duas literas amisit, sin ex Χερόνησος unam tantum ut supra dictum est c. IV. §. 3.[16]) Verum nullam aut infitiandi aut defendendi facultatem relinquit vox Aeschylea βδελύκτροπος, quod sive cum βδελυκτός coniunctum dicimus sive cum βδελυχρός, non tam hoc mirandum est syllabam abjectam esse finalem quam quod non tota abjecta

---

14) Hujus usus observatione nititur eorum opinio qui ταλαπείριος Od. VII. 25. interpretati sunt πόῤῥωθεν πεπερακώς· quippe sequitur τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης.

15) In Orthographia nuper edita hoc non legitur sed simile quiddam 177, 12. et Epim. I. 19, 22.

16) Nomen proprium Ἐμαυτίων si in Graecia radices habet, compositum esse debet ut Ἀνδροτίων, Δημοτίων, Πολυτίων v. Proll. 390. adn. concisumque ex Ἐμαυτοτίων, quod nomen in multos mortalium convenit Solipsismi, ut nunc vocant, cultores; graece φίλαυτοι et αὐτάγητοι dicuntur.

est; remansit enim gutturalis. Si *βδελύτροπος* legeretur, simile esset substantivo quod Schol. Arist. Nubb. 255. explicat *σκίμπους παρὰ τὸ σκιμβοὺς ἔχειν τοὺς πόδας*, quanquam vocabuli triti et domestici corruptione parum excusatur insolentia poeticae dictionis, cujus facilis erat declinatio.

§. 5. Vocabulorum tertiae declinationis pars maxima in synthesi formam genitivi servat et pure terminati ut *δρυοτόμος* et non pure. De illorum imminutione in priore hujus disputationis parte actum est c. IV. §. 4. Alterius familiae duo consonam extremae syllabae primam amittunt una cum vocali quae eam subsequitur: *αἰγοπόλος καὶ κατὰ συγκοπὴν αἰπόλος* EM. 37, 47. *ἐνδείᾳ συλλαβῆς ὁ αἰγοπόλος αἰπόλος γίνεται* Apollon. Synt. I. 2. p. 5. id ceteris mirabilius quia consona surrepticia ad stirpem nominis pertinet; sed alii cum *αἶπος* compositum esse statuunt Sch. Theocr. I. 1. Nomen *κοκκύμηλον* si Nicander recte interpretatur *μῆλον ὃ κόκκυγος καλέουσι*, eadem gutturalis emigravit comitante vocali [17]). Alterum profert EM. 243, 38. *γυναιμανὴς ἀπὸ τοῦ γυναικομανὴς συγκοπῇ*, sed mox ad saniora se convertit *ὡς τιμὴ Τιμόθεος, οὕτω γυνὴ γυνομανὴς καὶ κατὰ μετάθεσιν γυναιμανὴς ὡς μεσαιπόλιος*. Idem declarat Schol. Dion. Gramm. 859, 29. tropae nomine usus, nec jure in dubium vocat Epim. I. 102. *τὸ γυναιμανές φαμὲν ἐκ τοῦ γυναιμανές συγκεκόφθαι, ἵν' ἔνεστι τὸ γύναιον, ἢ ὡς πύλη Πυλαιμένης, ἕλη ἐλαιθερής·* quippe nomen ignobile *γύναιον* ab Homeri omniumque epicorum consuetudine longe sejunctum est. Eadem ratio intercedit inter *κροκυδολογεῖν, χαριτοβλέφαρος* et *κροκυλεγμός, χαριδώτης, θεμίπλεκτος*. Syllabae casualis *νο* interceptionem animadvertit EM. 331, 20. *Ἑλλανονικος καὶ συγκοπῇ Ἑλλάνικος*. Syncope elevatur si cum *Ἑλλός* compositum est, quo nomine priscos Helladis antiquae et propriae cultores appellatos esse haud spernendi auctores prodiderunt; alpha longum videtur ut in *Θεαγενής* et similibus. Nominum neutralium, quae genitivum in *τος* mittunt, triplex est figura; una prolixior *αἱματόφυρτος*,

17) Ypsilon corripit quidem Alexis Fragm. Vol. III. 504. sed idem etiam in simplici interdum fieri auctor est Herodianus de Dichron. 285.

σωματοειδής, *ὀνοματοθέτης* etc. altera concisae similis *αἱμακουρία* apud Pindarum alpha brevi, *ἁρματροχία*[18]), *γαλαθηνός* quod ex homerico *γάλα θῆσθαι* conglutinatum putatur; tertia item ex genitivo contracta sed alio modo, hoc est ellipsi duarum continentium literarum, consonae dico quae ultimam orditur et vocalis quae eam antecedit *αἱμόφυρτος* (cum trope ionica *αἱμηπότης*), *ἀγαλμοτύπος*, *κυμοδέγμων*, *γαλοπάροχος* altor, *δερμόπτερος*, *κερμοδοτεῖν*, *στομοδόκος*, *τερμοδρομεῖν*, *χειμοθνής*. Sic Eustathius quidem haec nata esse censet 1895, 34. *τὸ αἱμοφόρυκτος συγκέκοπται ὥςπερ τὸ αἱμόῤῥυτος καὶ τὸ αἱμοβαφής*, idemque statuisse videtur de *δορυεργός*, *γουνοπαχής*, *κεροφόρος*, *ὑδογενής*, *φρεάντλης*, quibuscum consistunt *κερατοφόρος*, *δορατογλύφος*, *φρεατορύκτης*, *ὑδατοτρεφής*, neque indignam Eustathii ingenio conjecturam faciemus si idem sumamus de propriis *Ἀρτεμόκλεα*, *Τριτογένεια*, *Ἀπολλόδωρος*, quod Gaisfordus in EM. 702, 43. supposuit pro *Ἀπολλώδωρος*, cui simile *Ἀπολλωφάνης*[19]).

Verum tamen hoc totum genus syncopae nodis exsolvitur si illi qui brevioribus usi sunt consonae nominis principalis proxime attexuerunt vocalem connexivam *κυμ—ό—κτυπος* et cetera, quibus conferri possunt latina foedifragus, homicida, sanguisuga, horrificus, rumificus; cum *κυματοπλήξ* vero et similibus convenit odorisequus, soporifer etc. Verbo tenus attigisse sufficit *ἰχωῤῥοεῖν* quod praeter locos in Thes. citatos legitur in Med. Mosq. X. 34, 333. *Ῥαιστοτύπος* non ita ut *ῥαιστηροκοπία* compositum est sed cum nomine declinationis primae ut *πρεσβυτοδόκος*, *νηριτοτρόφος*. Genitivum adjectivi amputatum esse statuit Choeroboscus in Psalm. 122, 8. *ἐκ τοῦ πᾶς παντός καὶ τοῦ ῥῶ*

18) *ἁματροχίη ἀντὶ τοῦ ἁρματοτροχίη· κατὰ [ἐξαίρεσιν τοῦ ρ καὶ] συγκοπὴν τῆς το* Sch. Nic. Th. 263. qui vocabula confundit diversa. De accentu monui ad Buttm. 424. Exaeresi, quam hic fingit, Dionysius Per. usus est *Σαμάται* dicens pro *Σαρμάται*. *Φατρία* et alia attuli Parall. 15 sq.

19) Appellativo *ἀλεκτρυοπώλιον* duae desunt aut ejusdem syllabae literae aut confinium. *Ἀμεινοκλῆς* et *πλεομελής* supra attigi. Pro *Ἀπολλωνησίτης* Steph. Casaubonus *Ἀπολλωνονησίτης* scribit.

παντοῤῥησία καὶ παῤῥησία, sed refellitur ab Herodiano: *παῤῥησία οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ παντορησία κατὰ συγκοπὴν, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον· ἀλλὰ παρὰ τὸ πᾶν τροπῇ, οὐ συγκοπῇ. Περὶ παθῶν* EM. 655, 10. idque confirmatur non uno exemplo *παναληθής, πανεργέτης, μελάνδετος, μεγάθυμος* et aliis ita compositis ut nomen incorruptum, quod in neutro cernitur, in conspectum veniat, cum eo quod *πᾶν*, quum componitur, ad nativam brevitatem redigitur. Itaque in hac disputationis nostrae regione ac via unum deprehendimus exemtionis exemplum indubitabile *μελανθής* et *μελάνθιον*, quo iteratio ejusdem syllabae effugitur, verbumque proletarium *μελενδυτεῖν* i. q. *μελανειμονεῖν* in Prodrom. Stich. Monod. v. 334. ed. Boiss. Cetera quae ad hunc locum pertinent, sumi possunt ex Parerg. Phryn. 668 sq. Parall. 48 sq. Adjectivorum in $\overline{υς}$ exeuntium uni syllabam nominativi extremam detrahi indicat Epim. I. 344, 21. *τὰ εἰς $\overline{υς}$ λήγοντα (καὶ) παρ' εὐθεῖαν συντίθεται θηλύμορφος, πρεσβυγενής καὶ παγενις* (scr. *παρὰ γενικὴν*) *βοτρυοχαρής· μόνον τὸ ἥμισυς πῇ μὲν μίαν συλλαβὴν ἐκκέκοπται ὡς τὸ ἡμίδωρον, ἡμισύχοιρος*, quae si pro exemplo syncopae afferuntur, sic scribenda sunt *ἡμίδωρον* (ut *δεκάδωρον, δωδεκάδωρον*), *ἡμιχόριον*, sed fortasse pertinent ad alteram canonis partem, quam supplet Theognostus Can. 83. *τὰ ἐκ τοῦ ἥμισυς συγκείμενα ἀποβάλλει τὴν $\overline{συ}$, ἡμίονος καὶ ἄλλα. Εὕρηται δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπανίως μετὰ τῆς $\overline{συ}$, ἡμισύχοιρος, ἡμισυψοίνιξ* (sic). *Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν*, qui id ab Abrone observatum esse ait in EM. 430, 30. idemque implicatum est mirabili Tryphonis sophismati apud Choerob. Orth. 272. EM. 794, 1. *φιλήτης ὁ κλέπτης παρὰ τὸ ὑφειλέτης κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ $\overline{υ}$ καὶ τοῦ $\overline{ε}$ καὶ ἐκτάσει τοῦ $\overline{ε}$ εἰς $\overline{η}$· πολλὰ δὲ πάθη ἐνταῦθα γέγονε· λέγει δὲ ὁ Τρύφων ὅτι συνέπαθεν ἡ φωνὴ τῷ σημαινομένῳ, ὡς ἡμισυκύκλιον ἡμικύκλιον, λείπω λιμός· ὁ γὰρ κλέπτης ἔνδειαν ποιεῖ.* Hoc est quod Choeroboscus dicit Orth. 277, 3. et in Psalm. 27, 29. *ἡ φωνὴ συνέπαθε τῷ σημαινομένῳ* atque ad haec *ὀνόματα συμπάσχοντα* refert etiam *χιράς*. Duorum, quae Theognostus expromit, *ἡμίχοιρος* et *ἡμισύφοινιξ*, illud, si mendo vocat, certe linguae

rusticae relinquendum est; alteri Cramerus ἡμισυχοίνιξ substituit, Bekkerus vero in Ind. Anecd. 1379. ἡμισυφοίνιξ, quod si cum adjectivo φοίνιξ conjunctum est, dividendum videtur ut ἥμισυ πηγός Callim. Dian. 90. v. Diss. V. c. 2. §. 3. si semipoenus illo nomine significatur, dissidet cum gentiliciis ἡμικρής, ἡμιέλλην etc. et omnino nulla novimus vocabula cum adjectivo composita, sexcenta vero cum adverbio inseparabili, quare hoc potius quam adjectivum primitivi loco habendum ut latinum *semi* et *se*.

De altera parte compositorum quae creduli quidam commentantur, vix scio an relatu digna sint, ἄσωμος ἀπὸ τοῦ ἀσώματος κατὰ συγκοπὴν ἢ ἀπὸ τοῦ σῶμα EM. 161, 40. βαθύλειμος ἀπὸ τῆς λειμῶνος γενικῆς βαθυλείμωνος καὶ συγκοπῇ p. 185, 35. quibus simile δυςχείμων, δύςχειμος (δύςχιμος) nisi quod hoc ad χεῖμα referri potest sicut ἄκυμος, ἄχρωμος, ἔνσπερμος et alia quae leviter intuentibus vel syncopae vel parectasis speciem objiciunt.

§. 6. Verborum duo tempora syncopistis occasionem acuminis experiendi praebuerunt. Febris quoddam genus λειπυρίαν dici ὅτι λείπεται πυρός Actuarius tradit, sed saepius λιπυρίας scribitur, quod Reinesius cum particula intentiva conjunctum putat. Cetera hujus ordinis verba disyllaba nihil aliud quam ω in ο mutant, λειποτάκτης et cetera cum hoc verbo composita [20]), τιλλοπώγων, τερπότραμις, στεργοξύνευνος, βουλόμαχος, αἱρόπινον quod aptius verbo subjicitur quam nomini αἶρα, μισγόνομος, σωζόπολις, ὀζόστομος, Φαινόκριτος, cum trisynthetis ἐκφερομυθεῖν [21]), συμβαλλόμαχος, ἐπιθυμιόδειπνος, quae praeter primum aut propria sunt aut nove ficta potissimum probri gratia. Alia epsilon in commissura recipiunt, non solum quae cum verbis quintae classis composita sunt ut in EM. 579, 45. dicitur: τὰ βαρύτονα δισύλλαβα μετὰ ἀμεταβόλου τρέπουσι τὸ ω εἰς ε

---

20) Scripturam Oro olim probatam retinuerunt et alii Atticorum scriptorum editores et Kruegerus ad Thuc. I. 99, 1. damnante L. Dindorfio.

21) Schneiderus, quia φερέπονος et cetera cum φέρω composita epsilon accipiunt, illud quoque sic scribendum putat sed jure defenditur ab Osanno ad Cornut. XXX. 183.

tur[25]), alterum cum χαλᾷν ut ταλᾷν ταλαίφρων. Εἰλίπους ex εἰλισσόπους coaluisse dicunt Technici quos infra nominabo; nemo autem attigit his cognata ἐλελίχθων et ἐλελίσφακος, quae non cum verbo ἐλελίσσω composita sed eodem naturae imitandae studio efficta sunt, unum a poetis, alterum a vulgo. De nominibus, quae cum verbis pure terminatis cohaerent, dubium est utrum magistri nostri cum praesenti composita esse crediderint an cum futuro ut EM. 745, 48. παρὰ τὸ τανύω τανύσω τανύπεπλος ὡς γανύω Γανυμήδης καὶ τανύπτερος. Hic enim si rem ad vivum resecamus a τανύσω directe τανυσίπτερος, hinc per compendium τανύπτερος factum putavit sic ut Τληπόλεμος ἐκ τοῦ τλήσω Τλησιπόλεμος συγκοπῇ p. 716, 16. Sed de verbo ejusdem familiae bisyllabo duplex fertur sententia in Schol. ad Il. XIII. 300. τὸ ταλάφρων οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ ταλῶ ὅθεν τὸ ταλάσω, οἱ δὲ ὡς τανύπτερος hoc est a praesente τανύω. Haec unius literae syncope supra disceptata est c. IV. §. 5. de concisione syllabae quae in τανυσίπτερος, ἐρυσίπτολις, ἀνυσίεργος, κωλυσίδειπνος apparet, res in dubio. Ταλάφρων, quo ille ad probandum utitur, sic ut ταλαπενθής a ταλαός derivatum est v. C. IV. §. 4. hinc autem Τληπόλεμος et τλήθυμος eo genere concisionis, quod in prima parte explicavimus, et similiter a futuro integro ταλασίφρων, a corrupto, quod ex artis praecepto fingitur, τλησικάρδιος. Certiora desunt; nam Τελένικος et huic similia quae Keilius in Anall. 110 sq. contulit, ab alio principio profecta sunt atque Τελεσίνικος, nec idem sonant Σωκλῆς et Σωσικλῆς. Iam producemus eos qui duas diversarum syllabarum literas η et σ futuris eximi affirmant: δαΐφρων ἀπὸ τοῦ δαῶ δαήσω ὡς οἰδῶ Οἰδίπους, ἁμαρτῶ ἁμαρτίνοος Schol. Od. XV. 509. τὰ ἀπὸ τῆς πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων γινόμενα ὀνόματα ἢ τῷ ο παραλήγουσιν ὡς τὸ ἁμαρτῶ ἁμαρτοεπής, μισῶ μισογύνης, ἢ τῷ ι ὡς εἰλίπους, Οἰδίπους, ἁμαρτίνοος. Οὕτω δαῶ δαήσω

25) Sic Herodes Fr. V. Choliamb. Mein. p. 149. ἤδη γὰρ αὐγὴ τῆς ζόης ἀπήμβλυνται, id est hebetatur, pro μαραίνεται, ἀμαυροῦται *occaecatur* posuit v. Diss. I. c. I. §. 1.

δαΐφρων EM. 245, 18. Hanc cantilenam iterat p. 616, 56. sed salubrioris consilii haud ignarus: τὸ Οἰδίπους ὁ μὲν Θεόγνωτος (hoc est Theognostus Can. 97, 16.) ἀπὸ τοῦ οἰδήσω Οἰδησίπους κατὰ συγκοπὴν τῆς ης συλλαβῆς. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει μὴ εἶναι οὕτως ἀλλ' ἀπὸ τοῦ οἰδῶ Οἰδίπους· ἄμεινον γὰρ τὸ ἀπαθὲς τοῦ πεπονθότος. Hic igitur iota contexendis cum nomine verbis non minus aptum judicavit quam epsilon et omicron eaque ratione declinavit syncopen, quam λαθίπονος et ἐναρίμβροτος apertissime respuunt. Quemadmodum autem haec a verbis authypotactis ducta sunt, ita ἁμαρτίνοος ab ἁμάρτω, et δαΐφρων, si idem significat quod ἐχέφρων, a δάω, sed hanc significationem Hermannus in Diss. de Atlante p. 10. nullo loco confirmari ostendit. Quartum εἰλίπους et congeneratum ἑλίτροχος nihil obstat quominus ad barytonon εἴλω referatur sicut τερπικέραυνος, ipsumque Oedipi nomen nescio an ab οἴδω repeti possit, cujus speciem sequitur οἶδμα, de quo supra dixi, et οἶδος, cui similia θάλπος, στέφος, στέγος etc. ab eodem genere verborum profluxerunt Techn. 290. Verum tamen nomen proprium idemque fabulosum ad analogiae stateram revocare periculosum videtur. De altero dubitat Orus in EM. 299, 25. utrum Herodiani rationem sequatur an syncopen: τὸ εἰλίπους ἀπὸ τοῦ εἰλῶ γέγονεν ἢ ἀπὸ τοῦ εἰλίσσω· τὰ γὰρ εἰς ω λήγοντα τρισύλλαβα μίαν συλλαβὴν συγκόπτουσιν ἐν τῇ συνθέσει· σημειοῦται παρὰ Κράτητι (Com. Fr. I. 240.) τὸ ἐθελόσυχνος· τὸ δὲ ἀλεξίκακος ἀπὸ περισπωμένου. Theognostus vero Can. 87, 30. utrumque regulae convenire statuit τὸ ἀλεξίκακος οὐκ ἀντίκειται· ὁ γὰρ ἀλεξήσω μέλλων τὸν ἐνεστῶτα δείκνυσι περισπώμενον, καὶ τὸ ἐθελόκακος ἐθελόσυχνος ἀπὸ περισπωμένου εἶναι (sic) τὴν σύνθεσιν· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν. Quod ad illud attinet, nemo non intelligit duo verba, quae characterem futuri habent, ἀέξω sive αὔξω et ἀλέξω, sic composita esse ut futura solent in ξω exeuntia: ἐλιξόπορος, ἀναξιφόρμιγξ, ἐλεγξίγαμος, ταραξικάρδιος, χαραξίποντος etc. Id certe Herodianum latere non potuit; eundemque arbitror ἐθελόσυχνος non ad praesens quasi perispomenon revocasse sed praecise, ut Orus

tur [illegible] hoc solum, quod mirum est ex [illegible] cum ἐθέλω conjuncta, quae [illegible] Ita manifestum fit syn- [illegible] omnibus probatam esse minimeque [illegible] sequuntur. Quemadmodum vero He- [illegible] paria ad praesens perispomenon retulit, [illegible] est eum Ἡγέλοχος, ut hoc exemplo [illegible] ἥγω, quod ab EM. l. c. fingitur, [illegible] etiam ex Ἡγεσίλοχος omissa syllaba σι [illegible] sed eadem ut illa explicasse ratione. [illegible] ducitur μισόθεος et a verbis secundae [illegible] Τιμόθεος, σκιρτοπόδης, νικόβουλος, θηρόλεξις [illegible] Phryn. 628.[26]) ita ab ἡγοῦμαι duci poterat [illegible] neque non permissum erat literarum connexi- [illegible] alteram inserere Ἡγίλοχος ut Ἀγίδαμος in Inscr. [illegible] Φειδίγναθος, χαλίφρων, quod minime credibile [illegible] voce devia χάλις connexum esse; sed casus tulit [illegible] praeferretur tertia ε quam acceperunt Ἀρχέλοχος, ἀρχέ- [illegible] etc. Summa hujus disputationis haec est, syllabae [illegible] recisionem qua nonnulli μαίφονος, εἰλίποις etc. explicant, ex propositis non effici nec quidquam fide dignum afferri cur literas σι et ησ futuris excerptas esse credamus. Syllabam το omissam putavit Sch. Il. XV. 619. τὸ ἠλίβατος ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν ἐσχημάτισται κατὰ συγκοπήν, quae in Gud. 240, 30. Heliodoro tribuuntur, hic vero persaepe commutatur cum Herodiano, cui Lehrsius illa tribuit. In eandem interpretationem forte incidit Buttmannus Lexil. II. 182. Aliam supra proposui in P. I. c. IV. §. 4. Quod Choeroboscus profert Orth. 264, 28. Τιμήσανδρος καὶ κατὰ συγκοπὴν Τίσανδρος nugatorium est.

§. 7. In motione quae dicitur per gradus nonnunquam syllabam deficere vetus est persuasio; τὸ πιότατον συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ πιονώτατος Eust. 776, 63. Hoc nemo utitur; πιότατος vel a positivo πῖος fluxit unde syntheton πιόφυλλος (omiss. in Thes.) Schol. in Aristot. Top. I.

---

26) Συλλωπία nunc editum est pro συλωπία quod in Proll. 44. epalleliae nomine defendi sed dubitanter.

p. 262. b. 44. vel a themate unde *πῖαρ*, *πίειρα*, *πιήεις*, *πιότης*. Buttmannus in Gramm. I. 262. illud cum *ἐπιλησμότατος* confert, quod si ad *ἐπιλήσμων* refertur, non duas literas abjecit sed tres quae in *σωφρονέστατος* etc. apparent; sin ad inusitatum *ἐπίλησμος*, cum *καταπυγότερος* comparari potest, cujus primam positionem nemo novit praeter Glossographos. Comparativa a comparativis propagata *ἀμεινότερος*, *ἀρειότερος*, *ὀλιζότερος* figuram nunquam mutant. EM. 656, 53. *πάχετον κατὰ συγκοπὴν τοῦ υ καὶ ρ* et Schol. Od. VIII. 187. *κατὰ συγκοπὴν καὶ μετάθεσιν*, sibi invicem opitulantur; ambo enim idem dicunt *υ* et *ρ* excisas, *τ* et *ρ* transpositas esse. Sed cur *πάχετος*, quod Sch. Il. XIV. 287. a *πάχος* ductum dicit per epectasin ut *περιμήκετος*, pro comparativo habeatur nulla causa est ac ne adjectivum quidem Homero relinquitur si recipimus Nitzschii et Doederleini emendationem lenissimam Gloss. Hom. 35. v. ad Buttm. 403. *Εὐχειρώτερος* et alia nonnulla librariorum menda notavi in Parall. p. 39 sq.[27]) *Ἀθεμίστερος* et *ἀχαρίστερος* alia principia habent atque *ἀθεμιστότερος* et *ἀχαριστότερος*. A substantivo *τὸ πρέσβος* derivatum videtur *πρέσβιστος* ut *κέρδιστος*, *κύδιστος*, ab eodem vero Nicander *πρεσβίστατος* produxit et a *κῦδος κυδίστατος καθ' ὑπέρθεσιν ὑπερθέσεως*, ut Eustathius loquitur, vel potius per paragogen. Ad hanc redit Eustathius a syncope orsus 786, 30. *τὸ νειόθεν συγκέκοπται ἐκ τοῦ πρωτοτύπου νειατόθεν, εἰ μὴ ἄρα ἐκ τοῦ νεῖος παρῆκται ὡς τρίτος τρίτατος καὶ τὰ ὅμοια* hoc est ut *ἑβδόματος*, *μέσατος* et alia quae idem 1463, 34. et EM. 685, 1. pro hac sententia affert non observato quod nonnihil haesitationis affert discrimine sensus; nam *νειόθεν* et *νειόθι* sic ut *νέατος* significationem habent loci, *νέος* vero temporis. Quae Sophocles protulit *προφέρτερος* et *προφέρτατος*, ipsumque

27) P. 41. pro *κυντεκίστατος* scribendum est *κυντατώτατος* et in fine adnot. 42. *Τῖσις*, *Λῦσις*. *Ὀξυηκούστατος* Sext. c. Phys. p. 406 Bekk. quod L. Dindorfius in Thes. in *ὀξυηκοώτατος* mutari jubet syncopen illicitam culpans, non ex hoc concisum sed a positivo *ὀξυήκους* derivatum, hic autem contra morem contractus est perversa imitatione vulgarium *εὔπνους*, *πολύχρους* etc.

fecit, excepisse de canone non hoc solum, quod mirum est e Cratete enotari, sed omnia cum ἐθέλω conjuncta, quae sunt plurima et pervagatissima. Ita manifestum fit syncopen literarum ησ haud omnibus probatam esse minimeque ei quem prae ceteris sequimur. Quemadmodum vero Herodianus εἰλίπους et paria ad praesens perispomenon retulit, sic etiam veri simile est eum Ἡγέλοχος, ut hoc exemplo utar, non a barytono ἤγω, quod ab EM. l. c. fingitur, compositum neque etiam ex Ἡγεσίλοχος omissa syllaba σι contractum putasse sed eadem ut illa explicasse ratione. Etenim ut a μισῶ ducitur μισόθεος et a verbis secundae declinationis Τιμόθεος, σκιρτοπόδης, νικόβουλος, θηρόλεξις i. q. λεξιθήρας Phryn. 628.[26]) ita ab ἡγοῦμαι duci poterat Ἡγόλοχος, neque non permissum erat literarum connexivarum alteram inserere Ἡγίλοχος ut Ἀγίδαμος in Inscr. laconica, Φυσίγναθος, χαλίφρων, quod minime credibile est cum voce devia χάλις connexum esse; sed casus tulit ut praeferretur tertia ε quam acceperunt Ἀρχέλοχος, ἀρχέκακος etc. Summa hujus disputationis haec est, syllabae finalis recisionem qua nonnulli μαιφόνος, εἰλίπους etc. explicant, ex propositis non effici nec quidquam fide dignum afferri cur literas σι et ησ futuris excerptas esse credamus. Syllabam το omissam putavit Sch. Il. XV. 619. τὸ ἠλίβατος ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν ἐσχημάτισται κατὰ συγκοπήν, quae in Gud. 240, 30. Heliodoro tribuuntur, hic vero persaepe commutatur cum Herodiano, cui Lehrsius illa tribuit. In eandem interpretationem forte incidit Buttmannus Lexil. II. 182. Aliam supra proposui in P. I. c. IV. §. 4. Quod Choeroboscus profert Orth. 264, 28. Τιμήσανδρος καὶ κατὰ συγκοπὴν Τίσανδρος nugatorium est.

§. 7. In motione quae dicitur per gradus nonnunquam syllabam deficere vetus est persuasio; τὸ πιότατον συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ πιονώτατος Eust. 776, 63. Hoc nemo utitur; πιότατος vel a positivo πῖος fluxit unde syntheton πιόφυλλος (omiss. in Thes.) Schol. in Aristot. Top. I.

---

26) Συλολωπία nunc editum est pro συλωπία quod in Proll. 44. epalleliae nomine defendi sed dubitanter.

p. 262. b. 44. vel a themate unde πῖαρ, πίειρα, πιήεις, πιότης. Buttmannus in Gramm. I. 262. illud cum ἐπιλησμότατος confert, quod si ad ἐπιλήσμων refertur, non duas literas abjecit sed tres quae in σωφρονέστατος etc. apparent; sin ad inusitatum ἐπίλησμος, cum καταπυγότερος comparari potest, cujus primam positionem nemo novit praeter Glossographos. Comparativa a comparativis propagata ἀμεινότερος, ἀρειότερος, ὀλιζότερος figuram nunquam mutant. EM. 656, 53. πάχετον κατὰ συγκοπὴν τοῦ υ καὶ ρ et Schol. Od. VIII. 187. κατὰ συγκοπὴν καὶ μετάθεσιν, sibi invicem opitulantur; ambo enim idem dicunt υ et ρ excisas, τ et ρ transpositas esse. Sed cur πάχετος, quod Sch. Il. XIV. 287. a πάχος ductum dicit per epectasin ut περιμήκετος, pro comparativo habeatur nulla causa est ac ne adjectivum quidem Homero relinquitur si recipimus Nitzschii et Doederleini emendationem lenissimam Gloss. Hom. 35. v. ad Buttm. 408. Εὐχειρώτερος et alia nonnulla librariorum menda notavi in Parall. p. 39 sq.[27]) Ἀθεμίστερος et ἀχαρίστερος alia principia habent atque ἀθεμιστότερος et ἀχαριστότερος. A substantivo τὸ πρέσβος derivatum videtur πρέσβιστος ut κέρδιστος, κύδιστος, ab eodem vero Nicander πρεσβίστατος produxit et a κῦδος κυδίστατος καθ' ὑπέρθεσιν ὑπερθέσεως, ut Eustathius loquitur, vel potius per paragogen. Ad hanc redit Eustathius a syncope orsus 786, 30. τὸ νειόθεν συγκέκοπται ἐκ τοῦ πρωτοτύπου νειατόθεν, εἰ μὴ ἄρα ἐκ τοῦ νεῖος παρῆκται ὡς τρίτος τρίτατος καὶ τὰ ὅμοια hoc est ut ἑβδόματος, μέσατος et alia quae idem 1463, 34. et EM. 685, 1. pro hac sententia affert non observato quod nonnihil haesitationis affert discrimine sensus; nam νειόθεν et νειόθι sic ut νέατος significationem habent loci, νέος vero temporis. Quae Sophocles protulit προφέρτερος et προφέρτατος, ipsumque

---

27) P. 41. pro κυντατίστατος scribendum est κυντατώτατος et in fine adnot. 42. Τῖσις, Λῦσις. Ὀξυηκούστατος Sext. c. Phys. p. 406 Bekk. quod L. Dindorfius in Thes. in ὀξυηκοώτατος mutari jubet syncopen illicitam culpans, non ex hoc concisum sed a positivo ὀξυήκους derivatum, hic autem contra morem contractus est perversa imitatione vulgarium εὔπνους, πολύχρους etc.

φαάντατος[28]) homericum a Grammaticis praeterita sunt sed adnotantur duo: *τὸ ὀπίστατος συγκέκοπται ἐκ τοῦ ὀπισθότατος* Eust. 837, 3. quod apud unum Hesychium et non eo quo par erat loco legitur sed sui similem comparativum habet *ὀπισθότερος* Arat. et celebrius *ὕπατος*, cui tres literae exemtae dicuntur: *ἀπὸ τῆς ὑπέρ γίγνεται ὑπέρτερος καὶ ὑπέρτατος καὶ κατὰ συγκοπὴν ὕπατος ὡς πρότατος πρῶτος* Epim. 340, 19. De hoc aliter existimat Epim. 83, 30. *παρὰ τὴν πρό πρότερος καὶ ὑπερθετικὸν πρότατος καὶ μεταβολῇ τοῦ τ πρόατος καὶ κράσει πρῶτος· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν ἐπιμερισμοῖς·* alterum EM. 777, 41. a praepositione contrariae significationis repetit *παρὰ τὴν ὑπό πρόθεσιν δηλοῦσαν τὸ ὑπεράνω ὑπότατος καὶ συγκοπῇ ὕπατος*. Ab eadem Herodianus et alii a Lehrsio citati p. 70. etiam *ὕστερος* et *ὕςπληγξ* derivata putant sigma abundanter addito *τὸ γὰρ ο συγκοπτόμενον πέφυκε τὸ σ πλεονάζειν ὡς θέςφατον* Choerob. in Psalm. 134, 32. cui de nomine affectionis repugnat Epim. I. 420. *οὐκ ἔστι πλεονασμὸς ἀλλ' ἴδιος τύπος.* Quoquo verteris, salebrae sunt. *Κρείων, κρέτος* et *κρατύς* vinculo quodam naturae contineri facilis est concessio sed explodimus veterum commenta *κρείων παρὰ τὸ κρατείων* etc. Choerob. Orth. 231. Theogn. Can. 147, 5.

Syllabae in declinatu abolescentis specimen capitur a nomine secundae declinationis: *Ἐγκάτοισι ἀποβολῇ τῆς τοι συλλαβῆς ἔγκασιν. Οὐκ ἔστι δὲ συγκοπή· μάχεται γὰρ ἐπέκτασις συγκοπῇ. Ἄμεινον οὖν μεταπλασμὸν λέγειν ὡς ἄστρασι, πρόβασι* EM. 310, 15. ubi deest auctor, quem insperato sistit Zonaras p. 103. *οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν* cf. Parall. 176. Meliore jure sunt exempla tertii ordinis. *Οὐδεμία γενικὴ εἰς νος τῇ ου παραλήγεται ἀλλὰ μόνη ἡ γουνός — καὶ οὐδεμία εἰς ρος λήγουσα ἀλλὰ μόνη ἡ δουρός· αἴτιον δὲ τὸ πάθος· συγκοπὴ γὰρ ἐκ τοῦ γόνατος, δόρατος* Herodian. Mon. p. 34. Hoc amplectitur Choeroboscus Can. 376, 1. sed non ignorat aliam interseri

28) Haec si ad speciem referimus, a positivis *φαντός, φερτός*, per syncopen.

posse mutationis causam: τὸ γουνός καὶ δουρός δύναται οὐ μόνον καθ' ὑπέρθεσιν γενέσθαι ἀπὸ τοῦ γόννος καὶ δόρυος ἀλλὰ καὶ κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ γούνατος καὶ δούρατος. Κρεῖττον δέ ἐστι κατὰ συγκοπὴν αὐτὰ λέγειν ἢ ὥςπερ λέγει ὁ τεχνικὸς, καθ' ὑπέρθεσιν. Διὰ γὰρ τὴν συναίρεσιν τοῦ ο καὶ υ βαρύνεσθαι ὤφειλεν ὥςπερ τὸ λᾶος, κῆρος, ἦρος· ἀλλ' ὀξύνεται ὁμοίως τοῖς συγκεκομμένοις πατρός, μητρός. Inter utrumque fluctuat Apollonius Synt. IV. 12, 335. οὐ ξένον ἐστὶ τὸ ὑπερβιβάζεσθαι τὰ στοιχεῖα[29])· τὰ γὰρ ἀπειρέσια ἀπερείσια καὶ παρὰ τὸ δόρυ ἡ δόρυος γενικὴ ὅτε φαμὲν δουρός, γόννος γουνός. Ἔφην δὲ ἐν διασταγμῷ μὴ ἄρα τοῦ δόρατος καὶ γόνατος εἰσὶ συγκοπαί, de quo dicetur in Diss. de metathesi. Quod Choeroboscus narrat Can. 387, 9. nonnullos genitivos atticos κρέως, κέρως, γήρως ex κρέατος etc. natos putare κατὰ συγκοπὴν τοῦ α καὶ τοῦ τ ideoque acuere ut πατρός etc. silentio praetermitterem nisi Herodianus refellere dignatus esset. De alio genitivo Schol. Vict. ad Il. IX. 306. breviter et obscure: ποτῆτος ποτῆς ἐκ τοῦ ποτότης συγκέκοπται, quibus duas sententias contineri suspicor: τὸ ποτῆτος ἢ ἀπὸ τῆς εὐθείας ἡ ποτής ἢ ἀντὶ τοῦ ποτότητος. Ab illo nominativo derivatum dicit Herodianus de Genit. parag. T. III. 233. consentiente EM. p. 136, 41. p. 382, 48. παρὰ τὸ ἀργός γίνεται ἀργής, τρανός τρανής, γυμνός γυμνής καὶ παρὰ τὸ ποτός ποτής, ἑστός ἑστής ἐσθής. Haec quidem parum similia sunt; nec a verbis, quae cum πόω componi possunt, nomina feminini generis in της proficiscuntur sed in σις ut πόσις sic βόσις, δόσις, vel in τις πῶτις, ἄμπωτις, δῶτις id est δώς v. Parall. 441. eorum autem quae in οτης et υτης terminantur, nullum est bisyllabum Choerob. Can. 352, 11. Nihilo secius haec interpretatio anteponitur alteri quia nomen ποτότης inauditum est et omnino substantivorum in οτης exeuntium nullum a nomine verbali ut πότος vel ποτός originem habet v. ad Buttm. 418. Sequitur dativus: τὸ δαΐ εἴτε ἀποκέκοπται εἴτε συγκέκοπται ὀξυτονη-

29) Post στοιχεῖα male legitur ἐν διασταγμῷ, quae verba paulo post suo loco posita sunt.

θήσεται Sch. Il. A. ad Il. XIV. 387. τὰ εἰς ις ὀξύτονα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν διὰ τοῦ δος κλίνεται δαΐς δαΐδος καὶ κατὰ συγκοπὴν τῆς δι ἐν δαΐ λυγρῇ Epim. I. 115.[30]) qui syncopae nomine apocopen significat; neque alia est ratio qua anomalia hujus vocis explicari possit v. Parall. 89. Sed ex duobus consiliis quae Choeroboscus proponit Can. 416. διχομήνῳ καὶ κατὰ μεταπλασμὸν διχόμηνι· δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ διχόμηνις εὐθείας διχομήνιδι καὶ συγκοπῇ τοῦ δ καὶ ι[31]) διχόμηνι praevalet prius, quanquam etiam διχόμην in nominandi casu dici analogia non prohibet cf. Parall. 171. et 195. Accusativus νίφα in ejusdem Can. p. 118, 10. apocopae vindicatur, post vero 419, 25. ob anabibasmum accentus syncopae, quorum neutrum opus esse demonstravi in Parall. 114. Φρόνιν ὁ μὲν Ἡρωδιανὸς παρὰ τὴν φρόνησιν κατὰ συγκοπήν· ὁ δὲ Ὧρος ἐκ τοῦ φρὼν φρονός φρόνις EM. 800, 48. οὐ πάνυ δῆλον εἴτε πρωτότυπον τὸ φρόνις ἢ συγκέκοπται ἐκ τοῦ φρόνησις Eust. 1465, 42. Quis vero sibi persuadeat φρονεῖν et φρόνιμος ab accusativo syncope contacto nasci potuisse ac non potius concedat φρόνις et φροντίς via quadam singulari deducta esse a primitivo φρήν, quod ipsum nulli graecarum vocum comparabile est. Incredibilia narrat Epim. I. 46. Ἡσίοδος τὸ πρόκριν παρὰ τὸ κρίσις πρόκρισις πρόκρισιν καὶ κατὰ συγκοπὴν πρόκριν, sed error clare arguitur a Schneidewino ap. Markscheff. ad Hes. Fr. p. 321. Hesiodum enim Procridis nomen a προκρίσει duxisse quod unum e procis elegerit. Ἐκ τοῦ ἐπίκλησιν τὸ ἐπίκλην ἐπίῤῥημα ἐπιθετικὸν συνέκοψαν οἱ μεθ' Ὅμηρον Eust. 1053, 28. sed mutata sententia 1255, 15. τὸ ἐπίκλην συγκοπὲν ἐκ τοῦ ἐπικλήδην, contra quae alio loco disputabitur. Nunc percurram nomina pluralis numeri. Bibrevi κρέα non quartam et quintam literam sed duas postremas ablatas esse consentiunt auctores supra dicti P. I. c. I. §. 5. Sed dubitatio fuit de ἦρα sive ἐπίηρα — ἔστι παρὰ τὸ ἔρω (ἐρῶ) ἔρανον καὶ ἔχω ὄχανον

30) Buttmannus §. 56. Adn. 8. ad synaeresin aberravit deceptus pravo accentu dativi ἄπολι ap. Herod. qui nunc correctus est.

31) Scribere debuit τοῦ ι καὶ δ· nam de syncope hoc loco loquitur non de apocope.

καὶ τροπῇ τοῦ η ἤρανον· τὸ πληθυντικὸν ἤρανα, εἶτα συγκοπῇ ἢ ἀποκοπῇ ἦρα Schol. A. ad Il. I. 572. Zonar. 810. Ex forma judicantibus ἐπιήρανος derivatum est ab ἐπίηρος, quod ultra progredi non licet. Τὸ κευθμῶν οἱ μὲν συγκοπήν φασιν, οἱ δὲ ὅτι κευθμός ἰακῶς εἴρηται ὡς τευθμός[32]) καὶ βαθυλείμων βαθύλειμος Sch. Il. XIII. 27. Res est in oculis posita. Dativos κυσί, παισί etc. non ex κύνεσι, παίδεσι, sed ex singulari κυνί, παιδί ortos proculque a syncope habent. Ad explicandos accusativos κλεῖς et ὄρνις nescio utrum syncopen attulerint an illam ὁμοφωνίαν τῆς αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν πρὸς τὴν ἰδίαν εὐθεῖαν, qua indocti quidam causativos ionicos μάντις, ὄφις expediunt v. Anecd. Oxon. T. IV. 358. Sed non praetermittuntur comparativi: τὴν χερείονα αἰτιατικὴν συγκόψας ἔφη χέρεια, πληθυντικῶς δὲ τὰ χερείονα, χέρεια· οὕτως Ἡρωδιανός Sch. Il. I. 80. ὥςπερ χερείονα καὶ ἐν συγκοπῇ χέρεια, οὕτω πλέονες καὶ πλέες Epim. I. 338. et 350. τὸ πλέας ἀπὸ τοῦ πλέονας συγκέκοπται Sch. BL. ad Il. II. 129. et Herod. ad XI. 395.[33]) quibus convenit substantivum πλειότης pro πλειονότης v. Parall. 48. Sed hanc syncopen rejiciunt Buttmannus §. 68. et Thierschius §. 202, 22. nam χέρεια vel ut nunc scribitur χέρηα natura positivum esse a recto χέρης et similiter πλέες non diversum a πολέες. Obstat

32) Hoc ignotum, scripto proximum est γευθμός, sed deest altera forma γευθμών. Cauconas a nonnullis sic ut Germaniae populus *Caucos* nominatos esse significari videtur in Etym. Paris. in Crameri Anecd. Par. T. IV. 55. Καύκων θ' ἕλικας βόας ἀποκοπῇ καὶ (ἢ) συγκοπῇ· Καυκώνων πτολίεθρον κατὰ συγκοπὴν Καύκων, et p. 68, 24. Καυκώνην (sic) πτολίεθρον καὶ κατὰ συγκοπὴν Καύκων. Illud Καυκώνων πτολίεθρον Callimachi est H. in Iov. v. 39.

33) Idem fortasse statuit τὰ λώια in Theocr. XXVI. 32. comparativum esse ex λωίονα concisum; Buttmannus vero Gramm. §. 68, 267. positivum putat a recto λώιος et hoc non discordat cum veterum opinione e χερείων per metaplasmum factum esse χερεῖος ὡς ἀρείων ἀρεῖος, πλείων πλεῖος, ῥάων ῥᾶος EM. 808, 49. et 92, 45. sed hos comparativos in ος nobis non approbant. Saepe quidem ῥᾶον sive ῥᾷον pro ῥᾴδιον scriptum est sed per vitium v. ad Phr. 403. ac plurale ῥεῖα sive ῥέα a recto ῥεῖος pendet, quod ipsum in ῥήιος dissolvi potuit sed hoc non legitur praeter Oppian. Cyn. I. 101. ῥήιον ἐς κάματον, pro quo ῥηΐον' scribendum.

tamen significatio utriusque comparativa et quod nullum invenitur adjectivum in ης barytonum idemque pure sic ut χέρης declinatum.

§. 8. De verbis quae praecipiuntur dividam per tempora modosque. *Τὸ ῥίπτασκε τινὲς μέν φασιν ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος ῥιπτάσκω εἶναι — ἢ συγκοπῇ ἰωνικῇ ἀντὶ τοῦ ῥιπτάζεσκε* EM. 704, 52. ubi pro *συγκοπῇ*, quod in cod. Voss. deest, aut scribi aut intelligi debet *παραγωγῇ*, tum deinde *καὶ συγκοπῇ ἀντὶ τοῦ ῥιπτάζεσκε*, nam *ῥιπτάζεσκε* ionicum dicitur, *ῥιπτάζεσκον* poeticum, hinc concisum *ῥίπτασκον*. Alii simpliciter α pro ε positum dicunt v. §. 6. quomodo etiam *ῥοίζασκε* Hesiodium explicari posset si barytoni *ῥοίζω* testis sisteretur idoneus; Buttmannus §. 94. adn. 4. aoristum esse putat ex *ῥοιζήσασκε* coactum, Goettlingius vero *ῥοίζεσκε* restituit e codd. syncope remota. — *Συλήτην ἢ δώριόν ἐστιν ἢ παρὰ τὸ συλησάτην* Did. ad Il. XIII. 202. *τὸ αὐδήτην ἢ παρατατικοῦ ἐστι δωρικοῦ ἢ ἀορίστου συγκεκομμένου* Schol. Vict. XXII. 90. *ἀπειλήτην συγκοπῇ τῆς σα ἢ ἀπὸ τοῦ ἠπείλουν τροπῇ τῆς ει εἰς τὸ η· Ἡρωδιανός.* EM. 121, 10. Haec jam transacta et decisa sunt v. ad Buttm. 255. Imperitiores abutuntur etiam aoristis a diverso praesenti ductis: *κένσαι ἀπὸ τοῦ κεντῆσαι ἀπὸ τοῦ κέντω κένσω· δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κεντῶ κεντήσω κεντῆσαι καὶ συγκοπῇ κένσαι* EM. 503, 36. *ἀπὸ τοῦ φιλῶ ἐφίλησα καὶ κατὰ συγκοπὴν ἔφιλα — ἢ ἀπὸ τοῦ φίλλω* p. 793, 38. v. Techn. 73. vel ab eodem principio diverse declinatis: *ἐγάμησα κατὰ συγκοπὴν τοῦ η καὶ σ καὶ τροπὴν ἰωνικὴν ἔγημα* Choerob. Can. 608, 10. *εὕρησα εὑρήσατο καὶ κατὰ συγκοπὴν εὕρατο* Pseudoherod. Cram. III. 276, 10. Cum hoc convenit *αὐρῶ ἐπαυρήσω ἐπαύρησα συγκοπῇ ἐπηῦρα καὶ μετὰ τῆς ἀπὸ προθέσεως ἀπηῦρα*[34]*· ἡ μετοχὴ ἀπαύρας καὶ τροπῇ ἀπούρας* Epim. I. 11, 12. Sch. Lips. Il. I. 356. quod Orion p. 4, 4. ex *ἀπουρίσας* concisum putat sicut Choeroboscus Can. 420, 19. *ἄρσαντες ἐκ τοῦ*

34) Hoc nititur aoristo medio *ἐπηύρατο* qui olim legebatur Od. IV. 646. sed jam Ernestius ex Eust. restituit imperfectum *ἀπηύρα*. Eundem Aeschylo exemit Elmslejus pro *ἐπηύρω* scribens *ἐπηύρου*.

ἁρμόσαντες neglecto Herodiani monito ad Il. I. 136. *ἄρσαντες ἀπὸ τοῦ ἄρω, οὗ ὁ μέλλων αἰολικῶς ἄρσω.* Pari temeritate Suidas *Ἀκοστήσας ὁ ἀκολαστήσας* et *Βῶσον βοήθησον Κρατῖνος* (p. 229 Mein.) significans duas priores syllabas, ut saepe fit, contractas, tertiam excisam esse, nisi forte pro *βοήθησον*, ut Kuestero placet, *βόησον* scripsit, quae verba saepius confusa sunt v. Bast. ad Greg. 282. Plurima vero syncopae exempla sumuntur ab aoristis secundis verborum in *μι* eorumque quae his similem speciem habent: *ἔστησαν καὶ κατὰ συγκοπὴν αἰολικὴν ἔσταν* EM. 104, 31. *ἴεν συγκοπὴ ἐκ τοῦ ἴεσαν· ὡς ἐτίθεσαν ἔτιθεν* Sch. Il. XII. 33. EM. 467, 27. *τὸ ἔδυν συσταλτέον· ἐστὶ γὰρ πληθυντικὸν κατὰ συγκοπὴν γενόμενον ἐκ τοῦ ἔδυσαν* Sch. A. ad Il. IV. 222. XI. 263. *οἱ ποιηταὶ πολλάκις ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὴν μετοχὴν εἰς σ̄ ὀξυτονούμενον ποιοῦσιν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πληθυντικῶν ἔνδειαν συλλαβῆς καὶ φυλάττουσι τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῆς μετοχῆς οἷον κοσμηθέντος κόσμηθεν, βάντος ἔβαν, στάντος ἔσταν. Τὸ δὲ ἦν τὸ πληθυντικὸν οὐκ ἔχει τὸ ε̄ τῆς μετοχῆς εἰς ἔντος* Choerob. Can. 535. quae omnia ex Herodiani penu depromta sunt v. Sch. Il. IV. 222. De ultimo Moschopulus ad Opp. 147. *τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ ἦσαν κατὰ συγκοπὴν τῆς σα̅ συλλαβῆς·* sed Herodianus Mon. 44. docet hoc tempus id praeter alia verba indicativa praecipuum habere quod hac una forma primam et tertiam personam non solum singularis numeri sed etiam pluralis significet. *Ἔγνωσαν, ἐβίωσαν καὶ κατὰ ἀποκοπὴν (συγκοπὴν) ἔγνων· τὴν γὰρ παραλήγουσαν ἔχει τῆς μετοχῆς* Epim. I. 102. ubi negationem excidisse oportet *οὐ γὰρ* — nam genitivus participii in penultima habet ο̄ et huic convenit *ἔγνον* Pind. P. IV. 214. quod Schneidewinus ad P. IX. 79. in duobus aliis hujus poetae locis et in H. H. in Cer. 111. pro *ἔγνων* scribendum putat; hoc Diogenes Laert. utitur in Epigr. II. 58. et Constant. Manass. v. 5. simili *ἐβίων* Oribasius Anat. p. 100. In eodem H. H. invenitur etiam imperfectum *ἔδιδον* v. 328. et 437. quod nonnulli ad praesens *δίδω* referunt. *Γέλαν*, quod EM. 225, 6. a poeta aliquo pro *ἐγέλασαν* positum dicit et id quidem brevi ultima ut in genitivo

qui *μιάνθην* numero multitudinis adscribunt quamvis exemplo futili in scholiis collectaneis ad Il. VIII. 74. *τὸ ἑζέσθην ἀντὶ τοῦ ἑζέσθησαν ὡς τὸ ἐκόσμηθεν· ὅμοιον δέ ἐστι τῷ μιάνθην.* Horum disputatorum alter *ἕζεσθεν* defendit, alter id quod scriptum est; consentiunt autem utrumque esse pluralem aoristi passivi ex *ἑζέσθησαν* contractum, ille *ἕζεσθεν* conferens cum *κόσμηθεν*, hic *ἑζέσθην* cum *μιάνθην*. Sed inauditus est aoristus *ἑζέσθην* non minus quam futurum *ἑζέσομαι*, cujus ne simulacrum quidem extat praeter *ὀζέσω*. *Ἄερθεν* et similes aoristos Moschopulus Sched. 175. triplici machinatione ad normam dirigere conatur *συγκοπῇ τῆς σα καὶ συστολῇ τοῦ η καὶ τοῦ τόνου μεταθέσει.* Hanc trium affectionum cumulationem, qua nonnulli perfectum *πέποσθε* excusarunt, ne Choeroboscus quidem satis concoquere potuit Can. 594. *πήθω πέπηθα πέπησμαι πέπησθε καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ η εἰς ο πέποσθε· ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ πεπόνθατε σχηματίσωμεν, πολλὰ πάθη παρέχομεν, συγκοπὴν τοῦ α καὶ τοῦ θ καὶ ἀποβολὴν τοῦ ν καὶ πλεονασμὸν τοῦ σ*, quae omnia si devoraverimus, superest theta pro tau positum. Itaque aliis ex *πεπόνησθε* contractum voluerunt *ἀποκοπῇ (συγκοπῇ) τῆς νη συλλαβῆς· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐκ τοῦ πέπησθε συστολῇ τοῦ η εἰς ο* EM. 662, 15. ubi si recte se habet nomen *συστολή*, Herodianus sequutus est Aristarchi scripturam *πέπασθε*, idque ex *πέπησθε* conversum putavit v. ad Buttm. 25. sed in Sch. Vict. ad Il. III. 99. *μεταβολή* vocatur, in Epim. I. 358. *τροπή*, quo significatur *πέποσθε* vel ex *πέπησθε* natum esse vel ex *πέπασθε*. Atque huc nos ducit EM. 662, 11. *πέποσχε Ἐπίχαρμος ἀπὸ τοῦ πάσχω, πέπασχε καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ α πέποσχε*, cui si quis passivum adjungere tentet, vix aliud fingi poterit quam *πέποσμαι*. Ex hoc *πέποσθε* ortum esse haud improbabile videtur, sed ut pro certo ponatur haud suaserim. Non minus turbarum est circa modos obliquos: *τὰ εἰς δας ἀπὸ βαρυτόνων ῥημάτων γενόμενα διὰ τοῦ ντ κλίνονται οἶδα Οἴδας, φείδομαι Ἀφείδας καὶ ἄλλα. Καὶ τὸ ὑπερκύδαντες μήποτε ἀπὸ τοῦ κυδαίνω. Γέγονε κυδήεις κυδήεντες καὶ ὑπερκύδαντες. Ἡρωδιανὸς ἐν τοῖς ἐπιμερισμοῖς λέγει ὅτι μετοχή ἐστιν ἀπὸ τοῦ κυδαίνω ὑπερκυδά-*

ναντες καὶ κατὰ συγκοπὴν ὑπερκύδαντες· ἐν δὲ τῷ ὀνοματικῷ λέγει ὅτι ὄνομά ἐστιν, ῷπερ δεῖ μᾶλλον πιστεύειν Sch. A. ad Il. IV. 66. et EM. 779, 20. quibuscum per omnia convenit Choeroboscus Can. 34. nisi quod omittit verba γέγονε — ὑπερκύδαντες, quae ad finem adnotationis removenda sunt, ubi germani Herodiani sententia refertur. Hic enim quod significat nomen, vix aliud esse potest quam ὑπερκυδήεις, cujus accusativus dici potuit ὑπερκυδῆντα ut τιμῆντα, sed quo pacto hinc proparoxytonon illud evolverit, in quo libri consentiunt [40]), definire non audeo. Ac minus etiam auxilii in ceteris rationibus; nam syncope illa participii prorsus incredibilis, verbum autem κύδω non extat usquam, quo sublato adjectivum illud dissimile fit andronymicis Οἴδας etc. ac ne haec quidem satis constat a verbis ducta esse, neque certa origo nominis Κύδας, quod illi praetereunt. His rebus permoti nonnulli scripsisse videntur ὑπερκυδέοντας, quod Hesychius interpretatur λίαν ἐνδόξους, idque omnes analogiae numeros habet a κῦδος derivatum ut a μένος ὑπερμενής ὑπερμενέω, nec repugnabit versui sive ὑπερκυδεῦντες scribatur sive syllabis non contractis; nam vocales primitivorum longae in derivatione nonnunquam corripiuntur. — De participiorum imminutione sermonem injecit Heraclides Eust. 1654, 15. τοῦ φῶ ἀόριστος φάσας ὡς κλῶ κλάσας καὶ συγκοπῇ φάς ὡς κλάς παρ' Ἀνακρέοντι, quod Choeroboscus Can. 37, 4. ad aliam affectionem refert ἀπὸ μετοχῆς εἰσι τὸ Ἄτλας, πολύτλας, Ἀνδρόκλας· τοῦτο δὲ ἐγένετο ἀπὸ τοῦ Κλάδας (scr. κλάσας) κατὰ ἀποκοπὴν κλάς, nisi is syncopen intelligi voluit; sed nomen illud prorsus ignotum est [41]). Inter utramque viam Grammatici oberrant saepius a recto itinere depulsi. Hesychius Γηράς γηράσας κατὰ συγκοπήν, quod Meinekius scripsit in Alexidis

---

40) Χριστὸν ὑπερκύδαντα P. Silent. Ecphr. Soph. 170. (303.) ὑπερκύδαντας ἄνακτας Apollinar. Psalm. CXXXV. 35. Ὑπερκύδαντας ὑπερενδόξους Hes.

41) In J. Firmici Math. IV. 14. ubi annus climactericus ab Aegyptiis *androdas* vocari dicitur, J. Scaliger ad Manil. III. 601. p. 204. *androclas* reponi vult; aptius puto *androdamas*. Nomen proprium fuit Ἀνδροκλῆς sive Ἀνδροκλᾶς sed non ἀπὸ μετοχῆς, ut ille dicit.

Fr. Vol. III. 512. Epim. I. 142. ἐπιπλώσας καὶ ἐν συγκοπῇ ἐπιπλώς· sed Schol. BL. ad VI. 291. ἀποκοπὴ οὐ συγκοπή, idque Apollonius sanxisse dicitur in Schol. A. ad III. 47. et comprobat Sch. B. ad XVII. 197. γηρὰς ἀποκοπὴ τοῦ γηράσας ὡς τὸ ὑποφθάς καὶ ἐπιπλώς· τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ γήρημι, de quibus adnotavi ad Buttm. 13. et 138. cf. Bredow. de Dial. Herod. 340. [42]) Par et geminum est commentum in Herodiani Schematismis ap. Sturz. ad EM. p. 1005. Choerob. Can. 829. πεφυζότες καὶ λελιχμότες ἀπὸ τοῦ πεφυζηκότες, λελιχμηκότες v. ad Buttm. 31. Moschopulus quum haec scriberet Sched. 23. τὰ εἰς ναι ἀπαρέμφατα ἀορίστου ὄντα διὰ τοῦ η γράφονται, κῆναι [43]) τὸ κόψαι, πεῤῥῆναι τὸ σουβλισθῆναι· τὸ δὲ ὀνῖναι διὰ τοῦ ι ὡς κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ ὀνινῆναι, deceptus est falsa scriptura ὀνῖναι pro ὀνινάναι in Plat. Civ. vel alio loco. Infinitivum ἄμεναι Epim. I. 342. et Eustathius p. 1224, 13. per syncopen factum dicunt, ille ex ἀσέμεναι κατὰ πάθος μονήρες, hic ex ἀέμεναι, sed ea potius contractio appellanda erat. Herodianus in scholio decurtato Il. X. 67. τὸ ἐγρήγορθαι ὀφείλει παροξύνεσθαι εἴτε συγκοπή ἐστι τοῦ ἐγρηγορέναι κατὰ τὸ κεκάρθαι, τετίλθαι, hoc dicere videtur εἴτε συγκοπή ἐστι τοῦ ἐγρηγορθέναι [44]), εἴτε ἀπὸ τοῦ ἐγείρω γέγονε ἐγρήγορμαι ἐγρηγόρθαι, hoc est ut a μείρομαι μέμορμαι, ab ἀείρω ἄωρτο. Aoristum huic similem legimus in Sibyll. II. 180. τοὶ δ' ἐγρήγορθεν ἅπαντες pro ἐγρηγόρθησαν. — Ἴλαθι ἀντὶ τοῦ ἱλάσθητι κατὰ συγκοπὴν δωρικῶς Sch. Theocr. XV. 143. neglecto, quod ante pedes erat, prae-

---

42) Verba γηράντας τιμᾶν EM. 230, 25. fortasse e lege Solonis excerpta sunt. Hesychius Μενοίνας φροντίσας non μενοινήσας scripsisse videtur sed φροντίδας.

43) Scribendum est ἦναι, quod verbo κόψαι explicant Hesych. et Galenus. Proximum πειρῆναι sive πεῖραι a Cyrillo et aliis exponitur σουβλίζειν v. Du Cang. s. h. v.

44) In EM. 312, 14. scriptum est ἐγρηγορέναι sed in cod. Voss. ἐγρηγορῆσθαι, ex quo Eustathius 790, 6. nonnullos ἐγρηγόρθαι repetere ait. Sed verbum ἐγρηγορεῖσθαι haud usitatum, ipsumque ἐγρηγορεῖν Homero multo recentius est. Ἐγρηγορθέναι respondet tertiae personae ἐγρηγόρθασι. Alii praesens ἐγέρθω posuerunt v. Techn. 97.

senti ἴλημι v. ad Buttm. p. 71. Τὸ ἔστων συγκοπή ἐστι τοῦ ἔστωσαν Epim. I. 398. quod nomen Sylburgius in EM. 381, 54. pro ἀποκοπή reponit; alii ad enallagen numerorum delapsi sunt κακῶς λέγοντες δυικοῖς χρῆσθαι τοὺς Ἀττικοὺς ἀντὶ πληθυντικῶν ποιείτων ἀντὶ τοῦ ποιείτωσαν, τυπτέσθων ἀντὶ τοῦ τυπτέσθωσαν. Ἀλλ' ἰδιώματά εἰσι ταῦτα τῶν Ἀττικῶν Excc. Cram. IV. 200. ἴτων (ἀντὶ τοῦ) ἴτωσαν ἀττικώτερον Sch. Aesch. Eum. 32. Perfecti passivi Grammatici non unum modum syncopae subjecerunt sed omnes: ὁ παθητικὸς παρακείμενος ὅτε κατὰ πάθος ἐστὶ προπαροξύνεται, ὡρμημένος ὥρμενος, δεδεγμένος δέγμενος Choer. in Ps. 44. ἀνεδέδεντο καὶ κατὰ συγκοπὴν ἀνέδεντο EM. 103, 7. δέχαται κατὰ συγκοπὴν ἐκ τοῦ δεδέχαται 259, 36. δέδεκτο ἐν συγκοπῇ δέκτο καὶ δέχθαι Epim. I. 111, 24. ἐβέβλητο κατὰ συγκοπὴν ἔβλητο EM. 200, 3. eodem vero loco affirmat non syllabam e medio sublatam sed arsin factam esse βεβλῆσθαι κατὰ ἀφαίρεσιν τῆς βε βλῆσθαι et 259, 41. δεδέχθαι καὶ κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ διπλασιασμοῦ δέχθαι. Haec verba sunt et ineptiae. Quod Athenaeus narrat in epulis Arcadum, quum coena apponeretur, convivis acclamatum esse εὖ δείπνειας, Casaubonus ex δειπνήσειας corruptum censet, Schweighaeuserus et hoc loco Grammaticae arcadicae indulsit et recepit in alio, quo codd. accusativum εὐδειπνίας praebent, Dindorfio placitum in Thes. Sed neque hoc nomen alibi legitur neque φιλοτησίας, quod vir doctus ei confert, nisi adjuncto aliquo verbo. Equidem δείπνειας optativum praesentis esse suspicatus sum assimulatum aoristo ut in verbis barytonis ἀερτάζειε etc. v. ad Buttm. 262.

His adjiciam alia scholae commenta quae neque antecedentibus prorsus similia sunt neque iis quae in proxima parte tractabuntur. Unum est avis nomen μόρφνος ἐκ τοῦ μορφόνος συγκοπῇ τῶν δύο οο EM. 591, 21. Alterum majoris abollae αἰσυητῆρι: Ἀρίσταρχος αἰσυμνητῆρι οἱονεὶ αἰσιονομητῆρι Schol. BL. ad Il. XXIV. 347. hoc est, ut opinor, τροπῇ τοῦ ι εἰς υ καὶ συγκοπῇ τῶν δύο οο καὶ μεταθέσει τοῦ ν καὶ μ, hac enim via aspera et flexuosa ad συμν pervenitur. Ex μακάριος primum μάκαρς factum

esse κατὰ συγκοπήν, tum recisa ultima μάκαρ Choeroboscus iterum atque iterum praedicat Can. p. 84, 27. p. 316, 15. sed fidem non acquirit. Ejusdem levitatis est ἀλέη ἀντὶ τοῦ ἀλεωρή κατὰ συγκοπήν Moschop. Hes. Opp. 539. (545).

CAP. II.

De syncope trium et amplius literarum vel ejusdem syllabae vel diversarum.

§. 1. Quum nonnulli duplicem ejusdem nominis speciem Ἄλκιμος et Ἀλκιμέδων ita conciliassent, ut hanc integram, illam concisam dicerent, Eustathius 1189, 48. pro syncopae exemplo affert nummi nomen τέτραχμον, cui procul dubio literas δρα non αδρ detractas putavit. Sed EM. 754, 40. et accentum mutat et propter accentum affectionem: τετρᾶχμον οὐ δύναται κατὰ συγκοπὴν γενέσθαι διὰ τὸν τόνον. Ἔστιν οὖν τετράδραχμον καὶ ἀποβολῇ τοῦ δρ τετράαχμον καὶ συναλοιφῇ τετρᾶχμον καὶ περισπᾶται v. §. 3. Persimilem duarum consonantium abjectionem cum synaloephe conjunctam introducit Choeroboscus Orth. 249, 1. ἐκ τοῦ πάλιν καὶ δίωξις γίνεται κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ν καὶ δ παλιίωξις καὶ κατὰ κρᾶσιν παλίωξις. Verum hoc non dubium est quin ex πάλι et ἴωξις conflatum sit licet πάλι et ἔμπαλι apud nullum antiquiorum poetarum legatur [1]), et in tetradrachmi nomine, quod ubique proparoxytonon est, non duae consonae exciderunt sed syllaba δρα antecedenti τρα simillima, id quod multis vocabulis epalleliae vitandae causa factum esse ostendi in Dissert. de praeceptis euphonicis. In caeteris, quae syncoparum indagatores nobis venditant, tres literae, quae evanuisse dicuntur, non unius sunt syllabae sed duarum se subsequentium. Quod genus leviter adumbrat Grammaticus Par. Gregor. 677. καὶ ὅταν μέρος συλλαβῆς ἀφαιρεθῇ, δι' οὗ μάλιστα συνίσταται,

1) Quod Aeschylus in Aetnaeis scripsit Palicos appellatos esse ἀπὸ τοῦ πάλιν (πάλι) ἵκειν, indulgetur poetae. Παλινόστιμος Oppianus et inferiores asciverunt; Homerum πάλι usurpasse falso scribit Matthiae Gramm. p. 128.

καὶ ἕτερον γράμμα σύμφωνον ἢ καὶ τελεία συλλαβὴ καὶ γράμμα σύμφωνον, καὶ τοῦτο συγκοπὴ λέγεται· τοῦτο δὲ γίνεται ἐν τῷ ἐῤῥεῖος ἀντὶ τοῦ εὐρέοντος, ἐν ᾧ καὶ παρενθήκη τοῦ ι γέγονε, καὶ ἐν τῷ θέραπα ἀντὶ τοῦ θεράποντα, ἔνθα μέρος συλλαβῆς ἀφῃρέθη τὸ ον (adde καὶ σύμφωνον τὸ τ). Ἦν γὰρ πᾶσα ἡ συλλαβὴ πον scrib. οντ quanquam haec non syllaba est sed pars syllabae et consona. Sed fallitur in toto. Nam genitivus ille a recto εὐρεῆς declinatus est Parall. 235. accusativus a θέραψ Techn. 65. et 132. Syllaba quae ab illo vocatur τελεία, cum consona subsequentis sublata videtur in nomine λαχμός, quo Antimachus usus est pro λακτισμός, in participio λάξας, quod Schol. Lyc. 137. interpretatur λακτίσας, et infinitivo Λάξαι λακτίσαι Hes. sed veri similius est haec ab ipsa stirpe derivata esse quae apparet in λάγδην, λάξ, λακπατήσας Parall. 97. Ex eo quod Galenus dicit de Facult. Med. Simpl. VII. 43. p. 36. T. XII. οἱ παλαιοὶ Ἕλληνες κορίαννον [2]) καλοῦσιν, οἱ νεώτεροι δὲ κόριον, forsitan aliquis suspicetur hoc brevius nomen, quo jam Nicander utitur, ex illo coangustatum esse recisa syllaba αν et consona ν. Literae ιγγ omissae sunt in συρέμβολος id est συριγγέμβολος, sed hoc Eustathius ipse idiotis assignat 664, 42. Cur Xenophon ejusque imitator Arrianus Amphionis sepulcrum, quod Ἀμφιονεῖον dicendum erat, Ἀμφεῖον vocaverit non tam syncopae imputandum est quam reversioni ad principium ἀμφί, unde Ἄμφις, Ἄμφιος et Ἀμφίας manarunt prosodia diversa, ipsumque Ἀμφίων ex Choerobosci sententia Orth. 168. cum temenico Ἀμφιεῖον, quod in Ἀμφεῖον cessit ut ταμιεῖον in ταμεῖον. Quae sequuntur exempla hoc inter se commune habent quod consona et circumjectae utrinque vocales effluxisse dicuntur. Primum ακι de quo Schol. Dion. Gramm. 942, 20. τὸ δὶς καὶ τρὶς πέπονθε· τὸ γὰρ δυάκις καὶ τριάκις παρ' Ἀριστοφάνει. Haec autem sententia a Tryphone proseminata est, quem subsequens Apollonius de Adv. 556, 34. ita disputat: adverbia mono-

2) Scriptum est κορίανον, quod si retinemus, exemplum hoc ad C. I. pertinet.

syllaba aut natura longa esse aut positione praeter *δίς* et *τρίς*, haec autem non nativam speciem habere sed interpolatam ex *δυάκις* et *τριάκις*, quod iterat Epim. I. 437. Neutrum hodie legitur praeter Hesychium *Τριάκις ἀντὶ τοῦ τρίς Λάκωνες*, qui hac in re exemplum ceterorum adverbiorum numeralium sequuti videntur; hinc fortasse Aristophanes adoptavit *τριάκις* quum peregrinos loquentes introduceret. Etenim ratio illa a brevitate monosyllaborum repetita infirmatur eo quod in adverbiis multa reperiuntur singularia sive monadica velut *δεῦρο*, *πρίν*, *νύκτωρ* et alia ob aliam causam exsignata, quibus nulla medetur affectio; et prae ceteris numeralia saepius a communi analogia desciscunt. Haud planior est via quam Zonaras p. 556. tradit ab Herodiano initam esse: *δίς καὶ τρίς ἀπὸ τοῦ δυάκις καὶ τριάκις· καὶ λέγουσί τινες δύο συλλαβῶν ἐγένετο συγκοπή· καὶ πῶς δύναται τρισύλλαβος δύο συλλαβὰς ἐκκεκόφθαι; πρὸς τοῦτο* [3] *λέγομεν ὅτι ἀπὸ τοῦ δυάκις καὶ τριάκις ἆρον τὸ α καὶ κ· καὶ κατὰ συνίζησιν δίς καὶ τρίς· οὕτως Ἡρωδιανός*. Hic igitur sive verus sive subditivus Herodianus non duas syllabas demtas esse dicit sed duas literas *α* et *κ*, quo facto relinquuntur bisyllaba *τρι — ις* et *δυ — ις* sive ypsilo in iota mutato *δι — ις*. Quomodo autem hinc ad monosyllaba illa pervenerit, non perinde perspicimus. Synizesi enim, quae proprie ita dicitur, scriptura ipsa repugnat, synaeresi brevitas syllabae. Haud minus argutari videtur quum vocabulorum fictores in componendo duobus numeralium generibus usos esse statuit; nam in EM. 346, 30. adjectiva *δίμηνος*, *τρίμηνος* non ut nonnulli cum *δυάκις*, *τριάκις* contexta esse arbitratur sed *ἀπὸ τοῦ δύο*, *τρία* v. Diss. II. c. I. §. 2. quae vero hos numeros excedant, cum adverbiis: *τὰ εἰς ις ἐπιῤῥήματα ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ κις ἑπτάκις, ἑπτάμηνος· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἑπτά· οὕτω καὶ τετράμηνος, ἑξάμηνος· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν*. Duo illa neque cum *δίς* et *τρίς* copulata esse vult, quia haec ipsa, ut Zonaras testatur, a recta et propria specie abalienata credidit, neque cum integris

3) Sic vel *πρὸς τούτους* scribendum pro eo quod editum est *ἐκκεκόφθαι πρὸ τούτου;*

δυάκις et τριάκις, ne duarum syllabarum jacturam admittere cogatur. Nos hisce rationibus rejectis de re ipsa consentimus, ac non solum δίμηνος et τρίμηνος nomen cardinale in principio habere dicimus sed etiam ulteriora, quibus ille adverbia praetexit. Idque primum ostendit significatio horum nominum (nam πεντάμηνος est ὁ πέντε μῆνας ἔχων) et consuetudo latina ex eodem genere numeralium adjectiva componens graecis similia *quinqueremis*, *septemcollis*, *decemjugis*, cum nonnulla partis prioris immutatione *quadriremis*, *semestris*, *centimanus*. Deinde τετραβόειος, quo posteriores utuntur, et τετράκυκλος, quo Homerus alpha producens[4]), nemo dixerit aliter figurata esse quam homericum τεσσαράβοιος nisi quod illis duo ad summam desunt elementa τα vel unum solum α, si primitivi loco praeponimus τέταρα sublato diplasiasmo, quo carent τέταρτος, τέτορες, πίσυρες, *quatuor*, et dativus τέτρασι, ipsumque τετράκις successit pro τετταράκις. Itaque res huc deducitur in compositione τέτταρα in τετρα mutatum esse quo similius fieret ceteris ejusdem generis, quae praeter unum omnia a bisyllabo oriuntur in alpha desinente πεντά — ἑξά — ὀκτά — δεκάμηνος. In eandem sententiam disputat Grammaticus in EM. 767, 17. omnia hujusmodi syntheta principium habere a cardinalibus, idque cognosci ex atticis πεντέμηνος, ὀκτώμηνος, quibus nativum colorem mansisse, πεντάμηνος autem et ὀκτάμηνος accepisse alienum. Sic syncope solvitur. Sed redit per posticum. Non de illa loquor, quam somniavit Schol. Pind. Ol. V. 121. ὅτι τὸ τριήμερον καὶ πενθήμερον καὶ ἑπταήμερον οὐκ ἀπὸ τοῦ τρία καὶ πέντε καὶ ἑπτά ἐστιν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τριάς καὶ πεντάς καὶ ἑπτάς δῆλον ἀπὸ τοῦ τετραημέρου καὶ ἑξαημέρου καὶ ὀκταημέρου, ἐφ' οἷς ἡ συνθήκη ἐξ ἀνάγκης ἀπὸ τοῦ τετράς καὶ ἑξάς καὶ ὀκτάς δείκνυται. Sed adverbi-

4) Pro hoc Passovius τεσσαράκυκλος scribendum putavit, quae forma nominis numeralis post Homerum fere derelicta est; τεσσαράπλευρος et τεσσαράγωνος affinxit Tzetzes Posth. 244. et 668. Simplex τεσσαρακόσιοι notum est saepius corruptum esse in τετρακόσιοι v. Tzschuck. ad Strab. VIII. 116. Coraes ad Aelian. p. 323. Τετρώκοστον doricum non praetermisit Ahrensius p. 281 sq.

orum in *ακις* exeuntium syllabam ultimam amputatam esse abunde probant Homeri figmenta *ἐννεάχιλοι* et *δεκάχιλοι*, quae copulata sunt ex duobus in parathesi positis *ἐννεάκις χίλιοι*, *δεκάκις χ*. Nam si qui haec ita interpretati sunt *οἱ ἐννέα, δέκα χεῖλη ἔχοντες* quasi ex cardinali et substantivo composita v. Diss. II. c. III. §. 2. analogiae plus quam ratio patitur indulserunt. Adverbia integra nunquam reperiuntur nisi in parathesi cum cardinalibus *τετρακισχίλιοι*, *πεντακισμύριοι*, accisa perraro in synthesi cum adjectivis ut est *ἑπτάπεκτος* et *τετραέλικτος*, quibus accedit adverbium a Comicis fictum *δεκάπαλαι*. Proximum est *αλι* sed exemplo uno eoque ambiguo ap. Schol. Arat. 155. *πηδά κατὰ συγκοπὴν τὰ πηδάλια*, nisi apocopen dicere voluit ut Apollon. Adv. 567. *ὅτι καὶ δύο συλλαβῶν ἀποκοπαὶ γίνονται ἐν τῷ περὶ παθῶν ἐδείχθη· τὸ γὰρ πρόπαρ οὕτως ἔχει καὶ τὸ μάκαρ καὶ τὸ πηδά καὶ τὸ ὑμέν παρὰ Καλλιμάχῳ*, sed ne apocopae quidem indigemus admissa paragoge *πούς πηδόν πηδάλιον* v. Proll. 59. et 98. Sequitur *ανο*, si bufonis epitheto *λαχειδής* significatur *λαχανοειδής* id est *πρασίζων* ut Tzetzes interpretatur ad Nic. Th. 570.[5]) sed antiquiores pro *δασύς* sive *λαχνώδης* acceperunt cf. Proll. 77. Num qui Homerum adjectivo *ἀπτόητος* tres literas *ητο* exemisse crediderint, non satis liquet. Schol. A. ad Il. I. 567. *χεῖρας ἀάπτους Ἀρίσταρχος δεινὰς καὶ ἀπτοήτους*, et VIII. 209. *Ἥρη ἀπτοεπής Ἀρίσταρχος ψιλοῖ ἴσως παρὰ τὸ πτοιεῖσθαι ἢ ἀπτόητος ἐν τῷ λέγειν ἢ ἄγαν πτοοῦσα*. Etenim cum stirpe vocum *πτόη πτοία πτοιεῖν* compositum est *ἄπτοος*[6]) *imperterritus* et accedente alpha intentivo vel pleonastico *ἀάπτοος* (ut *ἀάσπετος*) cujus accusativus in *ἀάπτους* contrahi potest quasi a nominativo *ἀάπτους* sic ut *παλίῤῥους*, sed nominativum quoque fingere licet syncope attenuatum *ἄαπτος* sicut *διπλός* pro *διπλόος* et *ἄψοῤῥος* secundum quosdam

5) Si *λαχανειδής* praeponimus, duarum modo literarum jactura facta est.

6) Tzetzes ad Hes. Opp. 147. *ἄαπτοι χεῖρες αἱ ἄφοβοι, ἄπτωος γὰρ ὁ ἄφοβος μικρογραφεῖται αἰολικῶς*, quod finxit propter nomen montis *Πτῶον*.

veterum pro ἀψόῤῥοος, omissoque alpha prosthetico ἄπτος pro ἄπτοος. Hoc autem aditu patefacto facile eo profluxerunt ut ἀπτοεπής interpretarentur ἀπτοητοεπής tanquam cum ἀπτός copulatum sicut ἀκαμπτόπους. Sed et hoc verius ad ἅπτω refertur ἡ καθαπτομένη δι' ἐπῶν et quod antea attuli ἄαπτος id est ἀπρόςοιστος sive ἀπρος-πέλαστος. Ex Schol. Pind. Ol. V. 54. τὸ ὑγίεντα Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει ὀξύτονον τὴν παραλήγουσαν ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνοντα, hoc tantummodo perspicitur hunc adjectivo dorico assignasse accentum participiorum in εις exeuntium; scholiasta fortasse ὑγίεντα ex ὑγιαίνοντα ortum putavit tribus literis elisis, una mutata. Μαραυγεῖν manifesto cum μαραίνω cognatum nec tamen hinc compositum est sed cum themate verbi μαίρω i. q. ἀμέρδω hebeto, marcido EM. 76, 22. cf. C. I. §. 6.

§. 2. Duas consonas cum sequente vocali expulsas esse jure negat Tzetzes ad Hes. Opp. 381. ὁ Πρόκλος γελοῖόν φησι τὸ Ἀτλαγενέων Ἀτλαντογενέων εἶναι δέον. Ἔχει δὲ ἀμφοτέρως καλῶς· κλίνεται γὰρ καὶ Ἄτλας τοῦ Ἄτλα, sicut Ἄβας Ἄβαντος καὶ Ἄβα Choerob. Can. 33, 9. Schol. Aesch. Prom. 428. et Steph. s. h. v. aliaque Parall. 172. in quibus est adjectivum cum eodem verbo compositum τοῦ πολύτλα v. C. I. §. 2. Λεόπαρδος et δράκαυλος non cum genitivo composita esse omissis literis cliticis ντο sed cum ipsa stirpe nominis ostendi in Parall. 48. Τηλύγετος, quod Epim. I. 405, 10. ex τηλυγέννητος extitisse autumat cum pari trium elementorum dispendio, et ταΰγετος Parall. 129. ad priscum γέω revocavi Techn. 129. Exterminatis literis τος πιστόσυνος in πίσυνος mutatum esse sumitur in EM. 639, 31. aliis alia suadentibus, quorum nihil plane satis facit v. Proll. 231. et 239. Iidem vero non solum literas continuas sed etiam disjunctas et aliarum interventu separatas syncopae subjicere non nefas habuere: τὸ δίκρον Ἀπολλώνιος ἀπὸ τοῦ δικάρανον φησὶ συγκεκόφθαι EM. 276, 23. παρὰ τὸ θεσπέσιος γίνεται θέσπις p. 447, 50. De utroque supra disserui rejectis conjectorum argutiis. Ἀκραιφνής Orion 31, 8. ex ἀκεραιοφανής factum putat surreptis tribus trium syllabarum vocalibus sed huic in

EM. 52, 18. opponitur gravis auctor: ὁ δὲ Ἡρωδιανός φησι μὴ γίνεσθαι δύο συλλαβῶν συγκοπήν. Quanquam dubitari potest num is de ἀκραιφνής loquutus sit, quod si sic ut ille dicit conformatum est, non duae syllabae interaruerunt sed syllaba ο et duae vocales ε et α. Ac ne hoc quidem Orioni concedimus; nam et per se incredibile est et vis verbi φαίνω, quae in μεσσοφανής, θηλυφανής etc. apparet, in illo non agnoscitur. Alii ἀκραιφνής ἀπὸ τοῦ ἀκροφανής τοῦ ο τραπέντος εἰς αι ὡς μεσαιπόλιος EM. l. c, quidam ἀκραιφνής οἱονεὶ ἀκηροφανής Anecd. Bekk. 366. Suid. Quidquid elegeris, durum est. Sed transeant. Σφεδανόν σημαίνει ἐπειχτικὸν καὶ συνεστραμμένον οἷον σφενδονηδόν ἀπὸ τῆς σφενδονῆς· οὕτως Ἀρίσταρχος Schol. Il. XI. 165. Hic tamen syncopae nulla fit mentio sed affinitas modo utriusque vocis declaratur quam aliis exemplis illustravi in Techn. 76.[7]) Majorem quam haec omnia cum syncope similitudinem habet herbae nomen, quam Dioscorides κραταιόγονον vocat, Theophrastus κράταιγον additque fructum ejus facere ad foecunditatem (πρὸς τὸ γόνιμον εἶναι). Ita autem credibile fit sermonis quotidiani negligentia et tertiam syllabam, quae ex una vocali constat, emigrasse et quartae quintaeque ο et ν. Cum illo Herodiani interdicto, quo duarum syllabarum demtio circumscribitur, non pugnat EM. 91, 41. ἀμφοτέρω εἶτα ἄμφω κατὰ συγκοπὴν καὶ ἔκτασιν τοῦ ο εἰς ω· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν· hic enim ectasis nomen indicat de apocope agi. Sed alios minus fastidiosos fuisse apparet ex Eust. 1710, 46. Ὑπεριονίδην Ἥλιον λέγει ἐντελῶς, ἀλλαχοῦ δὲ Ὑπερίονα pro Ὑπεριονίωνα scilicet; et Epim. I. 347. 3. τὸ Δευκαλίδης καὶ Ἀνθεμίδης συγκοπὴν πέπονθεν ἐκ τοῦ Δευκαλιωνίδης καὶ Ἀνθεμιωνίδης et Schol. Dion. 849. τὸ Δευκαλίδης πέπονθεν. Scientius vero Schol. Il. XIII. 307. ἀπὸ τοῦ Δεύκαλος· similiterque Ἠετίδης, cui Goettlingius ad Hes. Opp. 528. latinum *Scipiades* apponit, non ab Ἠετίων derivatum est sed ab ἀετός, unde andronymicum

7) Addi poterat σφενδοβόλον fundibalum (non fundibulum) cum latino *funda* compositum.

Ἀέτιος. Nam poetae talia, si metrum urget, a primitivis fingunt sive usitatis sive in animi conspectu positis. Hinc sermo deflectat ad quatuor literas. *Πάμπαν παντελῶς Δράκων συναλοιφὴν εἶναί φησιν ἐκ τοῦ παντάπασιν* Phot. et Suid. Hic significari syncopen duarum syllabarum *τα* et *σι* conjunctam cum assimilatione assentior Lehrsio ad Herod. 357. et 402. sed refellere supersedeo. Nec aures praebemus Scholiastae Pind. Pyth. I. 21. *κῆλα κατὰ συναίρεσιν τὰ κηλήματα* [8]). Unum paronymorum, quae Arcadius p. 71. *συγκριτικῶς παραληγόμενα* dicit, amolitur Stephanus s. *Δῆμος* hoc modo *δημότερος τὸ συγκριτικὸν οὐκ ἀποκοπῇ ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιθετικοῦ ὃ παρ' Ὁμήρῳ*, ubi in codd. *ἐκκοπῇ* legitur hoc est *συγκοπῇ ἐκ τοῦ δημοτικώτερος*. De hac duarum syllabarum continentium abolitione aliquando disceptatum esse cognoscitur ex Apoll. Pron. 144. *ὑπὲρ τοῦ τὸ ἁμός καὶ ὑμός συγκεκόφθαι εὑρητέον* (sic) *ὥς τινες ὑπέλαβον, καθὸ δύο συλλαβαὶ οὐ συγκόπτονται· ἰδοὺ γὰρ τὸ Δευκαλίδης καὶ Ἀνθεμίδης· ἀλλὰ καθὸ μὴ βαρύνονται τοῦ ἡμέτερος βαρυνομένου καὶ τοῦ ὑμέτερος καὶ σφέτερος· χωρὶς εἰ μὴ λέγοι τις συνδεδραμηκέναι αὐτὰς κατὰ τὴν τάσιν τῇ ἐμός καὶ σφός*. In principio hujus loci Bekkerus suspicatur scribendum esse *μὴ συγκεκόφθαι* et *οὐ ῥητέον* vel *ἀπορητέον, οὐχ ὅτι* — et certe Apollonii sententia haec est ***pronomina** ὑμός **et** ἁμός **syncopen subiisse negandum est, non quo duae syllabae demi non possint, sed propter oxytonesin, nisi forte haec aequalitatis causa introducta est.*** De patronymicis illis, quae jam antea attigi, non repugnat; de pronominibus ambigit etiam ignotus disceptator in EM. 84, 47. *ἀπὸ τοῦ σφέτερος γίνεται δωρικῇ διαλέκτῳ σφός καὶ ἀπὸ τοῦ ὑμέτερος ὑμός καὶ ἡμέτερος ἁμός· ἢ θέμα ἐστὶ τῆς δωρίδος διαλέκτου·* de ultimo sine haesitatione judicat Herodianus Sch. Il. VI. 414. *τὸ ἁμόν δωρικώτερον*

8) Schol. A. Il. IV. 478. et Eustathius 501, 16. *θρέπτρα ἐκ τοῦ θρεπτήρια κατὰ συγκοπὴν ὡς σωτήρια σῶστρα, λυτήρια λύτρα*, duas literas eradens; tres concidit Zenodotus quum l. c. *θρέπτα* scriberet v. Spitzner. Vers. her. 258. Hoc analogia refutat; illa ad metaschematismum pertinent, de quo dixi ad Phr. 131. pars subjuncta est adjectivis *λυτήριος, θρεπτήριος* etc.

ἀπὸ τοῦ ἁμέτερον, nisi scripsit id quod in Sch. A. legimus *ἀντὶ τοῦ ἡμέτερον*, idque adversus illos dixit qui non aspiratum *ἀμόν* pro *ἡμέτερον* acciperent. Totidem tamen literae, quot pronominibus *σφός* et *ὑμός*, si haec concisis adnumeramus, detractae esse sumuntur, desunt etiam proprio *Ἀμφιάραος*, quod idem ille syncopae absolvit in EM. 93, 49. *ἀπὸ τοῦ Ἀμφιάραος Ἄμφις ὥςπερ ἀστράγαλος ἄστρις, Ἰφίανασσα Ἶφις· τοῦτο οὐ συγκοπὴ ἀλλὰ μετασχηματισμοί· οὐδέποτε γὰρ συγκοπὴ γίνεται τρίτης συλλαβῆς· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν·* nam in *σφός* et *ὑμός* certe vocalis finalis servata est, in *Ἄμφις* ne haec quidem. Sed haec ratio non prohibuit alios quominus nominum propriorum comminiscerentur syncopas immanes atque intolerandas: *Ἶφιν τὴν Ἰφιγένειαν λέγει τρεῖς συλλαβὰς ἐκκόπτων* Sch. Lyc. 324. *τὸν Ἀλκιμέδοντα συγκέκοφεν Ἄλκιμον εἰπών* Schol. A. ad Il. XXIV. 574. qui cum syncopae nomine tacite comprehendit apocopen sed corrigitur a Schol. BL. ad v. 477. *Ἄλκιμος κατὰ μεταπλασμὸν ὁ Ἀλκιμέδων ὡς Μελάνθιος Μελανθεύς*. Eustathius dionymiam vocat. Nec minus recte Stephanus *Λακεδαιμόνιος λέγεται καὶ κατὰ συγκοπὴν Λάκων ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν ὡς τοῦ Κυδωνιᾶται τὸ Κύδωνες. Ἔοικε δὲ πρωτότυπον εἶναι καὶ οὐ συγκοπή· τινὲς δὲ τὸ Λάκων ὑποκοριστικόν*. Haec naturae lege discreta sunt; alia variarunt poetae, quibus Musae omnipotentes concessere ut eundem hominem modo Iphin vocarent, modo, si res ita posceret, Iphionem vel Iphitum vel Iphitionem; alia immutavit consuetudo popularis proceriora brevians. Sic *Ποσειδωνία* (*Ποσειδώνιον, Ποσείδιον*) in *Paestum* abiit, *Ἄργος Ἵππιον* sive *Ἀργυρίππη* Appuliae oppidum in *Arpi* et nomen incolarum *Ἀργυριππανοί* in *Arpini*. *Κιμμέριοι* a nonnullis *Κίμβροι* et *Κίμμεροι* vocantur Strab VII. 293. *Ἐρασῖνος* fluvius *Ἀρσῖνος* VIII. 371. *Χοάσπης*, ut viri docti suspicantur, idem *Χόης* v. Muetzell. ad Curt. VIII. 37, 2. Chersonesus Heraclea transnominata est *Χερσών* v. Tzschuck. ad Mel. II. 1, 3. *Τὸν Μετάποντον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἐκάλουν* Strab. VI. 265. qui genus universum signat XVI. 785. *αἱ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν πολλαί, καθάπερ τὸν Δαριήκην Δαρεῖον ἐκάλεσαν,*

τὴν δὲ Φάρζιριν Παρύσατιν [9]) cf. XII. 549. Sed Graecorum quoque hominum locorumque vocabula mirabiliter interpolata, correpta, amplificata esse in Proll. p. 147. 282. 504. demonstravi exemplis plurimis, quae omnia a pathologiae finibus remota habeo. Ea propria fuit materia librorum Nicanoris et aliorum qui *Μετονομασίαι* inscripti sunt [10]) similiumque *περὶ φθορᾶς* sive *παρεφθορυίας λέξεως* etc.

Aliud his omnibus diversum genus syncopae, quo voces separatae compinguntur, nonnulli sibi invenire visi sunt in particula adhortativa *δεῦτε* quasi ex *δεῦρ' ἴτε* contracta, sed potiores auctores imperativos *ἄγε* et *ἄγετε ἀγρεῖτε* causam fuisse docent cur etiam adverbium *δεῦρο*, si idem compluribus imperaretur, ad similitudinem numeri plurativi traductum sit v. Apoll. Adv. 553. Lehrs. ad Herod. p. 92. Adn. ad Buttm. 344. et 297. sub *Τά*. — *Ἔστε* num ex *ἐς ὅ τε* compositum sit, supra disputavimus. Jam enarratis omnibus generibus apparet syncopae trium literarum exemplum, cui plane confidere possimus, nullum afferri praeter *τέτραχμον* et quod illi fide proximum sed a Grammaticis praeteritum est *κράταιγος*· quatuor autem literarum defectum ne uno quidem vocabulo demonstrari posse. Hoc negotio transacto quaestioni propositae satis factum videri poterat nisi paululum curae posceret accentus et spiritus.

§. 3. Literarum imminutionem plerumque hanc vim habere ut accentus a postremis vocabulorum syllabis, nisi quid obstet, ad principia revolvatur, veteres non generaliter quidem edicunt sed saepe per occasionem nos admonent: *τὰ διὰ τοῦ οα κατὰ πάθος γενόμενα ὀξύνεται* (*παροξύνεται*) *ὄα, χρόα* Arc. 100, 12. *ὁ φλοιός ὀξύνεται, ἀποβαλὼν δὲ τὸ ο βαρύνεται ὡς τὸ χνόος, ῥόος· οὕτω δὲ ἐκ τοῦ χροιά ἡ χρόα γίνεται καὶ ἐκ τοῦ ῥοιά ῥόα καὶ ἐκ τοῦ δειρή δέρη* Eust. 94, 1. quibus addi poterat *ζειά ζέα, ποιά πόα*, quan-

9) *Χνᾶ ἡ Φοινίκη* verum et proprium est regionis nomen, *Χαναάν* dilatatum.

10) Hoc nomine continentur etiam dionyma *Ὕδη — Σάρδεις, Ἀριστοκλῆς — Πλάτων, Τύρταμος — Θεόφραστος, Ἀριστοτέλης — Βάττος* etc. v. Steph. s. *Πάρος* et *Ὕδη*, et polyonymorum genera varia.

quam in nostris libris saepissime *ποία* scribitur idque a Gregorio pariter ut *ῥοία* et *χροία* rectius ad epenthesin refertur. Idem consonantium defectu effici tradit Epim. II. 425. exemplo inepto *ἐκ τοῦ ὡρινός γίνεται ὥριος κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ν ἀναπέμψει τοῦ τόνου ὥςπερ ἑσπερινός ἑσπέριος, χειμερινός χειμέριος·* nam adjectiva in *ιος* exeuntia natura gravantur exceptis perpaucis. Adverbium pro exemplo affert EM. 19, 32. *ἀέκητι ἀντὶ τοῦ ἀεκαστί κατ' ἀποβολὴν τοῦ σ καὶ τροπῇ ἰωνικῇ* [*τοῦ α εἰς η*] *καὶ ἀναβιβάσει τοῦ τόνου· ἡ γὰρ ἀποβολὴ πολλάκις ἀναβιβάζει τοὺς τόνους.* Eodem utitur et ad eandem rem Apollonius de Conj. p. 500. Adv. 545. sed adjunctis aliis: *τὸ ἀεκαστί ἀποτελεῖ τὸ ἀέκητι τοῦ τόνου εὐλόγως ἀναβιβασθέντος καὶ καθότι ἔνδεια πολλάκις τοῦ σ ἀναβιβασμὸν τοῦ τόνου ἀποτελεῖ, οὐτάμενος, ἐληλάμενος, δεσπότης, ἐργάτης· καὶ καθότι τὰ πάθη τοῖς τύποις συνεκτρέχει,* hoc est quia *τὰ εἰς της ἀρσενικὰ βραχείᾳ παραληγόμενα βαρύνονται* Arc. 26. v. Parall. 447. item ut participia *ἱστάμενος, πιμπλάμενος.* Verum ista adverbii *ἀέκητι* evolutio operosior est quam ut assensionem moveat. De participiis cum Apollonio dissentit *studii successor et haeres*: *τὸ οὐτάμενος καὶ ἐληλάμενος ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου οὐ δοξάζει κατὰ πάθος ἀπὸ τοῦ οὐτασμένος καὶ ἐληλασμένος ἀλλ' ὡς ἀπὸ τοῦ οὔτημι καὶ ἐλήλημι* Choerob. Can. 837. Substantiva ab illo allata *δεσποστής, ἐργαστής* nusquam inventa sunt, et quae his communem a verbis originem habent *θαυματά ἀντὶ τοῦ θαυμαστά* Schol. Pind. Ol. I. 43. *αἰνετός κατ' ἔνδειαν τοῦ σ* EM. 36, 29. *ὀνοτός, ἀγατός,* eodem accentu notantur quo non affecta. De substantivo ejusdem generis verbalis incredibiliter ariolatur Herodianus ad Il. XXIV. 228. *τὸ ποταμός ἐγένετο παρὰ τὸ ποτασμός καθ' ὑφαίρεσιν,* nam neque hoc nomen cognovimus neque verbum *ποτάζειν,* sed ille tamen hoc dicere non potuisset si cum scriptura prosodiam mutari existimasset, quod hujus nominis character non prohibet; nam in *αμος* exeuntium multa gravantur. Duorum adverbiorum oxytonorum, quae abjecta litera finali barytona fiunt, unum *χῶρι* Apollonius ipse 572. dicit ceteris adverbiis in *ι* desinentibus *ἶφι, ὕψι* etc. accommo-

datum esse. De altero loquitur Schol. B. ad Il. I. 148. τὸ ὑποδράξ ἀποβαλὸν τὸ ξ ἀνεβίβασε τὸν τόνον ὡς ἀνυστής ἀνύτης, δεσποστής δεσπότης. At vero Apollonius docet 548. ὑπόδρα a verbo prisco δρᾶν, alterum a δρακεῖν derivatum esse accentu eo quo cetera adverbia in ξ, ἐναλλάξ, ὑπαντάξ. Ergo hic quoque anabibasmi, qui dicitur, causa non in apocope posita est sed in synecdrome apocopen subsequente. Nihilo firmiora sunt quae de ellipticarum affectionum tertia praedicantur: αἱ συγκοπαὶ ἀναβιβάζουσι τοὺς τόνους, ὀπίσωθεν ὄπισθεν, ὁμόπατρος ὄπατρος· τὸ δὲ πατρός καὶ ἀνδρός καὶ μητρός συγκοπέντα ἠκολούθησε τῷ χαρακτῆρι τῶν δισυλλάβων γενικῶν Arc. 129. ἀπὸ τοῦ θυγατέρα γέγονε θύγατρα ὡς Δήμητρα· αἱ γὰρ συγκοπαὶ ἀναβιβάζουσιν, ὄπισθεν, ἔξαιτος, ὄπατρος[11]) Choerob. Can. 420. et 836. θεόδμητος ἐκ τοῦ θεοδόμητος κατὰ συγκοπὴν τοῦ τόνου Gud. 258, 24. His ἄρσας additur in EM. 457, 25. Epim. I. 199. Sch. B. Il. I. 13. Verum hoc primitivum est, θεόδμητος vero, ut supra dixi, a primitivo δέδμημαι traductum; ἔξαιτος ex ἐξαίρετος concisum esse neutiquam constat, ὁμόπατρος et ὀπίσωθεν auctore carent neque fingi opus est. Sed poterant usitatis uti χερόνησος, ἀνάβατος, παράμονος sive παραμόνιμος, aliisque proparoxytonis quae si syllabam amittunt, rursus proparoxytona fiunt accentu sua sponte in proximam antecedentium transeunte. Hinc sequitur nummi nomen τετράδραχμον deficiente syllaba tertia sic scribi oportere ut Eustathius praecipit 1398, 16. τετράπεζα καὶ συγκοπῇ δι' εὐφωνίαν τράπεζα ὥςπερ καὶ τετράδραχμον τέτραχμον κατὰ τοὺς παλαιούς. Quorum a judicio injuria desciscit EM. 754, 40. τὸ τετρᾶχμον οὐ δύναται κατὰ συγκοπὴν γενέσθαι διὰ τὸν τόνον. εἰ γὰρ συγκοπὴ γένοιτο, παράλογος ὁ τόνος. Ἔστιν οὖν τετράδραχμον καὶ ἀποβολῇ τοῦ δρ τετράαχμον καὶ περισπᾶται v. §. 1. Non enim duae, quas hic dicit, literae exciderunt sed tres δρα eaque perfecta est syncope anabibasmi effectrix. Paroxytonorum accentum retrahi sumunt qui μῆρα ex μηρία concisum arbitrantur; nos hoc et similia ad

11) Hoc reponendum est Can. 127, 13. pro ὁμοπάτριος.

paraschematismum referimus v. P. I. c. III. §. 2. Quod oxytona ἐραννός et νοσσός non mutata sunt, fortasse characteri tribuerunt; nam τὰ διὰ δύο νν ὀξύνεται ἐραννός, ἀργεννός, κελαινός (κελαδεννός), ἐρεβεννός Arc. 63, 4. et pariter substantiva in σσος bisyllaba βυσσός, κισσός etc. et quae hunc numerum excedunt locorum vocabula in ασσος et ησσος exeuntia Ἀυρνησσός, Ταριησσός etc. quorum typum sequitur nomen syncope affectum ut Stephanus s. Ἀγάθυρσοι refert: ἀπὸ τοῦ Καβακησός οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν τὸ Καβασσός. Postremo κεβλή, quod Arcadius 107, 23.[12]) diversum ab homophonis αἴγλη etc. accentum habere dicit, saepius barytonon est EM. 498, 41. Schol. Arist. Avv. 305. et all. Λιχνός a λίχανος significatione discernitur. — Eidem syncopae subjiciunt δορυξός, quod cum λοξός etc. conferri potest v. Parall. 404 sq. νεογνός, βοηθός, sed de catabibasmo nullum verbum addunt. Tot autem rebus obstantibus apparet regulam istam de anabibasmo syncopen comitante perexiguum in hac causa praebere usum nobis praesertim qui pleraque illa concisionis exempla aut in dubio ponimus aut in totum rejicimus. Cum orthoptotis et aptotis auctores nostri conjungunt duo declinata θύγατρα et Δήμητρα adjuncta cautione necessaria τὸ πατρός, μητρός, ἀνδρός συγκοπέντα καὶ μὴ ἀναβιβάσαντα τὸν τόνον οὐκ ἀντίκειται, ἐπειδὴ πρὸς τὸν χαρακτῆρα τῶν δισυλλάβων γενικῶν ἠκολούθησε Choerob. l. c. v. P. I. c. 2. §. 6. Eadem causa est dativorum κυσί, μησί etc. nec mirum ἀκλέα, ἀγακλέα, νηλέα etc. sequi similitudinem integriorum ἀληθέα, ἀληθέες. Proprio vero accentu genitivorum species poetica distinguitur a communi αἱ εἰς εω γενικαὶ ἰωνικαὶ προπαροξύνονται χωρὶς εἰ μὴ κατὰ πάθος εἰσί, Βορέω, Ἀσίω, ἐπειδὴ κατὰ συγκοπήν εἰσι EM. 153, 54. Casuum verbalium unus ob accentum syncopae eximitur in Anecd. Par. T. IV. 18. οἱ

---

12) Τὰ εἰς λη μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου βαρύνεται [ἔν τε κυρίοις] καὶ ἐν προσηγορικοῖς Ζάγκλη, σίγλη τὸ ἐνώπιον [ἐνώτιον] εἰ μὲν τῷ ο παραλήγοιτο ὡς τὸ ὑμοκλή καὶ ὁπλή καὶ τὸ κελή (κεβλή) ἀπὸ τοῦ κεφαλή γέγονε.

μὲν λέγουσιν ὅτι τεθνήκασι κατὰ συγκοπὴν τεθνᾶσιν, ἀλλ' εἰ ἦν οὕτως οὐκ ὤφειλε περισπᾶσθαι· οὐδέποτε γὰρ συγκοπὴ περισπᾶται· ἀλλ' ἔστι τέθνημι, τεθνᾶσι.

His si adjunxero quae de spiritu sancita sunt, quaestio hujus loci perfecta erit. De hoc habemus veterum criticorum praejudicia in Schol. A. ad Il. VI. 239. *τὸ ἔτης ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῖ ἐπεὶ συγκοπὴ ἐγένετο ὡς ἐπὶ τοῦ ἥλατο ἆλτο· Ἀλεξίων δὲ δασύνει· μᾶλλον δὲ συγκαταθετέον τῷ Ἀσκαλωνίτῃ, ἐπειδὴ εὑρέθη διὰ ψιλοῦ ἡ συναλοιφὴ παρ' Αἰσχύλῳ οὔτ' ἔτης καὶ παρ' Εὐριπίδῃ φωτὶ δ' οὐκ ἔτῃ πρέπων·* idemque ad Il. XI. 257. *ὅπατρος ψιλωτέον οὐχ ὡς οἴονται διὰ τὴν συγκοπήν· πολλὰ γάρ φασι διὰ τὴν συγκοπὴν ψιλοῦσθαι· ἐπεδείξαμεν δὲ ὡς καὶ δασύνεται, ἑστήκαμεν καὶ ἕσταμεν, Ἡράκλεες καὶ Ἥρακλες. Ἄμεινον οὖν λέγειν ὅτι τὸ ο πρὸ τοῦ π κείμενον φιλεῖ ψιλοῦσθαι.* Vulgarem viam sequitur Tzetzes ad Opp. 405. Exeg. 81, 20. *τὸ ἅρμενα καίπερ ἀπὸ τοῦ ἁρμοζόμενα γεγονὸς ψιλοῦται ὡς συγκοπῇ αἰολικῇ ὡς τὸ ἄλμενος,* sed meliora docet Lex. de Spir. 229. *τινὲς παραλόγως ψιλοῦσι τὸ ἱρός καὶ ἴρηξ*[13]) *λέγοντες ὅτι τὰ συγκοπέντα κατὰ Αἰολεῖς ψιλοῦνται, ὥρμησεν ὦρσεν, ἁρμόσας ἄρσας. Ἀλλὰ τὸ ὦρσεν ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὄρω καὶ ἄρσας ἀπὸ τοῦ ἄρω. Τοιαῦτα ψιλοῦνται γινόμενα* (adde *ἀπὸ ψιλῶν τῶν πρωτοτύπων*). *Οὐδὲ μὴν τὸ ἱρός καὶ ἴρηξ συνεκόπησαν ἀλλὰ κρᾶσιν ἔπαθον.* Hic quem ducem habuerit cognoscimus ex Sch. Il. I. 136. *ἄρσαντες Ἀρίσταρχος δασύνει· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ψιλοῖ ἐκ τοῦ ἄρω. Ἴκμενος* cum merismo et accentum mutavit et spiritum.

---

13) v. Diss. II. c. II. §. 5.

DISSERTATIO TERTIA

DE

PARECTASI SIVE INTERPOSITIONE SYLLABÆ.

PROŒMIUM.

Multo angustioribus quam syncope terminis continetur affectio ei contraria, quae hoc loco pertractabitur. Hanc passionum scriptores distincte definiunt; brevissime quidem Draco p. 156. *ἐπέκτασίς ἐστι προςϑήκη συλλαβῆς κατὰ τὸ μέσον τῆς λέξεως οἷον Μουσάων·* explanatius Josephus Synops. 567. T. III. *ἐπέκτασίς ἐστι πλεονασμὸς συλλαβῆς ἢ φωνήεντος ποιοῦντος συλλαβήν. Καὶ συλλαβῆς μὲν οἷον ἔτυμον ἐτήτυμον, ἐδή ἐδωδή, ἀτηρός ἀταρτηρός. Φωνήεντος δὲ οἷον γέννα γενεά, ἀδελφός ἀδελφεός, πυλῶν πυλέων.* Notam accentus addit EM. 503, 25. Gud. 314, 34. *ἐπέκτασίς ἐστι πλεονασμὸς συλλαβῆς κατὰ τὸ μέσον τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττων,* quod convenit canoni catholico *οἱ πλεονασμοὶ τὸν τόνον οὐ μεταβάλλουσι* v. Techn. 188. Sed quia eodem nomine saepissime significatur proschematismus sive additio syllabae in exitu vocabulorum, *τοιόςδε, ϑεοῖσι,* malui parectasin appellare, quod nomen Gregorius p. 454. illi aequiparat: *ἐπέκτασις ἢ παρέκτασίς ἐστι πλεονασμός* etc.[1])

CAP. I.

De alpha.

§. 1. Vocalis primae in syllabam primam inculcatae exempla omnia obsoleta sunt et glossematica. *Βάραγχος Ἱππῶναξ μάλιστα πλεονασμῷ τοῦ α· οἱ γὰρ ἄλλοι βραγχιᾷν. Καὶ βαραγχιᾷν ἀντὶ τοῦ βραγχιᾷν πολλάκις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· Ἡρωδιανός* EM. 188, 8. qui fortasse verbis

1) *Τοῦ δέδια ἡ μετοχὴ κατ' ἐπέκτασιν δειδιώς* Diac. ad Scut. 248. significat parenthesin.

aliter collocatis idem dixit atque Moeris Atticos *βραγχᾶν* dicere, non *βραγχιᾶν*, nam *βαραγχιᾶν* penitus ignotum est. Illud jure censetur in numero onomatopoeticorum proximamque similitudinem habet cum verbis *βραχεῖν* et *βαῤῥαχεῖν*, quae Hesychius uno modo interpretatur *ἠχεῖν*, cumque *ῥέγχειν* et *βρόγχος* cf. Proll. 334. Techn. 70. Praeterea hic affert *Βαράγχια τὰ βράγχια τῶν ἰχθύων*, quod confirmat Schol. Opp. Hal. I. 160. *βράγχη βρόχια σπάραχνα*, hodieque sic vocantur branchiae piscium *σπάραχνα ψαρίδων*. Idem *Κάναδοι γνάθοι*, *Κάῤῥαξον Πάφιοι κράξον*, *Φάραγμα φραγμός*, unde compositum est adjectivum *παρεμφάρακτος* *cerritus* hoc est *τὸν νοῦν διεφθαρμένος* ut *Διεπέμφρακτο διέφθαρτο* [2]); nam *τὰ φράγματα* plerumque constant e lignis transversis sive varis, et obstructum simile est perplexo ac perturbato [3]). Alpha autem mobile est etiam in verbo *φράγνυμι φάργνυμι*. Cum his conferri possunt *σπαργᾶν* et quod Schol. Plat. Civ. V. 405. huic apponit *σφαραγεῖσθαι*· nam utrumque de uberibus turgentibus dicitur et communem habet originem a verbo *σπάω σπαράττω*, sed alpha intercedente etiam declinatio mutata est. Quae utrique sermoni communia sunt *γάλως glos*, originem non ita apertam habent ut judicari possit, utrum antiquius sit. Pleonasmum syllabae secundae adnotat EM. 550, 14. *παρὰ τὸ κῶ γίνεται ὄνομα ῥηματικὸν κώς καὶ κατὰ πλεονασμὸν κῶας ὡς ἀπὸ τοῦ ὡς γίνεται ὦας*. Alii *κῶς* scribunt tanquam contractum ex *κῶας* ut *οἶς* ex *οἶας*, et pro etymo habent *οἶς*, unde *κόον τὸ πρόβατον* v. Parall. 87. alpha autem ad terminationem pertinere putant ut in *δέρας*, *φρέαρ*. Herodianus in EM. 1, 42. *ἐκ τοῦ ἴψ γίνεται ῥῆμα ἰάπτω, ἐξ οὗ ἰαπτός καὶ ἀΐαπτος*, ubi deest pleonasmi mentio, quae injicitur p. 464, 9. *ἰάπτω ἀπὸ τοῦ ἴπτω κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α*, quod contra alii statuunt *ἴπτω* ex *ἰάπτω* natum esse,

---

2) Hic aut *διεμπέφρακτο* scribendum est, ut Kuesterus voluit, aut *διεπέφρακτο*.

3) Hesychius *Βαρακινῆσι ἀκάνθαις σκόλοψι*. Hujusmodi sudibus cancellatim compositis construuntur sepimenta quae in media latinitate ***barria*** vocantur; nomenque hoc durat in francogallico ***barre***, ***barricade*** v. Du Cang. et Menag. Dict. p. 81.

et hae dispares sententiae permixte proponuntur in Epim. I. 205. sed veri similius est ἅπτω primitivum esse, ἰάπτω prosthesi auctum v. Diss. I. c. IV. §. 1. Ad pleonasmi speciem inclinant glossae Hesychii et Photii Ἀραβύλας ὑποδήματα, Γαγγάλιον νεύρου συστροφή 4), Καναρός κακός, quod interpretes cum καυρός componunt, Κίγκαλος εἶδος ὀρνέου hoc est motacilla quae vulgo κίγκλος et κίλλουρος dicitur, Ὀστάλιγξ πλόκαμος ἕλιξ βόστρυχος, nam idem nomen est ὄστλιγξ, ἄστλιγξ, ἄστριγξ, quae in Proll. 140. ad στρέφω retuli unde στρεβλός et στρόφαλος. Si vera est Eustathii conjectura ἡ Ἰωλκός ἴσως παρὰ τὴν ὦλκα p. 328, 1. poetico Ἰαωλκός praeter iota accessit alpha. Sed de hoc et aliis locorum vocabulis Ἄρβις et Ἄραβις, Σελγησσός et Σαλαγασσός etc. judicandi facultas nulla. Crebriora vero hujus pleonasmi vestigia videmus in terminationibus vocabulorum communium; Σνάδες αἱ ὕες ἐσχηματισμένως Hes. ληΐς captiva Nonn. XXXIV. 167. et ληιάς, δμωΐς δμωϊάς, Ναΐς Ναϊάς, tum patronymicorum Τελαμωνίδης καὶ πλεονασμῷ ποιητικῷ Τελαμωνιάδης Epim. I. 261. Schol. Dion. Gramm. 849. cf. Proll. 503. et feminini generis Ἀρηΐς Martis filia Quint. I. 206. Ἀρηιάς 187 etc. Proll. 466 sq. tum topicorum, quae alpha longum habent: ἀπὸ τοῦ Σπάρτη Σπαρτίτης καὶ πλεονασμῷ τοῦ ᾱ Σπαρτιάτης, ὅμοιόν ἐστι τῷ Κροτωνιάτης· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν EM. 722, 40. Νώνακρις Νωνακρίτης καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ Νωνακριάτης Steph. quorum neutrum aliter scriptum reperitur. Sic et Φασιάτης πλεονασμῷ τοῦ ᾱ etc. Duorum possessivorum Ἀκαδημικός et Ὀρφικός alteri consuetudo graeca praetulit Ἀκαδημαϊκός, alteri accessit ignobilius Ὀρφαϊκός. Ex appellativis huc pertinent ἕρκτης et ἐργάτης ab ἔργω ductum ut ἅπτω ἀπάτη Proll. 370. novitiumque σταύαρα τὰ κατὰ φθορὰν λεγόμενα Eust. 1358, 56. id est σταυροί et adjectiva non multo melioris notae, ἀργεννάος (hoc accentu) pro ἀργεννός et εἰκόσατος pro εἰκοστός, illud Theophanis Anth. XV. 33. hoc

---

4) Hoc pleonasticis inserimus quia vulgo non sic vocatur sed γαγγλίον· re vera syllaba γαλ primitiva est, quae antecedit, reduplicata v. Diss. I. c. 8. §. 8.

Tzetzae Anteh. 360. qui exemplum sumsit ab *ἑβδόματος*, *ὀγδόατος*. Sed *σιφλός σίπαλος*, *στεγανός στεγνός*, satius fuerit dicatalexiae exemplis adjicere, quia par utriusque terminationis, purae et non purae, auctoritas et eadem proportio. Idem fortasse dicendum est de *Αἰανός αἰνός* Hes. quibus Hermannus ad Aj. 657. unum assignat primitivum *αἰεί*. Neque improbabilis Buttmanni sententia *κόμπος* et *κόναβος* idem esse Lexil. I. 289. [5]) Verum etiam verborum facienda est mentio: *στασιάζειν Ἡρωδιανὸς πλεονασμὸν λέγει εἶναι ἀπὸ τοῦ στάσις* EM. 725, 10. sed proprie sic vocari non potest; nam neque *στασίζειν* dicitur neque verbalia *βάσις*, *φάσις*, *θέσις*, *κρίσις*, *ῥύσις*, *φύσις* etc. verbis pariendis apta sunt; quare *στασιάζειν* ita ut *θυσιάζω*, *συνουσιάζω*, *ἐκκλησιάζω* etc. quasi a nomine *στασία* repetitum videtur. Eademque opinio est de altero: *ἐκ τοῦ αὐθάδης γίνεται αὐθαδίζω καὶ πλεονασμῷ αὐθαδιάζω* Epim. II. 338. EM. Nam quae ab adjectivis in *ης* derivata sunt verba, unam habent terminationem *ιζω*, *ἀληθίζω*, *σαφηνίζω*, *εὐκλεΐζω*, *εὐμενίζω*· dicatalecta vero, quae in Proll. 481 sq. attuli, aut non satis firmata aut a diversis thematis profecta sunt.

§. 2. De compositis dubitatur: *ἑξαέτης οὐκ ἔστι πλεονασμός· τὰ εἰς ις ἐπιῤῥήματα ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ κις*, *ἑπτάμηνος*, *τετράμηνος· οὕτως οὖν ἑξάκις ἑξάκλινος*, *ἑξαέτης· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν* EM. 346, 33. Hoc syncopae auxilio jam ante paulo repudiato in Diss. II. P. II. c. 1. §. 3. ad pleonasmum compellimur, quo soli abstinent Attici numerorum simplicium formam in synthesi religiose servantes *ἑξμέδιμνος*, *ὀκτώμηνος* etc. Ceteri vocalem nominum quae in *ε*, *ι*, *ω* exeunt parilitatis causa in alpha mutant, quo pleraque omnia finiuntur, *πεντάμηνος*, *εἰκοσάκλινος*, *ὀκτάμηνος*, eandemque vocalem duobus in consonam exeuntibus extrinsecus adjiciunt *ἑξάμηνος* et *ἐνάενος*,

5) Idem est *Κοναρός εὐτραφής πίων* Hes. et *Χόνδρος παχὺς ἅλς* Suid. quod sive substantivum est sive adjectivum, acui jubet Arcadius. Adjectivum acuitur Arist. Probl. XXI. 9. Anecd. Bekk. 1287. substantivum saepius gravatur v. Jacobs. Animm. ad Anall. T. II. 113. Elmsl. ad Acharn. 526.

sed hic unitatis numerus quia sub casuum rationem succedit, saepius eodem quo nomina declinabilia modo connectitur ἑνοειδής, ἑνοποιός, ἑνίγυιος. Ex aliis formis casualibus huc referuntur genitivi plurales nominum secundae et tertiae declinationis νησάων, γυπάων v. ad Buttm. 338. qui alpha ex imitatione protoclitorum πυλάων etc. traxisse videntur[6]). Et hos quoque genitivos primae declinationis epectasi tribuunt vel aeolicae EM. 40, 54. vel boeoticae Schol. Il. II. 87. XIX. 1. sed injuria. Accusativum νηπιάας nonnulli ex νηπιέας sive νηπιείας factum putant per antithesin vocalium, alii alpha pleonastico auctum Epim. I. 289. EM. 604, 24. hoc est eo genere pleonasmi cui θαάσσω et quidquid huc vergit adscribimus. Ex tertia declinatione huc refertur dativus nominis υἱός epicis usitatus: υἱάσι πλεονασμὸν ἔχει τοῦ α διὰ τὴν υἷι Schol. Il. XV. 197. ὗϊς ὗιϊ καὶ κατὰ συναίρεσιν υἷι καὶ ἐπειδὴ τοῦ σ προςελθόντος ἔμελλεν ἀσυνταξία γενέσθαι, ἐπλεόνασε τὸ α υἱάσι Choerob. Can. 463. scilicet quia scholicum dogma est dativum pluralitatis a singulari proficisci πατρί πατράσι etc. Arc. 138, 2. Rectius Schol. Il. V. 463. τὸ υἱάσιν ἐξηκολούθησε τῇ συγγενείᾳ τοῦ πατράσι καὶ θυγατράσι. Hac vertigine synecdromae correpti scriptores inconditi etiam verborum personis pluralibus, quae sine vocali clitica formantur, alpha pleonasticum intruserunt: τινὲς ἀττικίζειν νομίζοντες ἁμαρτάνουσιν ἐν τῷ λέγειν τιθέαμεν τιθέατε, διδόαμεν διδόατε Planud. Gramm. in App. Etym. Gud. 662, 39. πρὸς ἀναλογίαν τοῦ τρίτου προςώπου τιθέασι καὶ διδόασι ἐγένετο τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον Choerob. Can. 865, 14. Cram. Excc. T. IV. 360. et 362. qua ratione similitudinis etiam δεδίαμεν, δεδίατε nititur v. ad Phryn. 180.[7]) Perinepte idem Can. 829, 20. τὸ ἑσταῶτες καὶ

---

6) His fortasse addendus est στρατὸς ἀγγελιώων id est angelorum P. Silent. Soph. II. 279. a recto ἀγγελίας, quem nonnulli Homero affinxerunt, et οὐρανὸς ὀπτανιάων in Matronis versu Athen. IV. 134. F.

7) Δεδίατε, quod hic ex Lucian. Reviv. c. 18. enotavi, et hoc loco cessit legitimo δέδιτε et in Dial. Deor. XX. 2. Mansit adhuc δεδίαμεν Isae. Or. p. Dicaeog. p. 53. (60, 23 Bekk.) δεδίατε Phalar. Ep. LXXXVIII. 274. Justin. M. Expos. fid. p. 388. A.

βεβαῶτες κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ γεγόνασιν ἀπὸ τοῦ ἑστῶτες καὶ βεβῶτες. Nec magis considerate p. 860. et Orthogr. 224, 20. *ἀπὸ τοῦ εἶμι τὰ πληθυντικὰ διὰ τοῦ ῑ, ἴμεν ἴτε ἴσι καὶ προςθήκῃ τοῦ ᾱ ἴασι*, nam hoc longum alpha pro consona *ν* introductum est ut breve in perfectis *βεβολήαται* etc. Atque hinc nobis via ostenditur ad veram parectasin sed eandem a synecdrome profectam: *τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα ἤγουν παρεκαθέζετο, τινὲς πλεονασμὸν ἡγήσαντο. Οὐκ ἔστι δὲ πλεονασμὸς ἀλλὰ πληθυντικόν* Epim. I. 373. qui schemate Pindarico nititur vel vero *ὕμνοι τέλλεται*, vel commenticio *τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί*. Sed ex aliis exemplis, quae ad Buttm. p. 8. et 487. attuli, manifestum fit poetas Alexandrinos singularem similem reddidisse plurali. Quo pacto Epici in verbis perispomenis alpha longo praemittant breve singillatim exposui in Dissert. de diectasi Techn. p. 173. Ab adjectivo *δίδυμος* propagatum est andronymicum *Διδύμων* et *Διδυμάων*, cujus obliqui casus non leguntur sed per ο declinatum esse colligimus ex adjectivo *διδυμάονος ὡς Μαχάονος, ἐπεὶ ἄλλως ὤφειλε διὰ τοῦ ω ὡς παρώνυμον* Schol. Il. V. 548. Nomen herois *Ὠαρίων*, quod interdum trisyllabum fit alpha retento v. Schneidewin. ad Pind. p. 180. si ex urbe, ubi natus fertur, Hyria fictum est, vocali abundat. — Ex numero indeclinabilium primum memoranda sunt adverbia *μιγάδην* et *φυγάδην*. Illo Nicander semel utitur sine ullo metri levamento, quare dubium an ille *μίγδην* sic ut aliis locis scripserit; alterum e cod. repositum est in Poll. VI. 175. pro *τὸ φρούδην καὶ τὸ ῥύδην οὐκ οἶδα εἰ ἀνεκτόν*· qui *ῥύδην* non ob aliam causam improbare potuit quam quia poeticum est; *φυράδην* vero ab analogia desciscit, nam a verbis circumflexis adverbia nulla nascuntur. Itaque *φύρδην* dicitur ut *ἄρδην, κλέβδην, κρύβδην, στάγδην, φράγδην, ἐλίγδην, περιπλίγδην, λύγδην, φύγδην*, quae omnia a verbis barytonis oriuntur sine interventu vocalis alpha. Tertium est *ἅλις καὶ πλεονασμῷ ἅλιας· ἔστι δὲ μονῆρες· οὐδὲν γὰρ εἰς ας προπαροξύτονον ἀλλ' ἢ ὀξύτονον ἑκάς, ἐμπάς* (scr. *ἀγκάς*), *ἢ παροξύτονον ὡς τὸ ἀτρέμας* (adde *καὶ ἠρέμας*). *Τὸ δὲ αἴτιον τοῦ τόνου ὁ πλεονα-*

σμός· Ἡρωδιανός EM. 63, 18. quem sequitur Joannes de Ton. 38, 11. τὰ εἰς ας — ὀξύνεται — τὸ μέντοι πέλας βαρύνεται καὶ τὸ ἀτρέμας· τὸ δὲ ἀλίας (sic) παρ' Ἱππώνακτι παροξύνεται (προπαροξύνεται) ἀπὸ τοῦ ἅλις πλεονάσαν τῷ α.[8]) Apud Hesychium legimus γάλι ἱκανόν, quod ambigo utrum neutrum sit adjectivi in adverbium versi ἅλις ut Ἶφις ἶφι, εὐθύς εὐθύ, an sinceram vocis formam redintegret, cui postea sigma adhaesit ut ἀτρέμας, ἠρέμας. Si natura adjectivum fuit, accusativus ἄλιας (ut τρόφιας) in adverbium degeneravit. Itaque de multis, quae pro pleonasmo literae alpha proferuntur, perpauca approbationem movent eaque omnia a nativa forma ad aliorum similitudinem traducta sunt. His continuo subjiciam diphthongos, in quibus eadem vocalis inest. Εὐνάς λέγει τὰς ἀγκύρας καὶ κατ' ἐπέκτασιν εὐναίας Apollon. Lex. Αἰαίη λέγεται κτητικῶς ἀπὸ τῆς Αἴας (ἢ) κατὰ πλεονασμὸν τῆς αι διφθόγγου Schol. Apoll. III. 1093. quippe non solum Medeae et Circes epitheton sed etiam insulae et promontorii nomen proprium est. Appellativa hujus generis σεληναία, γαληναία etc. ex professo scrutatus sum in Parall. 297., cf. 358. remque eo deduxi ut epectasi, quam ille vocat, sive pleonasmo renunciari possit. Adjectivorum, quae in hanc speciem incidunt, unum affert Stephanus βώμιος καὶ κατὰ παραγωγὴν βωμιαῖος. Sunt vero multo plura, quorum nonnulla Atticistae vituperant: ἐνιαυσιαῖος μὴ λέγε, ἀλλ' ἐνιαύσιος. Phryn. Epit. 362. εὐκταῖα καὶ ἀττικώτερον εὐκτά Poll. V. 130. de quo vid. Ast. Animm. ad Legg. p. 166. alia diversam a primitivis significationem habere docent: πρότερος ἐπὶ τάξεως, προτεραία δὲ ἐπὶ μόνης ἡμέρας Ammon. et Etym. Gud. 483, 10.[9]) ἀπὸ τῶν εἰς στος γίνεται παραγωγὴ

8) In Eur. Ion. 723. G. Dindorfius ἀλίας posuit pro ἀλίσας, ceteri ἅλις.

9) Discrimen tollere videtur Photius Προτέρα καὶ προτεραία, ὑστέρα καὶ ὑστεραία. Apud Herodot. I. 126. quaerenti cuidam de duobus diebus uter convivis magis placuerit, ἡ ὑστεραίη ἢ ἡ προτεραίη respondetur ἡ προτέρη. Sic etiam γενομένης δὶς ἐκκλησίας τῇ μὲν προτέρᾳ — τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Thuc. I. 44. τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν — τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Aesch. Fals. Leg. 335, 65. Hic Bremio concinnius videtur προτεραίᾳ,

εἰκοστός εἰκοσταῖος, τριακοστός τριακοσταῖος· οὕτω καὶ πολλοσταῖος παρ' Εὐβούλῳ (Com. Fr. Vol. III. 271.) Epim. I. 368, 32. quae repetens Schol. Eur. Hec. 32. adjungit simile praeceptum *ἔστιν ἄλλο τρίτον καὶ ἄλλο τριταῖον· ἐνταῦθα δὲ τριταῖον* (*ἦμαρ*) *ἀντὶ τοῦ τρίτον λέγεται*, sicut Palladas Anth. IX. 173. *στίχον τεταρταῖον* dixit pro *τέταρτον*, et, quod mirabilius, Nonnus XLII. 467. *τρισσαίων Χαρίτων* pro *τριῶν*. Ab his adjectivis temporalibus, quibus latinus sermo caret, differunt rerum hominumque epitheta communia *ἐρεμναῖος, βορειαῖος* etc. v. Parall. 319. Horum alia a primitivis adeo nihil differunt ut pleonasmo adscribi possint; alii cum iis commutari possunt sed non omnibus locis velut *ἀκραῖοι ὄνυχες* Babr. Fab. XCV. p. 40. nihil differt ab *ἄκροι*, sed *θεοὶ ἀκραῖοι* non *ἄκροι* vocantur. *Ἐρυθραία θάλασσα* saepe dicitur *ἐρυθρά* sed quaelibet rutila *ἐρυθραῖα* dicta esse minime constat cf. Bernhard. ad Dion. 1127. *ἐρημαίους καλάμους* Anth. Plan. XII. hoc est fistula, quam aliquis in solitudine inflat, vix conveniat *ἐρήμους* dici; Oppianus Hal. IV. 401. conjunxit tanquam synonyma *δειλαίαις ἅμα δειλός*, quod nomen nonnulli ad syncopen revocant v. c. V. §. 3. sed plerumque differunt. — Singulari ratione a *νέος* derivatum est *νεῖρος* et *νεῖρα*, quam Homerus *γαστέρα νείαιραν* vocat a situ ut *ὑστέρα* et quae apud Hesychium leguntur *Ὑστρία κωλεός, Ὕστρος γαστήρ, Ὄδερος* (uterus) *γαστήρ* v. Parall. 307. A diversis principiis profecta sunt *πρωΐτερος* et *πρωϊαίτερος, ὀψίτερος* et *ὀψιαίτερος*, ac si gentiliciorum nonnulla duplicem terminationem habent *ευς* et *αιευς*, ut *Πατρεύς* et *Πατραιεύς, Σκαρφεύς* et *Σκαρφαιεύς*, diphthongus non extrinsecus adjecta sed a nomine paragogo derivata videtur;

---

quod scriptum est Dem. c. Mid. 553, 10. *τῇ μὲν προτεραίᾳ* (*ἐκκλησ.*) *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ*. Seorsum *τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ* Thuc. V. 75. quod Kruegerus recte tuetur; pro *τὴν προτεραίαν νύκτα* Xen. Cyr. IV. 2, 3. codd. aliquot probabilius *προτέραν*, idque solum aptum est nominibus actionum, quare Herod. IX. 3. non *ἡ ὑστεραίη στρατηίη* scripsisse videtur sed quod codd. praebent *ὑστέρη* cf. Schaefer. ad Dem. T. II. 428. et in Aeschin. Fals. 355. 123. *ἐν τῇ προτέρᾳ πρεσβείᾳ — τῇ δὲ ὑστεραίᾳ* jure repositum est *ὑστέρᾳ*.

nam ut urbis Ἀλαί incola duplici modo appellatur Ἀλαῖος et Ἀλαιεύς, item a Σίφαι Σιφαῖος καὶ Σιφαιεύς ὡς Κρηταῖος Κρηταιεύς Parall. 27. eodem modo gentilicium Πατραιεύς, quod Suidas affert, ad paragogum Πατραία vel Πατραῖος referri potest etsi neutrum reperitur. Hoc vero etiam convenit ad appellativum ἀκταιωρός παρὰ τὸ τὴν ἀκτὴν οὐρεῖν ὅ ἐστι φυλάττειν EM. nam regio litoralis etiam ἀκταία vocatur intellecto substantivo. Sed pro δικοδοσία apud Polybium recte reponitur δικαιοδοσία, nec credibile est pro δικολογία unquam dictum esse δικαιολογία etsi Graeci nonnunquam eadem vocabula cum substantivis et adjectivis componunt sine ullo significationis discrimine δολόφρων δολιόφρων, νυκτίβιος νυκτερόβιος ut νυκτεροφεγγής, λιγύπνοος et poeticum ut Pollux dicit λιγυρόπνοος, χλοηφόρος χλοεροτρόφος, ἀνδρόφρων ἀνδρειόθυμος et alia ad Phr. 642. allata quorum unum ἀγελαιοτροφία et huic affinia a Platone frequentata non cum ἀγέλη juncta videntur sed cum nomine, quo animalium congregabilium genus universum significatur, τὰ ἀγελαῖα. Propius ad parectasis speciem accedit δεραιοπέδη in Anth. positum pro δειροπέδη, quia δεραῖος non extat sed modo δειραῖος collinum significans, nisi forte illud ex duobus substantivis rectis δέραιον et πέδη compositum est ut δεσμόβροχος. Sed hoc non convenit adjectivo δεραιοῦχος. Ματαιάζω a μάταιος derivatum est, ματάζω vero si sine iota scribitur, a μάτη ut θηλάζω, τεχνάζω, sin, ut Herodianus voluit, cum iota, ex ματαΐζω contractum esse oportet. Ἔκραινον καὶ κατὰ πλεονασμὸν τῆς αι ἐκραίαινον Epim. I. 239. pariter ut aoristum κρήηνον in exemplis diectasis retuli. De altera diphthongo nihil praeceptum est; κήξ et καύηξ jam in prima parte judicare recusavi; Κανάζοντα ἀποσκάζοντα Hes. quod varie corrigitur, animum revocat ad Σκιμβός χωλός, Σκιμβάζει χωλεύει, Σκαμβηρίζειν ὀλισθαίνειν, quae cum Κιμβάζειν καὶ ὀκιμβάζειν τὸ στραγγεύεσθαι connexa videntur v. Proll. 142. Schneider. ad Nic. Th. p. 142. nam Hesychius στραγγεύει exponit οὐκ εὐθὺς πορεύεται, διατρίβει, et latine *claudicare* dicitur pro haesitare, neque adeo incredibile ducam Graecorum aliquos pro σκαμβός sive σκαῦ-

ρος dixisse καῦος, quamvis a communi usu remotum ut docet Sch. A. ad Il. XII. 137. τὸ αὖος λέξις μονήρης ἐστίν· οὐδὲν γὰρ εἰς ος λῆγον καθαρὸν δισύλλαβον τῇ αυ παραληγόμενον κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον τριγενές ἐστι.

CAP. II.

De epsilo.

§. 1. Primum in quaestionem venit pronomen possessivum; τὸ σφεά [1]) ἔοικεν ἀπὸ τοῦ σφά γεγονέναι κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ε Schol. Apoll. I. 849. idque Apollonius quoque Pron. 142. pleonasmi nomine affert, alii monosyllabum ellipsi transscribunt. Huic ex parte simile est τεόν τὸ κοινὸν σόν κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ε καὶ τροπὴν τοῦ σ Epim. I. 412. quem doricum pleonasmum dicit EM. 752, 11. et ἑός pro ὅς, de quo dictum est in Prosthesi. Parum curiose EM. 421, 42. παρὰ τὸ ἦρι γίνεται ἠρίαι καὶ πλεονασμῷ ἠερίαι ὡς πλέθρον πέλεθρον. Illud quomodo comparatum sit, mox disputabitur; πέλεθρον, quod non solum apud poetas legitur sed etiam in inscriptionibus doricis v. Ahrens. Dor. 123. et hinc composita ἑπταπέλεθρος, πουλυπέλεθρος, si ad communem usum referuntur, epsilon supervacaneum habent. Πετηνός, cujus certus auctor deest, non ex πτηνός dilatatum sed a πετήσομαι productum est v. Proll. 191. et 193. στελεγγίς, quod codd. aliquot praebent Athen. XV. 674. B. Poll. VII. 179. C. et στελέγγισμα codd. Aristot. Auscult. CV. p. 839. b. 25. librariis tribuitur, quibus fortasse στελγίς ob oculos fuit; item piscis nomen βέλεννος Athen. VII. 288. A. nec probatur scriptura urbis Arcadiae Βερένθη in libris Pausan. et appellativi βερένθιον, quod aliquoties pro βρένθιον sive βρένθειον reperitur. Ignotum est quod Hesychius protulit Βρέχυν τὸν Βρέχυντα τὸν Βρίγα, sed significare videtur Βερέκυντα, et στεριφνός id est στριφνός, quod Erotianus ex Aristophanis loco depromsit, ubi

1) Sic Bekkerus scripsit secundum Bastium ad Greg. 900. pro σφέα, quomodo bis in Apollonii carmine scriptum est.

στιπτός scribitur. *Πρεών* non ex *πρών* factum videtur sed ex *πρηών* per systolen; hoc unde natum sit, dicetur in capite proximo. Quod arbor exotica, quam Graeci *βδέλλαν* et *βδέλλιον* vocant, a Marcello Emp. bedella dicitur, hanc causam habere videtur quod nulla vox latina orditur a duabus consonis, quae in uno graeco *βδεῖν* et derivatis audiuntur. Majorem causae ancipiti speciem conciliat verbum *Κερανίξαι κολυμβῆσαι κυβιστῆσαι* haud diversum a *Κρανίξαι ἐπὶ κεφαλὴν ἀποῤῥίψαι*, quod a *κράνη* id est *κάρα caput* derivatum est, utrique autem Doederlinus in Synon. T. VI. probabiliter apponit latinum *cernuare*. Sicut *πετηνός* aliam originem habet atque *πτηνός* et *κέρασμα* non eadem via processit qua *κρᾶμα* sic etiam *σκελιφρός* distinguitur a *σκληφρός*, quanquam hic etiam trope accessit vocalium. Ab aliis verbis hujusmodi, quorum consonae in unam syllabam compingi possunt vocali in proximam translata, vocabula una ratione finguntur ut *τερηδών ἐστιν ὀστοῦ κατάτρησις οἱονεὶ τρηδὼν οὖσα* Galen. Definn. p. 44. T. XIX. quorum illud convenit praesenti *τείρω* tero, unde *τέρην* teres, alterum fictum est ad similitudinem eorum quae incrementò extraneo aucta vocalem nativam amiserunt *τετραίνω, τρῆσις, τρῆμα*. Ab his aliquantum differunt *στροπή, ἀστραπή* et *στεροπή*, si quidem haec omnia significant *στροφήν* sive *στροφάλιγγα* hoc est tortum quiddam, unumque principium habent *στρέφω* v. Techn. 41. nam illa consonas verbi referunt eodem ordine collocatas, tertium vero sequitur formam nominis *στέρφος*, quod etiam *στρέφος* dicitur v. Techn. 302. *Πελασγούς* qui nominatos esse volunt *παρὰ τὸ πλάζεσθαι*, ipsi errant. *Γέρανοι* sive *γέρηνες* si a gruendo nomen acceperunt, latina appellatio naturae propior est quam graeca. *Ἰοχέαιρα* non cum *χαίρω*, ut Lexicographi nostri ajunt, compositum est superante epsilo sed cum *χέω* Proll. 259. — Ad pleonasmum syllabae secundae referuntur quatuor nomina homerica; primum *ἠέριος* illud, quod si ab adverbio *ἦρι*, ut in EM. dicitur, derivatum est, epsilo abundat; nam ut a *πρωί πρώϊος*, sic ab *ἦρι ἤριος* dicendum erat, sed repudiatum est; alii *aerium* interpretantur ipsumque adverbium *ἦρι* natura dativum esse

putant ex ἠέρι contractum. Idem p. 261, 18. σύνηθες Ἴωσι τὸ ε πλεονάζειν, ἥλιος ἠέλιος, δειλινὸν δειελινόν, et Sch. Od. XV. 29. τὴν δείλην δείελον εἴρηκε διὰ τὸ μέτρον. Solis nomen vulgo repetunt παρὰ τὸ εἴλη ἢ ἕλη ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή Epim. I. 183. et Lex. rhetor. Eust. 1573, 45. quibus convenit aeolicum Γέλα αὐγὴ ἡλίου Hes. unde compositum γελοδυτία ἡ ἡλιοδυσία Hes. Haec reputantibus epsilon nativum videri debet, eta prostheticum, quamvis dissentiente Apollonio qui in ἠέ et ἠέλιος vocalem syllabae secundae pleonasticam nominat Pron. 107. De altero non satis constat utrum antiquius fuerit, homericumne δείελος an, quod vulgo dicitur δείλη. Hoc si praeponimus, δειελινόν auctum videri debet eo genere augmenti quo θέειος [2]) et θέειον sed ordine inverso; nam in his epsilon diphthongo antecedit, in illo postpositum est. Et in hanc diectasis similitudinem incidit etiam homericorum exemplorum quartum: πετῶ πετήσω πετηνὸν καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ποιητικῷ πετεηνόν EM. 666, 39. Epim. I. 335. Κρήτη-ῆν Κρετήτην ἔφη Ἀρχίλοχος κατὰ πλεονασμόν Steph. et alia ejusdem coloris contuli in Techn. 188. [3]) Ultimum hujus priscae aetatis est Ἀλεγεινός οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀλέγω ἀλλὰ παρώνυμον ἀπὸ τοῦ ἄλγος ἀλγεινός καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε EM. 58, 50. quod omnium quae pro pleonasmo afferuntur speciosissimum est. Vocum popularium una in hac causa producitur in EM. 31, 43. αἰέλουρος οὐκ ἔστι πλεονασμὸς ἀλλ' ἀντίθεσις παρὰ τὸ αἰόλος καὶ τὴν οὐράν· Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν, quod apparet contra eos dici qui hoc atticum nomen e trisyllabo dilatatum statuerent, quanquam hoc quoque etymo εἴλω ἀείλω (Techn. 113.) non tam accurate respondet quam latinum *feles*. Quaedam illis inobservata sunt; ἄεμμα, quo Callimachus usus est spiritu

---

2) Θέειος, Eudaemon in EM. 457, 12. primitivum putat et hinc omisso epsilo altero contractum esse θεῖος. Sed ut a Τέως gignitur Τέιος, hinc Τεῖος et porro Τήιος, sic a θεός θέιος θεῖος θήιος quorum utrumque a poetis extenditur θέειος, quo Proculus utitur in hymnis, et θεήιος, quo Bion. Idotheam Dionysius Per. 259. Εἰδοθεείην appellat.

3) Pro Ἀπλέητος ἀπροσπέλαστος Hes. rectius ἄπλητος scribi videtur. Cum κληδών κλεηδών conferri poterat Κλήσιππος Κλεήσιππος.

leni pro ἅμμα, duoque ab Hesychio et EM. tradita ἀετμός τὸ πνεῦμα et ἄετμα φλὸξ ἢ πνεῦμα, utrumque ab eodem verbo ἄω unde ἀτμός, tum ab obsoleto δέλω δεῖλαρ (ut ἔδω εἶδαρ) et δέλεαρ cum verbo δελεάζω, a πῦος πυτία et πυετία. Adjectivum στυφλός et στυφελὸς Proll. 141. eodem loco habendum quo quae C. I. §. 1. attigi σιφλός et σίπαλος etc. His succedunt propria Ἅρπυιαι καὶ πλεονασμῷ Ἀρεπυῖαι (hoc accentu) EM. 138, 20. Τελεμισσεῖς, quo Aristophanes in numeris usus est anapaesticis, Βελέμινα Paus. urbis nomen quae alibi Βέλβινα vocatur Proll. 222 sq. Proximo loco collocanda sunt vocabula quae cum derivatione figuram mutant, ἀλκή, ἄλκαρ, ἀλκτήρ, ἀλαλκεῖν et ἀλέκειν, ἀλέξειν, ὄργυια et ὀρέγειν, quibuscum Buttmannus Lex. I. 47. et 289. Gramm. II. 106. ἄλγος et ἀλέγω confert sed utrum epsilon additum sit an detractum decerni posse negat. Verum ἀλέκειν antiquis ignotum fuisse videtur v. Techn. 57. neque invenitur haec vocalis nisi ante ξ Ἄλεξις, Ἀλεξίων, quae lenius sonant quam ἔπαλξις, Ἀλξίων. Idem p. 167. ab ἔπω gradatim ad ἕμπω, hinc ad usitatum ἐνέπω processum esse statuit similiterque p. 314. ἤνεγκα ad praesens ἔγκω revocat, ἐνήνοχα ad auctum ἐνέκω, quod etiam veterum nonnulli adjectivo διηνεκής praestruunt EM. 274, 19. Ἀφελής hic idem ab ἀφελεῖν repetit, Ruhnkenius vero ad Tim. 270. cum φελλός (φελλεύς) compositum putat; at Schol. Arist. Eqq. 954. cum ἁπλοῦς consociat et ab hoc etiam Sopingius ad Hes. s. Ἐπιβλαί illud natum suspicatur, id quod ad significationem maxime convenit, sed analogia non praestatur. Ejusdem modi est Apollonii conjectura de Adv. 554. τῷ ἀκήν παράκειται τὸ ἀκέων μετατεθέντος τοῦ η εἰς ω καὶ πλεονάσαντος τοῦ ε, τόνου ἐγγινομένου μετοχικοῦ διὰ τὸν τύπον καθὸ τινὲς ᾠήθησαν τὸ χρήν χρεών.

§. 2. Has angustias egressi accedimus ad catalexes mutabiles. Harum aliae generatim comprehendi possunt, aliae non habent definitam aliquam regionem. Primum locum obtinent nomina verbalia in της et τος. Ἐκ τοῦ μῆτις γίνεται μητίτης καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε μητιέτης EM. 585, 5. Epim. I. 270. ἀπὸ τοῦ μητίτης γέγονεν ἡ κλητικὴ

μητῖτα καὶ μητίετα κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ε καὶ συστολῇ τοῦ ι Sch. A. Il. I, 508. cf. Parall. 184. Huic unum simile est ἀτίετος. Nomen a φελλός sive φελλεύς derivatum duplici modo scribitur, φελλάτης Harp. et φελλεάτης Schol. Nubb. 71. hoc ut χοῖρος Χοιρεάτης, ὄνος Ὀνεάτης, κέδρος Κεδρεᾶτις, λέχος (nisi Pausanias errat) Λεχεάτης. Nominibus in ετης exeuntibus, quae a verbis non puris originem habent, epsilon partim necessarium est ad evitandum concursum asymplocorum ut in εὑρέτης, μεγαλοβρεμέτης, νεμέτωρ, partim concinnitatis causa assumitur ἀρχέτης, γενέτης, ἐρισθενέτης, ἐχέτης, νεφεληγερέτης, πανδακέτης, quae poetarum sunt propria et ad hanc unam formam adstricta; sed iidem saepe similia dissimiliter conformant δέκτης, ἰκτήρ, μονοδέρκτης, δικολέκτης, parque inconstantia sermonis quotidiani, ἱκέτης, χαχέκτης, δακετόν, νηκτόν, vix ut definiri possit ubi vocalis aut accesserit aut decesserit. Verum de his deque adjectivis ἄπευκτος ἀπεύχετος, ἄδερκτος δυςδέρκετος etc. dudum dixi quod satis esset Parall. 433. et 447. Proxima est terminatio ος et εος, cujus in exemplum Josephus unum profert ἀδελφεός acceptum a prioribus; δαφοινεός ὀξύνεται· ἐπὶ γὰρ τῶν εἰς ος ὀνομάτων ὁ πλεονασμὸς τοῦ ε φυλάσσει τὴν ἐπὶ τέλους ὀξεῖαν, κενεός, ἀδελφεός Herod. ad Il. XVIII. 538. ἀπὸ τοῦ ἐτός ὀξυτόνου ἐν πλεονασμῷ τοῦ ε γέγονεν ἐτεός ὡς ἀπὸ τοῦ κενός κενεός ὀξείᾳ τάσει Theogn. Can. 51, 5. Schol. Dion. Gramm. 950, 3. Ἐτός adjectivum haud notius est quam νήγατος unde νηγάτεος ortum dicitur πλεονασμῷ τοῦ ε Epim. I. 292. quod approbavi in Techn. 129. Quemadmodum haec poeticae et ionicae dictionis regionibus continentur[4]) ita etiam ἄργυφος καὶ πλεονασμῷ ἀργύφεος EM. 137, 36. δαίδαλος δαιδάλεος EM. 261, 50. Proll. 101. ad ultimum materialia εἰρίνεος, ἰρίνεος, quae addenda sunt p. 246[5]). Ignotos auctores et accentum irrationalem habet φρυνέος δηλονότι φρῦνος πλεονασμῷ τοῦ ε EM. 801,

4) His tenentur etiam syntheta ἀδελφεοκτόνος, δαιδαλέοδμος, κενεόφρων, κενεαγγηίη.

5) Macroparalecta *funginus, porrinus, laurinus, aesculinus* hoc paraschematismo carent.

29. constat vero ἐρινός καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ἐρινεός Choerob. Orth. 199. sed ab aliis ad syncopen refertur v. P. I. c. 2. §. 5. quo loco λοχεός et similia exhibui. Ex femininis primae declinationis huc referunt Νευρέας ἀπὸ τῆς νευρᾶς πλεονασμῷ τοῦ ε EM. 601, 39. sed quum ad ἀδελφειός et ἐρινειός respicimus, dubitatio oboritur ne illud alicubi pro νευρεία dictum sit, quod speciem adjectivi habet cum significatione substantiae v. Parall. 354. item ut νηπιέη femininum esse creditur adjectivi νηπίειος, quod genus antimeriae illustravi p. 360. Euphorio quum Arcadiae urbem Νέδην transnominaret Νεδέην Meinek. Anall. 139. diectasi usus est haud insueta praesertim in propriis. Γενή Callimachus a thematico γένω derivavit eodem intellectu ut γενεή, hoc vero EM. 225, 30. recte ducit a neutro γένος ut εἶρος ἐρέα, εἶδος ἰδέα. Κεστρέαι εἶδος ἰχθύων Suid. fortasse sumtum est e Schol. Arist. Nubb. 338. οὐχ οἱ αὐτοὶ τοῖς κεστρεῦσιν αἱ κεστρέαι· sed in Comici versu scriptum est κεστρᾶν τεμάχη. Hesychii locus Ὀχή τρώγλη τροφή suspicionem praebet duo, ut saepe, confusa esse vocabula specie similia, ὀχεή et ὀχή· nam quod Ruhnkenius adjicit Arati exemplum, subtraxerunt Vossius et Buttmannus ὀχή id est τρώγλη in ὀχεή mutantes. Pro accusativo εἰρέας Hes. Th. 804. nonnulli Criticorum substituerunt notius εἶρας. Sed inconcussum perstitit ὄσχη apud Hippocratem saepius scriptum pro ὀσχέα. Celebrior notitia est nominum generis neutri: δένδρεον ἐν πλεονασμῷ τοῦ ε Theognost. Can. 127, 19. ὤεον ἐν πλεονασμῷ τοῦ ε ἀπὸ τοῦ ὠόν p. 121, 10. quorum illud si ex aetate auctorum aestimamus, antiquius est bisyllabo δένδρον, v. Bredov. Dial. Herod. p. 251 sq. alterum desciscit a regula accentus, quem Technici abundantibus praescribunt[6]). In Hesiodi versu τῇδε γὰρ ἀξυλίῃ κατεπύθετο κήλεα νηῶν Fr. CCXLVII. si ἀξυλίη, ut Schol. ait, τὸ μὴ ξυλισθῆναι significat, silva incaedua describitur in qua ξύλα νήια inopia

6) Nomen plurale tantum τὰ ἄκρεα ab inusitato τὸ ἄκρος ductum videtur ut τὰ μέτρεα, quo poetae christiani utuntur, a metaplasto τὸ μέτρος.

materiantium putescunt cf. Techn. 294. adn. 10. Neque tamen praetereundum est eundem poetam ligna non κῆλα dicere sed κᾶλα. In transitu non omittemus adjectivum quod EM. 510, 26. ab eadem origine arcessit κῆλα τὰ βέλη παρὰ τὸ καίω, ὅθεν πυρὶ κηλέῳ τουτέστι καυστικῷ πλεονασμῷ τοῦ ε, ubi aliquid excidisse videtur hujusmodi ὅθεν καὶ τὸ ἐπιθετικὸν κηλὸς ὁ καυστικὸς καὶ πλεονασμῷ κηλεός. Bisyllabum, quod Hesychius ξηρόν interpretatur, Chrysippus inseruit Odyss. V. 240. pro περίκηλα scribens περὶ κῆλα ἤγουν περισσῶς ξηρά, incertum quo accentu. Nam Il. VIII. 217. alii κηλέῳ jubebant tanquam ab integro κήλειος, alii κηλεῷ tanquam integrum a recto κηλεός, quod κηλειός dici potuit ut ἐρινειός. Οἰνάρεον quomodo cum οἴναρον commutari possit explanavi in Proll. 280. Nominum tritoclitorum unum genus huc applicatur: κενεών περιεκτικόν ἐστι, πλεονασμὸν δὲ ἔχει τοῦ δευτέρου ε κατὰ τὸ ἀνθερεών, ἀκανθεών, πυλεών, χαραδρεών Schol. Lips. ad Il. V. 284. et Eust. 547, 42. sed idem 224, 3. γενεών ab adjectivo κενεός repetit; neque obstat quod periectica ab adjectivis non derivantur; nam illud speciem modo periectici habet. Quae vere comprehensiva sunt duas terminationes habent, unam solemnem et atticam in ων, alteram minus receptam in εων v. ad Buttm. 422. et hoc epsilon ut in nominibus in εος exeuntibus pro cujusque mensura modo mutum est modo syllabam efficit, sic etiam in hoc genere; nam χαλκεών apud poetas epicos bisyllabum est sed παρθενεών, ἐσχαρεών, ἀμπελεών sic pronunciantur ut metrum poscit. Verum tempus videtur sermonem ad alias partes orationis transferre. Βλεμεαίνω παρὰ τὸ βρέμω βρεμαίνω τροπῇ τοῦ ρ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε EM. 199, 45. Illi simillimum est Βρεμεαίνω ἠχῶ Hes. et hujus aperta cum βρέμω βριμαίνω βριμοῦσθαι cognatio; de illo nonnulli dubitant v. Techn. 237. epsilon autem utrique tam fixum est quam verbo μενεαίνω. Quomodo a τεῖχος τειχίζω ducitur, ab ἄνθος ἀνθίζω, sic ab obsoleto κτέρος κτερίζω et hinc κτερεΐζω per parectasin ut μελίζω et μελεΐζω cum adverbio μελεϊστί quod saepe legitur, μελιστί semel. Numeralium mentionem facimus non tam

propter novitium ἐννεακόσιοι sive ut nunc dicitur ἐννειακόσιοι, quam quia ἐνενήκοντα receptum est quod ab analogia longius diffluxit quam homericum ἐννήκοντα, id enim ex ἐννεήκοντα contractum est quod ratio poscit, usus repudiat. Alius adverbii nos admonet Epim. I. 374. προφρόνως ποιητικῶς προφρονέως πλεονασμῷ τοῦ ε ὡς ἀψοφέως· tertium et quartum addit EM. 183, 20. τὸ ἀψεγέως κατασκευάζεται ὥςπερ τὸ ἀψοφέως ἀπὸ τοῦ ἄψοφοι ἀψόφων[7]) τὸ ἐπίῤῥημα ἀψόφως καὶ πλεονασμῷ ἀψοφέως· διαιρεῖσθαι δὲ οὐκ ἔστιν. Ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ ἀπτερέως παρ' Ἡσιόδῳ ἀπὸ τοῦ πτερέως τὸ ταχέως. In principio pro ἀψεγέως scribendum est ἀψογέως· de diaeresi quod dicit eo pertinet ne quis ἀψοφέως componat cum ἀληθέως vel ἀψεγέως. Πτερέως incassum fingitur pariter ut cetera adverbii ἀπτερέως interpretamenta, de quibus supra in Diss. I. c. I. §. 4. disputatum est. Sed hoc carminum heroicorum scriptores asciverunt pro ἀπτέρως, quod metro non minus reluctatur quam alia amphimacra quae modo attuli et δυςπόνως, cui Maximus δυςπονέως substituit. De genitivis exponam ubi de synthetis dixero: ἐλεοκόποις λέγοι ἂν ὁ ῥήτωρ (Lysias) τοὺς τὰ ἕλη κόπτοντας τοῦ ε παρεμβληθέντος ὡς τὸ ἐλεόθρεπτον παρ' Ὁμήρῳ. Μήποτε δὲ παρὰ τὸν ἐλεόν Harpocr. et Moschop. Sched. 51. Caussam addit Epim. I. 178: τὰ εἰς ος οὐδέτερα συντιθέμενα κατ' ἀρχὴν ἐκβάλλει τὸ σ παθολόγος, σκυτοτόμος· διὸ παρὰ τὸ ἕλος ὤφειλεν εἶναι ἑλόθρεπτον, ἀλλ' ἐγένετο πλεονασμός· οὐ γὰρ παρὰ τὴν γενικήν· οὐ γὰρ εἴωθε γενικὴ συντίθεσθαι. Cum ἐλεόθρεπτος et ἐλεοσέλινον conveniunt ὀρεοσέλινον, ὀρεοτύπος, οὐρεόφοιτος[8]) et alia cum similibus composita δέλος δελεάρπαξ, σκέλος σκελεαγής, κρεαλκής, στεγέαρχος, ἐντεομήστωρ Hes. quod cum ἐντεσιμήστωρ constat ut ὀρεοτύπος cum ὀρεσίτροφος, ἀλγεόθυμος ἀνώδυνος

7) Notum est Grammaticos adverbia μεσότητος a genitivis numeri pluralis repetere.

8) Pro ὀρεοφύλαξ in Gloss. Casaubonus ad Theophr. Char. c. X. ὀροφύλαξ scribi jubet. Ὀροτροφούμενος Niceph. Bryenn. c. IV. 425, 10. T. I. Rhetor. Gr. (omiss. in Thes.) sed paulo post ὀρειτροφούμενος VII. 470, 6. ὀρειφοιτῶν 456, 21.

(scr. πανώδυνος) Hes. cum ἀλγεσίδωρος, βελεηφόρος cum βελεσσιχαρής[9]). Eodem modo dilatatum est Panis epitheton ἀρνεοθοίνης Anth. nisi cum ἀρνειός cohaeret. Νηλεόθυμος et νηλεόποινος si cum νηλής composita sunt, vocali abundant; nam adjectiva in ης exeuntia ο simplex accipiunt ἀληθόμαντις, ἀκριβολόγος, ἀσελγόκερως, ἀσθενόῤῥιζος, ἐντελόμισθος, εὐσεβόφρων, περιφερόγραμμος, πληροσέληνος, ὑγιοποιεῖν etc. sed nihil impedit quominus cum νηλεής conjunctum putetur. Adjectivorum secundae declinationis unum αἰσχρός Manetho quater epsilo suffulsit αἰσχρεοκερδής, αἰσχρεόμυθος, αἰσχρεορήμων, αἰσχρεόφημος, quibus editores substituunt aeque ignota αἰσχριο — vel quod longe praestat αἰσχεο —. Substantiva ejusdem ordinis perlustrantes duo deprehendimus metallorum principalium nomina quae in synthesi metri causa epsilon asciscunt χαλκεοθώραξ, χρυσεοσάνδαλος. Haec tamen Hermannus ad Phoenn. 222. cum χάλκεος, χρύσεος composita esse statuit, quo pleonasmus amovetur sed insolentiae nota non tollitur; Graeci enim fingendis hujusmodi adjectivis substantiva adhibent σιδηρόνωτος, λινόπεπλος, ξυλόπους, τριχόφυλλος, ἐλεφαντόκωπος, λιθόγληνος, πορφυρόκαυλος, κηρόχρως[10]), ῥοδόχρους non ῥοδεόχρους, quod poeta christianus importavit, nec ῥοδινόχρους, cui similia nonnulla apud scriptores vulgares leguntur βυβλινοπέδιλος, πιννινότριχος, κιτρινόχροος, κιτρινοειδής, πρασινοειδής, κοκκινοβαφής, antiquiores vero se adstringunt adjectivis quorum neutra substantive dicuntur ut τὸ ἴρινον unguenti nomen unde Philoxenus dithyramborum scriptor ἰρινόμικτος composuit, ὑακινθινοβαφής et ὑσγινοβαφής Xenoph. μηλινοειδής Theophr. quo non

9) Pro θρασεομάχης Pind. metri causa correctum est θρασυμήχανος, pro γελγεοπωλεῖν Hes. γελγοπωλεῖν, nec sana videntur τελέαρχος et τελεαρχία apud Plutarch. ubi neque ταγμάταρχος significatur neque τελωνάρχης sed viocurus vel vici magister. Νεικεογεννεστής vel ut Karstenius scripsit νεικεογεννητής legitur in obscuris Empedoclis versibus 135. (334.)

10) Sic etiam Latini Germanique *auricomus*, *aeripes*, *goldhaarig*, *erzhufig*. Lineam transit Λαϊνόχειρ σκληρόχειρ Hes.

mali simile significatur sed quod melini speciem habet [11]) ut κυπρινέλαιον dicitur pro κύπρινον ἔλαιον [12]). Itaque fere persuasum est χαλκεοθώραξ non aliter compositum esse quam χαλκοθώραξ. Sed a substantivis in altera syntheti parte collocatis hunc pleonasmum abjudicamus, nam παγχάλκεος, παγχρύσεος ex adjectivis conflata sunt; πενίης ἀχάλκεος οὐδός in Luciani Epigr. expressum quidem est ex homerico χάλκεος οὐδός sed intellectu facete mutato sic ut non χαλκός significetur sed χαλκοῦς. Εὐτείχεος, quod multo antiquius est quam εὔτειχος, Grammatici e genitivo natum ferunt, sed justius paraschematismi nomen accipit ut ἀνείδεος et similiter finita quae in Parall. 245. tractavi.

§. 3. Ad pleonasmos, qui in declinatu existere dicuntur, transire paranti pauca praemittenda sunt de pronominibus: ἡ τεΐν ἀντωνυμία δωρικὴ οὖσα κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ε ἐξηνέχθη, ὅθεν φυλάσσεται ὁ αὐτὸς τόνος Sch. A. Il. XI. 201. Hoc tamen in Epim. I. 409. a parectasi ad aliud genus pleonasmi transfertur, cui proprium est nomen parenthesis; ἡ τοί ἀντωνυμία γίνεται παρὰ Δωριεῦσι τίν καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ πλεονασμῷ τοῦ ε τεΐν καὶ διαλύσει τεΐν, sed monosyllabum illud non legitur. Ejusdem pronominis casum secundum τεοῖο et Homeri interpretes improbant ad Il. VIII. 28. et Apollonius Synt. II. 21, 164. v. Buttmann. Gramm. I. 288. adnot. Quaestio est de pronomine personae tertiae: τὸ σφέας πότερον κατὰ πλεονασμὸν ἐστι τοῦ ε ἢ τὸ σφᾶς κατὰ συναίρεσιν; καὶ λέγομεν ὅτι κατὰ πλεονασμόν. Καθόλου γὰρ ἐν πληθυντικοῖς ἡ τοῦ τρίτου προςώπου ἀντωνυμία ἀρχομένη ἀπὸ τοῦ σφ ἐνδεῖ συλλαβῆς τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου προςώπου οἷον ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς, ἡμῶν ὑμῶν σφῶν, ἡμῖν ὑμῖν σφίν, ἡμᾶς

11) In Diosc. Mat. V. 97. pro μηλοειδής τῷ χρώματι Sprengelius cum Sarac. scripsit μηλινοειδής, quae necessaria esset correctio nisi additum esset τῷ χρώματι.

12) Sic alia oleorum genera ab antiquis appellantur ἔλαιον δάφνινον τὸ ἀπὸ τῶν δαφνίδων, aliud κνίκινον sive κνήκινον, aliud μύρσινον, sed a recentioribus δαφνέλαιον, κνικέλαιον, μυρσινέλαιον, πισσέλαιον.

ὑμᾶς σφᾶς Epim. I. 385. et Gud. 517, 10. Hoc contractum esse, σφέας nativum in Diss. II. P. I. c. 2. §. 2. dictum est. Haud dissimilis est causa pronominis interrogativi: τοῦ τέοισι πευστικοῦ ἀναφορικὸν τὸ ὀτέοισι ἀπὸ τοῦ ὅτοισι πλεονασμῷ τοῦ ε Sch. Il. XV. 491. alii diaeresin dicunt τῷ ὅτεῳ ὡς Πηνέλεῳ· τὸ γὰρ τῷ μετὰ τὸ γενέσθαι ὅτῳ διῃρέθη ὡς τὸ ὅτου ὅτεο Sch. Od. II. 114. alii ab aeolico τίος hoc est τίς ionice atticeque declinatum esse τέῳ, τέων etc. EM. 773, 34. Quomodo poetae pronomen relativum dilataverint ἕης et τέων dicentes pro ἧς et ὧν in primo capite expositum est. Τουτέοισι, quod Eustathius 1028, 44. non satis apte cum ὀτέοισι componit, et huic consentanea τουτέων, αὐτέων ad Buttm. 336. adnotata idiomata sunt scriptorum ionicorum, ad quae non devertimus. Sed afferuntur etiam nominum in singulis fere casibus decrementa. Primum genitivi ὥςπερ ἀπὸ τῆς γενικῆς τῶν πληθυντικῶν γερόντων γεροντέων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γενικῆς τῶν ἑνικῶν τριάκων τριάκοντος τριακόντεος κατὰ πλεονασμόν. Περὶ παθῶν EM. 765, 34. Hoc viri nomen est a Grammaticis in alia causa enotatum v. Proll. 316. et Add. Dativum idem memorat 361, 21. ἐπὶ λαέϊ — λᾶς λαός λαΐ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε λαέϊ. Sed hoc diverticulo nihil utimur. Etenim primitivum λᾶας dupliciter declinari potuit τοῦ λάαος, τῷ λάαϊ, quibus praevaluerunt contracta λᾶος, λᾶϊ, et vero etiam per epsilon τοῦ λάεος, λάεϊ ad modum quatuor neutrorum in ας exeuntium κῶας, οὖδας etc. cujus declinationis unum illud superest ab EM. memoriae traditum. Alium dativum hoc modo auctum praebet Maximus v. 438. φὼρ ἐπὶ φώρεϊ κύρσει *fur in furem incidet*. Eadem vocali abundare videtur accusativus participii ξυνὸς Ἐνυάλιος τόν τε κτανέοντα κατέκτα. Hunc alii futuri esse volunt, alii praesentis commenticii v. ad Buttm. 45. aptissimus vero est aoristus ut in Anth. XIV. 32. et 33. τὸν κτείναντα κατέκτα, neque non veri simile est poetas epicos quum κτανών versui aptare non possent, substituisse κτανέων. Ἀχειρέες cancrorum epitheton in Batrach. si accentum in antepenultima haberet, pro ἄχειρες positum dicerem intercedente epsilo; paroxytonon ad ἀχειρής referre cogimur adhuc quidem in-

cognitum[13]) et dissimile ceteris cum hoc substantivo compositis, quorum nullum in ης exit nisi correpta diphthongo (εὐχερής, δυςχερής) sed fieri potest ut poeta illud extra ordinem introduxerit sicut accusativi καθυπνέα, ἐπαρωγέα, πανακαρπέα, πολυτεχνέα nullum juxta se casum habent. Magna quidem est copia adjectivorum quae promiscue in ος et ης terminantur: δύςεργος δυςεργής, εὔηχος εὐηχής, ἰσόπαλος ἰσοπαλής, πολύπλανος πολυπλανής etc. sed quaeritur an non aliqua eorum, quae vulgo secundam sequuntur declinationem, metri causa in certis demum casibus traducta sint ad tertiam, qualia ad Aj. p. 294. attuli, παλιντροπέες pro παλίντροποι Nic. δυςπονέος pro δυςπόνου Hom. cujus primam positionem δυςπονής Eustathius inusitatam esse dicit et certe praeter genus neutrum a metro heroico excluditur. Sed maxima difficultas consistit in genitivis numeri pluralis. Pro πολυφθορέων ἀνθρώπων in Empedoclis versu, quem l. c. indicavi, G. Dindorfius in Thes. πολυσπερέων reponi jubet, Bekkerus vero πολυφθερέων apud Sextum scripsit, etsi hoc non magis legimus quam alia cum verbo φθείρω sic composita. Et obstant ἐμφθορέων αἰζηῶν Nic. ἀμηχανέων μελεδώνων H. H. in Merc. 447. de quibus hoc modo dubitavi utrum exempla nominativorum his congruentium in ης casu interciderint an poetae epsilon, quod terminationem genitivorum primae et tertiae declinationis praecedere solet, transtulerint ad secundam, quo modo iidem adverbium δυςπονέως et alia supra dictorum ad usum suum accommodasse videntur. Eodem sive metaplasmo sive pleonasmo verbum Hesiodium δυςφρονέων ἐπιλήθεται excusavi ad Buttm. 339. apposito Pindari loco τὸ τυχεῖν παραλύει δυςφρονέων id est δυςφρόνων. Id vero Dindorfius in Thes. in δυςφρονᾶν mutat et utrumque genitivum a substantivo δυςφρόνη repetit quod in Adn. ad Schol. Arist. Nubb. 790. pro δυςφροσύνη dictum ait ut εὐφρόνη pro εὐφροσύνη et ἐπιλησμονή, cui tacite paroxytonon substituit, pro ἐπιλησμοσύνη. Verum non

13) Pro Ἀχειρές ἀχρεῖον Hes. scribendum videtur ἀχρηές a nominativo ἀχρηής.

ἐπιλησμονή solum accentum in ultima habet sed omnia hujus generis πεισμονή, πλησμονή etc. v. ad Buttm. 405. Εὐφρόνη pro εὐφροσύνη dictum esse substantive non satis probatur Hesychii glossa Εὐφρόνη ἡ νὺξ καὶ εὐφροσύνη, nam utrumque esse potest noctis epitheton *placidam* significans sicut mulierum nomina propria Εὐφρόνη et Σωφρόνη natura adjectiva sunt ut masculina Εὔφρων, Σώφρων. Tertium est Ἀφρόνη ἡ ἀφροσύνη Anecd. Bekk. 472. quod si apud glossarum scriptores legeretur, testimonii vim qualemcunque haberet, sed parum veri simile est vocem ab usu remotissimam in synagoge λέξεων χρησίμων, ut libellus ille inscribitur, propositam esse. Itaque correxi Ἀφροδίτη ἡ ἀφροσύνη, non sine ratione, ut Schneidewino videbatur ad Poett. Lyr. 83, 17. sed veteres etymologos sequutus: Ἀφροδίτη τινὲς παρὰ τὴν ἀφροσύνην EM. 779, 11. Epim. I. 37. et Eust. 414, 13. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ῥητορικῇ (II. 23. p. 1400. b.) λέγει ὅτι Ἀφροδίτη οὕτως ὀνομάζεται ὡς ἄρχουσα ἀφροσύνης[14]). Εὐριπίδης τὴν Ἀφροδίτην ἀξιοῖ ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ποιεῖν J. Lyd. de Mens. p. 88. Verum hactenus evagari satis fuerit. Genitivum substantivi epsilo auctum γεροντέων affert Herodianus in EM. loco antea indicato et copiosius enarrat p. 227, 4. γερόντων καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε γεροντέων (οὐχ ὡς) ναυτῶν καὶ ναυτέων. Τοῦτο διαίρεσίς ἐστι καὶ οὐ πλεονασμός· ὁ γὰρ τόνος διελέγχει· εἰ μὲν γὰρ περισπᾶται, δῆλον ὅτι διαίρεσις· εἰ δὲ βαρύνεται, δῆλον ὅτι πλεονασμὸς καὶ οὐ διαίρεσις, ubi interposui οὐχ ὡς. Pro ἀρνῶν Il. III. 273. nonnulli ἀρνέων scripserunt sed reprehenduntur ὅτι ἀπὸ τῶν εἰς ες ληγόντων οὐ γίνονται τοιαῦται διαιρέσεις ἀλλ' ἀπὸ τῶν εἰς αι[15]). De dativis nominum ge-

14) In versu quem Aristides Or. II. 13. orationi intexuit οὐκ ἦν ζεῦξαι τὰς βοῦς εἰ μὴ ἐπιφροσύνην δῶκεν θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, Dindorfius p. 20. θεὰ ejecit, sed ea esse Homeri verba εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη monui in Aglaoph. 873. adn. b.

15) Πεσσέων, πυρέων, χιλιαδέων cetera Dindorfius de Dial. Herod. XIII. b. XIV. a. et Bredovius 235. et 253. ab Herodoto abjudicant, neque ego sane pro exploratis habui sed indicanda putavi quia non solum librarii in hac scriptura saepius conspirant quam ut fortuito labi videantur, sed etiam Grammatici ejus mentionem injiciunt.

neris neutrius huc adnumerantur *δεπάεσσι πλεονασμῷ τοῦ ε* Schol. BL. ad Il. I. 471. *θύεσσι καὶ πλεονασμῷ θυέεσσι* cod. Voss. EM. 457, 27. hisque et similibus *τεράεσσι, φαέεσσι, τεκέεσσι* Nicander accommodavit nomen diversi generis *ῥαγέεσσι* alpha correpto Al. 184. nisi *ῥάγεσσι* scripsit v. Techn. 291. et 293. Cynegeticorum scriptor I. 432. *ἀλωπεκέεσσι.* In ejusdem Nicandri Fr. IX. (Athen. II. 61. A.) pro *ὑδάτεσσιν ἀεινάεσσι* recepta est codd. scriptura *ἀειναέεσσι*, quo si ille usus est, maluit epsilon interjicere quam alpha adjectivi *ἀειναής* producere, quod fit in *ἁλιαής* et quibusdam similibus. *Κατωρυχέεσσι* Homerus non a *κατῶρυξ* derivasse videtur sed a *κατωρυχής* quamvis ignoto nobis; sic idem *εὐστρεφέεσσι*, Pindarus Pyth. II. 62. *μεγαλοκευθέεσσι*, Theocritus XXVI. 30. *εὐαγέεσσι*, Nonnus XL. 385. *εὐφαέεσσι*, Orph. Arg. 5. *πολυσπερέεσσι*, Anth. VII. 363. *ἐγγενέεσσι. Δύεσι* Aeolibus tribuit Eustathius 802, 28.

§. 4. Quod Hesiodus *ἐθύνεον* dixit pro *ἔθυνον*, non pleonasmus est ut Epim. I. 55. suspicatur sed enallage declinationis, cujus exempla ex omni genere verborum liquidorum congregavi in Rhematico. Speciosius hic proponuntur duo verba pura primitivi generis, in quibus epsilon vocali ω praemissum esse dicitur: *τὸ χρεώμενος πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ε κατὰ τὴν ἄρχουσαν ὁποῖον καὶ τὸ μεμνέῳτο, οὗ τὸ ἀπαθὲς δίχα τοῦ ε παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ „οὐδαμῶς μεμνῴμεθα“* Eust. 1332, 19. De hoc amplius Schol. Il. XXIII. 361. *μεμνέῳτο σὺν τῷ ω ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐκ τοῦ μεμνέοιτο ἡγούμενος εἶναι* et EM. 578, 54. *μεμνέῳτο προπαροξύνεται ἀπὸ τοῦ μεμνέοιτο αὐξήσει τοῦ ο εἰς ω* [16]). *Ξενοφῶν δὲ μεμνῷτο ἄνευ τοῦ ε, Κράτης δὲ μεμνοῖτο· τὸ δὲ ἀνάλογον διὰ τοῦ η προσκειμένου τοῦ ι· Πίνδαρος δὲ δωρικώτερον διὰ τῆς αι μεμναίατο. Χρεώμενος χρέωνται ἐχρέωντο* et his consentanea *κτέωνται ἐκτέωντο* vix unquam leguntur apud Herodotum quin codices *χρεόμενος, κτέονται*

---

16) Sic Eusth. 1873, 9. *κτείνῳμι κατ' ἔκτασιν ἐκ τοῦ κτείνοιμι*, quomodo etiam *δῴη, γνῴη, ἁλῴη* explicantur 968, 63. et *ὑποσταχύῳτο*, quod olim legebatur pro *ὑποσταχύοιτο* Od. XII. 218.

etc. praebeant, quae sola probat Bredovius de Dial. Herod. 385 sq. Indubia vero sunt homerica χρεώμενος et μεμνέῳτο, cujus causa duplex redditur: ἢ ἐκ τοῦ μεμνέοιτο γίνεται κατ' ἔκτασιν τοῦ ο ἢ ἀπὸ τοῦ μεμνῷτο ἐπενθέντος τοῦ ε Eust. 1305, 46. Illud qui amplexi sunt, hunc optativum praesentis μεμνέομαι esse putaverunt, quo etiam Sylburgius ad Clenard. 548. utitur sed teste nullo adjutus. Idcirco pleonasmus praefertur; qui quum scriptoribus atticis parum conveniat, sequitur μεμνῷτο non ex μεμνέῳτο contractum sed optativo praesentis μνῷτο assimilatum esse, atque hujus optativi μεμνῷτο scripturam priscam et antiquam μεμνοῖτο suspicabar forte casuque remansisse in Comici loco Techn. 127. Nam a μέμνημαι non ut Buttmanno visum Gramm. I. 429. μεμνη — οίμην proficisci potuit sed μεμνη — ίμην sive μεμνῄμην, quod in Il. XXIV. 743. scriptum est, et μεμνῇτο, quod Elmslejus ad Heracl. 283. Xenophonti restitutum voluit. Cum κέκλημαι κεκλῄμην Theodosius in Can. 1033, 18. componit δέδημαι δεδῄμην, quem optativum affert Hesychius Δεδῇσθε δεδεμένοι εἴητε. Ad praesens μνάομαι redeuntibus licuit μεμναίμην fingere ut φαίμην, quod quum Grammaticus δωρικώτερον esse dicit, hoc voluisse videtur Pindarum μεμναίμην scripsisse pro μεμνῄμην sicut Aeoles θναίσκω usurpasse traduntur pro θνῄσκω [17]). Verum hoc missum facio. Quod Aristarchus in Il. XIV. 235. scripsit ἰδέω κε χάριν et ὄφρα ἰδέω ὅσσοι καὶ οἵτινες ἀνέρες εἰσί Od. XVI. 236. significatio ostendit conjunctivum esse perfecti εἰδῶ ad simplicitatem thematis ἴδω redactum cf. Hofmann. Quaest. Hom. II. 108 sq. In pluralibus κτέωμεν, στέωμεν, φθέωμεν, φθέωσι constat epsilon locum obtinere primitivi alpha. Sed θανέωμεν Quint. X. 42. tum ob alias causas in suspicionem venit v. Spitzner. Observ. 233. tum quia repugnat homericis θάνωμεν, φύγωμεν, quare mutatum est. Γεμέωσι, quod Herodianus pleonasmi causa enotavit (v. ad Buttm. p. 338.)

---

17) Nullam auctoritatem affert confusa adnotatio in Cram. T. IV. 205. οἱ Αἰολεῖς τὰ εὐκτικὰ τοῦ πρώτου ἀορίστου διὰ τῆς ει ἐκφέρουσι τύψεια, τίσεια — — πεποιείμην, μεμνείμην, τιθείμην.

nescimus unde ductum sit; huic ἀγγελέωσι addidi l. c. 488. Alia suggerunt sed parum apta Grammatici inferioris ordinis: μιγῶσι καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε μιγέωσι EM. 587, 34. Epim. I. 273. nam haec diaeresis est syllabae circumflexae metro concessa ut θερέω, qua causa remota Homerus δαῶμεν dicit et πειρηθῶμεν, non ut Herodotus solet et scriptores dorici μιχθέωσι, αἱρεθέωσι, τμαθέωντι etc. Ac ne Empedocles quidem εὖτε ἀποκριθέωσι scripsisse videtur v. 745. (345 Karst.) sed ἀποκρινθῶσι. Itidem errant in eo quod epsilon vocali eta modo praeponi dicunt modo postponi: τὸ ἀφέῃ συνήθη πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ε Eust. 1077, 7. παράστητον συγκοπῇ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε παρστήετον EM. 427, 3. Epim. I. 183. τέθνηκα τέθναα τεθναώς τεθνώς καὶ ἐν πλεονασμῷ τεθνεώς Theogn. Can. 152, 2. quod alii ad diaeresin transferunt v. ad Buttm. 199. τὸ πεπτεῶτα πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ε Eust. 1248, 46. Sed epsilon in his omnibus ex alpha vel epsilo principali ortum est. Eadem vocalis ante diphthongum ει abundare putatur in infinitivis aoristi secundi: Ἰδέειν ἀόριστος δεύτερος καὶ μέλλων· οἱ γὰρ Ἴωνες ἐπὶ τῶν εἰς ειν ἀπαρεμφάτων πλεονάζουσι τὸ ε θανεῖν θανέειν EM. 465, 50. Epim. I. 216. Pleonasmi nomen fluxum et ambiguum pressius definit Schol. Hes. Scut. 231. μαπέειν κατ' ἐπέκτασιν, eodemque modo designat πραθέειν et πιέειν ad v. 252. quae haud inepta est appellatio si genus illud diectasis significat quo θέειον et Κλέεια continentur v. Techn. 188. Nomine tenus discrepat Herodianus, φησὶ γὰρ ὅτι τὰ ἀπαρέμφατα τοῦ δευτέρου ἀορίστου εἴωθεν ὁ ποιητὴς κατὰ διάλυσιν προφέρειν οἷον φαγέειν, ποιέειν (πιέειν), ἰδέειν. Choerob. Can. 754, 29. ubi quod additur εἰπέειν, εὑρέειν, ἐλθέειν non dici, valet de omnibus ejusdem mensurae infinitivis; nam haec solutio a poetis introducta est epicis Herodoto inusitata cf. Bredov. Dial. Her. 324. Sic appellat etiam Schol. A. ad Π. III. 236. τὸ ἰδέειν οὐκ ἐντελές ἐστιν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν γέγονε κατὰ διάλυσιν ὡς ἀπὸ τοῦ εὐφρανεῖν τὸ εὐφρανέειν. Οἱ γὰρ δεύτεροι μέλλοντες οὐκ ἔχουσι τὴν περισπωμένην ἀπὸ ἐντελείας ὥσπερ οἱ ἐνεστῶτες, quae est particula doctrinae a Choerobosco Can. 662 sq. fuse expositae.

χέλυς χέλειον et alia v. Parall. 323. Ea omnia a pleonasmi suspicione pariter remota sunt. Sed haec facilius se insinuat si neque genus mutatur neque intellectus ut ἔχιον vulgare herbae nomen et ἐχίειον a Nicandro assumtum. Attamen id quoque paragoga potius quam pleonasmo effectum esse statuerim; nam directe ab ἔχις derivari potuit ἐχίειον etiamsi ἔχιον nunquam in usum receptum fuerit. Ab ἥρως plerique ἡρῷον formarunt, alii, quia temenica pleraque in ειον exeunt ἡρωεῖον Hes. ut Λητώεια solemnia, Ὀλύμπιον Ὀλυμπιεῖον et all. v. ad Phr. 369. ϑέατρον et ϑεατρεῖον Suid. sed pro Ἴατρα μισϑοὶ ϑεραπείας Hes. Bielius duce Cyrillo posuit ἰατρεῖα. De dativo κεγχρείοις Arat. 986. non constat utrum nominativum habeat κέγχρειον an κέγχρειος, quorum neutrum legitur. Si masculinum esse statuimus, cum primitivo κέγχρος ita comparatum est ut ὁλμειός in Schol. Arist. Vesp. 238. cum ὅλμος, sed differt accentu. Verum hoc loco veteres itineris nostri comites, qui aliquantisper abstiterunt, rursus se offerunt: Ἀρνειός —Ἡρωδιανός φησι πλεονάζειν τὴν ει καὶ γίνεται ἀρνός ἀρνειός ὡς ἀμνός ἀμνειός, ἀγνοῶν ὅτι ἄμνιος σημαίνει τὸν ἀμνόν καὶ διὰ τοῦ ι γράφεται καὶ προπαροξύνεται ὡς παρ' Ἑρμίππῳ „τὴν μὲν διάλεκτον καὶ τὸ πρόσωπον ἀμνίου ἔχειν δοκεῖς.“ (Meinek. I. 381.) qui locus in neutram partem valet; nam ἀμνίου haud dubie est genitivus deminutivi ἀμνίον, masculinum autem ἀμνειός et ἄμνιος non legitur. Et ἀρνειός quoque dubitari potest utrum a recto ὁ ἀρνός ortum sit, cujus nullum habemus sponsorem sat gravem (nam in Poll. VII. 184. εἴποις ἂν ἀρνόν ὃς καὶ ἄῤῥην Bekkerus reposuit ἀρνειόν) an, ut genitivus atticus τῆς πυκνός, ex stirpe ineffabili unde obliqui casus τοῦ ἀρνός etc. Quod Choeroboscus Orth. 168, 25. et 174, 18. huic adjungit ἀδελφειός et femininum ἀδελφειή, non ab ἀδελφός proficiscitur sed ab ἀδελφεός, quaeque Eustathius p. 43, 34. et 403, 41. huc applicat ἀφνειός, Σπερχειός, Ἀλφειός, nullam cum his similitudinem habent praeter accentus et terminationis in εος et ειος. Adjectivum ϑαμός, unde Epim. I. 101, 15. ϑαμειός natum dicit, non legitur; ἀβελτέρειος, quod Grammatici soli attestantur, non constat idemne va-

leat quod ἀβέλτερος, an paragogi significationem habeat ut ἡμετέρειος, quod veteres possessivum vocant; sed κυανοπρώρειος sive κυανοπρώειρος recte pleonasmo assignatur Parall. 214. et 322 sq. et φατειός Arcad. 44. Schol. Hes. Sc. 143.[20]) — Θαλπνός et θαλπεινός diversas origines habent, illud a θάλπω ut τερπνός, hoc a neutro θάλπος ut ἀλγεινός. Nomen tertiae declinationis suppeditat Orion. 119, 18. ὄναρ καὶ πλεονασμῷ τῆς ει ὄνειαρ, quod Callimachus usurpavit vel pleonasmi affectatione vel quia, ut plerique Grammaticorum, etymon esse putavit ὀνῶ, unde ὄνειαρ derivari potuit ut ab ἀλῶ ἄλειαρ. Verba praesentis temporis nonnunquam epenthesi diphthongi amplificata esse documento sunt quae in Techn. 92. et 195. protuli θαλπείω (nisi θαλπέω in usu fuit) participiumque θερειόμενος v. ad Buttm. 303. Futurum τεξείεσθε Arat. 124. Buttmannus suspicatur τέξεσθε scribendum esse, nec satis auctoritatis habet Moschopulus qui θαυμασείω pro θαυμάσω dici affirmat. Ἡείδει ὡς οἶμαι πλεονασμός ἐστι τῆς ει ὡς ἑξῆς ἑξείης EM. 419, 56. alii prosthesi auctum dicunt v. Diss. I. c. III. §. 1. De verbo illo dixerunt alii quantum satis. Adverbium etiam in Schol. BL. ad Il. I. 448. EM. 348, 10. cum ἀδελφειός confertur tanquam ejusdem pleonasmi consors, sed Theognostus Can. 163, 5. homericam formam usitatae antecessisse censet neque adeo dictu arduum est fuisse nomen priscum ἕξεια idem significans quod συνέχεια atque hujus genitivum in adverbium abiisse ut ἐπιπολῆς, ἐξαίφνης, ἐξαπίνης, et hinc contracta esse quae consuetudo recepit, ἑξῆς, ἐφεξῆς, καθεξῆς[21]). Verborum ἀγείρω, ἐγείρω et ὀφείλω thema nativum aoristus secundus repraesentat, quo tempore caret ἐρείδω sed a Buttmanno Lexil. I. 112.

---

20) Pro ἀργιβόειος, quod est Euboeae epitheton semel lectum Aelian. H. Ann. XII. 36. codd. praebent ἀργίβοιος parasyntheton ut μυριόβοιος, ἀλφεσίβοια Parall. 465. ἑπταβόειος vero et πουλυβόεια cum βοεία composita sunt. Cum κατάβοῤῥος καταβόρειος, πρόσβοῤῥος προσβόρειος Parall. 220. conferri debent στεῤῥός στερεός, πελλός πελιός· nam in his quoque derivatio tollit diplasiasmum. Vitiosum προσβοῤῥώτατος Strab. XI. 528. Kramerus corrigere neglexit.

21) Adjectivum afferre videtur Hesychius Ἔξεια τὰ ἑξῆς.

eodem loco censetur. Diphthongum $\overline{ευ}$, quae a similitudine simplicis vocalis longe magis distat quam $\overline{ει}$, ex abundanti additam esse neque credibile est neque, quantum equidem reperio, veterum quisquam in animum induxit credere.

CAP. III.

De eta vocali.

Eustathius 729, 28. ὁ πρών καὶ πρηών λέγεται ἐν πλεονασμῷ ἴσως τοῦ $\overline{η}$· quae litera apparet etiam in πρηνής *pronus* et Πρήιον πρότερον Hes. vicesque suas permutat non solum cum epsilo πρεών sed etiam cum aliis vocalibus πρίν, prior, πράμος i. q. πρόμος [1]). Haec enim omnia cum praepositione πρό cohaerent quae interdum etiam affinibus adjuncta est προπρεών, προπρηνής, eademque origo nominum πρών et πρηών quorum neutrum aut curtatum aut adauctum dici potest. Sed σκηνίπτω ex σκνίπτω natum esse nemo negaverit; hujus autem primitivum videtur σκνίψ sive κνίψ, quibus affine verbum Κνιπεῖν (sic) ξύειν Hes. Eta syllabam secundam invasit si verum dicit Schol. Od. IV. 231. et EM. 657, 43. παιών ὁ παύων τὰς νόσους καὶ πλεονασμῷ τοῦ $\overline{η}$ παιήων, sed hoc totum pendet ex etymo, quod nescimus quid significet. Clarissima vero pleonasmi vestigia extant in derivatis: πλεονασμός ἐστι τοῦ $\overline{η}$ ἐν μέσῃ λέξει τὸ πολεμήια, πολιήτης, μυθιήτης Apollon. Conj. 524. Cum primo Epim. I. 298. parum apte componit γαιήιος ἀπὸ τοῦ γαῖα γαίιος ἐν πλεονασμῷ ὡς πολεμήιος, Nam ut ab Αἶα proficiscitur Αἰαῖος, sic a γαῖα probabilius fingitur possessivum γαιαῖος vel quod Suidas praebet γαίειος, utrumque autem in γαιήιος dissolvi potuit, nec facile decernas unde μαιήιος et Μαιήιος diducta sint ex μαιαῖος an μαίειος, quorum neutrum in usu est. Sic etiam οἰήιον credibilius est ab οἴειον originem habere quam ab aeque

---

1) Πρών ex πρηών contractum esse Buttmannus Gramm. I. 233. colligit e barytonesi genitivi πρῶνος, sed hunc recte acuit Siebelis. ad Paus. II. 35, 3. auctoribus Grammaticis.

ignoto οἶον, cui Philoxenus in EM. 616, 43. eta interpositum esse statuit, alii improbius etiam etymon fingunt οἰήκιον vel οἰήσιον Orion. 115, 11. Schol. Apoll. I. 401. Duobus substantivis in ητης exeuntibus, quibus Eustathius ad Dion. v. 1010. addit ὀφιήτης, Stephanus s. Αἴγινα componit ethnicum Ἰουλιήτης ἀπὸ τοῦ Ἰουλίτης sed Μασσαλιήτης et alia tropae transscribit et hac Eustathius ad Il. p. 348, 1. et p. 468, 44. etiam οἰκιήτης affectum putat, quod ille s. Οἶκος aliter explicat: οἰκιάτης κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α ἀπὸ τοῦ οἰκίτης. Eadem de primitivo quaestio agitatur in EM. 698, 7. ὥσπερ οἰκία οἰκιάτης οὕτω δύναται πωγωνία πωγωνιάτης καὶ πωγωνιήτης γενέσθαι· λέγουσι δέ τινες ὅτι ἀπὸ τῶν εἰς ων ληγόντων οὐκ ἔχει γεγονέναι πωγωνία· Κράτης γοῦν ἐν Μετοίκοις (Meinek. T. I. 242.) λειποπωγωνία. Simplex quidem non legitur neque probatur exemplo compositi, sed nomina in ων desinentia ab hac paragoge non aliena esse indicio sunt ἀγωνία, ἁλωνία, κρινωνιά, θημωνιά aliaque periectica. Insuper extat neutrum πωγώνιον eodem intellectu quo πώγων. Πὰν λοφιήτης (id est ἀκρολοφίτης) in Epigr. Agathiae Anth. VI. n. 70. a λοφία potius quam a λόφος ductum esse colligimus ex synonymo Πὰν σκοπιήτης in Archiae Epigr. VI. in 16. quod ille imitatur. Pleonasmi species intercedit inter δίπολις et διποληίς, sed quod Epim. I. 374. huc infert τὸ Πελοπηίς πεπλεόνακε τῷ η ὡς τὸ ποιμνήιον, ταφήιον, nulla causa est quin ad Πελόπειος referatur. Verum haec et cetera, quae ad hunc locum pertinent, in Proll. 468 sq. enodate exposita sunt, quare hic unum tantummodo addo germani pleonasmi exemplum λαθρηίδιος Sibyll. III. 139. Eandem vocalem diphthongo praemitti contendit EM. 436, 20. Ἡρακληείη ὡς Ἰφικληείη ἐκ τοῦ Ἡρακλείη κατ' ἐπένθεσιν τοῦ η πρὸ τῆς ει. Τὸ γὰρ η οὐδέποτε μετὰ τὴν ει δίφθογγον πλεονάζει ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς· sed eta illud epsili locum occupavit, quod in primitivo non contracto apparet Ἡρακλέης, Ἡρακλέειος, eademque productione nititur adjectivum εὐκληεῖς. Canoni contrarium nomen ipse affert 330, 20: ἑλειήταο λέοντος — ὁ τὸ ἕλος οἰκῶν, nec dubie ab ἕλος duci potuit ἑλείτης ut ab ὄρος ὀρείτης v. Parall. 375. sed

et haec paragoge rarissima est et eta diphthongo suppositi exempla aut nulla sunt aut inexperta. Sic eo labimur ut agri Nemei partem palustrem proprie ἑλείαν (Veliam, Velabrum) dictam et ab hoc habitatorem ἑλειήτην typo gentilicio appellatum esse suspicemur sicuti qui urbem Ἕλος incolunt Ἕλειοι vocantur et Ἑλεᾶται, Nemeae incolae Νέμειοι et Νεμεῆται sive Νεμειῆται quod ipsum L. Dindorfius in Th. a poeta illo scriptum putat. — Sequente consona eta interponi docet EM. 516, 12. κιχήλας τὰς κίχλας πλεονασμῷ τοῦ η, sed Athenaeus hoc Syracusanis tribuit nec legitur nisi apud poetas doricos. Σπείρημα a Nicandro pro σπέρμα positum esse falso credidit Scholiographus Alex. 417. Praeterea Buttmannus Lexil. I. 293. in verbis ἀρήγω et ἀνήγω, quod e perfecto ἄνωγα effingit, eta epentheticum sibi agnoscere videtur.

Illustriora pleonasmi vestigia impressa sunt compositis εὐγενής, εὐηγενής κατὰ παρέμπτωσιν τοῦ η Apollon. Lex. et Schol. A. ad Il. VI. 578. quibus Naukius Arist. p. 50. et Doederlinus Gloss. 178. justo acrius repugnant, similiterque εὐπελής εὐηπελής, quod argutius explicat EM. 390, 40. παρὰ τὸ πέλειν ὠπελής καὶ ἐν συνθέσει εὐωπέλεια καὶ τροπῇ εὐηπέλεια. Pro δυςλεγής receptum est δυςηλεγής significantissimum illud τανηλεγέος θανάτοιο epitheton, quod translatione ad alias res adversas nonnunquam in vicinitatem verbi ἀλέγειν declinat ideoque ab interpretibus explicatur ὁ κακὰς φροντίδας ἔχων Sch. Il. XX. 154. et sic etiam ἀπηλεγέως modo per ἀπολελεγμένως, ἀποφατικῶς exponitur modo ἀφροντίστως v. Heyn. ad Il. IX. 309. quomodo Apollonius accepisse videtur I. 785. Ἰήσων ἐπὶ χθονὸς ὄμματ' ἐρείσας νίσσετ' ἀπηλεγέως hoc est οὐδενὸς ἀλέγων atque verbum semel lectum II. 17. εἰ δ' ἂν ἀπηλεγέοντες ἐμὰς πατέοιτε θέμιστας, sed utrumque locum immutavit Herodianus ἀνηλεγέοντες scribens et ἀνηλεγέως, quod Quintus frequentat v. Koechly ad L. II. 414. pro immisericorditer, Apollonius vero nusquam scripsit[2]). Hoc

2) Ἀπηλεγέως apud hunc saepissime legimus plerumque verbis dicendi adjunctum pro διαῤῥήδην praecise, missis ambagibus, nunquam ita ut incuriose, incogitate, reddi possit.

igitur cum ἀλέγω cohaeret ut Δυςήβολος δυςάντητος Hes. et συνηβολίη, quo Apollonius utitur pro συμβολή, cum ἀβολεῖν. Illa poetarum finibus continentur eaque ratione differunt ab ὑπερηφανής et ὑπερήφανος, quae in sermone fixa sunt; nam ὑπέρφανος omnino non dicitur, ὑπερφανής alio intellectu. Hesychius extra seriem Ὑπερηφερές μετεωροφόρον, quod suspectum habetur. Παρὰ τὸ ἔτος ἐτανός καὶ πλεονασμῷ τοῦ η ἐπηετανός EM. 356, 39. Schol. Lips. ad Il. IV. 293. sed hoc etymon parum convenit ad Hesiodi locum ἐπηεταναὶ τρίχες, ipsumque ἐτανός ignotum est, neque omnino novimus adjectiva in ανος a nominibus generis neutrius in ος exeuntibus propagata praeter duo longius exporrecta μηκεδανός et ῥιγεδανός v. ad Aj. p. 404. Quin veteres ipsi dissentiunt: τὸ ι τῆς ἐπί ἐνίοτε ἐν τῇ συνθέσει εἰς η τρέπεται ἐπήβολος καὶ ἐπηετανός· οὐ γὰρ παρὰ τὸ ταναός Epim. I. 145. sed alio loco I. 180. ἐπηετανός παρὰ τὸ ἔτος· ὡς δέ τινες παρὰ τὸ ταναός, qua ratione significatio a perenni et perpetuo transfertur ad continuum τὸ διηνεκές, eoque ducit etiam alterum compositum Διηνανές λιτόν διατεταμένον Hes. ut *tenue* a τείνω. Quomodo igitur ἐπήβολος ab omnibus dicitur pro ἐπίβολος, sic produci potuit ἐπηετανός, quo Maximus utitur v. 465., additoque epsilo ἐπηετανός, cujus tertia syllaba in versu interdum praeteritur, accentus autem sequitur exemplum congeneris τετανός et aliorum simplicium his syllabis finitorum v. Proll. 182. Ἐπιτανίδεσσι, quod Rhianus in Odyss. V. 252. pro ἐπηγκενίδεσσι posuisse dicitur, Buttmannus ἐπεκτανίδεσσι scribi vult; probabilius est ἐπητανίδες. His similes tabulae τανεῖαι et ταινίαι σανίδων nominari videntur id est σανίδες διατεταμέναι, quo nomine illae ἐπηγκενίδες explicari solent. — Mirifice errat Schol. Apoll. I. 312. ἐν τῷ πολιήοχος ἐπενετέθη τὸ η, quasi dubium sit id pro ο receptum esse ut alpha longum in πολιανόμος, Πολιάοχος.

De casuum modorumque augmentis quae dicuntur fere omnia ex vano conflata sunt. Τὸ κηδεμονῆες κατὰ πλεονασμὸν ἀπὸ τοῦ κηδεμόνες Schol. Apoll. I. 271. cujus generis permulta collegi in Parall. 234. metri causa a termi-

natione propria deflexa ad eam quam nomina in ευς habent. De subjunctivo longa est adnotatio in Epim. I. 430. ἐὰν φανῇ καὶ πλεονασμῷ τοῦ η φανήῃ ὡς τὸ στήῃ, φθήῃ, ἐμβήῃ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ὑποτακτικὸν ἐὰν δῶ, εἶτα δῴη προςελθόντος τοῦ η καὶ ἐὰν ἁλῶ ἁλῴη. Ζητεῖται δὲ περὶ τοῦ ι πότερον κατὰ μέσην τὴν λέξιν ἢ ἐπὶ τέλους, hoc est utrum eta prius abundet an quod sequitur. Haec quaestio jam dudum decisa est, nec dubium quin veterum doctorum scientissimi βήῃ, θήῃς etc. eodem locò habuerint quo εὐκλῃεῖς omnemque pleonasmi speciem removerint. — Κραίνω ἔκρανα τὸ προςτακτικὸν κρᾶνον ἰωνικῶς κρῆνον καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ η κρήηνον· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν Theogn. Can. 91, 24. Id quoque peculiari diectasis nomine distinximus.

CAP. IV.

D e i o t a.

§. 1. De pleonasmo syllabae primae pauca sunt notitiae tradita, luculentissimum hoc τὸ πνύω κατ' ἀνάπτυξιν γίνεται πινύω, ἔνθεν τὸ πινυτή Epim. I. 63. Suid. s. Ἀπινύσσω. Evolutio, quam ille nominat, pleonasmus vocatur in EM. 672, 42. ubi verbum πινύσκω varie disseritur: παρὰ τὰ πνέω πνύσκω καὶ ἀναδιπλασιασμῷ πιπνύσκω καὶ ἀποβολῇ τοῦ π πινύσκω· ἄμεινον δὲ λέγειν πλεονασμόν. Περὶ παθῶν, eodemque transit ille in Epim. l. c. καὶ κατὰ μεταπλασμὸν πινυτά καὶ κατὰ συγκοπὴν πνυτά, ubi scribendum est πλεονασμόν· nam metaplasmus non huc pertinet sed ad casus verbales πνῦθι (ut κλῦθι), πνύτο, πνυτός, Πνυταγόρας. Alius quis πινυτός, quia usitatius est, idcirco nativum esse statuit, πνυτός angustatum. Sed praestat pleonasmus, quem amplexus Buttmannus Gramm. I. 74. adn. πίναξ e πλάξ factum putat; nec subvenit melius. Certiora sunt quae in Parall. 31. adnotavi πτίσσω πίτυρον, πτύω pitysso. Jam addere libet Schol. Lyc. 675. κνωπόμορφον θηριόμορφον· κνῶπες γὰρ καὶ κινώπετα καὶ κνώπετα τὰ θηρία — λέγεται δὲ καὶ κιώδαλα, quae vulgo ad

κινεῖν referuntur quamvis iota diverso. Adjectivum *φιαρός* alii a *φάος* repetunt v. Proll. 254. n. 5. alii a *πῖαρ*, et quam vicinae sibi sint notiones splendidi et pinguis apparet ex eo quod *λιπαρός* utroqueversus dicitur, et ex latino *nidor* (*κνίσσα*) renidere [1]).

§. 2. Ab hoc brevi introitu proficiscimur ad iota quod ante terminationem reperitur instabile. Hujus duplex causa traditur: *πλεονάζει τὸ ῑ ἐν τῷ σκοπιά* Eust. 1507, 53. *ἁμάρα καὶ ἁμαρία παραγώγως κατὰ τὸ αὐτὸ σημαινόμενον* EM. 77, 22. [2]) Illa Atticista Villoisoni p. 84. in diversis dialectis idem valere affirmat *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἡ σκοπιά τοῦ ὄρους ἡ σκοπή λέγουσι*, sed hoc interdum *σκέψιν* significat quem intellectum *σκοπιά* non habet, quare credi licet *σκοπή* a verbo derivatum esse ut *τροπή*, alterum vero a *σκοπός* ut *τροχιά* a *τρόχος*, quo sumto pleonasmus exterminatur. Sed vere synonyma sunt *μάμμη καὶ μαμμία* Moer. *τήθη καὶ τηθία* Eust. 971, 43. et alia v. Parall. 318. Techn. 260. adn. 13. Atque haec fortasse eodem temporis vestigio prodierunt aut etiam laxior forma antecessit strictiori; nam substantiva in *ῑα* nonnunquam ex se nascuntur ut *ἀνία*, *ἑψία*, *ζημία*. Sed si pura terminatio ortu posterior est, paragogae potius, ut in EM. dicitur, vel paraschematismo quam pleonasmo assignanda erit sicut ea quae poetae ob metricas rationes amplificant *ἀμβολίη*, *ἀντολίη*, *ἀποτροπίη*, *καταιτροπίη* etc. Proll. 358. adn. 69. Eadem facilitate miscentur adjectivorum terminationes *ἔντοπος ἐντόπιος*, *ἔγχωρος ἐγχώριος*, *πάραλος παράλιος* et alia plurima neque solum quae cum praepositionibus copulatá sunt sed etiam *ἀθεμίστιος*, *ἀθέσμιος*, *ὁμαίμιος*, *νηδύμιος* v. ad Aj. p. 295. Parall. 247. et vero etiam simplicia *ἀτασθάλιος* Sibyll. V. 81. *ἀπατήλιος*, *λάλιος*, *πλάνιος* etc. Parall. 318. Proll. 371. De his universe valet quod de uno eorum nominatim praecipit EM. 285, 13. *δόχμιος παράγωγον ἀπὸ*

---

1) Novitium nomen *pilasra* idem est *flasca*, graecanicum *φλάσκη* sive *φλάσκων* ut a Francogallis vocatur *Flacon*, germanice *Flasche*.

2) Verba his interjecta *παρὰ τὸ ἅμα ἄγω* ad *ἅμαξα* pertinent; *ἁμάρα* vulgo *παρὰ τὸ ἅμα ῥεῖν*.

τοῦ δοχμός, et Epim. I. 338. *πανημέριος ἐκ τοῦ πανήμερος*. Atque hoc genus poetae potissimum celebrant, communis vero sermo acquiescit in una forma *ἀθέμιστος*, *πλάνος*, *ἑσπέριος*, praeterquam si qua mutatur significatio *ὄρθιος*, *ξένιος*, *φίλιος*. Quod vero in EM. 625, 29. traditur *ἀπὸ τῆς νηδύος γενικῆς ὁ ὁμονήδυος καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι ὁμονηδύϊος*, profectum est a prava consuetudine librariorum diphthongum *υι* et singulas ejus literas punctis distinguentium v. Buttm. ad Odyss. p. 584. [3]) Etenim *νηδύς* dupliciter componi poterat, aut *ὁμόνηδυς* ut *εὔβοτρυς*, aut mutata declinatione *ὁμονήδυος* ut *πολυίχθυος*· atque huic poeta, ut videtur, epicus producendae penultimae causa iota inseruit, quod Moschus Id. IV. 78. etiam simplici addere coactus est *ἐκ νηδυιόφιν*. Hoc igitur ad epenthesin pertinet, qua syllabarum numerus non augetur. Necessarium vero est iota adjectivis simplicibus sed saepe a librariis neglectum velut *βοτρύων* (id est *βοτρυΐνων*) *φυτῶν* Anth. VI. 168. et *νηδύων ἄψαυστος* Apoll. II. 113. quod Eustathius quoque a nonnullis sic scribi refert p. 1117, 8. et pariter *νεκύα* 1950, 64. Illis nunc reddita est vocalis ad formationem necessaria sed omittenda erant puncta diacritica.

Cum his paraschematismi exemplis congruunt substantiva quaedam: *Καΰστριος ὡς κάπριος*, *Αἰτώλιος*· *τὰ γὰρ* (adde *ἀπὸ τῶν*) *εἰς ος διὰ τοῦ ιος παρηγμένα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου παραλαμβάνεται* Epim. I. 235, 30. *Αἰτώλιος* tamen apud Homerum adjectivum esse potest absolute positum loco primitivi ut *Βοιώτιος*, *Μύσιος* incolas ipsos significant Parall. 305. et 318. Proll. 500. Neque adeo difficile fuerit fluvii quoque nomen ad hoc genus revocare; nam ut *Κῴα νῆσος* dicitur pro simplici *Κῶς* in Meleagr. Epigr. XXX. *νῆσος Κερνεᾶτις παράγωγον ἀντὶ τοῦ πρωτοτύπου* Schol. Lyc. 1084. ***urbs Romana***, ***Tro-***

---

3) *Πηχύϊος*, quod Wellauerus reliquit Apoll. I. 379. III. 1207. correxeram ad Phryn. 494. et 766. Vitiosam consuetudinem castigat Herodianus in Fragm. Hermann. XVII. 307. *ἁμαρτάνουσιν οἱ διαιροῦντες τὸ μυῖα, υἱός ὡς τρισύλλαβον καὶ αἴθυια ὡς τετρασύλλαβον· τὸ δὲ ι μετὰ τὸ υ ταττόμενον οὐδέποτε διαιρεῖται* etc.

jana[4]), *Cumaea* v. Interpp. ad Sall. Catil. XVIII. 8. *Αἰτναῖον ὄρος* Callim. Del. 141. et in ipsa prosa *Ἀταβύριον ὄρος* Apollod. III. 2, 4. *φυτὸν κονυζῆεν* Nic. Ther. 615. *σαλαμάνδρειον δάκος* salamander v. 818. cujus periphrasis exemplum maxime mirabile est Sophocleum illud *Ποσειδώνιος θεός* v. Proll. 500. nam quod Elmslejus ad Oed. C. 1494. huic comparat *βακχεῖος θεός* non *Βάκχον θεόν* significat sed *βακχευτικόν* bacchabundum, qui alibi *βακχεῖος ἄναξ* vocatur. Eodem igitur modo dici potuit *Καΰστριος ποταμός* et demto nomine *Καΰστριος*. Nec tamen minus probabilis Apollonii sententia Adv. 597. *Αἰτώλιος* paragogis adnumerantis, quae a primitivis specie modo distant, non etiam intellectu. Cum *Αἰτώλιος* similibusque veteres contendunt adjectiva dicatalecta ut *πέλωρος πελώριος*, cujus generis paulo ante mentionem movi, nec raro andronymica *Μελάνθιος, Ξάνθιος* confunduntur cum brevioribus, planissime autem neutra *ἄεθλιον, ἑδώλιον, ἑδέθλιον, θεμείλιον* conveniunt trisyllabis.

§. 3. Longior sermo texetur de iota quod vocalem longam excipit; de hoc enim saepe ambigitur utrum ad terminationem pertineat an redundet: *τὸ αἰζήιος πλεονάσαν τὸ ι ἀνεβίβασε τὸν τόνον ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου* Theogn. Can. 57, 15. cui succinit EM. 239, 40. Alius vero 631, 32. *τὸ κάπριος καὶ αἰζήιος παρωνύμῳ εἴδει ὑποπεπτωκέναι φαμέν.* Uterque igitur *αἰζηός* pro primitivo habuit; Theognostus e contrario pro affecto Can. 51, 15. *τὰ εἰς ηος κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, εἰ μὴ τὸ αἰζηός, ὃ καὶ αὐτὸ ἐκ πάθους, καὶ τὸ πηός*[5]). Is igitur trisyllabum ex *αἰζήιος* contractum esse judicavit idem-

---

4) Hoc docti conferunt cum *πόλις Τροΐη*, quomodo Herodianus scribi voluit Il. I. 129. ut hoc tanquam epitheton discerneret a nomine urbis absolute posito. Sed id jure improbat Naegelsbach. ad h. l. p. 39. Ed. II.

5) Arcad. 38, 10. *τὰ εἰς ηος σπάνια ὄντα ὀξύνεται οἷον ἠός* scrib. *οἷον αἰζηός καὶ πηός*. Eustathius 217, 43. *τὸ αἰζηός ὀξύνεται πρὸς ὁμοιότητα τοῦ νηός καὶ πηός καὶ τῶν ὁμοίων*, sed his simile nullum reperio praeter ionicum *ληός*. Totidem sunt generis neutrius sed peregrina *μῆον* et *ὄῆον*.

que censuit Apollonius ὁ Ἀρχιβίου sed alio accentu usus αἰζηός, quod reprehendit EM. 32, 10. sic enim properispomenon fieri debere ut ἀδήιος ἀδῇος. Veri inveniendi viam praecludit obscuritas etymi; ex specie judicantibus fieri posse videtur ut αἰζήιος natura adjectivum sit, sensu substantivum. Vocalium longarum alteram excipit litera pleonastica in tribus nominibus θωιή, ζώιον, ὤιον, quibus qui iota a natura ingenitum putant, falluntur haud dubie. De primo meminit Theognostus 108, 12. διὰ τοῦ ω γράφεται τὸ ζωή, θωή· τοῦτο δὲ καὶ σὺν τῷ ι, et EM. 26, 20. παρὰ τὸ θῶ θωή — ἔχει δὲ τὸ ι ἐκ παραδόσεως ἐπειδὴ εὕρηται θωϊή παρ᾽ Ἀρχιλόχῳ „ὅταν σε θωιὴ λάβῃ“. Hoc θωιή legitur in cod. Maneth. III. 213. sed bisyllabum iota muto, quo poetam ipsum usum esse minime credibile est ante oculos posito homerico θωή, quod solum novit Arcadius p. 103. τὰ διὰ ωη ὀξύνεται, ζωή, θωή, ἐρωή [6]). Nec persuaderi potest scriptores adeo pedestres iota ab Archilocho proseminatum transtulisse ad adjectivum hinc compositum ut Choeroboscus dicit in Psalm. 118. ἀθῶος τὸ ἀζήμιος ἔχει τὸ ι ἀπὸ παραδόσεως, et Stephanus Ἄθως τὸ τοπικὸν χωρὶς τοῦ ι· τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον προπερισπᾶται καὶ διὰ τοῦ ι ἀπὸ τῆς θῳῆς [7]) eodemque argumento Elmslejus Eur. Med. 1267. pro ἀθῶος scripsit ἀθῷος, *olim enim ἀθώιος dicebatur et θωϊή*. At enim vero ἀθώιος nunquam legitur, saepissime vero trisyllabum, cui non ita pridem iota addi coeptum est, veteres vero Edd. plerumque ἀθῶος exhibent, rarius ἄθωος quod ratio poscit et nonnulli veterum approbarunt: τὸ ἀθῶος τινὲς μὲν προπαροξυτονοῦσιν ὡς τὸ φωνή ἄφωνος, ἕτεροι δὲ περισπῶσιν ὡς καὶ ἡ συνήθεια κρατεῖ κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ Ἀθῴου

---

6) Omissum est ἰωή et topicum Οἰνώη. Θώη barytonon praebet Hesychius et Photius a pr. m. sed θωή Maxim. 576.

7) Sic scripsi cum Meinekio pro θωῆς, et paulo ante in Archilochi loco θωϊή retentis punctis diacriticis ut iota effabile distinguerem a muto, quod in codd. non subscribitur sed adscribitur. Syntheton Bekkerus in Lycurg. c. Leocr. 192, 38. (Ald. 157.) ἀθῷος scripsit cum iota, post vero 238, 26. (Ald. 168.) sine eo, Baiterus utroque loco sic ut vulgo solet.

Διός Eust. 953, 42. Idem pluribus verbis *τὸ ἀθῷος κατά τινας προπερισπωμένως ὁ ἀζήμιος, Ζεὺς δὲ Ἄθῳος προπαροξυτόνως, ὃν ἔστι καὶ Ἀθώιον εἰπεῖν· κατὰ δὲ Ἡρωδιανὸν τὸ Ἀθῷος προπερισπασθήσεται ὡς τὸ ἡρῷος, Μινῷος, γελῷος, τὸ δὲ ἕτερον προπαροξυνθήσεται ὁμοίως τῷ ἄβουλος* etc. 358, 42. idque sine dubitatione amplectimur omisso iota; nam illa antidiastolae ratio nimis levicula est, et nunquam additur derivatis *ἀθωοῦν, ἀθωοσύνη*. Itaque *θωϊή* poetice exporrectum dicimus, *θωή* nativum vel, si thema est verbum *θέω* (*τίθημι*), nativo *θοή* proximum. Alia fortuito in hanc similitudinem delabuntur: *ψῶα ἡ δυςωδία* EM. 819. Suid. [8]) quod in cod. Hesychii rectius scribitur *ψώια* (id est *ψῴα*) *σαπρὰ δυςωδία*. Huic affine videtur *ψόθος ἡ ἀκαθαρσία* [9]) et interjectio *ψό ἐπὶ σαπροῦ* Phot. cui similem Charisius profert II. 18, 213. *fue dicimus quum putoris aliquid perhorrescimus.* Hinc fortasse *ψοία* natum est et producta vocali *ψῴα* ut *Τροία Τρῴα κατ' ἔκτασιν τῆς ἀρχούσης* Eust. Prooem. Pind. p. 13. Illud minus recte *ψώα* scribitur in Fragm. poetae, quod Meinekius tractat Anall. 402. Si *ὤα*, de quo in Diss. II. P. I. c. VI. §. 3. loquutus sum, ab *οἷς* derivatum est, causam neglecti iota attulit oblivio etymi. *Ζωΐα* in Theocriti carmine aeolico cum *ζοΐα* permutatum est, quod ex *ζόη* procrevit, nusquam vero *ζῳή* deprehendimus. Sed iota vacanter inseritur substantivo neutrius generis: *ζῷον γράφεται μετὰ τοῦ ι, πρῶτον μὲν ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν παρὰ Σιμωνίδῃ „ὃ ζωίων κάκιστον ἔκτηται βίον“ δεύτερον δὲ διὰ τὸν χαρακτῆρα· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ωον μονογενῆ ἔχει τὸ ι, Πτῷον, προστῷον, περιστῷον, ὑπερῷον* EM. 413, 24. [10])

---

8) Inscite Herodianus Epim. 155. inter voces, quarum prima syllaba est *ψῶ*, refert *ψῶα μέρος περὶ τὸν ὦμον·* debebat enim *ψόα* sive *ψοιά μέρος περὶ τὸν νῶτον* ut Suidas *Νῶτος ἡ ψόα τοῦ ἀνθρώπου.*

9) In enumeratione nominum in *οθος* Arc. 49, 9. inter *ψόθος ὁ ψόφος* interciderunt duo nomina (*ψόθος*) *ἡ ἀκαθαρσία καὶ ῥόθος* (*ὁ ψόφος*).

10) Non habent duo plebeji sermonis vocabula *καρῶον* cuminum, quod veteres *κάρον* appellant v. Interprr. ad Geopp. IX. 28. et plurale *ἀκρῶα* quo Salmasius Exercc. Plin. 219. gigeria sive *τὰ ἄκρα τῶν ἐντέρων* significari putat.

idemque addit alterum τὸ ᾠὸν ἔχει τὸ ι ὅτι εὕρηται κατὰ διάστασιν παρὰ τῇ Σαπφοῖ „ὑακίνθινον ὤιον“ καὶ διὰ τὸν χαρακτῆρα p. 822, 39. cui accedit Theognostus Can. 130, 15. τὸ ᾠὸν λέγεται ἐν διαλύσει ὤιον καὶ ἐν πλεονασμῷ ὤεον. His igitur persuasum fuit Graecorum antiquissimos dixisse ᾠόν et ζῷον iota obscure promto, poetas autem ea diduxisse in ὤιον et ζώιον, idque amplexi nonnulli librariorum bisyllabis vocalem adscribere coeperunt tanquam necessariam ut in ῥᾴδιος, Θρῇξ, λῴων, v. Jacobs. Praef. Aelian. p. XXII. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. p. 60. Ahrens Dial. dor. 189. Bredov. Dial. Herod. 175. Nos in alia omnia discedimus. Nam diphthongi impropriae in vocabulis primitivis non reperiuntur; quare pro πρᾷος ad Phr. 403. scripsi πρᾶος assentientibus aliis [11]). Ergo ᾠόν et ζῷον nativa esse dicimus, ὤιον et ζώιον a poetis sic ut θωιή prolatata, minimeque similia quatuor illis quae in EM. characteris probandi causa apponuntur. Haec enim omnia iota a primitivo acceptum habent quamvis saepe obliteratum. Primum Πτῷον Boeotiae mons, unde Apollo cognominatus est Πτῷος, et eodem modo Athamantis Boeoti filius a fabulatoribus fictus; sed in Insceptt. Boeoticis deus saepe ΠΤΩΙΟΣ id est Πτῷος dicitur solemniaque ejus ΠΤΩΙΑ v. Keil. Inscrr. Boeot. p. 69. et 132. Haec autem vocabula antiqui probabiliter ad substantivum πτοιά referunt sicut mons Germaniae nuncupatus est *Schreckenberg*, idque confirmatur similitudine andronymici Πτοῖος, quomodo Athamantis filius a Nonno et Schol. Apoll. II. 1147. dicitur. Hinc igitur nata videntur Πτῷος et Πτῷον eadem ratione qua παρὰ τὸ κλείω κλοιός καὶ κατ' ἔκτασιν κλῳός EM. 521, 6. (quod atticum perhibetur Schol. Ar. Ach. 892.) idque a poetis aliquando dissolutum esse colligimus ex Theogn. Can. 130, 13. τὰ διὰ τοῦ ωον δισύλλαβα εἴωθε καὶ διαίρεσιν πάσχειν τοῦ ι ζώιον, Πτώιον τὸ ὄρος, ᾠόν ὤιον, sed hoc et ζώιον a diaeresi sejunximus. Duo syn-

---

11) Cf. Schneider. ad Civ. T. III. 58. Πάρωος quod Hesychius interpretatur πρᾷος, obscurius est quam ut iota hinc transfluxisse credamus.

theta, quibus EM. utitur, et his cognata non uno modo scribuntur. Moschopulus Sched. 89. et Herodianus Epim. 267. στοά μόνον [illegible]όν, τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ μεγάλα στωικός, ἑξώστωον, πολύστωον, πρόστωον· sed iota addit EM. 665, 1. περίστῳον σὺν τῷ ι γράφεται τῷ χαρακτῆρι τῶν διὰ τοῦ ωον καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ στοιά γίνεται περίστοιον καὶ ἐκτάσει (περίστῳον) ὅπερ εὐλόγως προπαροξύνεται. Τὸ δὲ προστῷον προπερισπᾶται· καὶ ὤφειλεν ἢ τὰ δύο προπερισπᾶσθαι ἢ τὰ δύο προπαροξύνεσθαι, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ στοιά ἀμφότερα γέγονεν. Hanc accentus inconsequentiam Arcadius quoque attestatur p. 122. sed in EM. 413, 74. περιστῷον scriptum est ut προστῷον, eaque modulatione haec distinguuntur ab adjectivis proparoxytonis πρόστωος, περίστωος, quibus accedunt πρόστοος et περίστοος [12]). Haec igitur iota a prototypo στοιά acceperunt, quod a στέω manavit [13]) sicut a κέω (κεῖμαι) Κοῖον τὸ ἐνέχυρον et Κῶιον (hoc est Κῷον) ἐνέχυρον καὶ ἱμάτιον [14]) quae Hesychius affert cum verbis hinc traductis κοιάζειν et κωάζειν τὸ ἐνεχυριάζειν, idemque verbum praestruitur homerico epitheto: παρὰ τὸ κείω ὀρέσκοιος καὶ ἐκτάσει τοῦ ο καὶ μεταθέσει τοῦ τόνου ὀρεσκῷος ὅτι τὰ διὰ τοῦ ωος κτητικὰ περισπῶνται Epim. I. 304. sed hic accentus non certissimus est quia duo tantum casus leguntur, secundus et tertius, ac ne de etymo quidem convenit v. Diss. II. c. III. §. 3. Allatorum ultimum ὑπερῷον ex ὑπεροῖος natum esse infra ostendam. Ab his igitur omnibus distant ᾠόν et ζῷον, quorum illud prorsus sui juris nec alicunde suspensum est, alterum nullum ejusmodi habet etymon, unde iota transfluere potuerit, ac plerumque sine iota scribitur sive simplex est sive compositi partem obtinet priorem ζωογόνος, ζώφυτον, ζωγράφος, cui causam haud veram

12) Περίστοος οἰκοδομή, quod in Thes. ex Hesychio affertur, Musuri correctio est; apud Photium περίστωος legitur ut in Schol. Il. XXIV. 238.

13) Προστάς, quod Hesychius πρόστωον interpretatur, perspicue cum προστῆναι cohaeret.

14) Hoc incertum vestemne Coam significet an pallium ἀποκείμενον sive pignori captum.

subdit EM. 412, 12. ἔστι γὰρ ζῷον ζῳογράφος· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδέποτε μεταξὺ τοῦ ι ὄντος γίνεται κρᾶσις, ἀποβάλλει τὸ ι καὶ οὕτω γίνεται ζωγράφος. Eodem fundamento nititur scriptura verbi ζῴειν in cod. Anth. I. 6. v. 5. et in Babrii Fab. 95. v. 4. ed. Lachm. quod convenit regulae Choerob. Orth. 216, 3. ζῶσον τὸ ζω μέγα σὺν τῷ ι sed infirmatur canone catholico τὰ διὰ τοῦ ωω καθαρὰ βισάλλαβα γράφεται διὰ τοῦ ω μεγάλου σώω, ζώω, χώω, ῥώω, πλώω EM. 237, 28. et obruitur sexcentis exemplis contrarie scriptis. Eandem literam Arcadius 38. impertit adjectivis: τὰ εἰς ωος μετὰ προσγεγραμμένου τοῦ ι προπερισπῶνται Κῶος, σῶος, λῶος[15]· τὸ δὲ κολωός καὶ ἔτι τὸ ζωός ὀξύνεται, nisi hoc tantummodo accentus causa adjecit. Sed Aristarchus quoque huc inclinasse videtur Il. XVIII. 407. ζῳάγρια scribens μετὰ τοῦ ι, quod quum Schol. Vict. exemplo Simonideo ζώιον comprobare conatur, non animadvertit illud nomen non cum ζῶον compositum esse, quo Homerus non utitur, sed cum ζωός. Iota directe excludit Technicorum aliquis in EM. 822, 45. qui quum scholae assensus esset ᾠόν sicut cetera μονογενῆ ἔχειν τὸ ι, cogitate addit πρόςκειται μονογενῆ διὰ τὸ ὁ σῶος, ὁ ζωός· et sic vulgo scribitur non solum simplex sed etiam copulatum ut ἀπὸ τῆς ζωός εὐθείας ἀείζωος Anecd. Bekk. 347. quanquam EM. 413, 47. idem nomen cum ζωή compositum dicit et πολύζωος vocatur ὁ πολλὰ ζῶα ἔχων, eademque ambiguitate laborant ἁλίζωος, ἀρτίζωος, ὀλιγόζωος, παλίνζωος, sed nullum omnium iota habet nisi ab editoribus et lexicographis intrusum ut φιλόζῳος quod nuper in Lucian. Dial. Mort. XV. 1. XXVII. 9. positum est, πολύζῳος in Thes. et all. Rectissime vero ponitur in substantivis decompositis ἀειζωΐα, εὐζωΐα, δυςζωΐα, κακοζωΐα sive κακοζοΐα, μακροζωΐα, ὁμοζωΐα, παλινζωΐα, φιλοζωΐα Georg. Progymm. 595. T. I. Rhet. Walz. (omiss. in Thes.) quibus redarguitur εὐζωή Pind.

15) Significat adjectivum, non mensem Macedonicum ut in Thes. dicitur. Mensi iota, quod in Dem. Cor. 280, 15. additum est, non magis convenit quam gentium barbararum vocabulis Δῷοι et Δρῷοι, tribusque ex anadrome, ut dicitur, ortis ὁ Δμῷος, ὁ Τλῷος, ὁ Τρῷος. Sic etiam scribitur Κῷοι τὰ κοιλώματα Steph.

P. IV. 231. quamvis summo codd. consensu munitum. Adjectivorum simplicium, quibus Arcadius iota adscribit, alterum Grammaticorum sententiis in diversum trahitur. Choeroboscus de Quant. Cram. II. 286. *τὰ διὰ τοῦ ωιος διφθόγγῳ παραλήγεται Κῷος, Μινῷος, ἡρῷος· τινὲς δὲ καὶ τὸ σῶος διὰ τοῦ ι γράφουσιν*, et Theodosius Gramm. 66, 1. *τὰ εἰς ωος κτητικὰ διφθόγγῳ παραλήγεται Κῷος, Μινῷος· οἷς ἠκολούθησε καὶ τὸ σῶος*, sed distinctius EM. 741, 45. *τὸ σῶος ὁ Δίδυμος ἔλεγεν ὅτι σὺν τῷ ι γράφεται ὡς ἀπὸ τοῦ σῶς ὡς Μίνως Μινῷος, ἡρῷος· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λαβόμενος αὐτοῦ λέγει ὡς τὸ σῶς ἀπὸ τοῦ σῶος πέπονθε*, quibus deest clausula *ἀπὸ δὲ πεπονθότων οὐκ ἔστι παράγωγον* hoc est a *σῶς*, quia affectum sit, haud derivari potuisse *σώιος*[16]) et ad ultimum huc decurritur *δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι τὸ σῶος ἄνευ τοῦ ι ἡ παράδοσις οἶδε.* Sic etiam in nostris libris persaepe scriptum est, sed et *σώιος* (id est *σῷος*) in cod. Pal. Anth. VI. 349. *σῷος* Demosth. Cor. 242, 9. ut in cod. Pal. Thucyd. I. 74. et in tribus Lucian. Abdic. §. 5. T. II. 132. ed. Jacobitz. *σῴη* a Lachmanno editum in Babr. Fab. XCIV. v. 8. composita *Σοιναύτης* in basi attica et ea sat antiqua, quam Rossius in lucem protulit in libro de Demis atticis N. 151. a. p. 91. *Σῳναύτης* proprium[17]) in cippo attico v. Keil. Inscr. Boeot. p. 12. et alibi *Σῳγένης* contrarium legi illi *μεταξὺ τοῦ ι ὄντος* etc. nec conveniens exemplis vulgatissimis *Σωκράτης*, *Σώπατρος* etc. Verbum *σῴζω*, quod Keilius Onomat. 115. in eandem rem affert, jam veterum aliquis huc accommodavit in Techn. Mscr. Hermanni de Emend. Gramm. 37. *ἐκ τοῦ σῷος τὸ σῴζω, ὃ δὴ προσγράφεται τὸ ι τὴν τοῦ*

---

16) Sic idem praecipit ap. Steph. s. *Δωδώνη* p. 248, 12. *τῆς Δωδὼν τὸ ἐθνικὸν ἄῤῥητον ὡς πεπονθυίας.* Eodem argumento Herodianum hic usum esse apparet ex sequentibus *πρὸς ὃν ἔστιν εἰπεῖν, γίνεται γοῦν ἀπὸ πεπονθότων τοῦ πατρός καὶ μητρός παράγωγα πατρικός καὶ μητρικός.* Didymo respondendum erat *Μινῷος* et *ἡρῷος* possessiva esse, *σῶος* autem nihil aliud significare quam *σῶς*.

17) Ab hoc nihil differt fluvii nomen *Σοωναύτης* et viri *Σαοναϊάδας*, quod cur Meinekius in Del. 114. cum *Σαολαϊάδας* permutari velit, non video; quippe doricum est a *Σαόνηος* (ut *Κλυτόνηος*) derivatum.

ὀνόματος τηροῦν γραφήν. Sed rectius EM. 741, 30. ἀπὸ τοῦ σῶος γίνεται σωΐζω ὡς λέπος λεπίζω καὶ κατὰ συναίρεσιν σῴζω. Sic a σόος derivatum est σοΐζω, a πλόος πλοΐζω et πλωΐζω multaque alia v. ad Phr. 616. sed num Graeci antiqui σωΐζω receperint valde dubium videtur, quodque ex hoc contractum dicitur σῴζω saepe quidem et in codd. et in epigraphis reperitur sed infinito crebrius σώζω, cui qui iota inferserunt hoc rationis habuisse videntur quod praeter imitativa κρώζω, ὤζω etc. (Techn. p. 81.) nullum verbum bisyllabum sic terminatur, crebra vero est in ιζω paragoge κλήζω, χρήζω, λῄζομαι. Hisque etiam χρῴζω et φῴζω adjiciunt Techn. 82. cum tacita recordatione affinium ἐπιχροΐσις, χροΐζω, φῴδες.

§. 4. Postquam ostendimus et planum fecimus tria substantiva θωιή, ᾤιον, ζώιον iota non a natura accepisse sed a poetis, duo autem adjectiva ζωός et σῶος a Grammaticis characteris specie fallaci deceptis, nunc perlustremus paronyma quibus eadem vocalis contra Grammaticorum voluntatem contraque rationem detracta est. Horum sunt duo genera, unum a substantivis, quae omega vel in principio habent vel in postprincipiis; alterum cui haec vocalis in derivatione subnascitur. Illorum alia a monosyllabis in ως desinentibus ortum habent Κώς Κώιος σὺν τῷ ι ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν EM. 551, 29. Λῶς ὡς Κῶς, Λῷος ὁ νησιώτης Steph. cui quae deerat vocalis a Meinekio addita est. Nec solum attice declinata sed etiam Τρώς Τρώιος, δμώς δμώιος[18]). Par copia fluit a bisyllabis, ut ἡρῷος, Μινῷος[19]) quibus Choeroboscus in EM. 29, 26. nominatim assignat iota sed saepe neglectum est in his et similibus: ἡῷος Arat. 1023. quod Buttmannus corrigere neglexit, λαγῶος Hippocr. Mul. 674. T. II. Arist. Ach. 1106. multisque aliis locis quibus nunc subscribitur,

18) Μώς gentis nomen et θώς paragogis carent; pro ἐν τῇ Μνῷ Diog. Meinekius ad Steph. 621. aptissime correxit ἐν Τήμνῳ.

19) Plurimum variat nomen topicum Μινῶα cui Meinekius in Steph. p. 194, 2. iota addidit in codd. omissum, alibi omisit, idemque saepius proparoxytonon est antidiastolae causa ut multa propriorum sed improbat Kruegerus ad Thuc. IV. 167.

ἱδρῶα τουτέστιν ἱδρωτίδες Schol. Hipp. T. II. 370. quod Pollux affert eodem modo scriptum sed proparoxytonon est in Hipp. Aphor. p. 724. T. II. et Galen. Comm. p. 619. T. XVII. P. II. Alia rursus a femininis in ως et ω exeuntibus ἅλως ἀλῷος [20]), ἕως ἑῷος, Ἡρώ Ἡρῷος ὡς Κῷος, Πυθώ Πυθῷος ὡς Λητῷος Steph. quibus omnibus iota vindicat diastasis Μινώϊος, λεχώϊος [21]), et consentiunt Grammatici unum excipientes gentilicium Ἄθωος ἀπὸ τοῦ Ἄθως ὤφειλεν ἔχειν τὸ ι καὶ προπερισπᾶσθαι ὡς Μινῷος, ἡρῷος· ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀθῷος τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀζημίου τὸ ι ἀποβάλλει καὶ προπαροξύνεται EM. 26, 40. cui adstipulatur Stephanus et libri Aeschyli Ἀθῷον αἶπος exhibentes. Verum tamen illa distinctionis causa minime necessaria est et diphthongus incorrupta apparet in composito ἀκρόθοιον, quod Arcadius 122. inter hyperdisyllaba generis neutri in οιον exeuntia refert; id enim vix dubitari potest quin sit nomen urbis in vertice Athonis sitae, quam Herodotus Ἀκρόθωον [22]), Thucydides Strabo et Scylax p. 278. ed. Hudson. Ἀκρόθωοι vocant; in Plinii Melaeque codd. Acrathon et Acroathoon scribitur idque proximum vero Ἀκροάθῳον sive Ἀκράθῳον, quod idem Ἀκραθοῖον dici poterat ut a simplici Ἄθοος, quod Stephanus affert, Ἀθοῖος, ab Ἀλκάθοος solemnium nomen τὰ Ἀλκαθοῖα Schol. Pind. Nem. V. 84. (omiss. in Thes.) quod Ἀλκαθόεια dici poterat ut Ἀντινόεια. Itaque de duabus sententiis, quas Eustathius proponit 358, 42. Ἄθωος τὸ ἐθνικὸν χωρὶς ι — κατὰ δὲ Ἡρωδιανὸν ἀνάπαλιν προπερισπᾶται ὡς ἡρῷος, Μινῷος, eligimus eam quae auctorem potiorem habet; quem cur non omnes sequuti sint, jam explanavimus. Sed saepius etiam adjectivis, quorum primi-

---

20) Iota servat solemnium nomen τὰ Ἀλώϊα id est Ἀλῷα in codd. Demosth. c. Neaer. 1385. sed plerumque deest v. Interppr. ad Alciphr. II. Ep. III. 19. In Anecd. Bekk. 385. ἀλῷα ἀπὸ τοῦ συναυλίζεσθαι scrib. συναλίζεσθαι.

21) Ex numerosa familia appellativorum in ω exeuntium, quae in Techn. 317. enumeravi, hoc unum processit adjectivum idque totum poeticum est nec unquam contrahitur.

22) Codd. nonnulli Ἀκρόθοον pro Ἀκράθοον puto.

tiva in ω exeunt, iota mutum evulsum est: Ἀργῷον σκάφος et Ἀργῴη ναῦς hoc est Ἀργὼ ναῦς[23]) Eur. Med. 477. Anth. VII. 637. Quint. XII. 268. et saepissime apud Apollonium, sed reviviscit interdum in codd. Diod. IV. 56. Lycophr. 883. Idem accidit aliis, Δηῷος Anth. et Nonn. Ἰνῷος (omiss. in Thes.) Nonn. IX. 269. Λητῷος Soph. Μυρτῷον πέλαγος ἀπὸ Μυρτοῦς Paus. VIII. 14, 8. Strab. II. 124. Schol. Il. XV. 27. Dionys. Descr. 133. Σαρδῷος Polyb. I. 88, 9. Scymn. 196. Anth. VII. 621. quibus novissimi editores vocalem caducam reddiderunt. Sed adversatur Schaeferus. Is enim ad Schol. Apoll. 335. κητῷος negat aliunde derivari posse quam a nomine κητώ, quod non extat, et insuper addit *sic ab Ἀργὼ Ἀργῷος, Λητὼ Λητῷος, Σαπφὼ Σαπφῷος*[24]) *quibus cur iota subscribatur si quis me docuerit, ei δίδακτρον debebo.* Verum haec dubitatio praeciditur si animum ad nomina primae declinationis referimus quae in eta vel alpha longum exeunt, βουλή puta vel πέτρα. Quorum quum nulli terminatio adjectiva ος proxime attexatur praeter gentilicia quaedam Λᾶ Λᾶος, Χνᾶ Χνᾶος Steph. valde improbabile videtur ab Ἀργὼ derivatum esse Ἀργῷος omissa vocali articulari quam poscit regula ab EM. 551, 30. breviter strictimque proposita τὰ εἰς ος κτητικὰ τῷ ι θέλει παραλήγεσθαι, explicatius vero p. 29, 46. τὰ εἰς ος καθαρὸν κτητικὸν ἔχουσι τέσσαρας καταλήξεις, τὴν ει Ὁμήρειος, τὴν αι ταλαντιαῖος, τὴν οι ἀλλοῖος, τὴν ω πατρῷος, ἡρῷος. Alii tres tantum numerant et non easdem ut Epim. I. 178, 15. τὰ εἰς ος [καθαρὸν] κτητικὰ τρεῖς ἔχουσι καταλήξεις, τὸ ι θαλάσσιος, τὴν ει Κλεοπάτρειος, τὴν αι ἀγοραῖος, omissis duabus οιος et ωος et recte quidem; nam illa significationem possessivam non habet, altera non nativa est sed synaeresi interpolata ut Τρῷος, Λητῷος· nativa vero, non dissoluta ut Theognostus dicit p. 57. habenda sunt Ἀργώιος, si quis hoc usus est,

23) Sic *urbs Romana*, quod paulo ante attigi, mera periphrasis est nominis proprii ut ναῦς Ἀργῴη, nisi id navem ab Argo fabricatam significat.

24) Hoc nititur Casauboni conjectura v. Jacobs. ad Anth. App. n. 64. Tzetzen auctorem addit Dindorfius in Thes.

Λητώιος[25]) etc. Haec enim terminationem *ιος* vocali, qua primitivum finitur, sine ulla mutatione appositam habent, quod in hoc uno genere nominum animadvertitur; nam cum alpha et eta finali colliquescit *μουσεῖος*, *πετραῖος*, praeter *γῆ γήιος* quod, si incorruptum, certe unicum est ut *γῆ* ipsum; in Anth. Brunckius *γήινος* reposuit e cod. fortasse; apud Arcadium 40. *ἰήιος* substitui potest; Apollonius ipse de Adv. 586. duntaxat duo vocabula esse memorat in quibus vocalis nominis primitivi extrema ante terminationem servetur integra *μναιαῖος* et *γήδιον* id est *γηίδιον* v. Diss. II. P. I. c. III. §. 2. ac si *γήιος* cognitum habuit, fortasse sic animum induxit a *γέα* primum *γέϊος* declinatum esse ut *ἐπιγεΐζω*, tum contractione facta *γεῖος*, unde *γήιος* nasci potuit ut *Τεῖος Τήιος* Steph. *βασιλήιος*, *Ἀχιλλήιος* etc. Huc inclinat EM. 263, 31. *παρὰ τὸ δέος δέϊος καὶ δήιος*, quod in *δῇος* contrahitur, et Apollonius quoque Adv. 567. *παρὰ τὸ ῥέα ἦν τι ῥεΐδιος ὃ παρ᾽ Ἴωσιν ἐγένετο ῥηίδιος, ἀφ᾽ οὗ ἔπιπτε κατὰ μετάθεσιν ῥαΐδιος καὶ κατὰ συναίρεσιν ῥᾴδιος ὡς Λάϊος Λᾷος καὶ λήιον, λάϊον, λᾷον.*

§. 5. Ab adjectivis, quibus nomina in *ως* et *ω* antecedunt, sermonem transferimus ad ea quae nullum ejusmodi fundamentum habent. Haec quidam a nominibus, quorum vel primus vel secundus casus syllaba *ος* terminatur, derivata esse dictitant *ο* brevi in longum mutato: *ἐκ τῆς πατρός γενικῆς γίνεται πατροῖος ὡς παντός παντοῖος καὶ ἐκτάσει τοῦ ο πατρῷος μένοντος τοῦ ι ἐν τῇ προσγραφῇ· οὕτω δὲ καὶ τὸ μητρῷος γίνεται καὶ τὸ παππῷος· στιχθέντος δὲ τοῦ προσγεγραμμένου ι καὶ εὐθὺς ἐκφωνηθέντος γίνεται πατρώιος, μητρώιος, παππώιος* Eust. 1409, 44. *ἐκ τῆς ἠόος γενικῆς προσθέσει τοῦ ι γίνεται ἠοῖος ὡς παντοῖος, ἀλλοῖος, ἐξ αὐτοῦ δὲ ἠῷος* p. 727, 52—58. Hanc in partem si quis descenderit, *πατρῷος*, *Σαπφῷος* etc. non contracta esse statuet sed proxime deflexa a *πατροῖος*, *Σαπφοῖος* ut a *Τροία Τρῴα*, reclamantibus aliis qui haec

25) Hoc praeter Theogn. l. c. non reperi sed satis facit *Latoius* latinum.

ipsa tropae boeoticae attribuunt: παρὰ τὸ γέλως γελώιος (γελῷος) ὡς πατρώιος (πατρῷος) καὶ βοιωτικῶς γελοῖος ὡς πατροῖος ἠροῖος EM. 224, 35. et iterum p. 29, 26. ἀπὸ τοῦ αἰδώς γίνεται αἰδῷος ὥςπερ ἠῷος καὶ ἠρῷος καὶ κατὰ τροπὴν βοιωτικὴν ἠοῖος, αἰδοῖος. Apparet igitur duas fuisse sectas Grammaticorum quasi serra praeliantium, unam quae οι ex ῳ, alteram quae hoc ex illo natum existimaret, ab utraque autem pleraque incerta afferri. Nam ἠροῖος, πατροῖος, μητροῖος, παπποῖος, αἰδῷος et γελῷος aequaliter ignota sunt, duo postrema ne possessiva quidem, primum et ultimum neque genitivum habent in εος exeuntem neque nominativum in ος, nisi auxilium petimus ab aeolico γέλος. Itaque ex tota illa congerie unum relinquitur duplici paralexi ἠοῖος, ὑπηοῖος, quibus Homerus utitur, et ἑῷος, ὑπηῷος, προςηῷος, quae posteriores adoptarunt, unde concludere licet οιος antiquius esse quam ῳος, neque tamen hinc conficitur hoc ex illo factum esse; quippe fieri potest ut qui ἠοῖος finxit, genitivi speciem imitatus sit, qui ἠώιος, casus recti. Praeter epitheton Λητῷος sive Λητώιος in Anth. invenitur proprium viri nomen Λητοῖος sive ut in Liban. T. II. 222. et 548. scriptum est Λητόϊος, quod a secundo casu Λητόος repeti potest sicut patronymicum simplex Λητοΐδης et syntheton Λητογενής. Gentilicii Κοῖος, quod Zonaras p. 360. cum αἰδοῖος confligit, testis non extat et correctio in facili ἠοῖος. Nomen urbis commune est Τροία, Pindaricum Τρῴα, quod EM. 770, 18. principalius putat ἀπὸ τοῦ Τρώς γίνεται Τρώιος καὶ [τὸ θηλυκὸν] Τρωΐα καὶ συστολῇ ποιητικῇ Τροΐα καὶ συναιρέσει Τροία· ἢ ἐκ τοῦ Τρωΐα Τροία ὡς τὸ Ἀχελώιος (Ἀχελῷος) Ἀχελοῖος, ubi post Τρωΐα Τροία inserenda sunt duo verba quae in principio parapegmatis leguntur ὄνομα βοιώτιον. Nos vero omissa hac systolae boeoticae et ectasis poeticae conflictatione perstamus in sententia a nominibus in ως et ω derivata esse adjectiva in ωιος et ῳον. Sed haec subolescunt etiam substantivis aliter terminatis, quae in primo secundove casu omicron habent ut πατρῷος, quicum Theognostus Can. 49, 19. confert ἀστρῷος et ἀνδρῷος. Illud non satis constat utrum ab ἀστήρ declinatum sit an ut

Suidas s. Ἀστρονομία ait ὁ ἐκ τῶν ἄστρων, neque testes admodum luculentos habet παρθένος ἀστρῴα Synes. Prov. II. 124. id est Astraea, ἀστρῷος κύων Anecd. Bekk. 680, 20. ἀστρῴων κινήσεων Zosim. I. 1. quae alii aliter terminant ἀστερία ἅμαξα Call. Fr. CXLVII. κῆτος ἀστερόεν Nonn. XXV. 127. Ejusdem fere dignationis est alterum μαστὸς ἀνδρῷος Etym. Gud. 381, 30. ἐμβάδες τὰ ἀνδρῷα ὑποδήματα Zonar. 706. idemque Xen. Oec. IX. 6. in Junt. pro ἀνδρεῖα scriptum contra Atticorum usum; Hippocrates Mul. I. 686. T. II. (c. 87, 277 Lind.) eodem loco νοσήματα ἀνδρικά et ἀνδρῷα dixit, sed πατρῷος diversum a πατρικός et πάτριος intellectum habent v. Coraes ad Heliod. p. 42. et Interprr. ad Lucian. Pseudos. §. 5.[26]) A nominibus in ξ desinentibus monosyllabis Θρακῷος Nicet. Ann. I. 21, 386. Schol. Il. II. 836. pro quo antiqui Θρᾴκιος dixerunt[27]), προικῷος apud scriptores ejusdem notae temenicumque a Luciano fictum Νυκτῷον V. H. II. 33. cui nunc iota accessit. A neutris in ος duo κητῷος, quod Schaeferus ad κητώ referebat, et κερδῷος, utrumque in Edd. sine ι scriptum, hoc per ο κερδοῖος in Inscr. Thessalica. Illud ante Dioscoridem Mat. III. 92. (102.) 432. non invenitur, nam Aristoteles et Galenus κητώδης dixerunt ut ἀλσώδης, λιπώδης, ὀξώδης, Moschus κήτειος. Alterum est Mercurii epitheton Lycophr. 208. Lucian. Tim. §. 41. Niceph. Progymn. T. I. 522, 29. ed. Walz. unde alio transtulit Gregorius Naz. Carm. X. p. 80. B. κερδῴῃ δουλοσύνῃ (pro δολοσύνῃ). A neutris in μα duo, σωματῷος a scriptoribus christianis invectum et ἁρματῷος Apoll. Lex. s. Πρωτοπαγής, cui praestat ἁρματεῖος. A terminatione ις unum μαντῷος Aristaen. I. 10, 49. Agath. Ep. IX. Anth. V. 296. Nonn. VI. 104. peculiare illud Apollinis cognomen qui a scriptoribus classicis μαντεῖος vocari solet, et huic aequale μαντώδης a nomine cujus neque ultima primi casus neque penultima secundi ο micron continet; nam appellativi ἡ

---

26) Μητρικός Pollux quidem III. 11. pariter probat atque μητρῷος sed scriptores elegantiores fastidiunt. Nec receptum est μήτριος.

27) Pro Θρᾳκείων Julian. Or. II. 52. 6. hoc potius ponendum quam Θρακῴων.

μαντιώ (ut φειδώ) memoria non extat. Maximam vero adjectivorum hujusmodi segetem profuderunt nomina secundae declinationis: τομαὶ Ἀργῶαι hoc est Argi fabri Orph. Arg. 1162. Κριός (Κριῴα) δῆμος ἀπὸ Κριοῦ τινος ὠνομασμένος Schol. Arist. Avv. 646. Ἰνδῶος Nonn. Par. XIX. 207. Dion. XVII. 168. XVIII. 366. XXXVII. 345. quibus locis Graefius iota addidit; Νειλῶος Plut. de Is. c. V. Quintil. de Mus. III. 126. Lucian. Navig. §. 15. rarius Νειλῷος Schol. Arat. 446. Eust. 1500, 5. pro quo veteres aut Νειλαῖος dixerunt ut Stephanus suadet Βῆλος Βηλαῖος ὡς Νεῖλος Νειλαῖος[28]), vel Νειλώτης. Et duo res communes significantia ἀρκτῶος Anth. IX. 677. Nonn. I. 462. II. 44. P. Silent. Soph. II. 156. et παππῶος Anth. VII. 558. cui jam ante hanc aetatem iota fugitivum reddi coeptum est. Auctarii instar sunt quae sermo latinus protulit Graecis indicta *Eurous* et *Lesbous*. Ab adjectivis tria proficiscuntur paronyma; ἐρυθρῶος, quod Const. Manasses pro ἐρυθρός sive ἐρυθραῖος usurpavit, et aeque ignobile προθυρῶα a Theognosto p. 106, 27. sine interpretatione traditum, quo dea προθυραία significari videtur, tertiumque multo testatius νεὼς ὑπερῶος Aristid. Or. XVI. 240. οἶκος ὑπερῶος Galen. Simpl. XI. 3, 333. T. XII. ὑπερῶοι περίπατοι Medd. Mosq. p. 199. στοαὶ ὑπερῶαι Strab. XIV. 565. et absolute αἱ ὑπερῶαι Galen. Comm. in Aphor. XX. 438. T. XVIII. quibus omnibus locis iota praetermissum est sed Grammatici substantivis hinc sumtis ὑπερῴα et ὑπερῷον constanter vindicant EM. 780, 9.[29]) Etymon quaerentes res et ratio deducit ad adjectivum ὑπεροῖος, cu-

28) Pro Νειλῷος Athen. VII. 312. A. et P. Silent. Soph. I. 247. codd. et Edd. vett. praebent Νειλαῖος, et pro λιμὴν Ἀργῷος Apoll. IV. 658. Ἀργαῖος. Diana Ἀλφειῶα fortasse dorice appellata est pro Ἀλφειῶσα (ut Μῶα) sive Ἀλφειοῦσα· a Pausania vocatur Ἀλφειαία idemque homo Ἀμυρταῖος et Ἀμυρτῶος nominari videtur Suid. s. Μύρτης. Sed παππαῖος, quod in Anth. l. c. complures libri pro παππῷος exhibent, scribis imputamus.

29) Theogn. 130, 22. τὰ διὰ τοῦ ωον ἐνίοτε διὰ χρείαν ποιητικὴν ἀναλύονται ὑπερώιον, περιστώιον, μηνώιον. Horum nominum secundum architectis magis convenit quam poetis. Luni dei templa non minus ignota sunt quam Minois; novimus vero Μητρῶα.

jus auctorem quidem demonstrare non possumus sed sufficit verbum hinc deductum Ὑπεροιαζόμενος· ὑπερηφανευόμενος Hes. Id autem si cum ἑτεροῖος, ὁμοῖος, ἀλλοῖος comparatur, ab ὕπερος productum esse apparet, quod naturam adjectivi habere ostendi in Parall. 355[30]). Exemplum hujus derivationis subministrat haud obscurus auctor, Ister. Hic enim memoriae prodidit Aeoles τὸ ὁμονοητικόν dixisse ὅμολον et hinc Jovem cognominatum esse Ὁμολώιον solemniaque Ὁμολώια sicut idem deus Ὁμονῷος vocatur v. Franck. ad Inscr. Richteri 240. et templa Concordiae Ὁμονοεῖα. Ψοθώα ἡ ψώρα Arc. 100, 23. femininum videtur adjectivi a ψόθος derivati, cujus ultimam acui Theognostus auctor est 53, 27. ψοθοιός ὁ ἀκάθαρτος[31]). Haec tamen transitio diphthongi οι in ῳ non ita frequens est ut nobis liceat eam ad quaelibet alia transferre, quod fecerunt illi qui παππῷος pro παπποῖος dictum contendunt. Sed veri similius est παππῷος, quod unum de hoc genere recepit sermo antiquus et atticus, a primo fictore assimilatum esse duobus aliis syngenicis πατρῷος et μητρῷος, nam quod Barkerus ad Etym. 1087. primitivi instar ponit πάππως, non minus ab usu amandatum est quam κέρδως, unde κερδῷος repetit. Quae vero illa ratione exsolvi nequeunt ut Ἰνδῷος etc. quum omnia apud auctores minus probatos legantur, non dubitamus afficta esse vocabulis diverse natis quae omnibus ante oculos essent, ἡρῷος, ἑῷος

30) Athenaei originatio II. 571. A. et Schol. Vict. Il. XVI. 184. οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐκάλουν τὰ παρ' ἡμῖν καλούμενα ὑπερῷα ᾠά excogitata est ad explicandum ovum Ledae.

31) Verba haec sunt τὰ διὰ οιος ὀξύτονα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τῆς οι γράφονται, κολοιός, ψοθοιός· τὸ Ζάτοιος, Ἄθοιος, κύρια ὄντα προπαροξύνονται· οἷς ὅμοιον καὶ τὸ τραπέζοιος βοιωτικὸν ὂν κατὰ τὸν τόνον καὶ κατὰ τὴν γραφήν. Ζάτοιος non novi; Ἄθοιος fortasse andronymicum est ex gentilicio factum, τραπέζοιος nescio quid esse possit nisi τετράζωος quomodo Ulixes ex Orco reversus in Dosiadae Ara δίζωος dicitur, alius quis ter vita functus apud Aeschylum τρισσόζωος. Sic etiam Pythagoras, cujus anima primum Euphorbi fuit, tum Pyrrhi, tertio Elei cujusdam (v. Menag. ad Diog. VIII. 5.) vocari potuit τετράζῳος sive τετράζοιος. An urbs aliqua nomen habuit Τραπεζώ, incolae Τραπεζῷοι ut Πυθῷοι?

et ceteris, quibus iota vel vocale vel mutum debetur lege derivationis. Omnibus autem, quae hactenus enumerata sunt, dissimile est fluvii nobilissimi nomen quod in illo catalogo ambigue scriptorum exhibetur.

§. 6. Hujus quatuor reperiuntur formae Ἀχελοῖος, Ἀχελῶος, Ἀχελῷος, Ἀχελώιος, quas si ex communi analogia judicamus maximam antiquitatis speciem habet Ἀχελοῖος ut excusum est in nummo Metapontinorum, quem Millingen descripsit in Transact. of the royal Soc. of literat. Vol. I. P. I. 145. idemque EM. 770, 18. affert tanquam tropen boeoticam passum: ἐκ τοῦ Τρωία (Τρῴα) Τροία ὡς τὸ Ἀχελώιος (Ἀχελῷος) Ἀχελοῖος. Si cui altius escendere libeat, prototypi instar ponet Ἄχελος, cui simile est nomen fluminis Ἀκέλης, atque hinc directa regione profectum dicet Ἀχελοῖος ut ἀλλοῖος merismo non mutato, deinde producta vocali prothetica Ἀχελῷος ut κερδοῖος κερδῷος, postremo per diaeresin Ἀχελώιος, vel etiam ordinem invertet atque hoc prius, illud posterius esse constituet ut βασίλειος βασιλήιος βασιλῇος. Altera scriptura est Ἀχελῶος, quae in libris superiore seculo et antea editis constanter fere obtinet Arist. Lys. 318. Soph. Trach. 9. Callim. Ep. XXXI. Scymn. v. 469. Dicaearch. (Dionys.) Descr. Gr. v. 56. Anth. XIV. 133. Nonn. XIII. 313. et apud scriptores numeri lege solutos Herod. II. 10. Plat. Phaedr. 230. B. Scylac. Peripl. p. 14. ed. Huds. Diod. I. 39. Strab. VII. 211. cf. Tzschuck. ad X. 102. Apollod. I. 7. II. 7. Paus. IX. 34. Artemid. II. 38. Philostr. Imagg. I. 25. Himer. Or. I. 17. p. 355. raro addita vocali Thuc. II. 102. IV. 36. V. 13. quae nostrorum doctorum plerisque ita necessaria visa est ut vix ullum antiqui moris vestigium reliquum fecerint. Nec segnius pro ea pugnant veteres τὸ Ἀχελῷος ἔχει τὸ ι τῷ τύπῳ τῶν διὰ τοῦ ωος προπερισπωμένων κτητικῶν πατρῷος, Μινῷος, καί ἐστιν οἷον κτητικόν Eust. ad Dion. 431. idque Zonaras 360. diastasi Ἀχελώιος probari dicit. Qui iota omiserunt fortasse odore tropae allecti sunt, cujus exempla Eustathius 505, 2. proponit commenticia μητραλοίας λέγεται καὶ μητραλώας κατ' ἔκτασιν ἢ καὶ τροπὴν τοῦ ο εἰς ω ὡς ἀγκοίνη ἀγκώνη, nam hoc

fingitur duntaxat ad eum finem ut *ἀγκοίνῃ* explicari possit, quod boeotice dici fabulantur Schol. Dion. 782. matricida autem *μητραλοίας* vel *μητραλῴας* dicitur[32]). Quid vero nos vetat credere fluvium a principio vocatum esse *Ἀχελῷον* sicut alius dictus est *Ῥατῷος* Strab. VII. 327. alius *Ἀῷος* Conon. XXX. cui nonnulli iota subscribunt Polyb. V. 110, 1. etymon ficticium sequuti *Ἀῷ* id est Adonis vel *ἕως* v. Meinek. Anall. 281. ac nescio an eadem causa sit nominis ab EM. 557, 49. interpretati *Λατῷος ποταμὸς ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ τὴν Λητὼ ἐκεῖ ἀποκυῆσαι*. Sed hoc complementum effugit *Ἐλωός ὁ Ἥφαιστος παρὰ Δωριεῦσι* Hes. urbisque Illyricae nomen *Ἄλωος* (omiss. in Thes.) Steph. s. *Φλάνων*[33]), ac nominatim denegatur duobus oxytonis *λαγωός καὶ πατρωός ὁ λεγόμενος πατρωιός* (scr. *πατρυιός*) EM. 26, 33. dubitatur vero de tertio *κολωός* ut Philoxenus scribebat vel *κολῳός*[34]), cujus femininum est *Κολοιή ἡ φωνή* Hes.[35]) Haec manifestum reddunt Eustathium falli quum quasi possessivo *Ἀχελῷος* iota addendum esse censet propter typum possessivorum *πατρῷος* etc. Jam si illud primitivi loco ducimus, pentasyllabi duplex reddi potest ratio; nam aut iota pleonasticum habet ut *θωιή, ζώιον, ὤιον*, aut natura adjectivum est, ut apud poetas latinos *Acheloia pocula*, usurpatione substantivum ut Tiberis fluvius nuncupatur *Tiberinus*, Rhebas *Ῥηβαῖος* cf. Unger. Parad. Theb. 128. *Ἀχελώιος* autem in sermone soluto possessivorum more contractum esse haud

---

32) Suidas *πατραλοίας καὶ πατραλῴας*, illud a verbo aucto *ἀλοιᾷν*, quod respicientes nonnulli iota addiderunt nomini *ἀλῳή σὺν τῷ ι γράφεται, παρὰ γὰρ τὸ ἀλοιῶ ἐστι* Sch. Il. V. 499. EM. 74, 22. Theogn. 108, 20.

33) Thessaliae urbs *Ἀλώιον*, quae ab Aloïdis condita dicitur, fortasse ab *ἀλωή* nomen accepit.

34) Hesychius affert *Ἐῤῥωός κάπρος*, quod alibi *ἔῤῥαος* scribitur et *Πάρωος εἶδος ἵππου*, sed in Aristot. H. Ann. IX. 45. *παρῶαι ἵπποι* ut ap. Phot. libris discordantibus. *Βαγῷος* Persa saepius *Βαγώας* vocatur ut *Τιμαγώας* quidam in nummis.

35) Ut *κολοιός*, sic etiam aliae aves *κελεός* et *κολιός* a vociferando dictae videntur. Cum germanico verbo *dahlen*, quod Buttmannus Lex. I. 159. graeco apponit, convenit latinum *cornicari*.

incredibile est. Sed jam satis patere arbitror quaenam fingi possint omnium harum terminationum causae; prisci vocabulorum auctores unde progressi sint et qua via, non tam restricte praefiniam. Hac opera perfunctis restat unum genus quod a nominibus primae declinationis originem habet: διαθηκῷα (sic) ὑποτύπωσις (omiss. in Thes.) Eust. 1949, 53. ἡμερῷα ἡμεροφυλάκια Phot. quod in singulare ἡμερῴα (φυλακή) ἡμεροφυλακία (ut νυκτοφυλακία) mutandum est, σαλῷος ὁ πεφροντισμένος· σάλα γὰρ ἡ φροντίς Hes. quo loco si quis usitatum σαλός reponendum putet, series non repugnat, χαρτῷος et fortasse alia ejusdem vilitatis, excepto uno gentilicio Γελῷος, quod in Edd. vetustioribus sicut superiora omnia fere semper ita scriptum est Herod. VII. 156. Scymn. 291. Athen. III. 125. A. IV. 162. B. Diog. II. 106. praetermisso iota, cujus rara vestigia expressa sunt in nummis lapidibusque et passim apparent in codd. Thuc. IV. 58. Lucian. Dial. Mort. X. 4. Anth. IX. 96. Sed de hoc jam olim laboratum esse ostendunt Stephani verba: Γέλα τὸ ἐθνικὸν Γελῷος οὐ Γελαῖος· καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως, quae sane mirabilis est conjectura sed ostendit illam a protoclito derivationem auctori insolentiorem visam esse. Verum jam finienda est haec longa disputatio, quam propter paucula iota pleonastici exempla instituere coactus sum sed explicare non potui quin quae falso huc relata essent refellerem simulque varios diphthongorum οι et ῳ discursus et vicissitudines exsequerer.

§. 7. Cum λοίσθιος, πτολιπόρθιος Eustathius 1643, 30. non satis apte connectit αἰδοίιος, quod unde sumserit dicere non habeo, et ὁμοίιος, de quo EM. 624, 24. ὁμοίιος ἐκ τοῦ ὅμοιος πλεονασμῷ τοῦ ι ὡς γελοίιος. Haec homerica sunt; Dionysius v. 1180. addidit ἑτεροίιος, Proculus H. in Ven. III. 15. ὀλοίιος, nisi is ὀλώιος scripsit exemplo Hesiodi, quo ducti Grammatici γελώιος finxerunt. Ita ab una stirpe gradatim proserpsit silva epithetorum ὀλός sive οὖλος, ὀλοός sive οὐλοός, οὔλιος, ὀλοιός, ὀλοίιος, postremo ὀλοφώιος quasi ab ὀλοφός ut ὁμολώιος ex quorundam sententia ab ὅμολος. Hic iota non ut in λοίσθιος extrinsecus assumtum sed ex contagione antecedentis diphthongi pro-

seminatum est idque fit etiam ubi ea syllabam principalem obtinet ut in proprio *Βοΐδιον*[36]) nisi quis ita existimat hic non alterum iota accessisse diphthongo sed prius vocali ut in *οἶς* Callim. Huic proxima est terminatio *οεις*. EM. 621, 8. *παρὰ τὸ ἄκρος κατὰ παραγωγὴν γίνεται ἄκριος ὡς Βοιώτιος, ἐκ δὲ τοῦ ἄκριος γίνεται ἀκριόεις· ἢ παρὰ τὸ ἄκρος ἀκρόεις ὡς βροτόεις πλεονασμῷ τοῦ ι ἀκριόεις καὶ τροπῇ ὀκριόεις*. Ab *ἄκρος* quam facile duci potuerit *ἀκρόεις* ostendunt alia ab adjectivis in *ος* derivata *ἀγκυλόεις, δαιδαλόεις, δουλιχόεις, καμπυλόεις, λαλόεις, μεσόεις, μηλινόεις, ξενόεις, ὀβριμόεις*, unumque homericorum *φαιδιμόεις*· ab *ἄκριος* autem *ἀκριόεις* ut *ἀγριόεις, νηπιόεις, μυριόεις, τιμιόεις* EM. 34, 39. et omnium antiquissimum *τερμιόεις*, siquidem hoc a *τέρμιος* profluxit. Sed viae compendium facimus si *ἀκριόεις* ab *ἄκρις* arcessimus ut *μητιόεις, ὀφιόεις*, quo exterminatur pleonasmus. Plus ponderis habet quod idem profert 756, 17. *ἐκ τοῦ τεῖχος γίνεται τειχόεις καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι τειχιόεις*· nam hoc, si formam solam consideramus, ad *τειχίον* referri potest ut *σιλφιόεις* ad *σίλφιον*, sed significatio magis cum *τεῖχος* congruit. Et *φυκιόεις* Homerus a *φῦκος* potius derivavit quam a *φυκίον*, quo posteriores utuntur cum verbo *φυκιοῦν*. Plerumque quidem antepenultimae longae subtexitur eta vel omega, *μοχθήεις, κητώεις*, sed pro *ἀφρήεις* Antipatro placuit *ἀφριόεις* dicere v. Techn. 180 sq. in Aristot. de Col. V. 796. *φύλλα φοινικιοῦντα* legitur, nec omittenda sunt nomina topica *Ἁλιοῦς* et *Ταφιοῦς* ab *Ἅλος* et *Τάφος* derivata intellectu eodem. Adjectivorum in *αιος* exeuntium, quorum ingens est numerus et promta ab omnibus fere partibus orationis derivatio, duo sunt genera proprio quodam significationis temperamento imbuta, unum eorum quae mensuram et pretium significant ut *πυγονιαῖος, ὀβολιαῖος*, quibus etiam *δεῖξις χρυσιαία* adnumerandum est; alterum a partibus corporis denominatum *ἡπατιαῖος, κροταφιαῖος,*

---

36) Meinekium in Mimnermi versu pro *κοίλη* hiatus evitandi *κωΐλη* reponere Bergkius refert in Poet. Lyr. 318. In Anall. 233. non sic scripsit sed *κοιΐλη*. Primitivum est *κόος* sive *κῶος* i. e. *χάσμα, κοίλωμα* v. Proll. 395.

νωτιαῖος, *στηθιαῖος*, *ὠμιαῖος*. Utrique autem iota ita familiare est ut quasi characteristicum dici possit et, si deficiat, poetica quadam licentia suppressum videatur sicut Nicander *δραχμαῖος* et *νωταῖος* usurpavit; sed Nonnum *ἁμαξαῖος* usurpasse pro *ἁμαξιαῖος* Lexicographi falso tradunt; non enim ponderis est epitheton sed plaustri. Si vero quae illarum significationum neutram prae se ferunt iota accipiunt, tum denique pleonasmi species oboritur, quam Eustathius 1878, 60. improvide cum vocabulis ponderis communicat: *ἀπὸ τοῦ μνᾶ ὁ Ἀριστοτέλης παρήγαγε τὸ μναϊαῖος σὺν πλεονασμῷ τοῦ ι ὁποῖος καὶ ἐν τῷ καμινιαῖος καὶ ταλαντιαῖος*. Etenim horum unum ad rem pertinet fuliginis epitheton, quo rursus utitur 1900, 36. *ἐκ τοῦ ἔργου προυργιαίτερος πλεονάσαντος τοῦ ι ὥςπερ ἐν τῷ καμινιαῖος*. Haec testium satis habent; semel lecta sunt *ἁλουργιαῖος*, quod Bernhardy ad Suid. s. h. v. in suspicione ponit, et *σεληνιαῖος* Procl. ad Hes. Opp. 151. pro *βουλιαῖος* Phurnut. c. IX. nuper *βουλαῖος* e codd. repositum est; *κεραμιαῖος* addubitavi ad Phr. 147. His enim nullum adjectivorum in *ιος* antecedit, quae interdum huc producuntur: *βώμιος καὶ κατὰ παραγωγὴν βωμιαῖος* Steph. sicut eadem dea *Ἐλαφία* appellatur et *Ἐλαφιαία*, eoque fit ut nonnulla tripliciter terminentur, *κλόπιος*, *κλοπαῖος* et *κλοπιαῖος* aliaque ad Phr. 552. indicata, ubi de toto hoc genere disserui. Restat ut consideremus adjectiva dicatalecta in *ωδης* et *ιωδης*. Haec Buttmannus et alii non simplicis fili sed cum nomine *εἶδος* composita esse censent. Neque nescium habemus ea permultis locis sine sensu discriminis inter se permutari posse *ὀφιώδης ὀφιοειδής*, *ὀροβώδης ὀροβοειδής*, *στροβιλώδης στροβιλοειδής*, *σκιώδης σκιοειδής*, *Ἐκ τεφρωδέων ἐκ τεφροειδῶν* Hes. et alia v. ad Buttm. 450. in quibus si libri variant difficilis est recti delectus; sed tamen *λίμνη ἰχθυώδης*, de qua Herodotus loquitur, nullo pacto dici poterit *ἰχθυοειδής* v. Bredov. 197. nec regio *πιτυώδης* Mosch. IV. 49. eadem *πιτυοειδής*, atque haec *τοῦ εἴδους* notio prorsus non conciliari potest cum *πόλεμος κινδυνώδης*, *θέρος καματῶδες*, *ἄνθρωπος ὑπνώδης* planeque repugnat adjectivis *δακνώδης*, *πρεπώδης*, *ὑδαξώδης*,

θλιβώδης, quae a verbis derivata esse constat; de φθινώδης, ῥεμβώδης, ῥεγχώδης dubitari potest. Praeterea qui terminationem ωδης ex οειδης contractam esse sumunt, explicare non poterunt cur accentus mutatus, cur literae οει in his aliter contractae sint quam vulgo solent, ut Σιμοῦς, πλακοῦς, χρυσοῦν etc. quibus Schol. Od. VI. 121. etiam θεουδής adnumerat tanquam ex θεοειδής coartatum. Recte igitur Herodianus ad Il. IX. 336. ὀνώδης et βοώδης paronyma vocat et universe Choeroboscus de Acc. p. 436, 11.[37]) καθόλου τὰ διὰ ωδης ἅπαντα ἢ ἁπλᾶ εἰσιν ἢ παρασύνθετα, οὐδέποτε δὲ σύνθετα. Simplicia, quae apud atticae eloquentiae principes inveniuntur, omnia a substantivis orta sunt ἀνδραποδώδης, ἀνδρώδης, κρημνώδης, λαχνώδης, μυθώδης, ὀχλώδης etc. Quae vero ab adjectivis, haud quaquam pari commendantur auctoritate, primum quae Hippocrates protulit ἀγρυπνώδης, γλισχρώδης, ἐμφρονώδης, μανικώδης, νωθρώδης cum parasynthetis αἱμοχροώδης, λειποψυχώδης, λευκοφλεγματώδης, ὑποστροφώδης, σαρκοπνώδης, φλεβοτονώδης, χονδρονευρώδης[38]), deinde Aristotelea μανώδης, ἀλογώδης, φλεβονευρώδης, et quae scriptores ab his magis minusve remoti usurparunt ἀῤῥενώδης, θηλυκώδης, θερμώδης, μελανώδης, κολοβώδης, ὀχληρώδης, στενώδης, τραγικώδης, τρυφερώδης et alia v. ad Phr. 228. postremo poetae qui cum Augusto et aliquanto post eum vixerunt: μαχιμώδης, σκληρώδης, στειρώδης, στυφελώδης, omniumque novissima γονιμώδης, στενώδης, σοφώδης. Unum hujusmodi mihi occurrit graviore auctore sustentatum ἐναιμώδης παρ' Ἀντιφῶντι Poll. III. 215.[39]) Ad-

37) Hic et in Anecd. Bekk. 1243. pro δυςάων et εὐάων ponendi sunt genitivi δυςαέων, εὐαέων v. EM. 401, 21.

38) Σπασμοτρομώδης, quod in nonnullis libris Praedictt. c. 164. scriptum erat pro separatis σπασμώδης, τρομώδης, Galenus in Comm. T. XVI. 829. ὄνομα μοχθηρόν vocat. Εὐκοπρώδης suspectat Schneiderus in Lex. et facile corrigitur; pro εὐοσμώδης idem ad Theophr. Caus. Pl. VI. 16, 3. e cod. reposuit primitivum sed injuria illud *monstrosum* esse dicit.

39) Fastidiosius ille VIII. 153. rejicit θορυβώδης, ταραχώδης et στασιώδης, quae omnia ab Atticis recepta sunt. Alia reprehendit Photius Bibl. c. LXX. 77. de Eunapio loquens: ἔστι δὲ καλλιεπὴς τὴν

jectivorum purorum duo sunt genera, unum ab adjectivis puris, alterum a substantivis ejusdem formae. Illius exemplum probatissimum est ἀλιτηριώδης a Platone saepius repetitum, cetera seculi primi post Christum et insequentium, κοσμιώδης et μνηστηριώδης Clem. Alex. δηλητηριώδης Pseudoaristot. νηπιώδης Gregor. Nyss. κρυφιώδης Nicet. Chon. σκολιώδης Apollon. Lex. πολιώδης Lucian. Alex. §. 60. sed hoc dubitabile propter dissensionem codicum, στερεώδης Alex. Trall. ἀχρειώδης (omiss. in Thes.) Schol. Od. XVIII. 163. ὀρειώδης Eust. γελοιώδης Epiphan. At multis partibus praevalet alterum genus a substantivis proseminatum, cujus tria exempla praebet Plato θηριώδης, μειρακιώδης, παιδαριώδης, Aristophanes θηλυδριώδης, Euripides μανιώδης, Xenophon παιγνιώδης, Aristoteles ἐριώδης, παιδιώδης, τεκμηριώδης, alii alia. Utriusque autem generis puri et non puri vestigia sequuntur derivata; a γαλήνη vel γαληνός profectum est γαληνώδης, a γαλήνιος γαληνιώδης, sed utrumque auctoribus vilibus; a δαίμων δαιμονώδης, a δαιμόνιος δαιμονιώδης, a κοῖλος κοιλώδης, a κοιλία κοιλιώδης, ἡμίκυκλος ἡμικυκλώδης, ἡμικυκλιον ἡμικυκλιώδης, eademque libertate Theophrastus modo a λέπυρον sive λεπυρόν duxit λεπυρώδης, modo a λεπύριον λεπυριώδης, qui duplex flexus apparet etiam in verbo λεπυροῦν et λεπυριοῦν v. Bast. ad Greg. 313. ut φυκοῦν et φυκιοῦν. Similiter Hippocrates variat κοπώδης et κοπιώδης, illud a κόπος ducens, hoc a κοπία unde κοπιαρός pendet ut ἀνιαρός· atque adeo in eodem Praenotionum libro primum κοπριώδης scripsit, proxime post bis κοπρώδης, cujus inconstantiae culpam Dindorfius in Thes. ad librarios delegat ac ne Hesychio quidem ὀλεθριώδης suum relinquit, parique fastidio Fixius in Thes. T. I. 765. C. damnat αιριώδης et αἰθεριώδης, quia non plus semel inventa sunt. Nec quisquam infitiabitur hanc tenuissimam lineolam inter scribendum nunc omissam nunc adjacentibus literis simili-

---

φρύσιν εἰ περιέλοι τὶς τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἐλαφωδέστερον καὶ συωδέστερον καὶ δέκα (scr. καὶ δὴ καὶ) τοὺς ἱερακώδεις καὶ κορακώδεις καὶ πιθηκώδεις καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, sed aliam ob causam; non enim contra rationem ficta sed inverecundius translata sunt.

bus allitam esse. Sed justior tamen mendi suspicio si iota reperitur in adjectivis, quorum primitiva eo carent; cujusmodi tria leguntur in Hippocratis libris ἠλεκτριώδης Epid. IV. 535. T. III. (759 Lind.) ab Erotiano iteratum, ἰκτηριώδης ib. 651. et compluribus locis pro ἰκτερώδης, quod alibi legitur v. ad Phr. 80. adn. tertiumque ὑδρωπιώδης Epid. VII. 698. cujus facilis est commutatio in ὑδρωποειδής. Sed τραχηλιώδης, quo EM. 751, 35. nomen τελχινώδης explicat, non idem significat atque τραχηλώδης sive τραχηλοειδής sed est pro σκληραύχην cervicosus (ut sic dicam) idemque τραχηλίας dici poterat ut στομίας, μετωπίας aliaque nomina amplificativa. Notum vero est verbum τραχηλιᾷν, neque mirabor si quis ab alterutro horum adjectivum illud repetat atque hac via etiam ἰκτεριώδης et ὑδρωπιώδης a suspicione vindicet. Haec sunt quae de pleonasmo dicere habui. In contrariam partem aberrant adjectiva quae iota primitivis insitum exuunt et deponunt: στερεμνώδης Porphyr. ab adjectivo puro ductum, cetera a substantivis: σιτανώδης in Galeni Gloss. νοτώδης apud Hippocratem ipsum de Morb. sacr. T. I. 608. (Lind. 639.) quod a νοτία tractum est non a primitivo νότος, et huic par ejusdem scriptoris τενθρηνώδης non a τενθρήνη sed a neutro τενθρήνιον detortum, unde rectius τενθρηνιώδης formatur ut ab ἀνθρήνιον ἀνθρηνιώδης, eademque litera facile reddi potest ceteris. Verum in ellipsi conspirant adjectiva quibus quae anteposita sunt nomina in ις exeunt genitivo puro: κισσηρώδης quod saepius legitur una cum syntheto κισσηροειδής et verbo κισσηροῦσθαι, triaque semel inventa sed libris concordantibus μαντώδης Nonn. παρδαλώδης Athen. et ἀσώδης ὁ πηλώδης παρὰ τὴν ἄσιν Schol. Aesch. Suppl. 31. nisi prototypon finit ἄση idem significans. His quae detracta est vocalis residet in ἰριώδης et ὀφιώδης sive ab attico genitivo ὀφεώδης, similiterque τροφιώδης a defectivo τρόφις τρόφι ortum videtur, quo praetermisso Galenus in Gloss. ad thema remotius regreditur τροφιώδης παρὰ τὸ τρέφεσθαι· ab hoc autem τροφός descendit et deinceps τροφώδης ut στροφώδης, τρομώδης, φθορώδης, φονώδης etc. Verum quoniam semel

sermo ad hoc celeberrimum genus adjectivorum deflexit, breviter designabo quae mihi in eo reperisse videar μονήρη. A substantivis igitur verbalibus quae in σις (ξις, ψις) exeunt, unum est στασιώδης, ab his quae in ως ωτος ἱδρώδης, ab adjectivis in υς τραχώδης Macar. Hom. IV. 26, 93. nam βραχώδης a substantivo repetendum ut ἀνθώδης, νεφώδης etc. eodemque accommodari potest εὐρώδης quamvis idem significet quod εὐρύς [40]). Sed haec cursim; nunc ad pleonasmum revertor.

§. 8. Substantivorum in ιευς exeuntium pleraque iota a prototypis acceptum habent, φρατρία φρατριεύς, πεδίον πεδιεύς, στάδιον σταδιεύς, atque etiam Jovis epitheton Τερμιεύς παρὰ τὸ πάντων ἀρχὴ καὶ τέρμα εἶναι EM. 753, 8. promtum est a τέρμιος arcessere; a similibus adjectivis ἁλιεύς, νηφαλιεύς, Δωριεύς. Hanc regulam ab antiquis constitutam esse e Stephani loco s. Σχοινοῦς videtur colligi posse quamvis perturbato: Τρύφων φησὶ τὰ εἰς ευς παρώνυμα οὐδέποτε τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου μιᾷ πλεονάζει ὡς ὁ παρὰ Καλλιμάχῳ Ἑλλοπιεὺς παρὰ τὴν Ἑλλοπίαν γέγονεν, οὐ παρὰ τὸν Ἕλλοπα. Ὁ δὲ παραῤῥέων τὴν Σχοῖνον ποταμὸς Σχοινεὺς καλεῖται, ὁ πολίτης μέντοι Σχοινιεύς, quo nescio an hoc significetur incolarum nomen aut a possessivo Σχοίνιος derivatum esse ut Ἀκανθιεύς, Ζακυνθιεύς, quae idem a vocabulis regionum repetit, aut iota diastolae causa accepisse. Nulla vero ejusmodi ratione explicari possunt quae ad Phr. 255. indicavi ἀροτριεύς et λογιεύς, sed utrumque semel modo legitur, et pro σπογγιεύς Schol. Il. XVI. 407. in Aristotelis loco, quem designat, scriptum est σπογγεύς. Pro Ἴλαρις — τὸ ἐθνικὸν Ἰλαρεύς Steph. Meinekius scribi mavult Ἰλαριεύς ut πολιεύς, Μακριεύς. Iota, quod in nonnullis deminutivorum in ιδιον exeuntium cum vocali nominis longa in unam syllabam coit, in scriptura non praetermittendum esse non semel praecipitur:

---

40) A nominibus propriis quae derivata sunt, facticia sunt omnia: Ἀλεξανδρώδης a Menandro fictum Com. Fr. T. IV. 417. cf. Coraes ad Plut. T. IV. 417. Τιμαρχώδης ab alio Comicorum T. IV. 599. Σεστιωδέστερον a Cicerone, διπολιώδης Aristoph. Αἰγυπτιώδης Meinekius Cratino T. III. 375. metri causa restituit pro Αἰγυπτώδης.

ζῴδιον σὺν τῷ ι ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν ζωΐδιον EM. 413, 14. [41]) γρᾴδιον σὺν τῷ ι ἐπειδὴ καὶ τὸ γραΐδιον 239, 41. Sed hic Choeroboscus (sive quis alius est) temere obloquitur οὐκ ἔστι καταναγκαστικὸς ὁ λόγος· καὶ γὰρ τὸ αἰζηός οὐκ ἔχει τὸ ι καὶ ὅμως τὸ αἰζήιος ἐπλεόνασε τὸ ι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ γράδιον μὴ ἔχον τὸ ι ἐν τῷ γραΐδιον ἐπλεόνασε. Quippe quia non animadverterunt iota terminationis hypocoristicae ιδιον in οἰκίδιον, ἰχθύδιον et similibus cum vocali vocis primitivae contractum esse, falsa illos cepit opinio nominibus, quorum casus secundus ultimam habeat a vocali orsam, deminutionis causa non ιδιον addi sed διον. In eandem sententiam disputat Didymus in EM. 230, 40. βοΐδιον sive βοίδιον iota adventicium habere et hoc modo etiam ex γέα γέας primum formatum esse γεΐδιον sive γείδιον, tum solita ectasi γήδιον. Aliter vero Apollonius Adv. 586, 12. τὸ γήδιον ἐφύλαξε τὸ η τοῦ γῆ, τοῦ τέλους τῶν τοιούτων γενικῶν εἰς τὸ ιδιον μεταλαμβανομένων, κυνίδιον, ἀρτίδιον· λέγω τῶν ἀπὸ συμφώνου ἐκφερομένων. Igitur ut a genitivo ψυχῆς ψυχίδιον, sic a γῆς arbitratur derivandum fuisse γίδιον, sed custodiri eta γήδιον, ne obliteretur ἡ πρωτότυπος λέξις. Verum haec comparatio claudicat; nam ex bisyllabis illis prorsus non potest cognosci quomodo formandum sit deminutivum monosyllabi quod ab Herodiano inter singularia refertur. Hoc igitur, quia terminatio διον nulla est, γηΐδιον sive γῄδιον scribimus, non ut vulgo fit γήδιον, et si a ῥᾶ pontico vel a μνᾶ fictum esset deminutivum, id quoque ῥᾴδιον scriberemus et μνᾴδιον. Neque alio magis tendit accentus; nam si γήδιον nativum esset, erigeret mediam velut παιδίον, κλειδίον, sed proparoxytonon est more contractorum γρᾴδιον, σκῴδιον, μύδιον, βοίδιον. Haec de terminationibus fixis et ordinariis dixisse sufficiat. Ante alias iota nonnunquam insinuatum esse exemplo est οὐρίαχος v. Proll. 333. nec dubia cognatio inter κάρφος et σκάριφος, τάρχος et τάριχος (ταρχύω, ταριχεύω) quorum penultima longa est v. Parall. 294. et 340. Ἀλίφατα ἄλφιτα Hes. et alia quae-

41) Hinc in Thes. ζωΐδιος irrepsit pro substantivo ζωΐδιον.

dam ejusdem glossemata attuli in Techn. 305. Plura apportant Grammatici sed pleraque parum provisa. *Ταῦρος Ταυριανός πλεονασμῷ τοῦ ι ὡς Ζυγιανός* Steph. qui alibi haec a paragogis *Ταύριοι, Ζύγιοι* repetit v. ad Buttm. 429. *Ἀπὸ τοῦ φᾶρος παρῆκται φωραμός καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι φωριαμός* Herodianus ad Il. XXIV. 228. Haud minus periculosa nominis proprii conjectatio *Βάτεια καὶ κατὰ πλεονασμὸν Βατίεια ὁμοίως ἴσως τῷ ὑγεία* Eust. 351, 38. qui diversitatem accentus non attendit. *Κοχλιάριον· παρὰ τὸ [κόχλος] κοχλάριον καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι κοχλιάριον* Zonar. 1242. Est vero a proximo *κοχλίας*. *Παρὰ τὸ ἄρω ἀρθμός καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι ἀριθμός· οὕτως Ἡρωδιανός* Epim. II. 342, 27. Sed hic pleonasmus proprie dici non potest quia bisyllabum non idem significat quod trisyllabum. Et de verbo *ἐσθίω*, quod Herodianus epectasi auctum putavit (Techn. 19.) consideratius judicat EM. 383, 4. *παρὰ τὸ ἔδω γίνεται ἔσθω, ἀφ' οὗ παράγωγον ἐσθίω. Θανατιᾶν* idem declarat quod *θανατᾶν* sed significantius, quia haec terminatio permultis communis est, illa vero propria desiderativorum, eodemque modo distinguuntur *φυσᾶν* et *φυσιᾶν* aliaque ad Phr. 80. allata. Sed nihil differt inter *ἐλλοπεύειν* Hes. Zonar. et *ἐλλοπιεύειν* Theocr. Phavor. interque *ἐνεχυράζειν* et *ἐνεχυριάζειν, χαροῦσθαι* et *χαριοῦσθαι* sive *κηριοῦσθαι, ἐκκηριοῦσθαι*, obtorpescere, *σαπροῦν* et *σαπριοῦν* in LXX. nisi hoc a *σαπρία* derivatum est ut a *ῥάκιον ῥακίωσις*, sed praefertur *ῥάκωσις* v. Hemsterh. ad Plut. p. 395. Pro *στράγξ* Photius *στραγγίς* praebet ut *ὕστριξ* dicitur et *ὑστριχίς, ὕσπληγξ* et dorice *ὑσπλαγίς*, quae sunt metaschematismi exempla potius quam syncopae.

§. 9. Ad composita transgredientes incidimus in adjectivum *ἀργιόδους*, de quo tres feruntur sententiae; una levissima Tryphonis in EM. 137, 7. *παρὰ τὸ ἀρί καὶ τὸ ὀδούς γίνεται ἀριόδους καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ ἀργιόδους ὡς ἄνοια ἄγνοια, ῥαῖα γραῖα. Εἰ γὰρ παρὰ τὸ ἀργός, ἀργόδους ἂν ἦν·* cui par et consentaneum commentum proponit Schol. Od. X. 543. *ἀργύφεον ἀντὶ τοῦ ἀρύφεον τὸ λαμπρὸν τῇ ὑφῇ, πλεονασμῷ τοῦ γ.* Ad assentiendum promtiores sunt rationes duae, quarum optionem nobis re-

linquit Eustathius 1286, 9. ἐν τῷ ἀργιόδους ἢ πλεονάζει τὸ ῑ ὡς ἐν τῷ ἱππιοχάρμης ἢ τροπῇ τοῦ ō εἰς ῑ γέγονεν ἐκ τοῦ ἀργός. Ex his manifestum fit adjectivum ἄργιος, quod Hesychius interpretatur λευκός, ταχύς, illis non minus incognitum fuisse quam est nobis. Hoc igitur omisso quaestio omnis consistit in pleonasmo et trope. Pro illo affertur ἱππιοχάρμης hoc est ὁ χαίρων ἵπποις ἢ ἀφ' ἵππων μαχόμενος Sch. Od. XI. 258. cui simillimum est ἱππιοχαίτης. Ac sunt quidem qui utrumque aliter affectum dicant: τὸ ἱππιοχαίτης καὶ ἱππιοχάρμης ἔοικεν ἔχειν τὸ ῑ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ε̄· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἱππεία χαίτη γέγονε Eust. 656, 19. Sed his duae adversantur rationes; una, quod Graeci in hoc genere componendi non adjectivis uti solent sed substantivis ἀνθρωπόμορφος, κυκνόμορφος, λυκόμορφος, ἐλαφόκρανος, κυνοκέφαλος, θηρόθυμος, λεοντόθυμος, ἀνδρόθυμος non ἀνδρειόθυμος, quod semel legitur apud Suidan. Altera ratio est quod Homerus ceterique epici possessivis animantium non epsilon subtrahere solent sed iota βόεος, αἴγεος, κύνεος, βρότεος, ταύρεος, quibus consentaneum foret ἵππεος non ἵππιος, quo Pindarus utitur pro ἵππειος et posteriores praecipue in epithetis deorum Ποσειδῶν ἵππιος etc. Itaque colligimus ἱππιοχάρμης, pro quo idem ἱπποχάρμης dixit, et ἱππιοχαίτης cum substantivo composita esse ut ἵππαιχμος, ἱππόλοφος, ἱππόκομος, eodemque pleonasmo crevisse ἱππιάναξ, quo nomine Aeschylus hipparchum significavit. Quin etiam αἰθίοψ, quo Meleager usus est, huc referri poterit, quippe gentilicio assimilatum. Sed Μηκιονίκη per errorem scriptum videtur pro Μητιονίκη. Hac ratione illi adduci potuerunt ut poetas adjectivo ad metrum inhabili ἀργόδους iota interposuisse crederent. Sed plus veritatis habet sententiarum, quas Eustathius proponit, altera de trope. Nam quum plene dicendum esset ἀργοόδους ut Λυκόοργος, λευκοόπωρος v. Meinek. Com. T. III. 121. Del. 121. ὀλιγόωρος (omiss. in Th.) Schol. Dion. v. 30. et all. ad Phr. 677. allata, hiatui subvenit trope τοῦ ō εἰς ῑ hoc facilius quod idem fit ante consonas et constanter quidem in hoc epitheto ἀργιβόειος, ἀργικέραυνος, ἀργίπους, minore constantia in aliis quae ad Phr. 665. indicavi, ut

χαλκίνοος etc. quibus adnumerari possunt andronymica Ξανθικλῆς Xenoph. Διονυσικλῆς bis scriptum in Anon. Stad. M. M. §. 115. etc. v. Proll. 205. et 518. postremo ἀγγελίαρχος Agath. nisi hoc ab ἀγγελίας ductum est, quod Criticorum nonnulli Homero tribuerunt. Cum ἀργιόδους EM. 620, 56. ἀκρίβας componit tanquam ex ἀκρόβας sive ἀκροβάτης[42]) conversum, Eustathius vero 773, 21. δρομιχαίτης (ἵππος) τὸ κοινότερον ἀντὶ τοῦ δρομοχαίτης et ex hac vulgari scriptura etiam κοπίδερμος i. q. δερμόκοπος sive λιπόδερμος repetendum est et μεσίαυλος etc. Κοριθαλής ἡ δάφνη Suid. i. q. κουροθάλεια Bernhardy codices sequutus exclusit[43]). Cum nomine primae declinationis conjunctum est: εἰλικρινής παρὰ τὸ εἵλη καὶ τὸ κρίνειν τροπῇ τοῦ ο εἰς ι Epim. II. 366. et Zonar. 633. quod Schneiderus ad Plat. Civ. T. II. 124. satis probabile ducit nec tamen negat idem a verbo duci posse. Id mihi alienius videtur; spiritus fluctuat. Sed θαλασσιγενής apud Nonnum mendose scriptum arbitror. Saepius vero eta in iota corruptum est assuetudine iotacismi: χολιδόχος Theophil. de Urin. p. 15. Schol. Eur. Or. 115. μαδιγένειος Aristot. H. Ann. III. 1. p. 518. b. 20. pro μαδηγένειος, quod in codd. aliquot legitur, νομίουρος ὁ τὴν νομὴν φυλάσσων Arcad. 73, 1. ubi νομηουρός scribendum videtur ut ὑλημωρός. Transeo nunc ad nomina tertiae declinationis, quae per ι componuntur. De hoc enim jam diu quaeritur idemne sit quo dativi finiuntur an ex ο illo ortum quo Graeci in omni genere compositionis uti solent. Haec dubitatio potissimum pertinet ad nomina quae dativum bisyllabum habent ἁλί, γαστρί, δορί, quorum permagnus est numerus, et ad duo quae trisyllabum, ἀέρι, ἔαρι. Cum hoc igitur casu plerique composita putant adjectiva ἁλίβρομος, δορίληπτος,

42) Hoc non solum capricorno sive rupicaprae convenit sed etiam machinae altis cruribus insistenti, qua tabulata scenica superstruuntur. Ejusmodi pegma nos quoque arietem vocamus. Simile est κιλλίβας.

43) Σουσιγενής Aeschylus a plurali Σοῦσα derivasse videtur non a Σοῦσις Σούσιδος ut Blomfieldius censet ad Pers. 12. Pro Ἀσιατιγενής autem, quod hic commendat, unum Ἀσιατογενής probandum idemque a Porsono in Critiae Fragm. II. v. 5. positum est.

νυκτίπλανος, πυρίφατος etc. sed sunt etiam contrariae sententiae et ii pergraves auctores; Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι αἱ εἰς ος ὀξύτονοι γενικαὶ συμφώνου ἐπιφερομένου ἢ διὰ τοῦ ο λέγονται, θριπόβρωτος, ἀλοθήκη, ἢ διὰ τοῦ ι πυρίχαλκος (πυριθαλπής?), νυκτικόραξ Eust. 183, 10. ἀλίπεδον παρὰ τὴν ἁλὸς γενικὴν καὶ τὸ πέδον, EM. 64, 42. in supplemento Sorbon. Hac ratione omnia illa δοτικοφανῆ profligari possunt hoc graviore ictu quod praeter defectivum ἀλκί nullum non ad ο relabitur v. ad Aj. p. 161.[44]) alia autem iota nunquam recipiunt ναῦς, θίς, χήν, παῖς etc. Neque quemquam moveat quod nonnullis praepositio superponitur dativi propria ἐμπυριβήτης pro πυριβήτης, εἰναλίφοιτος, ἐγχειρίθετος, ἐγγαστρίμυθος, nam eadem accedit etiam aliter figuratis ἐμπυροστάτης, ἐγχειρογάστωρ etc. v. Diss. de Metath. C. I. §. 5. et rursus decedit verbo γαστροφορεῖν. Alia tropae exempla sumuntur a nominibus in ος exeuntibus ἑλίχρυσος ἀντὶ τοῦ ἑλόχρυσος ὡς ἑλοτενής καὶ εἰλιτενής EM. 330, 38. quorum omnium scriptura ambigua et origo, ut alibi dicetur, controversa est. Sed eodem modo a κῦδος proficiscitur κυδιάνειρα et proprium Κυδίμαχος ut a κράτος Κρατισθένης, Καρτιδάμας, Καρτίνικος et plurima quae a κάλλος oriuntur. Haec uniusmodi sunt ut Theognostus ait Can. 96, 5. τὰ παρὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ ὕψος διὰ τοῦ ι γράφονται. Sed ὑψιμέδων, ὑψίλοφος etc. alii ab adverbio ὕψι arcessunt EM. 630, 30. alterum vero antiquiores uno modo componunt; καλλείνικος enim Anth. Append. 151. metri ratio expressit poetae novitio; καλλοποιὸς vix ante Plotinum reperitur; pro καλλόφυλλος Theophr. H. Pl. V. 3, 2. καλλίφυλλος potius scribendum erat quam quod Wimmerus probavit καλόφυλλος, cui similia καλόεργος etc. protulit deterior aetas exemplum sumens a propriis, quorum unum Καλονίκη ap. Aristoph. legitur, alia alibi v. Keil. Inscr. Boeot. p. 17. Hinc non longe abest Buttmanni suspicio Gramm. I. 269. καλλιπλό-

44) Pro θηρίβορος scribendum videtur θηρόβορος ut θηρίβρωτος et cetera cum hoc nomine composita. Nomina propria Θηρίμαχος et Ἡερίβοια natura sua excusantur; dubium vero est αἰθεριβόσκος v. Meinek. Anall. 391.

καμος omniaque ejusmodi cum adjectivo *καλός* composita esse, quod quia apud antiquissimos poetas macroparalecton est, hinc colligit olim *καλλός* pronuntiatum fuisse. Id certe ignoravit Apollonius. Hic enim Adv. 465, 14. ubi scribit plurale *καλά* interdum pro adverbio *καλῶς* poni, in transitu addit, Dores hoc intellectu *καλλά* pronuntiare, quod non addidisset, opinor, si veteres Graecos lambda per omnes casus geminasse scisset. Praeterea trope vocalis, qua poeticum *ἀργίπους* excusatur, parum convenit adjectivis vulgo celebratis ut sunt pleraque cum *κάλλος* composita. Exceptis autem duobus hisce *κάλλος* et *ὕψος* auctores illi quos nominavi in Parall. 455. iota non admittunt nisi sequentibus duabus consonis *ἐγχίκτυπος*, *ὀριδρόμος*, quorum alterum non legitur sed contrarium *ἐγχείβρομος*, pariterque fluctuat scriptura nominum quae cum *ὄρος* composita sunt velut *ὀρειτρεφής* in Oraculo Lucian. Alex. §. 84. pro quo in codd. *ὀριτρεφής* scribitur, *ὀρειδρόμος* Iph. A. 1598. quod Hermannus ob aliam causam mutavit. Sed haec abrumpenda sunt ne nimis sero ad postrema veniatur. Viri nomen proprium Augusti aetati subnatum est *Ἐλπιδιφόρος*, idque unicum admittit Herodianus Epim. 187. *τὰ εἰς ηφορος πάντα διὰ τοῦ η θανατηφόρος — πλὴν τοῦ ἐλπιδιφόρος* (*Ἐλπιδιφ.*) sed perperam explicatur a Theognosto Can. 95, 8. *τὰ παρὰ δοτικὴν ἑνικὴν συντεθειμένα φυλάττει τὸ ι μαστιγιφόρος, λαμπαδιφόρος, γραμματιφόρος, ἐλπιδιφόρος.* Haec enim non cum tertio casu copulata sed iotacismi labe vitiata sunt. Jam expromtis omnibus, quae mihi de trope dicenda videbantur, tempus est coeptum de pleonasmo sermonem pertexere [45]).

§. 10. De synthetis unum addendum videtur et id ob auctorem solum: *ἀΐδηλος* Methodius ex alpha privativo et adjectivo *ἴδηλος* conflatum esse statuit, Choeroboscus vero ex *ἀϊδνόδηλος* contractum — *ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς εἰς τὸ περὶ παθῶν λέγει αὐτὸ οὕτως, ζῆλος ἄζηλος πλεονασμῷ τοῦ ι*

45) Ad neutrum pertinet *νησίαρχος*. Quemadmodum enim hodie *τὸ νῆσι* dicitur pro primitivo *νῆσος*, sic illud a *νησίον* ductum est ut ab aliis nominibus in *ιον* desinentibus *δαιμονιάρχης*, *θηριοκόμος*, *χοριοειδής*.

καὶ τροπῇ ἀΐδηλος EM. 41, 39. Vincit Methodius. Adverbiorum in duplicem consonam exeuntium unum *μάψ*, si cum vocabulis a consona incipientibus componitur, pro vocali connexiva ad se recipit iota *μαψιλόγος* ut *redivivus*, *postidea*[46]). De pleonasmo qui in flexu vocabulorum suboritur, hoc unum admonet EM. per occasionem dualis *σφῷν* Od. IV. 62. quem Aristarchus improbavit *ἐπειδὴ οὐδέποτε τῇ γενικῇ καὶ δοτικῇ τῶν δυϊκῶν κέχρηται ὁ ποιητὴς εἰ μὴ κατὰ διάλυσιν, τοῖιν, ὤμοιιν* 610, 10. et Eustathius 205. *τὸ γελοίιον πλεονασμὸν ἔχει τοῦ δευτέρου ῑ ὡς. καὶ τὸ ὁμοίιον καὶ ποδοῖιν καὶ ἵπποιιν καὶ ὤμοιιν. Τινὲς δὲ διάλυσιν τὸ σχῆμά φασιν ὅτι οὐκ εἴωθεν Ὅμηρος καὶ γενικῇ καὶ δοτικῇ τῶν δυϊκῶν ἄλλως χρῆσθαι ποδοῖιν, ἀλλήλοιιν.* Dialysis quae dicitur pronominis ad alium pathologiae locum pertinet. Pleonasmus autem et dualium ut *κολεοῖιν* Theocr. XXII. 191. et adjectivorum *ὁμοίιος* etc. quaeritur utram syllabam attingat. Buttmannus Gramm. §. 27. iota primae syllabae additum putat ut in *ποίη*, *ἀγνοιήσας*, quod convenit ad duales, si hos a principio in penultima ō simplex habuisse sumitur, *ἵππο — ιν*, *ἵπποι — ιν*· item ad *Βοιίδιον*, si ad *βοΐδιον* ut *ὄϊς ὀΐδιον* refertur; sin ad contractum *βοίδιον* ut *οἴδιον*, parectasi subjiciendum est; neque aliter explicari possunt adjectiva; nam *ὅμοος*, *γέλοος* ad speciem usitati *ὀλοός* fingere cunctamur. Eandem fuisse veterum sententiam docet Eustathius 1643, 32. *ὁμοίιος* et *αἰδοίιος* non aptissime conferens cum *ὄρθιος*, *λοίσθιος* et doricis ut vocat *ἄσσιον*, *μάλλιον*, quod eodem accommodat Schol. A. ad Il. VIII. 353. *ὑστάτιον ἀντὶ τοῦ ὕστατον ὡς μάλλιον*, sed rectius scribitur in Choerob. Orthogr. 240. *τὰ ἔχοντα δύο σύμφωνα ὅμοια διχρόνῳ ἑπόμενα βραχὺ ἔχουσι τὸ δίχρονον· ὅθεν Ἴωνες* (sic) *τὸ μᾶλλον μάλιον λέγουσι.* Itaque ut in *πρώονες* ō longo accessit breve, sic poetae diphthongo *οι* applicuisse videntur iota simplex. Quae ratio parechesis convenit etiam dualibus secundae et

46) Cum hoc Handius in Tursell. T. IV. 508. confert *antidea*, sed hoc iota pro epsilo accepit ut *antistes*, illud vero ex pleonasmo; delta quod dicitur euphonicum utrique commune est.

tertiae declinationis; protoclitorum nullum exemplum extat nisi forte pro *δοιοῖσιν Ἱππασίδῃσι* Il. XI. 431. aliquando scriptum fuit *Ἱππασίδαιιν*, quod indicare videtur Schol. A. ad h. l. *γράφεται Ἱππασίδῃιν*.

CAP. V.

De pleonasmo vocalis $\bar{o}$.

§. 1. Apollonius de Adv. 570. *ἐπεὶ τὸ δήν ὀξύτονον ἦν διὰ μονοσυλλαβίαν, καὶ τὸ δωρικὸν δάν ὀξύτονόν ἐστι, καὶ ἐπειδὴ οἱ πλεονασμοὶ τὸν αὐτὸν τόνον τηροῦσι, σαφὲς ὅτι καὶ τὸ δάν (δοάν) πλεονάσαν τῷ* $\bar{o}$ *οὐκ ἀντέκειτο.* Hoc *δοάν* quia ex uno affertur Alcmane dubium est an ad idiomata gentilicia referri oporteat ut *τριγόλα*, quod Sophro usurpavit pro *τρίγλη*, et quae Hesychius tradidit *Δάγκολον δρέπανον* id est *ζάγκλη* Proll. 141. *Τορόνος* (hoc accentu) *τορνος Ταραντῖνοι*. *Δοός* quidem non legitur, neque litera $\bar{o}$ apparet in affinibus *δήν*, *δηθά*, *δηρόν*, *δηναιός*. Pro *Κόρωνα* apud Suidan Critici reponunt nomen urbis *Κρῶμνα*. In derivatione interdum hanc literam assumi constat inter etymologos: *ἡ κόνις ἐκ τοῦ κνῶ γίνεται κνίς καὶ πλεονασμῷ τοῦ* $\bar{o}$ *κόνις κατὰ Ἡρωδιανόν* Eust. p. 1575, 52. p. 1746, 12. EM. 528, 42. quod aliorum conjecturis anteponendum videtur; *δόρυ εἴρηται ἀπὸ τοῦ δρῦς ἐπὶ παντὸς λεγόμενον ξύλου ὑπὸ τῶν παλαιῶν, ὡς μάρτυς δρυμούς καὶ δρύφακτος* 283, 25. quibus appositae sunt Hesychii glossae *Δρίον ὕλη δρυμός*, *Δρίς δύναμις* (ut robur) *Δριάουσα θάλλουσα*. Alii vero *δόρυ* a verbo *δέρειν* repetunt ut *ξύλον* et *ξυστόν* a synonymo *ξύω*. Theognostus Can. 20, 25. profert verbum ignotum *Θρύειν θορυβεῖν* cognatum illud cum *θρέω* (*θρέομαι*) *θροῦς θρῦλος θόρυβος* et reduplicatis *τονθρυς τονθρύζω τονθορύζω* v. ad Phryn. 358. Quod ap. Hesychium legitur *Γρόσυνον τάραξον* Albertius haud inepte suspicatur pro *γόρσυνον* scriptum esse, unde expiscamur verbum *ὀρσύνω*, cui congeneratum *ὀρίνω* Glossographi gregatim interpretantur *ταράσσω*, utrumque a themate *ὄρω*. Hinc pendent *ὄρνυμι*, *ὀρθός* sive *ὀρσός*, *ὀρσότης* i. q. *ὁρμή* et

indidem ὀρροθύνω pro ὀρθύνω, nisi fallor; nec indigemus veterum consiliis dissonis et perplexis: ὀροθύνω παρὰ τὸ ῥοθῶ ῥοθύνω πλεονασμῷ τοῦ ο, ἢ παρὰ τὸ ὄρω καὶ θύνω· Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν Orion. 117, 18. Urbis Thessalicae, quam Homerus Ὀλοοσσών, Lycophro pluraliter Ὀλοσσόνες vocat, Eustathii aequales Ἐλασσών transnominarunt; quodnam nomen germanum fuerit non constat, quia origo evanuit nullosque auctores habemus praeter poetas. Forsitan aliquis probabilius ducat vocalium alteram alteri appositam esse sic ut ο simplex diphthongo praepositum est in ὀλοοίτροχος sive ὀλοοίτροχος, cujus nativa species fuit ὀλότροχος a verbo εἰλῶ sive εἰλῶ, auctior vero ὀλοίτροχος. Eademque vocalis ο longo supponitur cum in nominibus πρῶνες καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο πρώονες Choerob. Can. 294, 18. EM. 692, 50. quod aliter explicatur in Schol. Il. VIII. 557. (Herod.) πρῶνες καὶ κατὰ διαίρεσιν πρώονες. sicut δμωὸς κατὰ διάλυσιν Tzetz. Hes. Opp. 428. tum in verbis ἀλωόμενος etc. v. Techn. 213.[1]) vicissimque praeponitur et in nominibus: φῶς κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο λέγεται φόως EM. 804, 43. βοώτης, Σοωναύτης, et in verbis, de quo genere exposui in Dissert. de diectasi. De nonnullis olim disceptatum est: τὸ λαγωὸς εἰ μέν ἐστιν ἰωνικὸν, πλεονάζει τὸ ω, εἰ δὲ ἀττικὸν, τὸ ο Athen. X. 400. B. quod planius eloquitur Eustathius 1821. εἰ μὲν ἐκ τοῦ λαγωὸς γέγονε, πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ο, εἰ δ' ἐκ τοῦ λαγός, ἐπεντεθῆναι δοκεῖ τὸ ω. Unum et alterum e numero atticorum nominum adjiciunt EM. 220, 9. οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἐστὶ γάλως εἶτα διαλύσει τοῦ ω γάλοως ὡς τὸ ἐξ Ἄθόω. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν λέγει ὅτι ἐστὶν ἡ εὐθεῖα ἡ γάλως, ἡ δοτικὴ τῇ γάλῳ καὶ πλεονάσαντος τοῦ ο γαλόῳ· διὰ τοῦτο καταβιβάζει τὸν τόνον, ἐπειδὴ οὐδέποτε ἐπὶ τέλους κειμένου τοῦ ω τρίτη ἀπὸ τέλους τίθεται ἡ ὀξεῖα χωρὶς τῶν ἀττικῶν (πόλεως, ἵλεω) quae in Epim. I. 100. vitiose repetita sunt. Idem Herodianus in EM. 347, 13. genitivum Ἀθόω si a recto ὁ Ἄθως declinatus sit, pleo-

1) Perperam huc trahitur χωόμενος in Epim. I. 439. qui locus suppletur ab EM. 816, 40.

nasmum habere dicit — εἰ δὲ εἴρηται Ἀθόος Ἀθόου Ἀθόω, οὐκέτι πλεονάζει quae sic scribi oportet εἰ δὲ εἴρηται Ἀθόως Ἀθόω, οὐκέτι —. Quaestio enim in hoc versatur utrum vera et germana nominativi forma sit Ἄθοως an Ἄθως, huic autem ο micron supervenerit vel diaeresi ut vocat Schol. Il. III. 122. cui nos diectasis nomen tribuimus, vel epectasi poetica ut Sch. Il. XIV. 229. hoc est pleonasmo promiscuo et arbitrario. Ab utroque Epim. I. 146. discernit quadrupedis nomen: τὸ γαλόῳ καὶ Ἄθοω κατ' ἐπένθεσιν· ἐν δὲ τῷ λαγωὸς οὐκ ἐπένθεσις τοῦ ο, ἀλλὰ δισσὴ ἡ χρῆσις λαγὼς καὶ λαγωός. Discernendi autem duas rationes habuisse videtur, unam quod illa apud solos poetas inveniuntur, tertii autem nominis forma utraque in communi usu versatur; alteram in accentu positam; hunc enim epenthesis retrahit, λαγωός autem et λαγώς sive λαγῶς in eadem syllaba fixum habent. Duo alia ejusdem figurae nomina Τρωός et δμωός veteres non aucta sed ex genitivo reflexa esse docent v. Proll. 29. Ignota sunt Κῶς τὸ ὄρυγμα — λέγεται καὶ κῶος Steph. Ζωός Buttmannus Gramm. I. 245. e monosyllabo ζώς dilatatum putat, Herodianus vero ad Il. V. 887. τὸ ζώς ἐξ ὀξυνομένου τοῦ ζωός ὡς δαΐς δάς, idemque σῶς ἀπὸ τοῦ σῶος EM. 714, 46. sed haec varie disseruntur v. Diss. II. P. I. c. IV. §. 2. A primitivo πάτρως *patruus* significatione differt πατρωός *vitricus*; urbis Τλῶς conditor idem Τλῶς τοῦ Τλῶ — appellatur et Τλῶος diverso ac gentilicium accentu sed nomen semel lectum et peregrinum ad graecam analogiam aequiparare parum convenit. Siliquarum species quomodo a Graecis Latinisque principio appellata sit φάσηλος an φασήολος *phaseolus* v. Proll. 129. haud cognitum habemus. Ἀμμοδυότης a Statyllio in exitu versus iambici positum esse pro ἀμμοδύτης suspicatus sum in Parall. 434. sed exempla, quae Meinekio satis faciant Delect. 222. proferre non possum. Si ille pro ἀμμοδυόταν scripsisset ἀμμοδύτορα ut ἀμπελοφύτορα, nemo quidquam ambigeret.

§. 2. In commissura vocabulorum synthetorum vocalem conjunctivam nonnunquam praetermitti in Diss. II. P. I. c. IV. §. 4. demonstratum est; nunc de ο micro, quod medias

voces intrat, quaerere propositum habemus non decernendi causa sed disceptandi; nam quaestio est anceps plenaque dissensionis. Hoc imprimis valet de nominibus quibusdam quae cum substantivis generis neutrius in ος exeuntibus juncta sunt ὀρειονόμος et ὀρεινόμος, ἐλειόχρυσος et ἐλείχρυσος, quod in cod. Urb. Theophr. H. Pl. IX. 19, 3. et alibi scriptum est pro ἑλίχρυσος probaturque Meinekio in Ed. minore Com. p. VI. quia Attici antepenultimam protendunt. Ἐλειόχρυσος, quod Wimmerus tuetur l. c. si cum alius plantae nomine ἐλειοσέλινον contèndimus quod idem ἕλειον σέλινον vocatur, sub manu nascitur conjectura, illud primitivum esse ex adjectivo et substantivo conflatum quasi ἓν ἀπὸ δυοῖν διεζευγμένων ut ἀγριοσέλινον, syncope vero concisum ἐλείχρυσος et similiter se habere ὀρειομανής et ὀρειμανής, ὀρειοβάτης et ὀρειβάτης. Sed serio quaerentibus statim apparet haec breviora non aliter comparata esse quam ὑλοβάτης, ἀγροβότης, χρυσομανής etc. et omnino substantiva ad synthesin aptiora esse quam adjectiva ab his derivata. Rejecta autem syncope deliberandum est unde diphthongus illa nata esse possit. Illi qui ἀλιαίετος, νυκτικόραξ cum dativo composita putant, non dubitabunt ὀρειπέλαργος ab eodem casu repetere et indidem cetera ὀρειγενής, θερειγενής, ἐγχείβρομος. Et haec derivatio, quam Thierschius quoque probat Gramm. §. 166. p. 253. non mediocriter commendatur compositione dativi pluralis ὀρεσσινόμος, ἐγχεσίδουπος. At nequaquam inter omnes convenit, sed alii diphthongum ex epsilo simplici natam volunt adhibita affectione duplici: ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἀλοτρίβανον γίνεται ἀλετρίβανον τροπῇ τοῦ ο εἰς ε, οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἀργοφόντης Ἀργεφόντης καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι Ἀργειφόντης EM. 136, 55. ἀπὸ τοῦ ὄρος ὀροφοίτης καὶ ὀρεφοίτης καὶ ὀρειφοίτης, Ἄργος Ἀργεφόντης καὶ Ἀργειφόντης 461, 24.[2])

2) Ὡς τὸ γυναιμανής οὐκ ἀπὸ τῆς κλητικῆς συντέθειται ὁ Χοιροβοσκὸς δείκνυσιν ἐπὶ τοῦ Βαχχέβαχχος καὶ Ἀργειφόντης καὶ τῶν ὁμοίων Eust. 380, 7. Hinc hausit EM. 243, 45. Βαχχόβαχχος καὶ τροπῇ Βαχχέβαχχος ὡς ἀλετρίβανον. Cum hoc sive dei sive hymni nomine, quod Epim. I. 50. diplasiasmo adscribit, convenit Ὑμὴν ὑμέναιος Anth. VII. 407. et accusativus Ὑμὴν ὑμέναιον ἀείδειν Oppian. Cyn. I. 340. in quo

Hoc dubium est utrum cum appellativo *ἄργης* compositum putaverit an cum proprio *Ἄργος* ut ab adjectivo *ἀργός* *ἀργείλοφος* Pindari peculiare; nam praeter nomina, quae genitivum in *εος* exeuntem habent, idem p. 102, 13. affert *ἀνδρειφόντης τὸ δρει δίφθογγον καὶ γίνεται παρὰ τὴν ἀνδρός γενικήν*, scil. *κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ι*, quod addit Epim. II. 178, 10. Ac si in Eustathii loco, quo saepius recurrere cogor: *Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι αἱ εἰς ος ὀξύτονοι γενικαὶ συντιθέμεναι ἢ διὰ τοῦ ο λέγονται ἢ διὰ τοῦ ι — ὁ μέντοι ἀλετρίβανος μήποτε δώριόν ἐστιν, ὡς καὶ τὸν Ἀπόλλωνα Ἀπέλλωνα λέγουσιν καὶ τὸν ἀνδροφόνον ἀνδρεφόνον·* si igitur haec omnia ejusdem sunt Herodiani, is quoque diphthongum *ει* ex simplici *ε* psilo, hoc autem ex *ο* micro natum putavit. Sed hujus figurationis exemplum unicum est *ἀνδρειφόντης*: namque alterum verius scribitur *ἀλετρίβανος*· permulta vero originem habent a neutralibus illis et haec commodissime explicantur contractione vocalium quae integrae apparent in *ἐλεόθρεπτος*, *ὀρεοσέλινον*[3]). Hanc crasin sine cunctatione admittit Apollonius Adv. 542, 33. *τὸ δεῖν ἐκ τοῦ μετοχικοῦ συνῃρημένον ἀττικώτερον καθὸ καὶ τὸ πλέον πλεῖν*, eademque Atticis tribuunt Choeroboscus Can. 158, 1. Schol. Nubb. 1037. EM. 189, 55. Tzetz. ad Hes. Opp. 225. et Moschopulus Sched. 186. qui addit tertium *δοκεῖν*. His adjiciuntur propria *Νείλεως παρὰ τὸ νέος καὶ τὸ λεώς κράσει τοῦ ε καὶ ο εἰς τὴν ει ὁμοίως τῷ Κλεισθένης, Λεωσθένης, Προσθένης* (scrib. *τῷ Κλεοσθένης Κλεισθένης, Πλεοσθένης Πλεισθένης*), *δεῖν*, *πλεῖν* Suid. ex Choerob. Orth. 253, 10. EM. 675, 54. Haec quidem ad unum omnia impugnat Buttmannus Gramm. I. 492. *δεῖν* enim non participium esse sed infinitivum,

---

parechesin agnoscimus bacchicae voci similem. Sic etiam epiphonematis ludicri *χέλει χελώνη* sive ut Bekkerus scripsit Poll. IX. 125. *χελιχελώνη* pars prior reduplicata est soni causa recteque ab Eustathio 1914, 57. *προςτακτικὸν* vocatur *παρηχούμενον τῷ χελώνῃ*.

3) Lycophro quum Aborigines *Βορειγόνους* transnominaret, nescio an *Βορεογενεῖς* significare voluerit; *ἀρείφατος* quoque cum *Ἄρεος* compositum videtur. Cum *ἀνδρειφόντης* magis congruunt *Διειτρεφής* et *διειπετής* Elmsl. ad Bacch. 1266. nisi quod hic ectasis arsi juvatur.

πλεῖν e *πλεῖον* factum omisso *ο* micro, *Κλεισθένης* e *Κλεεισθένης*, hoc autem a dativo integro *κλέει* compositum arbitratur, postremo atticum *Νείλεως* a prisco *Νηλεύς* nihil diversum putat [4]). Sed haec vereor ne fervidius praecipitata sint consilia. *Δεῖν* certe participium est in Lucian. Jup. Trag. c. 14. *ναῦς ὀλίγου δεῖν ἀπολομένη* et Philon. de Fort. V. 740. C. *ὡς οὐ δεῖν ἀτελεῖς τὰς ἐλπίδας κατασκευάζειν*, ubi Mangey p. 380. *δέον* scribi jubet; *πλεῖν*, quod Sch. BL. ad Il. II. 103. cum *Νείλεως* confert, ex *πλεῖον* concisum esse supra dubitavimus. *Κλεισθένης* si ex dativi forma propria et incorrupta fictum esset, repugnaret affinibus *Κλεογένης*, *Κλεοφῶν*, *χρεοκόπος*, *κυοφόρος* etc. quorum nullum ad illam tertii casus similitudinem redigitur. Quod autem Ahrensius statuit Dor. 218. *Κλειγενής* ex *Κλεεγένης* contractum, hoc vero pro *Κλεογένης* substitutum et id non cum nomine sed cum verbo *κλέω* compositum esse redarguitur hoc argumento quod verba ejusdem ordinis *ξέω*, *ῥέω*, *χέω* etc. in synthetis non primum locum obtinent sed postremum *φυλλοχόος*, *χρυσοῤῥόος* et all. pro *θρεοκάρδιος* autem in Anacr. Fragm. Critici scripserunt *θρασυκάρδιος*. Hinc sequitur etiam *Κλεόπομπος* et *Κλεοχάρης* non cum alia parte orationis conserta esse quam *ψυχοπομπός* et *δοξοχαρής*. Denique *Νείλεως* compositum videtur, simplex vero *Νειλεύς*, quod Choeroboscus Orth. 241, 5. dorice pro *Νηλεύς* dici contendit [5]). De hoc nihil affirmem; sed contractio illa satis

---

4) *Νείλεως* Mileti conditor nonnunquam *Νηλεύς* vocatur v. Brunck. ad Theocr. XXVIII. 3. posterique ejus *Νηλεῖδαι* Apollon. Arg. I. 959. et vicissim Neleus heros *Νειλεύς* v. Jacobs. ad Anth. p. 38. *Κλησθένης* in Inscr. Cret. non ex *Κλεεσθένης* ut Ahrensius Dor. 202. ortum dixerim sed per tropen dialecti vulgaris. Pro *Πλησθένης*, quod in codd. Stephani p. 113. legitur, Gaisfordus in EM. 165, 15. *Πλεισθένης* edidit. *Πλησιονείκα* legitur in Inscr. Lacon. Corp. n. 1506. *Κλεοσθένης* Epidamnii cujusdam nomen in Anth. App. 227. trisyllabum est porrecta media, sicut *πλέονες* bisyllabum Od. XVIII. 247.

5) Sicut *Βάκχος* idem dicitur *Βακχεύς*, *Λυκωρὸς Λευκωρεύς*, *Πάτροκλος Πατροκλεύς*, ita fortasse aliquis dixerit *Νειλεύς* a *Νεῖλος* propagatum esse quomodo quum alii vocati sunt tum etiam medicus saepe a Galeno laudatus, idemque *Νειλεύς* dici videtur Comp. Med. p. Locc. II. 568. et sq.

probata videtur superioribus exemplis nominum propriorum et communium. Hoc autem obtento nihil proclivius est quam *ὀρεινόμος*, *ἐλείχρυσος* sic ut dixi ex *ὄρεος*, *ἕλεος* facta esse synaeresi duarum vocalium, in *ὀρειονόμος* vero et *ἐλειοβάτης* utramque mansisse incorruptam interposito iota ut *Κλειοπάτρη*. Ita et illa liberantur trope geminata *ὀρο* - *ὀρε* — *ὀρει* — et haec pleonasmo syllabae *ο*, cujus causa in hanc quaestionem ingressi sumus. Videamus nunc num aliunde emergat. Phocarum epitheton homericum *ἁλιοτρεφής* si cum *ἁλοπηγός* contendimus, iota accessit, si cum *ἁλιτρεφής*, *ο* breve, sed neutro remedio opus est si cum adjectivo compositum dicimus. Quemadmodum enim qui in mari periit, *ἐνάλιος θανεῖν* dicitur Eur. Hel. 1066. et qui in ara considet *βώμιος θακεῖν* Heracl. 1066. sic fortasse maris alumnus *ἅλιος τραφείς* et compactis in unum vocibus *ἁλιοτρεφής*. Pro *ὀξειβαρὲς καὶ βρομῶδες πνεῦμα* in Aelian. H. Ann. VII. 5. fortasse *ὀξοβαρές* (ut *ὀξόστομος*) i. q. *βαρύοζον* graveolens scribendum est; pro barbaro *εὐρυοδίνης* Straboni ex Epitome substituitur *ἀργυροδίνης*, pro *ὀξυόρυγχος* apud Athenaeum Meinekius Exercitt. in Ath. Spec. II. 6. recte *ὀξύρυγχος*, idemque pro *ἐγγυοθήκη* Luciano reddit *ἐγγυθήκη*, quod alibi legitur retenta praeter sigma terminatione adverbii simplicis. — Literarum nominibus monosyllabis *ο* insertum est vocalis connexivae loco *πιοειδής* et *ῥοειδής*.

In declinatu nominum hanc vocalem surrepere nemo animadvertit; de verborum auctibus hoc unum memini: *ἦχα καὶ ἀττικῶς ἄγηχα καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο ἀγήοχα· τὴν γὰρ τρίτην συλλαβὴν οἱ ἀττικοὶ (παρακείμενοι) συνεσταλμένον θέλουσιν ἔχειν, ἀλήλιφα, ἀκήκοα, ἐλήλυθα* Moschop. Sched. p. 187. Aliam causam reddit Choeroboscus Can.

T. XII. Paull. Aeg. III. 46, 105. Sed repugnat canon Choerobosci Orth. 273, 4. et aliorum v Parall. 26. qui nomina in *ευς* exeuntia excepto uno illo diphthongum *ει* in penultima habere negant *πλὴν ἀπὸ πρωτοτύπου*. Nam *Νειλεύς* si a *Νεῖλος* derivatum est, diphthongum habet a prototypo sicut homericum *Ἐπειγεύς* et minus certum *στειβεύς* Hes. hoc enim melius *στιβεύς* scribitur; pro *σειεύς* Poll. VII. 181. Bekkerus ex alio loco *σείσων* posuit.

570. EM. 9, 30. ὁ ἀττικὸς παρακείμενος ἐθέλει ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ συλλαβῇ τὸ αὐτὸ σύμφωνον ἔχειν, ἀλήλιφα, ὀμώμοκα, ὄλωλα, ὅθεν καὶ τὸ ἀγήγοχα καὶ ἐδήδοκα συλλαβῇ ἐπλεόνασε — καὶ ἀποβολῇ τοῦ γ ἀγήοχα. Sicut verbum ἄγω ipsum nihil sui simile habet v. Techn. 49. ita perfectum ejus nulli canoni subjici potest. Verborum αἴνειν et αἰνοῦν, εἰλεῖν et αἰόλλειν (versare, variare) non obscura cognatio sed species diversa est.

§. 3. De interpositione diphthongorum οι et ου nihil certi expromere possum. Nam ὁμοῖος etsi interdum idem valet quod ὁμός, tamen quia saepius differt, paragogis adnumeratur una cum ἀλλοῖος, ἑτεροῖος. Herba, quae a Nicandro κουλυβάτεια, ab aliis κλύβατις et κλιβάδιον vocatur, non constat quod nomen a primo impositore acceperit. Ὀρούω potius a thematico ὄρω propagatum quam per traducem ὀρύω cum epenthesi vocalis boeotica ut quidam volunt Epim. I. 146. Longius circumspectanti unum occurrit huic simile Κηνουεί ἐκεῖ Hes. quod cum κείνῃ id est ἐκεῖ et dorico τηνεῖ convenit sed adscribitur Cretensium dialecto.

CAP. VI.

De ypsilo et ō longo, ad ultimum de interjectu syllabarum.

§. 1. Τύμωλος ὁ Τμῶλος κατὰ ποιητικὸν σχηματισμόν Steph. Illud legitur in Anth. VI. 234. et apud latinos scriptores interim sic scriptum, interim per iota v. Garaton. ad Cic. pro Flacco XIX. 49. οἶνος Τιμωλίτης Galen. de Succ. XIII. 802. T. VI. sed paucis versibus post Τμωλίτης quo alibi utitur de Antid. V. 429. T. XIV. Hoc quia plures habet et antiquiores auctores pro primitivo habetur. Particula ἠΰτε si ex bisyllabo ηὖτε nata est per diastasin, ad hunc locum non pertinet, si vero ex ἥτε sive ᾗ τε id est ὥς τε, πλεονάσαντος τοῦ ο ut Apollonius dicit Adv. 559. vel huc referendum est vel ad proschema-

tismum quia τέ proprio intellectu caret; ἤϋτε ἀπὸ τοῦ ἧ πλεονασμῷ τοῦ υ ἠῦ Sch. B. ad Il. II. 87. — Ἀνύω ab ἄνω derivatum est per paragogen ut alia quae in Techn. 206. attuli.

§. 2. Ἰωή παρὰ τὸ ἰή ἡ φωνή κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω EM. 481, 27. quibus simile substantivum ἰώ effinxerunt Homeri emendatores v. Techn. 320. adn. Horum cognatio manifesta est, passio elabitur. — Nominibus in ιτης exeuntibus vocalium ultimam inseri Lexicographi exemplis compluscculis sed non ejusdem momenti comprobant. Suidas in margine Νῆσος — ἐντεῦθεν νησίτης καὶ κατὰ πλεονασμὸν νησιώτης. De hoc dissentit Stephanus Νῆσος νησίτης, τοῦ δὲ νησίον νησιώτης, cui simile est ποιμνιώτης, quod idem affert s. Ποίμνη. Alterum praebet Orion. 30, 7. et EM. ἀγρὸς ἀγρότης καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ι ἀγροίτης καὶ κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ω ἀγροιώτης. Sed possumus etiam contrarium defendere ex ἀγρότης factum esse ἀγρώτης et interposita diphthongo ἀγροιώτης parique parectasi Ἀγροιώ dici pro Ἀγρώ, quod non reperitur quidem sed accommodatum est andronymico Ἄγρων. Ἀγροίτης non legitur nisi proprium neque novimus alia appellativa in οιτης v. Proll. 382.[1]) Orioni tamen accedit Eustathius 862, 20. et pro exemplo hujus pleonasmi affert στρατιώτης, Μασσαλιώτης, quae a prototypis puris traducta sunt sicut appellativa ἑστιῶτις, πατριώτης, παιγνιώτης et all. v. ad Buttm. 432 sq. Num vero μηχανιώτης a μηχανία derivatum sit an a μηχανίτης, id non statuo mei judicii. Nam illud Mercurii epitheton jam in H. H. legitur, femininum vero multis seculis post in libris Sibyll. et μηχανίτης quoque non per se cognitum est sed ex Minervae cognomine μαχανῖτις, quod Coraes codd. nonnullorum auctoritate in μαχανᾶτις mutat, sed vulgato opitulatur synonymon τεχνῖτις. Genitivis nominum in σις exeuntium ionicis subjici possunt αἱρεσιώτης, pro quo etiam αἱρεσίτης dicitur, et hoc anti-

---

1) Ἀλοίτης p. 383. typographus posuit pro ἀλείτης. Diectasin cum pleonasmo conjungit Diaconus ad Hes. Scut. 35. ἀγροώτης καὶ ἀγροιώτης.

quius *στασιώτης* tertiumque *ταξιώτης*, quod Hermannus ad Oed. Col. 678. a verbo *ταξιοῦσθαι* potius quam a nomine ductum censet, sed obstat accentus; nam verbalia oxytona sunt *βεβαιωτής*, *γεφυρωτής*, *δεξιωτής*, *δικαιωτής*, *ἐλευθερωτής* etc. Etiam *ἀσπιδιώτης*, cui Sophocles nativam formam *ἀσπιδίτης* praetulit, a puro principio deducere tentant EM. 157, 26. Epim. I. 86. *τὸ ἀσπιδιώτης, εἰ μὲν ἀπὸ τῆς ἀσπίδος, ἀσπιδίτης, δηλονότι πλεονασμὸς τοῦ ω· εἰ δὲ παρὰ τὸ ἀσπίδιος παράγωγον, οὐ πλεονάζει, ὥσπερ ἴδιος ἰδιώτης, ἥλιος ἡλιώτης, εὔιος εὐιώτης*, quibus ex Anth. accedit *ὀρειώτης* et quod plus mirationis habet *ὑλειώτης*, Panis epitheton qui saepius vocatur *ὑληωρός*, nec alienum est *παραλιώτης* [2]) quippe a *παραλία* derivatum non a *παραλίτης*, cujus origo est *πάραλος*. Bacchi cognomen *φοιταλιώτης* in hymno abecedario annititur congeneri *φοιταλιεύς* quomodo idem deus ab Oppiano vocatur. Sed a non puro pagi nomine *Δειράδες* demoticum *Δειραδιώτης*, a *σπάργανον σπαργανιώτης*, latinumque *hamiota* de graeco *χαμός* flexum. *Σκευοφοριώτης* vero non a *σκευοφορίτης*, nam neque hoc reperitur neque *λικνοφορίτης*, *μισθοφορίτης* aliudve his simile, sed a *σκευοφορία* ut *λιποστρατιώτης*, vel a nomine instrumenti, de quo Pollux loquitur X. 17. *σκευοφόριον ᾧ τὰ σκεύη ἐκομίζετο — τὸν μέντοι σκευοφόρον Εὔπολις σκευοφοριώτην παίζων ἐκάλεσε* (Fragm. I. 530.) qui lusus, opinor, positus est in corruptione nominis proprii ut si quis armigerum appellet armigerionem. Aliud a pari principio diverse flexum subjicit Stephanus *Ὁμόλιον — τὸ κτητικὸν Ὁμολώιος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω*, sed pars major auctorum ad *Ὁμόλη* vel *ὅμολος* refert v. C. IV. §. 3. fin. — In commissura vocabulorum *ω* interpositum

---

2) Novitia scriptura est *παραλεώτης* ut *ἐπαρχεώτης*, *ταξεώτης*. *Βαλανεώτης* si balneatorem significat v. Proll. 376. a *βαλανεῖον* derivatum est ut *κουρεῖον κουρεῶτις*. Pro *κεφαλιώτης*, quod ad Phr. 790. attuli, Bekkerus in Phot. Bibl. LXXX. 56. a. 36. (p. 105 Hoesch.) edidit *κεφαλαιώτης*. In Choerob. Orth. 262, 27. *τὰ διὰ τοῦ ωτης διὰ τοῦ ω γράφεται ἢ* (scr. *εἰ*) *καθαρεύει ἡ παραλήγουσα, στρατιώτης, κυβεριώτης, τοξιώτης* (*ταξ.*) pro secundo fortasse *Συβεριώτης* scribendum est i. q. *Συβέριος* Steph.

esse non probatur exemplo in EM. 390, 40. proposito εὐηπέλεια ἡ εὐετηρία ὡς Καλλίμαχος ἔν τ' εὐωπελίῃ παρὰ τὸ πέλω ὠπελής καὶ ἐν συνθέσει εὐωπέλεια καὶ τροπῇ εὐηπέλεια, quod ipsum Bentlejus in Callimachi loco Cal. 135. restituit pro vulgato εὐημερία nihil moratus perversam Grammatici de trope sententiam.

§. 3. Ad verborum flexus transgressis primo vestigio obtruduntur tria perfecta, quibus ω insinuatum dicitur. Unum affert Choeroboscus Orthogr. 210, 30. EM. 306, 46. τοῦ ἔθω ὁ μέσος παρακείμενος εἶθα καὶ πλεονασμῷ τοῦ ω εἴωθα. De altero Schol. A. ad Il. III. 272. τοῦ ἄρω ὁ παρακείμενος ἤρμαι, ὁ ὑπερσυντελικὸς ἤρτο, συστολῇ ἄρτο, ἐπενθέσει τοῦ ω ἄωρτο. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ β' ποιήματι (ὑπομνήματι vel τμήματι) τῷ περὶ παθῶν Διδύμου. Utrumque comprehendit Epim. I. 34. sed addit nonnullos ἄωρτο ex ἦρτο factum putare πλεονασμῷ τοῦ α, quo nihil utimur. Tertium est ἀφέωκα, de quo duae fuerunt sententiae: κατὰ μὲν Φιλόξενον κατ' ἐκβολὴν τοῦ ι καὶ πρόσθεσιν τοῦ ω εἷκα ἕωκα, κατὰ δὲ μετροποιίαν ὡς τὸ παρῴχηκε Epim. I. 57. quae sic scribenda sunt κατὰ δὲ ἄλλους κατὰ μετατροπὴν[3]) τοῦ η εἰς τὸ ω ὡς τὸ παροίχωκε ἀντὶ τοῦ παρῴχηκε v. Schol. Il. X. 252. Utramque confudit EM. 176, 46. ὁ παρακείμενος ἀφεῖκα, εἶτα ἐλλείψει τοῦ ι καὶ πλεονασμῷ ἀφέωκα. Οὐ δεῖ δὲ τὰ ἀμφιβαλλόμενα παραλαμβάνειν· ἀλλ' ὥςπερ ἀπὸ τοῦ πέπτηκα πέπτωκα, οὕτως ηκα καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ἕηκα καὶ τροπῇ ἀφέωκα. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν· quorum enuntiatorum secundum postponendum est tertio; nam verba οὐ δεῖ δὲ — dicta sunt adversus eos qui ἕωκα ex ἕηκα conversum putarent perfectum ἧκα aoristo primo per omnia simile assumentes, quod illi improbant quia hoc perfectum maxime controversum est; nam ἧκα, ἀφέηκε, ξυνέηκε nullo loco legitur quin pro aoristo haberi possit et omnino synemptosis horum temporum, ut ipsi ajunt tropae patroni, prorsus insolita est Epim. I. 57. EM. p. 106, 56. p. 317, 51. Eust. 1769, 57. quo accedit quod verbo εἴωθα accommodari ne-

3) Hoc Bastius ad Greg. 846. reposuit ex EM. 107, 2.

quit, nam ἤθα nemini cognitum[4]) neque comprobatur perfectis πέπτωκα et ἔῤῥωγα, quae vocalem ω communicant cum derivatis πτώσσω πτωχός, ῥώξ etc. Herodianus utrius partis fuerit, neque ex illo EM. loco clare cognoscitur neque ex Epim. II. 338, 24. ubi rursus diversorum auctorum placita compinguntur: ἀπαιωρήσας[5]) ἐκ τοῦ αἴρω πλεονασμῷ τοῦ ω ὥςπερ ἀπὸ τοῦ ἔθω εἶθα εἴωθα καὶ τὸ ἀφῆκα πλεονασμῷ τοῦ ε ἀφέηκα καὶ τὸ μακρὸν εἰς μακρὸν ἀφέωκα καὶ ἀφέωνται. Ὁ Ἡρωδιανὸς ταῦτα ἐν τῷ κατὰ πάθη (sic). Hodie neque pleonasmus probatur neque trope τοῦ μακροῦ εἰς μακρόν sed ectasis ο brevis, quod in ἔολπα et ἔοργα apparet. Quemadmodum ab ἀγείρω proficiscitur ἀγορά, ab ἐγείρω ἐγρήγορος ἐγρήγορμαι, μείρομαι μέμορμαι, sic ab ἀείρω fingi potuit perfectum ἤορμαι, ἤορτο sed quia literae ηο a principiis vocum remotae habentur, successit ἄωρτο, eademque varietas in affinibus ἀορτήρ, ἀορτέω i. q. ἀερτάζω, αἰώρα, ἀπήορος παρὰ τὸ ἀείρω EM. 121, 24.[6]) v. Techn. 124. — Non ita longe manavit opinio de pleonasmo subjunctivi: τὸ ἀλώω ἠβώω ἢ ἐπαύξησιν χρονικὴν ἔσχον ἢ πλεονασμὸν τοῦ ω EM. 237, 34. δῶσι καὶ πλεονασμῷ τοῦ ω δώωσι p. 294, 18. quo verius est quod primo loco ponitur, hoc est tempora syllabica aucta esse, ἀλώω ex ἀλόω v. Techn. 213. quae ectasis a prima persona furtim translata est ad tertiam ἀλώῃ ut δώῃ quasi a prima δώω id est δῶ.

§. 4. Verum non singulas solum vocales sed etiam syllabas e vocali et consona compositas vocabulis inseri mediis publica olim fuit persuasio commenticiis fere excitata exemplis, quibus examinandis in alio libro operae impendi satis. Quapropter hoc loco tantummodo genera hujus parectasis notabo. Pars maxima constat e paragogis,

4) Schol. Eur. Hec. 355. ἔθω ὁ μέλλων ἔσω, ὁ παρακείμενος ἦκα, ὁ μέσος ἦθα καὶ ἀττικῶς εἴωθα, haud dubie εἶκα et εἶθα scripsit ut alii.

5) Hic et in Gud. 62, 43. aliquid intercidit hujusmodi ἀπὸ τοῦ αἴρω αἶρα καὶ πλεονασμῷ αἰώρα, ἐξ οὗ τὸ αἰωρέω. Integrius Zonaras 230. αἴρω αἶρα πλεονασμῷ αἰώρα.

6) Ἀπήορος, παρήορος, συνήορος rectius sic scribuntur quam cum iota; nam si verbi ἀείρω perfectum secundum artem fingimus, non ἤορα dicimus sed ἤορα. Παρήορος Homero exemit Spitznerus.

quae non bisyllabam, ut pleraque, terminationem habent sed trisyllabam velut λεπτακινός, φυζακινός, quae Choeroboscus Orth. 180, 4. ex λεπτινός, φυζινός orta dicit παρεντεθείσης τῆς ακ συλλαβῆς, alii pleonasmo τῆς κι v. Proll. 319. quia longe usitatior est paragoge ινος non solum substantivorum ἐργατίνης, συνεργατίνης, sed etiam adjectivorum μαλθακινός, χθιζινός p. 200. Illa tamen trisyllaba inusitata sunt. Nec legimus usquam εἴδιμος et ἴδιμος, quae illi usitatis εἰδάλιμος et ἰδάλιμος fundamenti loco substernunt p. 84. quia a κῦδος κύδιμος, a πένθος πένθιμος nascitur; sed verborum fictores nequaquam hanc sibi legem injunxerunt ut omnia ad unum finem dirigerent; neque dubium quin ab eodem κῦδος et κύδιμος fingi potuerit et κυδάλιμος, quod illi antiquitate antecedit. Haud justior est suspicio de verbis πυκταλίζω, ποιναλίζω etc. quae quia cum primitivis, unde orta sunt, nullo internodio cohaerent, intrinsecus aucta perhibentur. Ab alia causa profecta sunt epenthesis exempla, quae Suidas proponit s. Ἑλκεσίπεπλος ex Epim. I. 176. his verbis: τὸ ο ἐν ταῖς συνθέσεσι πολλάκις εἰς τὸ ε μεταβαλλόμενον καὶ τὴν σι συλλαβὴν προςλαμβάνει, ἕλκω ἑλκόπεπλος ἑλκέπεπλος ἑλκεσίπεπλος, πρῶτος πρωτόλαος πρωτέλαος πρωτέσιλαος, πηγός πηγόμαλλος πηγέμαλλος πηγεσίμαλλος. Ἔνιοι δὲ αὐτὰ ἀπὸ μέλλοντος σχηματίζουσι τῶν διπλῶν μὲν ἀναλυομένων, τοῦ δὲ ε παρεμπίπτοντος, ἕλξω ἑλξίπεπλος ἑλκεσίπεπλος, πήξω πηξίμαλλος πηγεσίμαλλος. Hanc analysin futura in ξω et ψω exeuntia in synthesi interdum admittunt ἀρχεσίμολπος, θελγεσίμυθος, καμπεσίγυιος Proll. 143. et restituta thematis vocali brevi λιπεσήνωρ, eandemque evolutionem Schol. A. ad Il. XIII. 340. futuro inusitato τμήσω (τμῆσις) adhibet τὸ τμησίχροας ἀνέπτυξε ποιητικῶς ταμεσίχροας εἰπών, quomodo a τλήσω proxima via τλησικάρδιος deductum est, per tramitem ταλασίφρων ut δαμασίφρων. Hac igitur ratione ἑλκεσίπεπλος dici potest ex ἑλξίπεπλος diductum esse. At ea non convenit ad nomina quibus nullum ejusmodi futurum antecedit; sicut Ἀλφεσίβοια, Μενεσικράτης, ἐγρεσίκωμος, φερεσσίπονος, quibus nescio an etiam ἀρχεσίμολπος adjici debeat propterea quia

ἄρξι in synthesi non reperitur. Haec igitur si comparamus cum ἀρχέκακος, φερέπονος, ἐγρεκύδοιμος, μενέχαρμος, fidem acquirunt qui syllabam σι interjectam esse arbitrantur. Nec tamen obliviscendum est vocabulorum compositores non architectorum similes esse neque habuisse perpendicula et normas et regulas ad quas opera sua exigerent sed saepius specie quadam analogiae duci quam veritate. Praelucentibus igitur adjectivis cum futuro in εσω exeunte copulatis ἀκεσίμβροτος, ἀρκεσίγυιος, ὀλεσήνωρ, τελεσίδρομος etc. haud mirandum est a verbis puris similitudinem traductam esse ad non pura ἀρχεσίμολπος etc. De πηγεσίμαλλος vix aliquis decernat utrum ex πηξίμαλλος productum sit an ut ille dicit. Sed synecdrome maxime convenit proprio Πρωτεσίλαος, quod omnes consentiunt conformatum esse ad exemplum adjectivorum cum dativo junctorum ἀνθεσίχρως, ἀλγεσίδωρος (cui appositum est ἀλγεόδωρος), ἐρνεσίπεπλος, ἐντεσίεργος, ναυσιβάτης, ὀρεσίτροφος, Γαλαξίδωρος tanquam a dativo τοῖς γάλαξι Parall. 278. eodemque aberrasse nomina primae declinationis ποεσίτροφος, ποεσίχροος, ὡρεσιδώτης, quod est Apollinis sive Solis epitheton tempestatum rectoris sicut Ceres cognominatur ὡρηφόρος, postremo ἀελλησίθυμος pro ἀελλόθυμος (ut ἀελλόπους). Eadem vis synecdromae apparet in μυριοντάκις pro μυριάκις, quod assimulatum est adverbio immutabili ἑκατοντάκις, et quae cum eodem genere numeralium cohaerent ἑκατοντακάρηνος, μυριόνταρχος, χιλιονταετής v. ad Phr. 765. abstracta sunt ad similitudinem eorum quae a τριάκοντα, πεντήκοντα etc. oriuntur. Prorsus supervacanea est epenthesis qua Schol. Il. XV. 526. utitur Λαμπετίδης ὡς πάχος πάχετος πλεονασμῷ τοῦ ε, scr. Λάμπος Λάμπετος ὡς — πάχετος πλεονασμῷ τοῦ ε καὶ τ. Sic enim saepius terminatio primitiva sine ulla intellectus mutatione protenditur ulterius γαμφή γαμφηλή, κόλος κολοβός, ἄπειρος ἀπείριτος, ἔμπειρος ἐμπείραμος et alia quae ex Proll. peti possunt. Sed nulla harum rationum solvitur nomen quod EM. 356, 41. consueto artificio enodare studet: ἐπητής ὁ λόγιος· παρὰ τὸ ἔπω τὸ λέγω γίνεται ἔπης· ἔδει γὰρ ἰσοσυλλαβεῖν τῷ ῥήματι· καὶ πλεονασμῷ τῆς τη ἐπητής, quod alii ἐπήτης scripserunt

παρὰ τὸ ἔπος Schol. Od. XIII. 352. sed par in utroque difficultas, sive speciem consideramus sive potestatem. Nam ἔπης inusitatum est neque aliud hujusmodi substantivum a praesenti verbi barytoni proficiscitur v. Parall. 134. Et qui ἐπήτης ad ἔπος retulerunt vereor ut substantivum in ητης nullum invenerint a simili nomine derivatum; nam pro ἐρχήτης jam dudum repositum est ἐρχίτης ut καρφίτης, τεναγίτης, τεμενίτης, φεγγίτης, ζευγίτης etc. Discrepat vero etiam significatio, siquidem ἐπητής accipitur pro λόγιος, ἔπος vero nunquam sic ut λόγος transfertur ad animum. Has turbas auget adjectivum ab Apollonio usurpatum ἐπητής, quod nec speciem adjectivi habet nec significatum homerico ἐπητής similem; etenim illo loco οὐ γὰρ Ἀμαζονίδες μάλ' ἐπητέες εἰσί non λόγιαι sive συνεταί intelligi possunt sed ἤπιαι, quomodo ἐπητύς quoque dicitur non prudentia sed comitas [7]). Hoc ἤπιος autem in EM. quidem ad idem illud ἔπω τὸ λέγω refertur sed harum quoque notionum difficilis conciliatio; nam quod εὐπροςήγορος et affabilis in hunc intellectum feruntur, praepositione efficitur. — Sponsore egent Hesychii glossae Ἀτταβυγάς εἶδος ὀρνέου καὶ ἀτταγᾶς, Σανδαλαράχη χρώματος εἶδος pro σανδαράχη, nisi hoc ipsum reponendum est, Σωγάσαι σῶσαι et quod a Comicorum aliquo fictum videtur Ἀσπακάζομαι ἀσπάζομαι πέπαικται, quasi a nominativo ἄσπαξ. Epenthesis bisyllabae speciem praebet παῖδε Βορειόνεω Oppian. Cyn. II. 623. pro Βορέου positum tanquam a recto Βορειόνης quod a Βορείων propagari potuit ut a Γηρύων Γηρυόνης. Cum Βορείων autem convenit primitivum quod Schol. Il. II. 566. proponit τοῦ Ταλαϊονίδης ἡ κλίσις ἀπὸ τοῦ Ταλαΐων ut *Sperchionides* Ovid. [8]) et alia quaedam Proll. 146 sq. Si vero mutato accentu scribimus Βορειονέω, is dualis est adjectivi Βορειόνεος pro Βόρειος positi, quomodo idem Oppianus pro inusitato ὀφίειος asciviт ὀφιόνεος. Σαφής σαφηνής et alia talia justius ad metaschematismos terminationum referuntur.

---

7) Adjectivum illud removetur si ἐπήτιδες scribimus a recto ἐπῆτις quod indicari videtur scriptura duorum codd. ἐπήτιες.

8) Sic et ab Ἀλφειός Dianae epitheton Ἀλφειονία (scr. Ἀλφειωνία) ductum videtur.

§. 5. De pleonasmis casuum nominalium et verbalium brevi praecidam. Primum quod Tzetzes Exeg. 66, 26. et Eustathius 1412, 38. proferunt dativos *κύνεσι*, *στομάτεσι* insitione syllabae biliterae crevisse, nimis quam frivolum est. Attentione digniora sunt quae Apollonius de pronomine tertiae personae disputat de Pron. 125. *ἡ σφίσιν ἀπὸ τῆς σφὶν ἐπεκτέταται* et paullo post *ἐπηυξήθη ἀπὸ μονοσυλλάβου τῆς σφίν*, quo improbatur eorum sententia qui ut *ἡμῖν*, *ἡμῖν* ex *ἥμεσιν*, *ὕμεσιν* sic *σφίν* per syncopen ex *σφίσι*, hoc autem ex *σφέσι* natum dicerent. Idem indicat EM. 498, 14. *τὸ „Καί σφιν„ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ σφίσι βαρυτόνου ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σφίν (σφῖν) καὶ μετὰ τὴν ἔγκλισιν παρηκολούθησε τὸ πάθος*, hoc est enclisin sequitur systole vocalis quam p. 738, 17. natura longam esse dicit *ἡμῖν*, *ὑμῖν*, *σφῖν* [9]). — Imperfecti et aoristi formas Alexandrinas *ἐσχάζοσαν*, *ἐμάθοσαν* Heraclides Eust. 1759, 36. epenthesi syllabae *σα* auctas censet sicut *ἦν ἦσαν*. Has vero Planudes Anecd. Bachm. II. 40. et Grammaticus in cod. Voss. ad EM. s. *Δορυξόος* cum aoristis verborum in *μι* comparat *ἔδοσαν κατὰ μεταπλασμὸν ἰωνικῶς ὡς ἤλθοσαν, εἴδοσαν*, hoc est *ἀντὶ τοῦ ἔδον, ἦλθον*. Quam similitudinem copiosius exsequitur Choeroboscus Can. 535 — 537. eandemque syllabam verborum barytonorum personis tertiis addi, in altero genere detrahi docet, *ἔφαμεν ἔφαν*, *ἔλεγον ἐλέγοσαν*. — De perfectis activae formae duo pleonasmi titulo inscribuntur: *ἐν τῷ ἀγήγοχα καὶ ἐδήδοκα συλλαβὴ ἐπλεόνασεν ἵνα ἐν τῇ β' καὶ γ' συλλαβῇ τὸ αὐτὸ σύμφωνον ἔχωσιν ὥςπερ τὸ ἀλήλιφα, ὀμώμοκα* etc. Choerob. 570, 15. De primo aliter existimant auctores §. 1. producti. Ac si futuro *ἐδέσω* congruens perfectum *ἤδεκα* fingimus, hinc *ἐδήδοκα* fieri potuit epsilo in omicron mutato ut *ἐνήνοχα*. De passivo sic loquuntur: *ἐκ τοῦ ἐλήλαται γίνεται τὸ ἐληλέδαται ἐπεντεθέντος πρὸ τοῦ α τῆς παραληγούσης τοῦ ε καὶ τοῦ δ*

9) Charax in Anecd. 1153. *ἐν τοῖς πληθυντικοῖς σφίσι, σφέας ἀναβιβάζεται ὁ τόνος οὐ σφισιν, καί σφεας, ἐπεὶ οὐ φύσει ἐβαρύνοντο ἀλλὰ κατὰ πάθος, σφῖν σφίσιν, σφᾶς σφέας* (cf. Thiersch. Gramm. §. 204. n. 9.). Illud *καί σφιν* sumtum est ex Il. II. 670. Od. XVI. 252. iota, ut par est, brevi; caesura productum Quint. XI. 66. removit Spitznerus.

ὁμοίως τῷ ἀκηχέδαται Eust. 1570, 1. τὰ κατὰ πλεονασμὸν τῆς δα συλλαβῆς ὠνομάδαται, ἐρηρέδαται, πεφράδαται καὶ ἐσταλάδατο παρ' Ἡροδότῳ p. 234, 14. p. 1301, 1. Horum tria a re alienissima sunt quippe a dentalibus ducta, eodemque ἐῤῥάδαται refertur ἀπὸ τοῦ ῥάζω EM. 377, 13. et ἀκηχέδαται ἀπὸ τοῦ ἀχάζω μετ' ἀναδιπλασιασμοῦ ἀττικοῦ καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ε ib. 48. Epim. I. 74, 1. sed haec ignota sunt verba istaque ratio neque homerico ἐληλάδαται convenit neque adespoto ἀπεσπάδατο id est ἀπεσπασμένοι ἦσαν, quod Hesychio pro mendoso ἀπεσπάδαντο restitui ad Aj. p. 403. His δα vel δε insertum esse nemo defenderit, sed paremptosin consonae quo jure Buttmannus impugnat, dicetur in loco hujus rei proprio. Clausulam huic sermoni imponunt infinitivi; μεθέμεν ἀπὸ τοῦ εἶναι καὶ πλεονασμῷ τῆς με εἴμεναι καὶ ἀποβολῇ τοῦ ι ἔμεναι καὶ ἀποκοπῇ τῆς αι ἔμεν Epim. I. 276. EM. 575, 20. ἐπὶ τῶν εἰς ναι ἀπαρεμφάτων τοῦ δευτέρου ἀορίστου οἱ Δωριεῖς ἐπεντιθέασι τὴν με συλλαβήν, δόμεναι βήμεναι EM. 282, 50. Epim. I. 200, 11. Accuratius Maximus Plan. Gramm. p. 95 sq. T. II. Bachm. οἱ ποιηταὶ ἐπεντιθέασι τὴν με ἐν τοῖς ἀπαρεμφάτοις τῶν βαρυτόνων ἐνεστώτων, οἵτινες οὐκ ἀναδιπλασιάζονται, καὶ ἐν τοῖς τῶν μελλόντων πασῶν συζυγιῶν καὶ ἔτι τοῖς τῶν εἰς μι ἀορίστων. Quod hic dicit tempora reduplicata pleonasmum repudiare, oblitus est infinitivorum homericorum βεβάμεν et γεγάμεν (ἐκγεγάμεν) qui sequuntur formam verbi ἑστάμεν ἑστάμεναι, aut eos praesenti subjecit ut EM. 224, 52. γεγάμεν παρὰ τὸ γέγημι et p. 750, 3. τεθνάμεν — τέθνημι, quod ineptum est; γεγωνέμεν fortasse ejusdem temporis esse putavit Ptolemaei sequutus scripturam Il. XII. 337. Τετυφέμεναι et similia versus heroici mensura respuit, sed quod pro πεφυκέναι Mus. v. 64. nunquam πεφυκέμεν vel aliud hujusmodi legitur, haud fortuitum videtur. Infinitivus aoristi primi κατακηέμεν Il. VII. 408. jam dudum sublatus est; σαωσέμεν, ἀμερσέμεν, περσέμεν, quae Quintus verbis μενεαίνω VI. 243. VII. 48. εὔχομαι (precor) VII. 366. πειρῶμαι XII. 20. subjunxit, temporis sunt futuri, τερσήμεναι aoristi passivi.

DISSERTATIO QUARTA

DE

METATHESI.

CAP. I.

De metathesi propria.

PROŒMIUM.

Metathesis sive hyperthesis nomen quam late vagetur prae ceteris ostendit Apollonius in prooemio syntaxis c. II. 8. (14.) ubi de consequutione literarum disserit hunc in modum: *στοιχεῖα ὑπερτίθενται, ἡνίκα ἡ καρδία κραδία, παρὰ τὸ σκέπω τὸ σκέπος καὶ πέσκος· ἀλλὰ καὶ συλλαβαί, ἡνίκα τὸ ἐξαπίνης ἐξαίφνης, τὸ ὄρωρεν ὤρορεν· ἀλλὰ καὶ λέξεις, ὅτε ἡ οἰνοφόρος γῆ φερέοινος λέγεται, οἵ τε ἀνδρόγυνοι γύνανδροι· ἀλλὰ καὶ λόγοι „Τὰς μὲν ἄρα θρέψασα τεκοῦσά τε“ — „Εἴσω ἴεν καὶ ὑπέρβη λάϊνον οὐδόν“*. Eadem ratione sed exemplis paullo diversis ambitum hujus regionis describit Maximus Planudes in Grammatica p. 110. Anecd. Bachm. T. II. et Append. Etym. Gud. 660, 20. *μετατίθενται στοιχεῖα κραδία καρδία, ἀτραπός ἀταρπός, σφάγανον φάσγανον, ὀλίγος λοιγός*[1]), *ἀλλὰ καὶ συλλαβαὶ οἷον λακέρυζα ἡ κελάρυζα καὶ κεκρύφαλος ὁ κρυπτοκέφαλος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέξεις μετατίθενται οἷον εἴ τις τὰς σεμνὰς θεὰς θεὰς σεμνὰς λέγοι καὶ τὸ θεῖον ἄπυρον ἄπυρον θεῖον· ἡ γὰρ καθωμιλημένη γλῶσσα ἐν ἐκείνῳ μὲν τὸ σεμνὰς προτάττει, ἐν δὲ τούτοις τὸ θεῖον. Τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ λόγοι μετατίθενται ὡς τὸ καλούμενον σχῆμα πρωθύστερον, οἷον „οἱ δ' ἀνεσάν τε πύλας καὶ ἀπῶσαν ὀχῆας“ μετὰ γὰρ τὸ ἀπωσθῆναι τοὺς μοχλοὺς ἀνίενται αἱ πύλαι.*

---

1) Eodem exemplo (ne quis corruptum putet) utitur Eustathius 46, 5. *ὀλίγος λοιγός, ὄλισθος λοῖσθος* et 143, 21. *λοιγός παρὰ τὸ ὀλίγος μεταθέσει τοῦ ο ὥς φασιν οἱ παλαιοί.*

Ambo igitur praeter prothysteron, quod ad schematologiam pertinet, quatuor hujus a consueto declinationis genera numerant, primum literarum, alterum syllabarum, tertium illud quo vocabulorum conjunctorum partes transponuntur, quartum dictionum separatarum. Horum duo extrema in exitu hujus disputationis tractabuntur sed breviter modo strictimque quia ad alium locum pertinent, duo reliqua, si rem spectamus, unum sunt et in hoc metathesis nomen propriam sedem habet. Sic autem appellatur inconjugarum affectionum illa quam Josephus describit in Synops. 569. T. III. his verbis *μετάθεσίς ἐστι στοιχείου μετακίνησις ἀπὸ τῆς ἰδίας τάξεως ἐφ' ἑτέραν τάξιν οἷον δαρτά δρατά, καρδία κραδία, κάρτος κράτος.* Haec quidem omnia de uno genere sumta sunt, quo literae ejusdem syllabae locum inter se commutant. Sed persaepe etiam vocales et consonae ex altera syllaba in alteram transmigrant; quo discrimine observato Scholiastes ad Od. III. 180. et Gregorius 489. duas hujus affectionis species constituunt nominibus distinctas: *διαφέρει μετάθεσις ὑπερθέσεως· ἡ μὲν γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ συλλαβῇ γίνεται, ἡ δὲ ὑπέρθεσις ἐν ἑτέρᾳ ὡς τὸ νοθεῖος ὀθνεῖος.* Plerumque tamen haec nomina indiscreta sunt, nec raro commutantur cum aliis: *βάρδιστοι κατ' ἀντίθεσιν τοῦ ρ ὡς κραδία* Hes. *τὸ ἦκα παρὰ τὸ ἀκή κατ' ἀντιστροφήν* EM. 424, 8. *μορτός καὶ κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ ρ μροτός* Theogn. Can. 64, 2. *ἀλλότοκον καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀλλόκοτον* p. 68, 17. et quod non minus ineptum est: *ἀνλέγω καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀγγέλλω τροπῇ τοῦ ν εἰς γ* EM. p. 6, 55. Zonar. p. 37. *ἀπὸ τοῦ τάλας κατ' ἀναγραμματισμὸν ὁ Ἄτλας* Eust. 962, 54.[2]) *ἐκ τοῦ ἄκρα κατ' ἀναγραμματισμὸν κάρα* p. 700, 57. Nos vero his vocabulis, quibus plerique alias formae primitivae mutationes significant, omnino non utemur sed contenti erimus tralaticiis et in arte fixis adhibita illa Gregorii distinctione metathesis, quae proprie ita dicitur[3]), et hyperthesis;

2) Epitheton est apud Hesychium *Ἄτλας ὁ ἄτολμος ἀπειθής.*

3) Grammatici saepissime hoc nomine significant enallagen literarum qualiumcunque; *πίδαξ παρὰ τὸ πηδᾶν κατὰ μετάθεσιν τοῦ η εἰς ι*

quarum utriusque exempla per Grammaticorum libros incondite fusa in ordinem redigemus praetermissis quae nimis temere effutita sunt.

§. 1. Metathesis species simplicissima et primum se offerens est ea de qua loquitur EM. 718, 11. *σκίφος τὸ ξίφος διαιρέσει τοῦ ξ εἰς κσ καὶ ὑπερθέσει.* Illud *σκίφος* et huic similia *σπέλλιον*, *ὕσδος* dialecto aeolicae attributa sunt vel doricae, sed reperiuntur quaedam longius divagata: *ἀψίνθιον εἶδος βοτάνης· τινὲς δὲ τῶν κωμικῶν λέγουσιν αὐτὸ ἀσπίνθιον* Zonar. 366. quo nomine Meinekius Com. T. IV. 382. Diphilum usum esse suspicatur. Et instrumenti bellici nomen, quo scriptores Byzantii utuntur, *σπαλίων* id est testudo sive vinea, sine dubio idem est atque *ψαλίς*, quo nomine absis sive opus concameratum vel testudinatum et nonnunquam etiam capreoli sive viticulae fruticum significantur ut Moschopulus ait in Syll. Att. *ἕλικες αἱ τῆς ἀμπέλου ψαλίδες* [4]). Huc accedit glossematicum *ψοῖθος ἡ σποδός* Theogn. Can. 26, 22. *ψοθόν μέλαν* Hes. Cineris autem et fumi tam arctum est consortium ut non mirum sit utrumque nominibus simillimis designari: *ψόλον* (*ψολόεν*) *τὸ μέλαν, τὸ σποδῶδες* Schol. Nic. Th. 288. qui etiam *ἔχιδνα ψολόεσσα* v. 129. interpretatur *τεφρώδης*, cum *ψόλος* autem componitur *ἄσβολος* a Schol. Od. XXIV. 539. *ψόλον γὰρ τὴν ἀσβόλην λέγει.* Latinum *spuo* in Techn. 32. contuli cum *ψύττω* (*φθύζω*) et *scabo* cum *ξέω*. Semel

EM. 671, 20. *ἀπὸ τοῦ χάζω χασμός καὶ κατὰ μετάθεσιν χόσμος* p. 532, 10. *ἔκπαγλος παρὰ τὸ πλήσσω μεταθέσει τοῦ η εἰς α* Schol. Il. 1, 146. et de consonis *φηρσί ἀντὶ τοῦ θηρσί κατὰ μετάθεσιν* Epim. I. 429. *ἀλκή παρὰ τὸ ἀρκῶ μεταθέσει* EM. 65, 51. etc. *Σέλευκός φησι τὴν δαῖτα στοιχείων μεταθέσει δίαιταν εἶναι* Athen. I. 19. B.

4) Schol. min. ad Soph. Aj. 1054. *ψαλίδα εἶπέ τις τὴν σπαλίδα*, quod incertum est utrum absidem significet an pampinos tortiles; nam hi similes torquibus, quae vulgo *ψέλλια*, ab Homero *ἕλικες* dicuntur v. Schol. Il. XVIII. 401. a Sophocle in Fragmm. *ψαλίδες* v. Ellendt. Lex. Soph. s. h. v. Gregorius 598. de Aeolibus loquens *τὸ ξίφος σκίφος λέγουσι καὶ τὸ ψέλλιον σπέλλιον καὶ τὴν ψαλίδα σπαλίδα*, quomodo etiam ille Schol. Soph. scripsisse videtur. Verba postrema *καὶ τὴν* — a codd. absunt. *Σφενδυνοί σπόνδυλοι* Suid. fortasse syracusanum est ut *ψίν* et *ψέ* cf. *ψήν* et *σφήξ*.

lecta *Spylli* pro Psylli in codd. Martian. Cap. VI. c. 671. p. 547. ed. Kopp. *spegma* Plin. XXXIV. 13. *Spycharion* in Inscr. cujus C. Schneiderus meminit in Gramm. 511. vel casus fudit vel consuetudo corrupit. Sed *ascia* Vossius recte cum graeco ἀξίνη conjugare videtur sicut viscum cum ἰξός. Consonas vocabulorum graecorum medias hoc modo mutari exemplum unicum est et non certissimum φοῦσκος ὀξυκέφαλος Hes. id est φοξός. Duplici transgressione notabile est nomen nucularum τὰ πιστάκια et ψιττάκια, cujus consona prima continet sigma ex principio secundae syllabae translatum; nam semiticum est *bistac* sive *pistac* v. Niclas. ad Geopp. T. III. 665. Graeci antiquiores βιττάκια et φιττάκια appellant. Cetera quomodo a primis linguae architectis pronunciata sint, propter etymi ignorationem discerni non potest.

§. 2. Consonarum simplicium nullae ad transponendum tam promtae quam semivocales interque has mobilitate excellit rho. Hinc igitur exempla petit Gregorius 488. *οἱ Ἴωνες χρῶνται ταῖς μεταθέσεσιν· ἔστι δὲ μετάθεσις ὅταν ἢ τὸ πρῶτον στοιχεῖον τῆς ἰδίας συλλαβῆς γίνηται δεύτερον, ἀτραπιτός ἀταρπιτός*[5]), *ἢ τὸ δεύτερον πρότερον, κραδία, τέτρατος, κρατερός*. Haec pro affectis cedunt quia communis usus probavit ἀτραπός, καρδία, τέταρτος, et etiam quia haec convenientiora sunt etymis τρέπω, κῆρ sive κέαρ, τέτταρες. De ultimo ex solo usu judicatur; nam Homerus ipse pro numerorum ratione variat non solum adjectivum κρατερός et καρτερός, sed etiam nomen κράτος et κάρτος. In usu vero dominantur duo sibi contraria κράτος et καρτερός, pro quo scriptores deterioris notae κρατερός asciverunt idque etiam a librariis passim ad Atticos transfusum est v. Duker. ad Thuc. IV. 129. Herodianus vero de Dichron. 363. ed. Lehrs. hoc primo loco ponit, καρτερός hyperthesi affectum dicit. Sed affinium aliqua in suo quidque ordine perstant κάρτα κάῤῥων — κρατύς κρείσσων. Ac si verum est quod suspicamur, horum omnium esse

---

5) Ἀταρπώ Parca quae vulgo Atropos vocatur v. Techn. p. 38. Eandem fortasse significat Hesychius Ἀταποῦ (Ἀταρποῦς) χαλεπῆς.

unum principium κάρα et κρᾶτα v. Techn. 128. sequitur hujus inconstantiae causam a natura proficisci. Allatis Gregorius p. 434. addit τάφρος τάρφος iterumque in Schol. Hermog. p. 1138. T. VII. Rhett. Gr. παραφθορά ἐστιν ἐὰν τὴν τάφρον τράφον εἴπῃς, quod Koenius 338. ex Tabb. Heracl., Du Cangius ex Herodiani Epimm. (p. 125.) aliisque idem aetatis scriptoribus profert et nonnulli etiam ab Hesychio scriptum putant Τράφος τάφρος pro Τράφος τάφος, sed ex aliis glossis Ταρφῆες κτερεϊσταί, Ταρφήια ἐντάφια colligi potest pro masculino τάφος nonnullos dixisse τάρφος et τράφος ut στράχυς pro στάχυς, Alia accumulat Schol. A. ad Il. XXIII. 169. ἡ διπλῆ πρὸς τὴν μετάθεσιν ὅτι δρατά εἶπεν ἀντὶ τοῦ δαρτά, quam Schol. B. antistrophen nominat, tertius aliquis addit Aristophanem sic dixisse δέδραται in Pac. 1039. sed hoc est a verbo δράω, non ut in Schol. dicitur ἀντὶ τοῦ δέδαρται: καὶ Ὅμηρος δρατὰ σώματα. Hoc nonnulli aliter scripserunt διὰ τοῦ ε δρετά ἀπὸ τοῦ δέρειν (ut φερτός) sed vulgatam scripturam sequitur EM. 287, 10. Zonar. 572. ὡς φθείρω φθαρτός, οὕτω δείρω δαρτά καὶ καθ' ὑπέρθεσιν δρατά ὡς ὀφιόσπαρτον ὀφιόσπρατον, quo nomine fortasse poetarum aliquis appellavit illud quod a Tragico dicitur τὸ γηγενὲς ὄφεος θέρος Bacch. 1025. hoc est Cadmeum vel serpentis Colchici sementem, θέρος οὖλοον ἀνδρῶν γηγενέων Apollon. IV. 1034. Perdubium est quod ab EM. 148, 36. traditur: ἀρπίδες τὰ ὑποδήματα παρὰ Καλλιμάχῳ — θῆκε σὺν ἀρπίδεσσι, παρὰ τὸ ῥάπτω ῥαπίδες καὶ κατὰ μετάθεσιν ἀρπίδες ὡς ῥῆνες ἄρνες. Nam illud ῥαπίδες sive ῥαφίδες, quod Hesychius quoque ὑποδήματα interpretatur, iota breve habere oportet ut σκαφίδες, ἀρπίδεσσι vero in Callimachi versu quem ex Hecale sumtum esse convenit (v. Naek. Hec. p. 70.) habet longum, neque dici licet poetice productum esse ut μαινῖδες, χειρῖδες, nam hoc conceditur modo paronymis quae longam habent antepenultimum, alpha autem ante ρπ correpte dici auctor est Trypho in EM. l. c. quare videndum ne ἀρπίς ab alio ductum sit principio ἄρω, unde alia calceamentorum vocabula ἀρβύλη et ἀρτάριον v. Proll. 124. et Amoris nomen aeolicum ἄρπυς, si

quidem hoc conciliatorem significat sive, ut germanice dicitur, copulatorem (Kuppler), quod secus videtur Meinekio Anall. 267. Sed nihil controversiae habent haec: *παρὰ τὸ τέρσω τερσιά καὶ ταρσιά παρὰ Σιμωνίδῃ* (Schneidew. p. 128.) *καὶ καθ' ὑπέρθεσιν τρασιά* EM. 764, 25. quod ab etymo *θέρω* torreo longius discedit quam *ταρσός* et *θαῤῥία* Hes. eoque differt ab ante dictis, quorum nativa forma communi usui accommodata est, transposita poesi cessit. Ab eodem autem verbo ductum videtur cremiorum nomen *Γάρσανα φρύγανα Κρῆτες* Hes. id est *τάρσανα* et *Τραύσανον ξηρὸν πᾶν ἢ φρύγανον*, quod apud alios Glossographorum minus recte *τραύξανον* scribitur. Aeque certum est quod de nomine insulae traditur: *Κράπαθος ἀντὶ τοῦ Κάρπαθος κατὰ μετάθεσιν* Sch. Il. II. 676. cujus ad exemplum Dionysius in Bassaricis urbem Cypri Carpasiam transnominavit *Κραπάσειαν*. Idem Homerus, prout tempus fert, modo *θάρσος* dicit modo *θράσος*, sed posteriorum scriptorum nonnulli hac opportunitate ita usi sunt ut illi fiduciae notionem subjicerent, alteri confidentiae v. Gesner. ad Lucian. Encom. Musc. §. 5. et Interpr. ad Thuc. III. 12, 1. Id igitur a superioribus hanc habet differentiam quod in pedestri quoque sermone dupliciter dicitur. Origo tamen utrique communis a verbo *θέρω* v. Techn. 292. cujus formam sequitur aeolicum *θέρσος* et hinc composita *Θερσίλοχος*, *Θερσαγόρας* pro *Θαρσαγόρας*, neque deserit adjectivum *θερμός*, quod saepe *τὸν θρασὺν* significat ut *calidus* audacem atque *θαλπωρή* spem fiduciae genitricem. Ex verborum ordine huc pertinet *μάρψαι* et *βράψαι*, quae Hesychius eodem modo interpretatur *συλλαβεῖν*. Illud habet aliquam cum *ἁρπάσαι* et *rapere* similitudinem sed non tantam ut idem esse videatur, neque certa est illa ab ignoto nomine *μάρη* derivatio et repugnat utrique aoristus *μαπέειν*. Quamobrem in Techn. 47. ad hanc descendi sententiam, literas illorum verborum principales esse tres *μαπ*, rho vero adventicium haberi oportere ideoque transponi *μάρπτω* et *βράπτω*. Hinc existimandum est de adjectivis *δυςβάρκανος* [6])

6) Pselli versus quos Kuesterus citat ad Suid. s. *Δυςβράκανος*, a Tittmanno editi sunt ante Zonaram p. CXVI. v. 41.

et δυςβράκανος ὁ δύςληπτος, quae ex altera verbi forma βράξαι pendent v. Techn. 49. Haec consiliarii nostri taciti praetereunt sed non negligenter tractant verbum farciendi: πεφαργμένος ἀντὶ τοῦ πεφραγμένος καὶ ἐφάρξαντο ἀντὶ τοῦ ἐφράξαντο καὶ τὸ φρακτὸν φαρκτόν, ὥςτε ὑπέρθεσις. Περὶ παθῶν EM. 667, 22. Addi poterant syntheta ἄφαρκτος id est ἀφύλακτος Hes. et ναύφαρκτον, quod Dindorfius Aristophani tribuit Ach. 95. idemque Grammaticorum quibusdam indiciis ductus poetas Atticos aequaliter φάργνυμι et cetera scripsisse censet, non ut in codd. legitur v. Adn. ad Aesch. Pers. 63. ed. Oxon. [7]) Etymon scrutantibus ex proximo occurrit ἔργω εἴργω. Nam hinc compositum ἄερκτον Harpocratio, Suidas, ceteri interpretantur ἄφρακτον et ἕρκος περίφραγμα, hoc autem aeolice ἄρκος dicitur cognatumque habet ἄρκυς ἀπὸ τοῦ εἴργω EM. Digamma, quod huic verbo adhaeret, in aspiratam mutato nascitur φάργω et trajectione facta φράγω, nomenque ῥῆχος id est φραγμός litera φῖ destitutum ex formula a Grammaticis [illegible]ata: οὐδέποτε εὑρίσκεται λέξις δισύλλαβος ἐν χρήσει ἀρχομένη ἀπὸ δύο δασέων τῆς δευτέρας συλλαβῆς ἀπὸ δασέος ἀρχομένης Choerob. Can. 636, 8. His non aliena est Valckenarii conjectura Observatt. in N. T. p. 253. T. II. ab eodem φράττω nomen σφραγίς repetentis; cui nonnihil momenti adjicit Sophocles σφραγῖδος ἕρκος tanquam ἐκ παραλλήλου jungens Trach. 612. Nec multum obest quod hoc a poetis epicis et scriptoribus ionicis dicitur σφρηγίς, verbum autem et nomina ex eo apta alpha retinent φράξας Herod. Apollon. ἐμφράξαιο Nic. Th. 79. περιφράξαι Nonn. XLIV. 19. φραγμός et φράγμα Herod. nam apud hunc etiam φρῆγμα legitur in Edd. vett. et alpha quoque non ab omnibus aequaliter pronunciatum esse probat diversitas accentus v. Parall. 402. Verum hac super re nimis. Pro τρέπω nonnullos τέρπω dixisse ut ἀταρπός affirmant auctores in Techn. 38. nominati, contraque alii

---

7) Nescio quod ad exemplar formatum sit verbum φάρκτεσθαι τὸ φράττεσθαι Phot. ejusque imperativus φάρκτου φυλακὴν σκεύαζε Hes. Quisnam enim δράκτεσθαι dixerit pro δράττεσθαι?

aoristum ἐτράπην ad τέρπω referunt ut Apollonius: τραπείομεν τερφθῶμεν· εἴρηται δὲ κατὰ μετάθεσιν ἀντὶ τοῦ ταρπείομεν. Et hoc modo etiam quinque aoristi activae formae explicantur δέρκω ἔδαρκον, πέρθω ἔπαρθον, ὅπερ γίνεται καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν ἔδρακον, ἔπραθον Choerob. Can. 625, 7. ἥμαρτον καὶ καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν ἤμβροτον 623, 20. δραθεῖν καθ᾽ ὑπέρθεσιν ὡς κραδία EM. 285, 54. ἀπέπαρδε — ἔπραδε δὲ προτεταγμένου τοῦ ρ Suid. quod doricum esse colligimus ex dicterio illo νῦν τ᾽ ἦνθες ἐς χορὸν νῦν τ᾽ ἔπραδες. In communi sermone et attico ἔπαρδον dicitur, dupliciter vero κατέδαρθον et κατέδραθον v. ad Buttm. 142. Ab his, quorum origo ultra memoriam jacet, differunt poetica illa a stirpibus puris derivata, unum δρῶ κατὰ παραγωγὴν δρέκω καὶ ἐν ὑπερθέσει δέρκω Zon. 490. alterum πρῶ πρήθω πέρθω v. Techn. 63. et 97. horum enim aoristi literarum ordinem non mutant nisi quod εὐδρακής dicitur et εὐδαρκής Hes. Verbi perfecti mutationem approbant ἔμβραμαι et βέβραμαι ab Hesychio allata pro εἵμαρμαι, et διέφρασαι παρὰ Ἰβύκῳ (Schneid[illegible]218.) ἔστιν ἔφθαρσαι καὶ κατὰ πάθος [8]) ἔφαρσαι καὶ καθ᾽ ὑπέρθεσιν ἔφρασαι EM. 273, 24. Ergo ille quum coactus esset verbi ἔφθαρσαι secundam syllabam corripere, pro ἔφθρασαι posuit ἔφρασαι, quia literae φ θ ρ non ita ut χ θ ρ consociari possunt; consonam minus necessariam rho fortasse dimittere noluit ob eam causam ne quis hoc pro secunda persona verbi ἔφθασμαι acciperet. Hinc ad declinationem nominum deducimur. Primum transitu e casu in casum literas transponi credidit Epim. I. 390, 13. Gud. 79, 4. παρὰ τὸ ῥήν ἡ γενικὴ ῥηνός καὶ κατὰ συστολὴν ῥανός καὶ ἐν ὑπερβιβασμῷ ἀρνός, de quo et de dativo τέτρασι infra dicetur. Ad motionem pertinent βαρδύτερος et βάρδιστος. Haec enim nunquam ad eam formam revolvuntur quam Grammatici naturalem esse constituunt sed versus heroicus repudiat: παρὰ τὸ βάρος βαρύς καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ βαρδύς καὶ ἐν ὑπερθέσει βραδύς EM. 188, 22.

---

8) Ὕφεσιν dicere voluit sive ἐξαίρεσιν, non συγκοπήν ut Sturzius opinatur.

Pleonasmo huic aliquid fidei conciliat latinum *bardus*, si quidem, ut Festus dicit, a graecò tractum est; nec multum discrepat significatio; nam οἱ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ Luc. Ev. XXIV. 25. uno verbo vocantur βαρυκάρδιοι Psalm. IV. 3. Sed βαρδύς tamen non reperitur neque sumi necesse est; nam in derivatis saepe literae aliter collocantur atque in primitivis ut τάρφος et ταρφύς παρὰ τὸ τρέφεσθαι EM. Ad ultimum distuli quorum aut auctores ignoti sunt aut scriptura ambigua: Δάρχμη ἡ δράχμη, Σπάρτοι αἱ τάξεις τοῦ πλήθους (accentu, si mendo caret, aeolico) Hes. nomenque arboris βάρβιλος et βράβυλος et piscium ἐγκαρσίχολοι et ἐγκρασίχολοι quod mire explicant Glossographi, οἱ χολὴν ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχοντες, ad haec Κάρνειος sive Καρνεῖος et Κράνειος Apollinis cognomen, de quo veteres ipsi certant utrum a Carno vate sumtum sit an ab arbore κράνεια v. Siebelis ad Paus. III. 13, 3. Eorum autem quae antea enumeravi alia a poetis versuum rotundandorum causa mutata sunt, alia statim a radice literas instabiles habuisse videntur. Ex indeclinabilibus unum huc trahit Eustathius 46, 7. ῥά ἄρ, quod cum ἄκρα κάρα confert, sed rejicitur ab EM. 134, 8. ὁ ἄρ σύνδεσμος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ ῥά· ὁ γὰρ ῥά ἐγκλιτικός ἐστι καὶ ὑποτακτικός· ὁ δὲ ἄρ οὐκ ἔστιν ἐγκλιτικός v. Diss. I. c. I. §. 2.

§. 3. Non ita saepe aliae vocales cum rho stationem commutant, primum ut metrum servetur, quomodo Aeschylus Ἀρταφρένης usurpavit, tum ob alias causas minus perspicuas ut gens Lyciae a plerisque Τερμίλαι, ab Hecataeo Τρεμίλαι dicta est, regio Τρεμίλη Anton. Lib. conditor Τρέμιλος Panyas. Appellativum τέρμινθος sive τερέβινθος Nicander in τρέμιθος vertit et ab hac forma Stephanus etiam nomen urbis Τρεμιθοῦς derivatum censet; a verbo στρέφω manarunt στρέφος et στέρφος intellectu non multum diverso v. Techn. 302. ab ignotis fontibus τέρχνος quod Vossius cum *truncus* confert, et τρέχνος, hoc Dosiadae placitum, illud Maximo; περκνός et πρεκνός sive πρακνός Hes. sed nullum simile dorico σπέργυς παρὰ τὸ πρέσβυς τροπῇ τοῦ β εἰς γ πρέσγυς καὶ ὑπερθέσει σπέργυς. Περὶ παθῶν EM. 723, 17. nam hic non una consona loco mota est sed

duae. Verum et hoc extra causam est et quidquid proprio dialecti cujusdam gentiliciae colore distinguitur ut Τέρτα ἡ τρίτη Hes. φαρετέῤῥων ἀντὶ τοῦ φαρετρέων ὑπερθέσει καὶ ἀναδιπλασιασμῷ EM. 787, 39. et alia. Sed trope, cujus ille meminit, metathesi adjuncta adhibetur etiam verbo ἔρδω παρὰ τὸ ῥέζω ὑπερθέσει ἔρζω καὶ τροπῇ δωρικῇ EM. 179, 55. sed injuria; nam delta pro gamma substitutum esse ut in δνόφος etc. apparet ex nomine ἔργον et futuro ἔρξω, quibus accommodata sunt ἔρκτης, ἔρκτωρ, εὐέρκτης i. q. εὐεργέτης· alteram formam sequuntur ῥέκτης, κακοῤῥέκτης, αὐτορέγμων. Familiaris vero haec metathesis est reduplicationi in sermone poetico ῥερίφθαι, ῥερυπωμένος, ῥεραπισμένος Choerob. Can. 555. Anecd. Ox. T. IV. 185. qui omittit ῥερυθμῶσθαι a Photio enotatum et alia v. Parall. 13. Metri causa poetae verbum ἐγείρω aliter cum nominibus brachyparalectis composuerunt, aliter cum contrario genere ἐγερσίμοθος et ἐγρεσίκωμος, iidemque ἀνέγρετος dixerunt ubi opus esset, ἀνέγερτος ubi liceret, ut in prosa dicitur δυςδιέγερτος, διέγερσις, δημοεγέρτης sive δημεγέρτης et ab ἀγείρω συναγέρτης· sed λιναγρέτης potius cum αἱρεῖν compositum ut μαζαγρέτας et κωλαγρέτας ἀπὸ τοῦ ἀγρεῖν τὰς κωλᾶς Schol. Vesp. 693. quanquam haec quoque nonnulli ad ἀγείρειν referunt. Unum genus transgressionis publicam obtinuit auctoritatem, illud quod in dativis nominum syngenicorum pluralibus cernitur: ἐν τῇ δοτικῇ μήτερσι διὰ τὴν εὐφωνίαν ὑπερβιβασμὸς γίνεται τοῦ ρ καὶ τροπὴ παρακολουθεῖ τοῦ ε εἰς α, μητράσι, πατράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι Choerob. Can. 349, 28. quod verum est si hi casus a nominativis μητέρες, πατέρες declinati sunt terminatione ες in σι mutata. Sine hujusmodi trope nascitur numerale ἐκ τοῦ τέσσαρσι τέταρσι ἀποβολῇ καὶ ὑπερθέσει τέτρασι EM. 754, 32. cujus exempla protuli ad Phryn. 409.[9]) Hinc ordinale τέτρατος μετάθεσις ἰωνική Schol. Od. III. 180. Ad derivationem pertinet παρὰ τὸ κρέκω κρεκίς καὶ ὑπερβιβασμῷ κερκίς Epim. 379,

9) Addi poterant Strab. X. 486. XIII. 582. Plut. Vit. X. Oratt. c. IV. 837. C. Longin. c. 39, 4. Diog. III. 56. Galen. de Meth. Med. I. 9, 72. T. X. In Lucian. Dial. Mort. VI. 2. nuper τέτρασιν receptum est.

32. EM. 506, 3. nam κρεκίς non dicitur; et Κερκολύρα Ἀλκμὰν ἀντὶ τοῦ κρεκολύρα ἠχητικὴ λύρα· ἔστι δὲ τοῦτο πάθος Zonar. 1190. nisi is temere confudit quae in EM. et Suid. distincte scripta sunt Κερκολύρα ὄνομα τόπου et Κέρκος θύρα χαλκῇ Ἀλκμάν. Hesychius Κερκάς κρέξ τὸ ὄρνεον. Ἔτερσε ἐφόβησε Hes. si recte ita scriptum est, ad ἔτρεσε eandem relationem habet quam *terreo* ad *tremo*; ἔπρεσε Hesiodium veteres non pro ἔπερσε acceperunt sed pro ἔπρησε Techn. 89. Montis macedonici nomen apud Photium etiamnum Βρέμιον scribitur, sed jam diu Kannius ad Conon. p. 61. correxit Βέρμιον. De proxima vocali haec accepimus: κρίκος καὶ ἐν ὑπερθέσει κίρκος Epim. I. 223. quorum illud in communi usu positum simileque germanico *Kreis*, alterum, quo Latini utuntur, poetis relictum est; nam quod apud Pollucem legitur I. 94. κίρκοι — τὸ γὰρ κρίκοι ποιητικόν, Bekkerus in contrarium vertit κρίκοι — κίρκοι. Κίρσος πάθος τι περὶ τὸ σῶμα, ὅπερ τινὲς ἰξίαν φασίν, ἄλλοι δὲ κρισσόν Hes. κιρσός ἢ κριξός οἴδημα φλεβός καλεῖται καὶ ἰξία Poll. IV. 196. quo loco codd. κρισσός praebent; κιρσοὺς οἱ νεώτεροι καλοῦσιν ἰατροὶ τὸ ι μετὰ τοῦ (τὸ) κ τιθέντες οἱ καθάπερ οἱ Ἀθηναῖοι Galen. de Tumor. XVI. 730. T. VII. Usitatius est κίρσος et κιρσώδης, quod Schneiderus cum σκίῤῥος cognatum putat. Tertium est nomen urbis: Κρῖσα ὑπερθέσει Κίρσα καὶ Κίῤῥα. Λεωκρίνης ἡγεῖται δύο πόλεις εἶναι δι' ἄγνοιαν τοῦ πάθους EM. 515, 18. Huic obsequitur Coraes ad Heliod. 93. sed nominibus illis diversas urbes significari probabiliter ostendit Ulrichsius in Itiner. Graec. p. 23. Eorum quae ο micron in syllaba principali habent notissimum est βροτός — παρὰ τὸ μείρω μορτός ὑπερθέσει μροτός, ἐπενθέσει τοῦ β ὅπερ διὰ τὴν ἀσυνταξίαν ἐξέστη τὸ μ Epim. I. 91. et 431. eodemque Theognostus rem deducit Can. 64, 2. cum subscriptione auctoris: οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμοῖς. Vox ignobilior est βρόμος καὶ καθ' ὑπέρθεσιν βόρμος· ἔστι δὲ τροφὴ τετραπόδων EM. 205, 3. βόρμον ὃν καὶ βρόμον Hes. quod Herodianus Epim. 213. βρῶμος scribi jubet διὰ τοῦ ω. In usu praevalet βρόμος, quod aliquam habet cum βορά et figurae similitudinem et significationis; nam

ab alio edendi verbo γράω ductum est γράστις. — Κρόσσας κεφαλίδας τοῦ τείχους καὶ κρόσσους τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων παρὰ τὴν κόρσην κατὰ μετάθεσιν· οὕτω Φιλόξενος EM. 540, 40. Gud. 348, 60. quibus paria leguntur in Schol. Il. XII. 258. Caput hominis uno modo κόρση vocatur, pinnae murorum saepissime κρόσσαι et fimbriae vestium κρόσσοι constanterque adjectivum scribitur πρόκροσσος. Sed in illo vacillatur: Κόρσαι κεφαλαί ἐπάλξεις Hes. κορσωτὴ πτέρυξ pinna muri Lyc. 291. ubi in multis codd. κροσσωτὴ legitur. Utrumque cum κάρα κρᾶτα cognationis vinculo constrictum videtur unde etiam pinnae (τὰ πτερύγια τῶν τειχῶν) κρήδεμνα vocantur. Proximum est κρόταφος παρὰ τὴν κόρσην κόρσαφος καὶ κόρταφος καὶ ἐν ὑπερθέσει κρόταφος EM. 541, 22. quod confirmat Pollux II. 40. τοὺς κροτάφους ἔνιοι καὶ κόρσας λέγουσιν aliique in Proll. 291. citati, quo minus probatur Eustathii originatio παρὰ τὸ κροτεῖν, quanquam hujus quoque verbi consonas principales a nonnullis transmotas esse docet Hesychius Κορτεῖν κροτεῖσθαι v. Meinek. Com. Fr. Vol. III. 188. Idem haec praebet: Κόρτος ὁ ἐν τοῖς κτσὶ κρότων et Πόρκας ἐλάφους ἢ ταχεῖς, quae neque ex etymo judicari possunt neque scimus utrum recte sic scripta sint an a librariis perversa ut multa hujusmodi in hoc Glossario, exempli causa Ἔασαι κοιμηθῆναι pro ἀέσαι, Ἄχνημος νῆστις pro ἄκμηνος ut Valckenarius putat, Ἐκκομοδεύειν pro ἐκκοδομεύειν, Ἐένδυνεν pro ἐνέδυνεν, Πάλνη πλάνη, et quod ipse correctione egere vidit Νῆλος ἔριον, ἄμεινον λῆνος. Eadem cautio est et de aliis quae in progressu hujus sermonis a Glossographis petemus, et de verbo Θροννύεται τὸ ὀχεύεται Zonar. 1054. cui simile est nomen montis Θρόναξ in Schol. Theocr. XV. 64. pro usitato Θόρναξ, quod ipsum Hemsterhusius hoc loco substituit; nec suspicione caret θροννύω sive potius θρόννυμι, quod saltem aliter scribi oportebat θρώννυμι ut στρώννυμι. Etruriae urbem Cortonam quae a Polybio Κυρτώνιον vocatur, Stephanus eodem nomine quo graecam appellat Κρότων, eademque confuderunt librarii in Dion. Antt. I. 26. Montem qui a Dionysio Per. Παρπανισός, vulgo autem Παροπάμισος dicitur, Nonnus Προπάνισον

transnominavit v. Proll. 415. Si σπαργᾶν et σφριγᾶν, ut in significatione competunt, ita etiam communitate stirpis conjuncta sunt, metathesi accessit trope vocalis et enallage consonae. Ex verborum inclinamentis huc revocatur aoristus ἤμβροτον ἀπὸ τοῦ ἥμαρτον κατὰ ὑπερβιβασμὸν τοῦ ρ καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ο καὶ πλεονασμῷ τοῦ β Excc. in Cram. Anecd. Oxon. T. IV. 195, 7. Paris. T. IV. 236. Etymo propius est Ἔμορτεν ἀπέθανε Hes. quod ἤμορτεν scribi debet a verbo ἀμείρω sed significatione neutrali. Indeclinabilium unum adnumerat EM. 683, 4. Eust. 166, 30. παρὰ τὴν πρός γίνεται πρόσω καὶ κατὰ μετάθεσιν πόρσω καὶ τροπῇ πόῤῥω, quod a praepositione πρό longius illo discedit sed in usu communi plus auctoritatis habet. — De ypsilo neque Grammatici quidquam monent praeter tenebricosum illud EM. 784, 53. Ὕρταχος ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ ῥύταχος, quae nominis proprii interpretatio esse videtur; neque ego plus afferre possum quam quod Hesychii glossae praebent Διαπύρσιος μέγας διαβόητος et Θυργανᾶν κινεῖν, pro quo κνύειν scribendum est auctore Aristophane qui Eccl. 34. θρυγονῶσα sive, quod etymo τρύω τρίβω convenientius, τρυγονῶσα τὴν θύραν et paucis interjectis τὸ κνῦμα et alio loco Thesm. 481. ἔκνυε τὴν θύραν scripsit. Κύρνα κρανία in Parall. 338. ad latinum *cornus* applicui, quae graece κράνεια dicitur. Κύρβαντες οἱ τὸν κόρον (Jovem puerum) φυλάξαντες· βαίνειν γὰρ τὸ φυλάσσειν· ἢ ὡς Ἡρωδιανὸς παρὰ τὸ κρύβειν Κρύβαντες καὶ Κύρβαντες, ὅθεν καὶ κυρβασία Zonar. 1264. Eadem dicit EM. 547, 39. sed hic praetermisso Herodiani nomine qui hujus inventiunculae honorem sibi eripi facile patietur. Κυρβάδωμεν κρύψωμεν Hes. corruptum videtur ex κρυβάδδωμεν hoc est κρυβάζωμεν a verbo κρυβάζειν. Pro Κρύμα εὕρημα jam alii reposuerunt κύρμα.

§. 4. Secundum in hac causa locum obtinet lambda. Βελτός ὁ βλητός Hes. ad illud genus transgressionis pertinet cui adjuncta est ectasis syllabae subsequentis πέρθω πρήθω etc. v. Diss. de Sync. P. I. C. II. §. 1. Sed simplicis et germanae metathesis exempla duo sunt, unum domesticum στλεγγίς et στελγίς, idemque lambda in rho verso

στεργίς et *στρεγγίς*, quod Erotianus improbat sed firmatur verbo latino *stringo* v. Technol. p. 55. alterum peregrinum *βλάσαμον*, quo Nicander usus est sed in secundo demum casu *βλασάμοιο* alpha secundae syllabae correpto, quod in recto *βάλσαμον* producit. Horum obliti Technologi morantur in verbo *ἔλδω παρὰ τὸ θέλω τοῦ θ τραπέντος εἰς δ κατὰ Μακεδόνας καὶ ὑπερθέσεως γενομένης· καὶ ἐκ τοῦ ἐθέλω ἐδέλω καὶ ὑπερθέσει ἐέλδω* EM. 317, 29. quam enallagen dentalium *δ* et *θ* aeolicam dicere solent *δάσος θάσος*, *μῆδω μῆθω*, sed neutrum horum legitur; et illorum quoque verborum cognatio parum explorata est. Ad explicandum adjectivum *φολκός* Buttmannus in Lexil. I. 246. finxit verbum *φέλκω*, quod pro *πλέκω* dictum esse vult tenui in aspiratam versa; probabilius est *ἕλκω ὁλκός*. Nomen urbis *Βέλβινα* in codd. Ptolemaei *Βλέμινα* scribitur. Unius Hesychii auctoritate nituntur *Ὄλχος ἐνέδρα* et *Φύλλειν ἀδολεσχεῖν* corrupta fortasse ut multa in hoc mendorum omnium conciliabulo. Aliam ejusdem glossam *Ἔλπος ἔλαιον στέαρ* et *Ἔλφος βούτυρον* Kuesterus cum *λίπος* confert; ab illo derivatum videtur *ὄλπη τὸ ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον* Schol. Theocr. II. 156. *Γλία* glus sive *γλοία* et quod Glossographi huic interpretamenti loco subjiciunt *κόλλα*, item *χλόη* et *χολή* (Techn. 25.) num congenerata sint, arbitrentur qui volent [10]) sed *φλοιός* et *φελλός* composui Techn. 31. auctore Pausania VIII. 12, 1. *ταύτης τῆς δρυὸς τὸν φλοιὸν Ἴωνες φελλὸν ὀνομάζουσι*, nec piget conferre *σκελλός* id est *διεστραμμένος* et *σκλοιός ὁ σκολιός* Arc. 37, 11. Quae sequitur liquida locum suum non deserit nisi in reduplicatione verborum *μείρομαι* et *σεύομαι*. *Τὸ ἔμμορε Ζηνόβιος καὶ Ἡρωδιανὸς οὕτω κανονίζουσι μείρω μέμορα καὶ ἐν ὑπερθέσει τοῦ μ ἔμμορα· ἀλλ' ἐλέγχει αὐτοὺς τὸ δεύτερον πρόσωπον ἔμμορες* Exec. Cram. T. III. 263, 24. quam sententiam Choeroboscus Can. 593. alio confirmat argumento: *μέμορα καθ' ὑπερβιβασμὸν*

10) Pro *χολάοντα ἀνθοῦντα* Hes. corrigitur *χλοάοντα*. *Χνόα* (*χνοίη*) et *χοῖνιξ* sive *χοινίκη* terminatione differunt, *λάχνη* sive *λάχνος* *lana* et *χλαῖνα* significatione, sed stirpes fortasse communes habent.

ἔμμορα· κρεῖττον δέ ἐστιν εἰπεῖν ὅτι ἀορίστου ἐστὶν ἔμορεν καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ μῦ ἔμμορεν. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν ἔμμορον, cujus exempla satis in promtu sunt; de perfecto olim dubitabatur EM. 335, 26. εἰ γὰρ ἦν παρακείμενος, ἐμμόρασιν εἶχεν εἶναι, et brevius Epim. I. 156, 14. ἔμμορον οὐκ ἐμμόρασι, sed hodie hujus quoque temporis exempla quaedam evestigata sunt. Geminum est verbi σεύω perfectum σέσυμαι καὶ ἐν ὑπερθέσει τοῦ ε ἔσσυμαι EM. 383, 44. Epim. I. 156, 25. Restat vero singulare genus transmutationis, de quo agitur in EM. 788, 40. Schol. BL. ad Il. I. 190. παρὰ τὸ σφάζω σφάγανον καὶ ὑπερθέσει φάσγανον· ἢ παρὰ τὸ φάσθαι (φάσαι) τὸ φονεῦσαι. Nostra sententia sic est: a primitivo φάω, cujus perfectum est πεφάσθαι, processit σφάζω praeposito sigma et hinc σφαγή, a quo σφάγανον derivari poterat; sed linguae auctores praeoptarunt sigma pleonasticum, quo gravius sonaret syllaba princeps, ab initio ejus transferre ad finem; mansit vero immotum in herbae nomine σφάγνος, οἱ δὲ φάσγανον Diosc. Mat. I. 19, 35. Eadem litera supposita a themate μίγω germani Graeci μίσγω derivarunt, degeneres σμίγω Medd. Mosq. p. 43. et alii v. Techn. p. 50. propriumque nomen Σμιγόλας v. Parall. 414. Mutarum nulla est quae migrationis suspicionem moverit.

CAP. II.

De hyperthesi.

§. 1. Hujus sunt genera multa et diversa pro numero et ordine literarum quae in discrimen veniunt. Prima et simplicissima ratio est ea qua consona vocali praeposita ei postponitur eoque ex prima syllaba transit in alteram hoc modo νε-α ε-να, θε-ω ε-θω. Ἀπὸ τοῦ ἔννεα ὤφειλεν εἶναι ἐννεάκοντα καὶ καθ' ὑπέρθεσιν ἐνενάκοντα, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ πεντήκοντα καὶ οἱ λοιποὶ ἀριθμοὶ τῷ η παραλήγονται, τούτου χάριν κατὰ συνεκδρομὴν ἐκείνων ἔτρεψε τὸ α εἰς η καὶ γέγονεν ἐνενήκοντα Choerob. Orth. 213, 30. EM. 308, 48. Illud ἐννεάκοντα non legitur sed quod hinc

contractum est ἐννήκοντα Homerum auctorem habet idque fortasse a principio non sic sonabat sed νεάκοντα vel νενιάκοντα ipsumque primitivum νέα vel νενέα sicut in aliis linguis *niun, neun, novem* etc. Alia addit Schol. AB. ad Il. II. 219. ἀνήνοθε ἀπὸ τοῦ θέω ὑπερβιβασμῷ ἔθω ὡς ῥέω ἔρω. Verum ἀνήνοθε ab ἀναθέω derivatum esse minime certum est, nec magis probantur qui participium ἔθων Il. IX. 540. pro θέων acceperunt. Προςέθω προσθήσω Hes. mendose scriptum est pro προςθέω quod ionice dicitur pro προςθῶ. Verbi epici εἴρω duplex fuisse principium ἔρω et ῥέω diversitas inclinamentorum declarat v. ad Buttm. 166. hisque similia quaedam attuli in Techn. p. 16. et 138. sed in usu nullum reperitur praesens commutabile. Ὀθῶς ταχέως Hes. pro θόως tribuitur librariis. Ἱλαρός et λιαρός non ordine literarum ut Eustathius 46, 5. censet sed toto genere differunt. Ficto utitur Epim. I. 367, 10. παρὰ τὸ ἴπος ἰπάζω καὶ ἐν ὑπερθέσει πιάζω, quod si probasset Herodianus Mon. 44, 2. non indictum reliquisset. Nec persuadet Choeroboscus Orth. 242, 28. EM. 635, 48. σπόριον καθ' ὑπέρθεσιν τοῦ ο ὄσπριον· nam neque σπόριον exstat neque ὄσπριον idem significat quod σπόρος vel σπέρμα sed certum quoddam genus sativorum. Aeque inusitatum est φυτάλιμος, ex quo φυτάλμιος natum esse fingunt v. Proll. 98. In genitivo χαιρουσέων (ὀθονέων) Od. VII. 107. Eustathius dubitat an literae σε positae sint pro εσ, sed antiquiores aliud suadent; ex χαιροεσσῶν ionice factum esse χαιροεσσέων, hinc omisso quia numeros egreditur per syncopen epsilo primo χαιροσσέων et detracto sigma[1]) χαιροσέων. Sed nulla aut hyperthesi aut syncope opus est si statuimus Homerum χαιροεσσέων sic pronunciasse ut ο et ε in unam syllabam confluerent vel synizesi vel contractione ut posteriores solent χαιρουσσέων. Etenim adjectivum χαιρόεις metro accommodari non potest nisi aut bisyllabum fiat χαιροῦς χαιροῦσσα, aut pro brevi

---

1) Hoc non dicitur ab Eustathio sed intelligitur. Doederlein in Gloss. Hom. I. 246. χαιροσέων pro χαιρώσσων a nominativo χαίρωσις dictum putat. Sed nomina in ωσις hyperdisyllaba Homerus non novit.

$\bar{o}$ accipiat longum καιρώεις ut ὠτώεις. A καιρώεις vero proficiscitur καιροεσσέων et sic a nonnullis scriptum esse colligo ex scholio Ἀρίσταρχος καιροσέων. Ἀκροχερσίτης si a verbo ἀκροχειρίζειν ductum est, pro $\bar{ις}$ assumsit $\bar{σι}$, nam ἀκροχειριστής dicendum erat, idque Schneiderus in Lex. illi substituendum putat, spreta quatuor locorum auctoritate, in quibus omnes libri consentiunt, neglectaque significationis differentia; nam ἀκροχειρισταί omnes appellari possunt qui ἄκραις ταῖς χερσί aliquem aggrediuntur sed athletae illi, qui ἐπιλαβόμενοι ἄκρων τῶν χειρῶν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ἕκλων, prae ceteris vocati sunt ἀκροχερσῖται. Quod nomen si minus ad proportionem respondet, sermonis palaestrici necessitati condonandum videtur. Similiter confusae sunt syllabae $\bar{νι}$ et $\bar{ιν}$ in Hesychii glossa χθόϊνος καὶ χθόνιος γήινος ἐπίγειος, quo sensu χοϊκός dici solet. Ex Asclepiadis sententia, qui δίκροος cum κόρος id est κλάδος compositum putavit EM. 276, 26. litera rho vocalem antecedentem transgressa est; sed alii alia suadent. Διπλόος, τριπλόος nonnulli syntheton esse statuerunt ut οἰοπόλος, ἀπὸ τοῦ δίς καὶ πέλω EM. 278, 42. sed Choeroboscus Can. 245, 17. prudentius simplicibus adnumerat. Vix memoratu dignum illud: παρὰ τὰς χεῖρας ζαχερής καὶ ὑπερθέσει ζαχρεής καὶ ζαχρειής EM. 408, 30. Sch. Apoll. I. 1159. Ponderis parum habet Hesychii glossa Ἐροτήν ἑορτήν, sed satis notum est ἔροτις, de quo Sch. A. ad Il. V. 299. τὸ ἀλκί τινὲς ἀπὸ τοῦ ἄλκις α ὀλικοῦ φασι· τοῖς γὰρ εἰς $\bar{η}$ παράκειται εἰς $\bar{ις}$ ὡς ἑορτή καὶ ἑορτίς καὶ ἐν ὑπερθέσει ἔροτις atque hoc Eustathius 381, 6. attulisse videtur non ἔορτις, quod prorsus inusitatum v. Gies. de Dial. aeol. p. 286. Et in omni hac copia exemplorum, quae Grammatici ad hoc genus hyperthesis referunt, nullum est cujus duplex species apud scriptores reperiatur. Sed qui διώρυγος, δεκώρυγος, πεντώρυγος dixerunt pro διόργυιος etc. gamma diphthongo praepositum huic postposuerunt detracto, ut oportebat, iota. Simonides si homerico adjectivo κυανοπρώρειος affinxit femininum κυανοπρώειρα, consonam praeposuit diphthongo, sed scriptura non ita contestata est ut nullum dubitationi locum relinquat v. Parall.

214. Aliud diphthongi a consona superatae exemplum promit EM. 128, 57. φαῦλον ὑπερβιβασμῷ τοῦ λ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ φλαῦρον, quae si cum φαῦρος ἀφαυρός παῦρος parvus communitate stirpis connexa sunt, lambda pleonasmo propius est quam rho. Si praeter φλαῦρος reperiretur φραῦλος, ea vera esset hyperthesis sed ad aliud genus pertinens, quo continentur consonarum e syllaba in syllabam migrationes.

§. 2. Harum magna est varietas, sed primum dicam de consonis connexis quae stationem inter se permutant. Sic modo muta praemittitur liquidae: Ἀτρεμής ὑγιής, Νάθραξ ὁ νάρθηξ Hes.[2]) Ἄπριξ γένος ἀκάνθης EM. i. q. ἄρπεζα sive ἄρπισσα. Et in propriis: Ἀχριλίς pro Ἀρχιλίς in Anth. nisi nomen prorsus diversum aut vitiose scriptum est v. Meinek. Anall. 210. Ἄτρεμις Dianae nomen in Inscrr. doricis, cui simile gentilicium Ἀτραμιτηνός et Ἀρταμιτηνός v. Tzschuck. ad Strab. XI. 509. Neque solum rho sed etiam ny, ἄνδραχνος ἢ ἄνδραγχος ὁ δήμιος Eust. 1858, 37. καχλαίνω et καλχαίνω, quae Hesychius uno eodemque verbo ταράσσω interpretatur et Schol. Soph. Ant. 20. καλχαίνειν πορφύρειν· κάλχη γὰρ ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, pro quo in codd. interdum etiam κόλχος reperitur v. Jacobs. ad Anth. 842.[3]) duplicique nomine κάλχη et κάχλα Schneiderus ad Orph. Arg. 962. unam plantam *caltham* significari censet. Frequentius autem liquida praemittitur mutae: ἀντὶ τοῦ ἀγρεῖτε Ἀντίμαχος (Fr. CIX Stoll.) ἔφη ἀργεῖτε ὑπερβιβάσας τὸ ρ Epim. I. 71, 28. ἀγρυπνία ἀργυπνία Eust. 46, 7. nisi hic lusus est etymologorum insomniam esse quasi ἀργίαν ὕπνου, et quod Hesychius praebet Κερδοπά ὄσπρια pro κεδροπά sive χεδροπά. Ut vero duae diversi ordinis liquidae transmoveantur fieri non potest nisi interposita consona muta, μομβρώ pro μορμώ et θιμβρός pro θερμός, si quidem Schol. Nic. Th. 35. illud recte interpretatur calidum. His beta implicatum est quia μρ

---

2) Pro Νυρθακινοί ἀσθενεῖς Guietus corrigit νοθρακινοί a νωθρός.

3) In Ammon. 137. κόλχος non appellativum esse videtur, ut Schaeferus putat ad Schol. Apoll. 249. sed proprium.

conjungi non possunt; a natura acceptum habet leguminis nomen, de quo Galenus in Hipp. de Articc. LXI. p. 574. T. XVIII. P. 1. τὸ κερχνώδης ἀπὸ τῆς κέρχνου γέγονεν· οὕτω δὲ ὀνομάζουσι τὴν κέγχρον οἱ Ἴωνες — ἐν δὲ τοῖς πρόσθεν γέγραπται κεγχρώδης γεγονὸς ἀπὸ τοῦ κέγχρειν, pariterque variatur in Anaxandridae Fragm. T. III. 183. v. 27. Hinc asperitudo quaedam gutturis, quae quasi granorum insidentium sensum praebet, κέρχνος dicitur masculine atque verbum κέρχνειν sive κέρχειν pro stridere; et ex hoc fortasse avis, quam Latini tinnunculam appellant, κερχνηΐς. Sed fluctuat etiam nomen loci Κέγχρεια et Κέρχνεια Aesch. Prom. 676. Duas mutas transponi vetat natura sermonis; quis enim sonus erit si quis ῥάβδος, ἴγδη, ἀκτή, ὄχθη, ἄφθα, λεπτός, λεκτός et similia convertere velit? Tertio loco ponenda sunt vocabula, in quibus consonarum connexarum altera non solum consonam sibi proximam sed etiam vocalem huic adjacentem supergreditur. Quod fit duplici modo, aut procedendo aut recedendo, ut in duobus nominibus quae Auctor de Barbar. profert in Mus. Cantabr. T. IV. 109. βαρβαρισμός ἐστι περὶ μετάθεσιν, εἴ τις φαίη κότραφον τὸν κρόταφον καὶ δρίφον τὸν δίφρον [4]). Κότραφος si quis usurpavit, consonam ab ea syllaba, in qua nata est, promovit in sequentem, quo modo Epim. I. 173. ὀθνεῖος factum dicit ex νοθεῖος. Sed hoc remittimus fingenti. Certiora sunt haec: θίδραξ pro θρίδαξ, σπεκλοῦν pro σπλεκοῦν, Δοῖτρον πύελος σκάφη Hes. pro δροίτη eademque ratione στιφρός a στρέφω derivatum est Techn. 56. nec abhorret Athenaei conjectura βρύτεα παρὰ τὸ βότρυς II. 56. D. quamvis mutato genere et terminatione, eorumque qui adjectivo ἔκπαγλος praestruunt indictum ἔκπλαγος v. Parall. p. 9. Quum vero pro δίφρος diceretur δρίφος, quod Syracusanis tribuitur, rho literas phi et iota transvectum in syllabam ascendit superiorem. Huic simile suppeditat EM. 214, 44. βράταχος καὶ βρόταχος παρὰ Ξενοφάνει ἀντὶ τοῦ βάτραχος καθ' ὑπερβιβασμόν. Nec omit-

4) Hoc uno exemplo utitur Anonymus de Barbar. in Anecd. Boiss. T. III. 238.

tam plantae nomen *θύμβρα* ἢ *θύμβρος* ὃν ἡ *χυδαία γλῶσσα θρύμβον λέγει* Eust. 1828, 13.[5]) nam in hoc quoque liquida duas transiluit literas ante se positas. Quaeritur vero an ut ex *ἔδαρθον* per metathesin nascitur *ἔδραθον*, sic etiam, ut hoc exemplo utar, ex *ἄλκη* fieri possit *κάλη* vel ex *ἀτμός τάμος*. Grammatici quidem hanc in rem unum afferunt hoc: *τὸ ἐπηγκενίς οὕτω σχηματίζει Ἀπολλώνιος, ἐνέγκω ἐνεγκίς ἐπενεγκίς καὶ ἐκτάσει ἐπηνεγκίς καὶ ὑπερβιβασμῷ ἐπηγκενίς* Schol. Od. V. 253. et latius *παρὰ τὸ ἐνέγκω ἐνεγκίς καὶ ἐκτάσει ἐνηγκίς καὶ ἐν συνθέσει ἐπηνεγκίς καὶ καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν καὶ μεταθέσει τοῦ ν εἰς ῃ ἐπηγκενίς* Orion. 53, 3. EM. 357, 5. Zonar. 799. Hi igitur statuunt *εγκ* in *κεν* mutatum esse. Sed hanc explicationem non omnibus satis fecisse cognoscitur e scholio *ἐπηγκενίδεσσιν Ἀρίσταρχος. Ῥιανὸς δὲ ἐπιτανίδες*, pro quo vel *ἐπεκτανίδες* scribendum, ut Buttmannus voluit, vel *ἐπητανίδες*, ut *ἐπήβολος*, ab eodem verbo *τείνω*, ad significandum *ξύλον διατεταμένον ἢ ἰθυτενές*, sicut illi interpretantur[6]), uno verbo *tabulam*, quod nomen Jul. Scaliger a *τάω* (*τέτακα*) deducit ut *fabula*, *stabulum* ab eo quod est *fari*, *stare*, *pabulum* a *πάσασθαι*. *Χορός* ex *ὄρχος* conversum esse Salmasii conjectura est ad Herod. Dedic. Reg. p. 123. communita quodammodo frequenti parallelismo verborum *ὀρχεῖσθαι καὶ χορεύειν* Herodian. Hist. V. 7. quae subtilius distinguit Kuesterus ad Arist. Plut. 761. illud universe dici, hoc de iis qui connexis manibus in orbem saltant, et nominum *ὄρχησις καὶ ᾠδὴ καὶ χορεία* Plut. Symp. IX. Q. XIV. c. 7. nominisque et verbi *χορὸν ὠρχήσαντο χορίτιδες Ὀρχομενοῖο* Nonn. XXIV. 261. denique utriusque substantivi cum iisdem vocibus conjunctione *ἡμερίδων ὄρχος* Anth. App. n. 50. v. 23. et paullo post *χορὸς ἡμερί-*

---

5) Primitivum est *θύμος*, quae latine dicitur satureja *thymi referens thymbraeque saporem* Columell. IX. 233.

6) Hesychius *Ἐπητανίδες ἐπηνύγματα* et paullo post *Ἐπηγκενίδες τὰ διηνεκῆ τῆς σχεδίας ξύλα, αἱ εἰς μῆκος καθηλούμεναι σανίδες· οἱ δὲ τὰ παραθέματα ἢ πλάγια*. Illo loco scribendum videtur *ἐπητανίδες ἐπιπτύγματα*. *Παραθέματα* sine dubio sunt quae ab aliis *παραῤῥύματα* vocantur id est *παραριήματα* quaedam. cf. Diss. III. c. 3. p. 435.

δων v. 51. *χορὸς ὀδόντων* v. Jacobs. ad Anth. 904. *χοροὶ πρόσθιοι* dentes primores Arist. Rann. 555. *ὄρχατος ὀδόντων* Anth. XI. 374. Neque tamen haec satis sunt valida ad probandam metathesin nullo alio exemplo stabilitam; sed *ὄρχος* potius ab *ἔρχεσθαι*, ut in Schol. Arist. Plut. 1008. (994.) dicitur, derivatum videtur v. Techn. 280. *χορός* vero vel a *χῶρος*, ut veteres volunt, vel ab alio quo ignoto etymo.

Quarto loco referenda sunt nomina in quibus consona in fine syllabae antepenultimae posita ad finem penultimae profertur vel contra: *Ζάλμοξις* et *Ζάμολξις*, *Σαρμάδοκοι* et *Σαμάρδακοι* v. Aglaoph. 1327. quae tamen peregrinitatis lege judicio exemta sunt; *τὸ κασαλβάς ἔνιοι καλσαβάς γράφουσιν* Eust. 741, 32. quod restituendum Zonarae p. 1157. *κασσαβάς παρὰ τὸ καλεῖν καὶ σοβεῖν*. *Μάρκας μακάριος* Hes. pro *μάκαρς*, nisi mendosum est aeque ut *Ἀτάρνη βρόχος* pro *ἀρτάνη* Hes. ac *Κυβαρσία κεφαλὴ ἀλέκτορος* Zonar. 1266. et in Edd. vett. Pollucis V. 96. Testatius est illud ab Eustathio depromtum 1400, 30. *τὸν ὀρυγμαδόν ὀρυμαγδόν λέγει μετατιθεὶς τὸ γ ἐκ τῆς προπαραληγούσης εἰς τὴν παραλήγουσαν*. Grammatici hoc saepius afferunt et pro nativo venditant: *ὀρυγμαδός παρὰ τὸ ὄρος καὶ ὅμαδος* Schol. Od. I. 133. EM. 632, 33. fortasse ob hoc quod gamma facilius in commissura nominum inseri posse putarent quam in voce ipsa; sed etymologia ista et per se inepta est et causam remoti in ultimam accentus non reddit v. Proll. 349.[7]) Primitivum illud unico Hesychii testimonio *Ὀρυγμάδες θόρυβοι* parum probatur; nam quod paullo post legitur *Ὀρυγμαδός ταραχή*, id ordo literarum ostendit *ὀρυμαγδός* scribendum esse, idemque l. c. Arcadio restitui, quia hic agit de nominibus in *δος* non puris *σμάραγδος*, *μόλυβδος*. Corruptelae autem suspicio hoc justior quod

7) Pro *Ἀλινδός δρόμος* Hes. rectius in EM. 64, 21. scribitur *ἄλινδος* ut *τάρανδος*, *Ἀλάβανδος*, *Ἴσινδος*, eodemque accentu bisyllaba *λίνδος* et *Λίνδος* v. Meinek. Com. Vol. III. 576. *Πίνδος*, *Σίνδος*, quod idem ad Steph. s. h. v. nonnunquam acui docet, praeter *Ἰνδός*, quod contrario errore gravatur v. Siebelis ad Paus. T. II. p. 166.

apud ipsum Homerum in codd. plus semel sic scriptum est contra metrum Il. IX. 248. X. 185. Od. IX. 235. quo loco Porsonus non dubitandum esse dicit quin *bene graecum* sit *ὀρυγμαδός*, sed testem producit nullum. De Cocondrio de Trop. p. 289 Boiss. p. 783 Walz. et Schol. Dion. Gramm. p. 877, 11. qui hoc pro exemplo onomatopoeiae afferunt, dubium esse potest siccine scripserint an ut Dionysius ipse p. 637, 20. *ὀρυμαγδός*. Ceterum ex Eustathii disputatione apparet eum syllabas hujus nominis non ita divisisse ut nos solemus sed *ὀρυγ-μαδός* et *ὀρυμαγ-δός*, neque hoc solum controversum fuit sed tota merismi, qui dicitur, ratio, *ἐπειδὰν διαπορῶμεν περὶ τῆς ὄβριμος λέξεως, πότερον τὸ β̄ τῆς δευτέρας ἐστὶ συλλαβῆς ἀρχὴ ἢ τῆς προηγουμένης πέρας* Sext. Emp. c. Gramm. c. 169. p. 253. (638 Bekk.) Ex hac vero quaestione, quam Sextus imperite irridet, pendet exemplorum distributio, quae ex una ratione ad metathesin referri debent, ex altera ad hyperthesin. Sed ego sicut antea nostram sequutus sum consuetudinem, ita tenebo in his quae proxime succedunt: *Παστίλη τὸ ἀπόξεσμα τῶν δερμάτων* Arcad. 109, 8. Suid. Zon. id est *σπατίλη*, in quo duarum consonarum syllepsi conjunctarum prior ad principium primae syllabae relata est. Sed quis sibi hoc permiserit, dicere nescimus. Eodem aberrarunt librarii in Eupol. Fr. I. 426. *φάσκος* scribentes pro *σφάκος*, quae nomina res diversas declarant, illud muscum arboreum, hoc salviam. Sed eadem ab aliis quoque confusa esse docet Hesychii castigatio *Σφακός* (hoc accentu) *χόρτος ὃν τὰ κτήνη ἐσθίει· οἱ δὲ τὸ ὑπὸ τῶν δρυῶν βρύον, οὐκ εὖ· ἐκεῖνος γὰρ φάκος λέγεται*, quod Salmasius corrigit *φασκός* scribens. Plinius XXIV. 6, 17. *sphagnos sive sphacos sive bryon*, idque etiam *σπλάχνον* vocari ostendit Schneiderus ad Theophr. T. III. 179. Singulari licentia Dionysius Per. 382. consonam primae syllabae debitam in tertia collocavit urbis Tergestae incolam *Τεγεστραῖον* vocans.

§. 3. In omnibus, quae enumeravi vocabulis, transmotio in una consistit consona quae vicinas superscandit. Sed non raro fit ut duae consonae in principio duarum

syllabarum positae sibi invicem succedant, sicut columna Gaditana a Dionysio v. 336. *Ἀλύβη* vocatur, in quo omnes codd. consentiunt, ab aliis *Ἀβύλη* et urbs Thraciae *Καβύλη* eadem dici videtur *Καλύβη* v. Wesseling. ad Itiner. 174. *Σαγαλασσός* et *Σαλαγασσός* v. Ellendt. et Krueger. ad Arrian. I. 28. *Γύζαντες* et *Ζύγαντες*, quos Stephanus diversis locis attribuit omniumque notissimum *Ὄλορος* et *Ὄρολος*. Quorum quum origo ignota sit, credibile est non solum librarios sed etiam multos Graecorum scriptorum nescivisse quomodo scribenda sint. Ac fuerunt fortasse quos etymi species falsa in errorem duceret, veluti si qui urbem Italiae *τὰ Μάκαλλα* appellarent *Μάλακα*, quod in multis Aristotelis libris legitur Mir. Ausc. CVII. 840. a. Bekk. sequuti famam illam, cujus Stephanus meminit, urbem illam sic nominatam esse *ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτην*. Sed qui nomen germane graecum *Μελάνιππος* et *Μενάλιππος* scripserunt, quod aliquoties factum esse copiose demonstrat Keilius in Onomat. p. 36 sq. per inscitiam lapsi sunt; *Κολλάβαρις* semel obrepsit pro *Κολλάραβις* Plut. V. Cleom. XXVI. sed crebra est confusio nominum *Ἀμψηφίων Ἀψεφίων* et *Ἀφσεψίων* [8]) Vogesus et Vosegus v. Weber. ad Lucan. I. 397. Pro *ὀρσολοπεῖται* Aesch. Pers. 10. et H. H. in Merc. 308. (nam saepius non legitur) codices nonnulli utroque loco *ὀρσοπολεῖται* praebent quo Maximus usus est v. 107. [9]) active sed pari intellectu hoc est pro *ταράσσειν* sive *ὀροθύνειν*, quod ab eadem stirpe *ὄρω* derivatum est paragoge diversa. Sed scriptura difficilior defenditur cognomine Martis *ὀρσόλοπος* Anacr. quo *θοῦρος Ἄρης* id est *ταρακτικός* significari videtur; terminatio non liquet; nam ut cum *ὄψ* conjunctum credamus, non persuadet Herodianus EM. 634, 11. *ὀρσολόπος* (sic) *ὀρσοποπός* (*ὀρσόοπος*) *ἵνα λάβῃ*

---

8) *Γάμψηλος* Hesychius sumsit ex vitiosis Thucydidis codd. pro *Γαληψός*. Pariter vitiatum *Πρόβολος τὸ τῶν σιτίων δοχεῖον* Hes. Phot. Suid.

9) Verba haec sunt *οὐδέ κεν εὐπειθῆ μιν ἔχοι πόσις οὐδ' ἐπέεσσιν οὔτ' ἔργοις ἀλλ' αἰεί κε πανήμερον ὀρσοπολεύοι μύθῳ ὀνειδείῳ καί τε πληγῇσιν ἰάπτοι. Μαψίδιοι μῦθοι κενὰ δ' ἔργματα τῇδε πέλοιντο.* ubi scribendum *ἀλλ' εἰ* et post *ἰάπτοι* comma ponendum pro puncto.

τὸ λ. Περὶ παθῶν. Ex tribus exemplis, quae idem profert p. 68, 17. ἀλλότοκον καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀλλόκοτον ὡς τύπελος πίτυλος [10]) καὶ σκέπω σκέπος καὶ πέσκος. Μεθόδιος, duo ordine prima pondere levissima sunt. Sed plus ad probandum confert tertium, quod Apollonius Synt. I. 2, 8. hyperthesi adscribit certantibus aliis: πέσκος κυρίως τὸ τοῦ προβάτου δέρμα παρὰ τὸ πείκω πέκω πέκος καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ σ· ἢ παρὰ τὸ σκέπω κατὰ μετάθεσιν EM. 665, 50. Hinc pendet quaestio de syntheto Ἀπέσκη (scr. ἀπεσκῆ) τόξα, ἔνιοι δὲ γυμνὰ θήκης Hes. Anecd. Bekk. 422. quod et ἀσκέπαστα significare potest et destituta involucro pelliceo, cui nomen est γωρυτός τοξοθήκη θύλακος Hes. Sed affluunt alia: ξέστης ῥωμαϊκόν ἐστι τὸ ὄνομα· τὸν γὰρ ἓξ ἀριθμὸν οὗτοι λέγουσι σέξ· καὶ μέτρον τινὸς τὸ ἕκτον σέξστον· διὰ δὲ εὐφωνίαν τὸ σέξτης λέγεται ξέστης κατὰ μετάθεσιν τοῦ ξ. Οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου Orion. 187, 38. quod pluribus edisserui in Parall. 18. — Idem 14, 21. παρὰ τὸ μέλειν ἀμελέως καὶ ὑπερθέσει ἀλεμέως καὶ ἐπενθέσει ἀβλεμέως, quod vix probari potest. In Panyasidis quidem Fragm. VI. (Meinek. Anall. p. 366.) ubi convivantes vetat ἀβλεμέως πίνειν, hoc fortasse aliquis ita accipiat ἀμελῶς καὶ ἀπερισκέπτως τοῦ δέοντος, *neglecto decoro*. Sed multum vereor ut sine hac adjunctione ἀμελῶς πίνειν id est negligenter bibere dici possit pro ἀμέτρως vel ἀμελῶς γράφειν pro nimis multa. Ac nullo modo sic intelligi possunt Longini verba in Lexx. citata τὸ πρᾶγμα ἀβλεμὲς προσπίπτει hoc est *leviter tangit*, neque Nicandri βάρος ἀβλεμές Al. 82. quod Schol. interpretatur ἀδρανὲς ὡς ἀπὸ τοῦ βλεμεαίνω [11]) quibus consentit Schol. Il. XII. 42. ἀβλεμής ἀργός ἀπὸ τοῦ

---

10) Sic etiam Schol. Aesch. Sept. 841. In EM. 671, 46. πίτυλος κτυπιστής φαντασιοκόπος παρὰ τὸ τύπτω τύπτιλος καὶ ἀποβολῇ τοῦ τ καὶ μεταθέσει τῆς ἐν ἀρχῇ συλλαβῆς πίτυλος excidisse videtur caput glossae πιτυλιστής — ἀπὸ τοῦ πίτυλος, τοῦτο δὲ παρὰ τὸ τύπτω.

11) Eutecnius βὴξ οὐ ῥᾳδίαν συγχωροῦσα ἀναφορὰν γίγνεσθαι τοῦ φλέγματος, hoc est ad emoliendam pituitam invalida. In Schol. h. l. Schneiderus perperam edidit βλεμαίνω.

βλεμεαίνω et Eust. ad h. l. *ἀβλεμὴς οὐ πεποιθὼς ἄτολμος ἀσθενής*. Neque repugnat Pollux III. 123. qui conjuncte affert *ἀπροθύμως, νωθρῶς, ὀλιγώρως, ἀβλεμέως, ἀσθενῶς, ἀμελῶς*. Hinc enim non efficitur *ἀβλεμέως* et *ἀμελῶς* idem significare sed saepe in eundem hominem convenire; nam *τὰ ἀμελῶς πραττόμενα* solent esse invalida et inefficacia. Contrarium vero significat *ζαβλεμέως*, quod Hesychius interpretatur *μεγάλως πεποιθώς* id est *τολμηρῶς, προθύμως, καρτερῶς*, fortasse ex loco poetae cujusdam *ζαβλεμέως ἐμάχοντο*, eidemque pro *Ζαμελής μεγάλως πεποιθώς, εὔψυχος* Dindorfius in Thes. restituit *ζαβλεμής*. His rebus adducor Panyasin quoque *ζαβλεμέως* scripsisse non *ἀβλεμέως* idque cum *ἀμελῶς* nihil necessitudinis habere sed potius adjectivum *ἀβλεμής* contrarium significare τοῦ *βριαρός* cognatumque illi verbum *βλεμεαίνειν* et voce et intellectu congruere cum *βριᾶν*. Longius ab intelligentia nostra remotum est *νωλεμέως*, quod inepte explicatur a Schol. Dion. Gramm. p. 793, 15. *παρὰ τὸ νω καὶ τὸ μέλλω ὤφειλε λέγεσθαι νωμελέως· λέγεται δὲ νωλεμέως*. *Βαρκάζειν τὸ βαρβαρίζειν εἴρηται ἀπὸ τῶν Καρβάνων· Καρβᾶνες γὰρ οἱ βάρβαροι* EM. Suid. unde *καρβανίζειν* ducendum erat, sed neutrum invenitur. Nec magis *Γλαγκάζει κράζει* Zonar. 442. et Psellus a Tittmanno editus p. CXV. v. 44. sed modo *κλαγγάζειν*. Nominis defectivi accusativum *πείρινθα* Schol. Od. XV. 131. ad *πέρας* refert; aliter vero Sch. Il. XXIV. 190. *ἐκ ῥιπῶν φασιν αὐτὸ πλέκεσθαι ὥςτε εἶναι ῥίπινθα·* cujus sententiae auctorem sistit EM. 489, 5. *Δίδυμος τὴν πείρινθον* (adde *ἐκ ῥιπῶν*) *πλεκομένην λέγει ῥίπινθον* (*καλεῖσθαι*) *καὶ κατ' ἀντίθεσιν πείρινθον·* quorum neutri adstipulamur quamvis salubrioris consilii expertes. Hyperthesin cum enallage vocalis et trope consonae conjunctam admisit idem p. 798, 3. *φολίδες αἱ λεπίδες· ἐκ τοῦ λεπίς ὑπερθέσει πολὶς καὶ μεταθέσει τοῦ φ φολίς* EM. 798. cui non opus fuisset ad commenticium *πολίς* confugere si cognitum habuisset nomen *λοφίς*, quod legitur in Schol. Nic. Ther. 154. *τὸ λεπίς γράφεται ἔν τισι λοφίς· εἴρηται δὲ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἰχθύων*, sed hic potius *φολίς* scripsit. Utriusque vocis similis quidem significatio sed

τὸ λ̄. Περὶ παθῶν. Ex tribus exemplis, qu… , a φλόος
p. 68, 17. ἀλλότοκον καθ' ὑπερβιβασμὸν … etiam cutem
πτίλος πίτυλος [10]) καὶ σκέπω σκέπας … em intellectu
διος, duo ordine prima pondere levi… nter se permu-
ad probandum confert tertium, c… et φλονίς ab He-
2, 8. hyperthesi adscribit certa… est squama piscium
τὸ τοῦ προβάτου δέρμα παρ… naeus, quum λοφνίδα
κατὰ πλεονασμὸν τοῦ σ̄· ἢ … λοίου λαμπάδα, nominum
EM. 665, 50. Hinc per… iti videtur. Verbum κλοτο-
(scr. ἀπεσκῆ) τόξα, ἐν… pliciter affectum credidit si pro eo
422. quod et ἀσκέπ… εύειν κολοπιτεύειν ὑπερθέσει τοῦ
volucro pelliceo, … reliquit κλοτοπεύειν ἀντὶ τοῦ κλο-
Hes. Sed affi… καὶ ἀντιθέσει τοῦ ῑ εἰς ō. Sic
τὸν γὰρ ἐξ … κλωπιτεύω, κλοτοπεύω δέ, pro quo
τὸ ἔκτον σ… κλοτοπεύω vel κλοπετεύω legitur. Horum
κατὰ μ… repeteritur κλοτοπεύειν, sed hujus quoque origo
τῶν Ἰ… significatio dubia est. Avis nomen κολλυρίων Ari-
edis… Ann. IX. 23. p. 617. in codd. aliquot κορυλλίων
ἀμ… scribitur et utroque modo Hesychius, casune incertum an
c… quia Graeci ipsi variarunt. Paenulam antiquiores φαινόλην
dixerunt, quae postea φελόνης appellata est. Ῥάδικες
… οἱ τῶν φοινίκων κλάδοι· νῦν δὲ καταχρηστικῶς Sch.
Nic. Th. 533. ubi scriptura vacillat ῥάδικες et ῥακίδες·
eorumque prius Vossius in Etym. cum latino radix com-
parat, alterum Hesychius tuetur Ῥακίδες κλάδοι accentu
mendoso. Στεναγή πεπυκνωμένη Hes. librariis imputatur.
A primitivo Σάραβον τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον hyperthesi di-
stinctum est paragogon σαβαρίχη, quod Photius eodem
modo interpretatur Teleclidem testem adhibens cf. Proll.
287. Malorum persicorum nomen duplex est δωράκινα,
quod antiquius putatur, et ῥοδάκινα v. Niclas. ad Geopp.
p. 669. Hyperthesin metathesi copulatam ostendit βρέφος,
si sequimur veterum opinionem παρὰ τὸ φέρβω γίνεται
φέρβος καὶ κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων βρέφος EM. 213, 9.
cujus ex sententia primum ερ in ρε mutatum, tum consonae
beta et phi trajectae sunt. Sed alii hoc rectius ad βρύω
referunt v. Techn. 275. Accepimus vero duo nomina ita
contexta ut duarum syllabarum inter se contingentium al-

b una incipiat consona, altera a duabus syllepsi ἀριθμός et ἄγλαυρος, quorum illud primam et oc secundam et tertiam commutat; *Σιμωνίδης ἀμιθρόν εἶπε καθ᾽ ὑπέρθεσιν· ἐκ δὲ τοῦ ἀμι-* EM. 83, 42. quod Schneidewinus p. 125. at ut syllaba media produceretur, etsi lyricos saepius productum iota habet quam Ἄγλαυρος et ἄγραυλος quum alibi in codd. con-t tum in Nic. Th. 62. nec praetermiserunt inter-es: *ἄγλαυροι ποταμοὶ οἱ λαμπροί κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων οἷον ἄγραυλοι οἱ καλοί ἢ καὶ οἱ ἀγλαὰς αὔρας ἔχοντες ἢ οἱ διαλελυμένοι καὶ τρυφεροί.* Harum interpretationum nulla est quae non ad scripturam tralaticiam ἄγλαυρος referatur, sive id simplex esse putatur sive cum αὔρα compositum sic ut vel limpidi fluvii significentur vel aprici ventisque expositi. Et qui de metathesi loquuti sunt, ἄγραυλος quidem scriptum invenerunt sed id pro ἄγλαυρος positum esse sumserunt. Schneiderus vero jure praetulit ἄγλαυρος, quod idem poeta v. 441. pro simplici ἀγλαός usurpavit cf. Proll. 259. Aeque fluxum est heroïnae nomen v. Keil. Onom. 42. unde demum atticum Ἀγραυλήν sive Ἀγρυλήν denominatum dicunt. Quod Suidas scripsit *Ἀβρικέστερον ἀληθέστερον*, ex errore natum habetur pro ἀκριβέστερον. Nulla vero suspicio contingit verba ψαθάλλω et ψαλάττω, quorum utrumque a ψάω derivatum est, hoc praeeunte verbo ψάλλω, illud quasi a ψήθω, cujus speciem refert nomen ψαθαρός sive ψαθυρός. Verum non solum continuae syllabae consonas inter se transfundunt sed etiam disjunctae: *παρὰ τὸ ἀμαλδύνω ἀμάλδανον τὸ ἀφανές καὶ ἀμάνδαλον παρ᾽ Ἀλκαίῳ* EM. 76, 51. unde est verbum *Ἀμανδαλοῖ ἀφανίζει* Hes. Non ita facilem explicatum habet alterum: *βόλιμος· τὴν παραγωγὴν ἀπέδωκε· καὶ τὸ σημαινόμενον οὕτως εὗρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν. Ἔστι μόλιβος καὶ κατὰ ἐναλλαγὴν βόλιμος παρὰ Συρακουσίοις* EM. 204, 39. Hic paragogae mentio clarum facit Grammaticum nomen βόλιμος pro derivato habuisse. Quaerentibus vero unde id derivatum crediderit, nihil citius in mentem venit quam βόλος, cujus proxima propago est βολίς. Hoc autem no-

origo diversa est; a λέπω enim λεπίς sive λοπίς, a φλόος autem, quod non solum corticem arborum sed etiam cutem animantum significat (Techn. 314.), φολίς eodem intellectu et φλονίς. Quemadmodum vero primitiva inter se permutantur λόπος ὁ φλοιός Erotian. sic φολίς et φλονίς ab Hesychio eadem voce λεπίς explicantur id est squama piscium anguiumque Proll. 19. adn. et Athenaeus, quum λοφνίδα sive λοφνίαν vocari dicit τὴν ἐκ φλοίου λαμπάδα, nominum λόπος et φλόος synonymia niti videtur. Verbum κλοτοπεύειν EM. 521, 23. dupliciter affectum credidit si pro eo quod vulgatum est κλοπιτεύειν κολοπιτεύειν ὑπερθέσει τοῦ λ, hoc potius scriptum reliquit κλοτοπεύειν ἀντὶ τοῦ κλοπιτεύειν ὑπερθέσει τοῦ τ καὶ ἀντιθέσει τοῦ ι εἰς ο. Sic enim Suidas κλωπεύω κλωπιτεύω, κλοτοπεύω δέ, pro quo in Edd. vett. κλοποτεύω vel κλοπετεύω legitur. Horum unum in usu reperitur κλοτοπεύειν, sed hujus quoque origo ignota, significatio dubia est. Avis nomen κολλυρίων Aristot. H. Ann. IX. 23. p. 617. in codd. aliquot κορυλλίων scribitur et utroque modo Hesychius, casune incertum an quia Graeci ipsi variarunt. Paenulam antiquiores φαινόλην dixerunt, quae postea φελόνης appellata est. Ῥάδικες κυρίως οἱ τῶν φοινίκων κλάδοι· νῦν δὲ καταχρηστικῶς Sch. Nic. Th. 533. ubi scriptura vacillat ῥάδικες et ῥακίδες· eorumque prius Vossius in Etym. cum latino *radix* comparat, alterum Hesychius tuetur Ῥακίδες κλάδοι accentu mendoso. Στεναγή πεπυκνωμένη Hes. librariis imputatur. A primitivo Σάραβον τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον hyperthesi distinctum est paragogon σαβαρίχη, quod Photius eodem modo interpretatur Teleclidem testem adhibens cf. Proll. 287. Malorum persicorum nomen duplex est δωράκινα, quod antiquius putatur, et ῥοδάκινα v. Niclas. ad Geopp. p. 669. Hyperthesin metathesi copulatam ostendit βρέφος, si sequimur veterum opinionem παρὰ τὸ φέρβω γίνεται φέρβος καὶ κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων βρέφος EM. 213, 9. cujus ex sententia primum ερ in ρε mutatum, tum consonae beta et phi trajectae sunt. Sed alii hoc rectius ad βρύω referunt v. Techn. 275. Accepimus vero duo nomina ita contexta ut duarum syllabarum inter se contingentium al-

tera ab una incipiat consona, altera a duabus syllepsi colligatis, ἀριθμός et ἄγλαυρος, quorum illud primam et tertiam, hoc secundam et tertiam commutat; Σιμωνίδης τὸν ἀριθμόν ἀμιθρόν εἶπε καθ' ὑπέρθεσιν· ἐκ δὲ τοῦ ἀμιθρός ἀμιθρῆσαι EM. 83, 42. quod Schneidewinus p. 125. ideo factum putat ut syllaba media produceretur, etsi ἀριθμός apud Lyricos saepius productum iota habet quam correptum. Ἄγλαυρος et ἄγραυλος quum alibi in codd. confusa sunt tum in Nic. Th. 62. nec praetermiserunt interpretes: ἄγλαυροι ποταμοὶ οἱ λαμπροί κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων οἷον ἄγραυλοι οἱ καλοί ἢ καὶ οἱ ἀγλαὰς αὔρας ἔχοντες ἢ οἱ διαλελυμένοι καὶ τρυφεροί. Harum interpretationum nulla est quae non ad scripturam tralaticiam ἄγλαυρος referatur, sive id simplex esse putatur sive cum αὔρα compositum sic ut vel limpidi fluvii significentur vel aprici ventisque expositi. Et qui de metathesi loquuti sunt, ἄγραυλος quidem scriptum invenerunt sed id pro ἄγλαυρος positum esse sumserunt. Schneiderus vero jure praetulit ἄγλαυρος, quod idem poeta v. 441. pro simplici ἀγλαός usurpavit cf. Proll. 259. Aeque fluxum est heroïnae nomen v. Keil. Onom. 42. unde demum atticum Ἀγραυλήν sive Ἀγρυλήν denominatum dicunt. Quod Suidas scripsit Ἀβρικέστερον ἀληθέστερον, ex errore natum habetur pro ἀκριβέστερον. Nulla vero suspicio contingit verba ψαθάλλω et ψαλάττω, quorum utrumque a ψάω derivatum est, hoc praeeunte verbo ψάλλω, illud quasi a ψήθω, cujus speciem refert nomen ψαθαρός sive ψαθυρός. Verum non solum continuae syllabae consonas inter se transfundunt sed etiam disjunctae: παρὰ τὸ ἀμαλδύνω ἀμάλδανον τὸ ἀφανές καὶ ἀμάνδαλον παρ' Ἀλκαίῳ EM. 76, 51. unde est verbum Ἀμανδαλοῖ ἀφανίζει Hes. Non ita facilem explicatum habet alterum: βόλιμος· τὴν παραγωγὴν ἀπέδωκε· καὶ τὸ σημαινόμενον οὕτως εὗρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν. Ἔστι μόλιβος καὶ κατὰ ἐναλλαγὴν βόλιμος παρὰ Συρακουσίοις EM. 204, 39. Hic paragogae mentio clarum facit Grammaticum nomen βόλιμος pro derivato habuisse. Quaerentibus vero unde id derivatum crediderit, nihil citius in mentem venit quam βόλος, cujus proxima propago est βολίς. Hoc autem no-

mine varia declarantur instrumenta plumbea; primum μολύβδαινα Il. XXIV. 80. quam Schol. βολίδα vocat, hoc est glandula plumbea, quae cum hamo in aquam projicitur, tum catapirata, quo maris altitudo tentatur, germanico nomine *Senkblei*, italico *piombino*, et pilae plumbeae, quos milites in hostes jaculantur, graece μολιβδόβολοι dictae Du Cang. Hinc igitur ille, si quid video, conjecturam fecit veram nominis scripturam esse βόλιμος ut a λόπος λόπιμος proprieque *jaculum*, *missile* significare. Veram tamen esse hanc notationem minime persuadet sed μόλιβδος, si hariolari vacat, sive μόλυβδος potius cum *mollis* μῶλυς μαλακός cohaeret. Fluctuat urbis Libycae nomen ἡ Ταvάπη Dio Cass. LIV. 5. et τὰ Νάπατα Strab. Steph. In exitu hujus loci duo afferam quae nulli allatorum perfecte similia sunt, unum derivatum, alterum declinatum. Illud est τάλαντον et ταντλίζω, in quo duplex cernitur hyperthesis, una literae ν, quae in primitivo primam syllabam claudit in derivato secundam, qua ratione Ζάμολξις (si hoc pro affecto habemus) distat a Ζάλμοξις, altera literae tau, quae a principio tertiae ablata eundem in secunda locum occupavit. Θέλυμνον, quod etiam θέλιμνον et θέλεμνον scribitur non diversam a θέμεθλον sive θεμέλιον originem habere significavit Schol. ad Il. X. 15. et XV. 479. In declinatu mutatur πνύξ πυκνός μετάθεσίς ἐστι στοιχείου· ἔδει γὰρ πνυκός Schol. Ar. Eqq. 165. sed est haec potius restitutio vocis primigeniae πυκν.

§. 4. Hinc jam de vocalibus diversarum syllabarum, quae vices suas commutant, dicere incipiam ac primum quidem de iis quae nullius consonae interpositu separatae sunt, tum de disjunctis. Crebra est vicissitudo literarum ᾱ et ῑ in terminatione adjectivorum quae strictim attigi in Proll. 481. ἀκαδημαϊκός et quod minus auctoritatis habet ἀκαδημιακός (ut κοιλιακός), Ἀννιβαϊκός et deterius Ἀννιβιακός in cod. Vat. Dionys. Antt. II. 17. πυῤῥιχιακός et πυῤῥιχαϊκός apud Hephaest. ejusque Schol. et quod non magis probatur δοχμαϊκός pro δοχμιακός. Sed a diverso themate Πυθία πυθιάζειν καὶ ἀπὸ τοῦ Πυθαΐος διαλύσεως γενομένης Πυθαϊστής. Verbi ἰέναι vocales primas converti

temere affirmat Schol. Flor. ad Eur. Or. 1126. τοῦ μεθίημι τὸ πληθυντικὸν μεθίεμεν καὶ κατὰ μετάθεσιν καὶ κρᾶσιν μεθεῖμεν, et ad Phoenn. 1188. καθίεσα κατὰ μετάθεσιν καὶ συναίρεσιν καθεῖσα, nec melius Epim. II. 403, 11. παρὰ τὸ παρίεμαι τὸ προςιακτικὸν παρίεσο, τὸ τρίτον παριέσθω καὶ ἐν ὑπερθέσει παρείσθω καὶ ὑφείσθω. Hic igitur perfectum pro praesenti accepit, ille imperfectum pro aoristo. Speciem transpositi habet imperativus μεθεῖτε, quo Porsonus et Matthiae Gramm. p. 485. tantopere offensi sunt ut ille in μέθεσθε mutaret, hic optativum esse statueret; rectius vero Buttmannus judicat diphthongum ab indicativo transfluxisse ad imperativum et infinitivum εἶναι. Ab εἶμι recta linea declinatus est infinitivus εἶναι, quem EM. 301, 44. verbo substantivo affiguratum dicit (συνεξέδραμε τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ εἶναι) sed Schol. Hes. Opp. 351. ἀντὶ τοῦ ἰέναι κατὰ μετάθεσιν καὶ συναίρεσιν, quod et Schol. Od. I. 406. in hoc Homeri loco sumere videtur illo Hesiodi exemplo, quod Goettlingius quidem defendit sed Buttmannus I. 540. et Bredovius Dial. Herod. p. 410. rectius ad εἰμί referre videntur. Alterius verbi imperativum ἔξει, μέτει, δίει Schol. Arist. Nubb. 635. ex ἴε natum putat κατὰ μετάθεσιν καὶ συναίρεσιν neglecto analogo τίθει, Kruegerus Gramm. I. 139. indicativum esse imperative positum *exibis* pro *exi*. — Numerale τρεῖς ex τρίες ortum esse metathesi et crasi Technici colligunt ex ceteris casibus τριῶν et τρισί v. Choerob. Orth. 266 sq. Eundem Graeciae fluvium alio loco Πίερον nominatum esse, alio Πεῖρον Pausanias opinatur. Ἰήθεος ἔφηβος ἄγαμος Hes. scripturae vitium est ut Ἰοκλῆς pro Ὀϊκλῆς v. Buttm. ad Sch. Od. XI. 326. Jacobs. ad Aelian. p. 462. ult. Duobus nominibus ὄαρες et ἄορες plerique unum significari putant *conjuges*, sed utrum ex utro ortum sit dissentiunt: ἐκ τοῦ ἀείρω τὸ συζευγνύω ἄορ ἡ γυνὴ καὶ μεταθέσει ὄαρ ἵνα μὴ συνεμπίπτῃ πρὸς τὸ ἄορ τὸ ξίφος Eust. 754, 26. contraria vero ratione ὁ Ὦρος λέγει ὅτι παρὰ τὸ ὁμοῦ ἀρηρέναι γίγνεται ὄαρ καὶ ὑπερθέσει ἄορ EM. 823, 35. Orion. 169, 1. Ad summam nihil refert; nam si ponimus verbum ἀείρω id est συνείρω connecto cum alpha copulativo conjunctum esse, hinc deri-

vari potuit ἄοροι et metaplastum, ut ajunt, ἄορες sive ὦρες idque confirmatur synonymo συνάορος [12]), in quo duae ejusdem potestatis particulae convenerunt ut in συνόμευνος. Sed quia ō quoque vim copulativam habet, nihil obstat quominus ὄαρες ex hoc et thematico ἄρω constare putemus. Quumque ὄαρες saepius legatur, ἄορες semel, credibilius est hoc ex illo extitisse quam contra. Pro certo tamen neutrum haberi potest quia vocabulorum, quae cum copulativo ᾱ vel ō conjuncta sunt, nullum his simile reperitur ipsumque ἄορες alpha longum habet ac fortasse ne idem quidem declarat quod ὄαρες. Vocalis et diphthongi conversio indicatur ab EM. 261, 26. λέγεται δείλη καὶ δειέλη καὶ δεείλη, quorum primum omnibus notum, alterum adjectivo δείελος conjunctum est; δεείλη si quis dixit, diectasi usus est qua πετεεινός crevit. O micron cum epsilo commutari affirmatur argumento ambiguo: τὰ πεδία λωτεῦντα καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν ἀπὸ τοῦ λωτόεντα λωτέοντα καὶ κατὰ κρᾶσιν δωρικὴν ἢ αἰολικὴν λωτεῦντα ὥςπερ Ἐρέβευς· ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ λώτόεντα εἴπωμεν αὐτὸ, λωτοῦντα εἶχεν εἶναι Choerob. Can. 395, 22. EM. 571, 2. idemque sensisse videtur Plutarchus de Poes. Hom. II. 12. ubi synaloephae exempla enumerat τοὖπος, θοἰμάτιον, λωτεῦντα ἀντὶ τοῦ λωτεύοντα scrib. λωτέοντα, unde λωτεῦντα contrahi poterat ut καλεῦντες. Sed et λωτέω incognitum est et ab aliis plantarum nominibus, μύρτος, κισσός, ῥόδον etc. verba in εω exeuntia nulla sunt; ac ne certa quidem scriptura; nam Aristarchus e Massal. recepit λωτοῦντα, quod non dubito quin ex λωτόεντα contractum esse statuerit etsi Homerus adjectiva in οεις contrahere non solet sed modo ea quae in ηεις exeunt ut τιμῆντα, cui consentaneum erat λωτῆντα dicere; Hesiodus unum Σιμοῦντα Theog. 342. quod Hermannus dissolvit. Pro κύματα τροφόεντα Il. XV. 621. nonnulli posuerunt participium verbi τροφέω. — Trium voca-

12) In Parall. 216. allata sunt nomina conjugum et cognatarum συνάωρ et ἔορες. Huic simile perfectum Hesychius exhibet Ἔορται ἔδοξε κρέμαται, cujus altera interpretatio congruit cum ἄωρτο ἐκρέματο, altera cum ἄρηρε.

lium se subsequentium primam et tertiam sibi invicem succedere nescio quis tradiderit praeter Schol. Arist. Avv. 273. *παρὰ τὴν φοίνικος γενικὴν γίνεται φοινικόεις καὶ ἐν ὑπερθέσει φοινικίεος καὶ φοινικιοῦς.* Sed hoc avis epitheton et tribunalium atticorum nomina *Βατραχιοῦν* et *Φοινικιοῦν* ex *φοινίκειος βατράχειος* orta videntur per metathesin quantitatis, nec solum haec colorum vocabula sed etiam quae materiam significant *ἐρεοῦς, κεραμεοῦς, χυτρεοῦς*[13]) · haec enim sequuntur exemplum contractorum ejusdem generis metusiastici *χρύσειος χρυσοῦς* etc.

§. 5. Venio ad vocales quibus consona interposita est velut *Ἐλάρα παρὰ Σιμωνίδῃ* (Fr. LXXVIII Schneid.) *Ἀλέρα δὲ παρὰ Πινδάρῳ* (Fr. CXXXVIII.) · *ὅτι δὲ τὸ πρῶτόν ἐστιν ἀληθές, πίστις τούτου ἐκ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ μετὰ προςθήκης λέγεσθαι τὸ πατρωνυμικὸν Εἰλαρίδης*[14]). *καθ' ὑπέρθεσιν ἄρα τὸ Ἀλέρα γέγονεν. Οὕτως Ἡρωδιανός* EM. 60, 37. Etymi ratio non constat sed mater illa Sisyphi vulgo Elara vocatur. Easdem vocales nonnulli putant confusas esse in adverbio homerico: *τὸ ἐμμαπέως Φιλόξενος ἐν δευτέρῳ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων οὕτω σχηματίζει, παρὰ τὸ ἔπος ἀμεπής ἀμεπέως ὡς ἀψευδέως καὶ ἐπεὶ τρεῖς βραχεῖαι ἀλλεπάλληλοι οὐ συνίστανται, διπλασιασμῷ τοῦ μ̄ καὶ ἀντιπαραχωρήσει τοῦ ᾱ καὶ ε̄ γίνεται ἐμμαπέως* Schol. Od. XIV. 485. quod brevius expedit EM. 335, 1. *ἀμεπέως κατὰ μετάθεσιν τῶν φωνηέντων καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ̄ ἐμμαπέως*, brevissime Schol. B. ad Il. V. 836. *ἐκ τοῦ ἅμα καὶ τοῦ ἔπος κατὰ ἀναστροφήν*, pro quo *ἀντιστροφήν* scribendum. Hi ducti sunt homerico exemplo *ἅμα μῦθος ἔην* — et similibus v. Valcken. ad Herod. III. 135. sed vix invenerunt quod cum *ἀμεπής* comparare possent; nam *ἅμα* et raro componitur et uno

13) Max. Planudes in Gramm. p. 36 Bachm. *τὸ κεραμεοῦν ἐκ τοῦ κεράμειον γινόμενον τὴν τῆς παραληγούσης ἔκτασιν ἐπὶ τὴν λήγουσαν μετέθηκε, τὴν δὲ τῆς ληγούσης συστολὴν ἐπὶ τὴν παραλήγουσαν.*

14) Hoc omiserunt novissimi Hesiodeorum editores. Vulgatum *Ἐλλαριάδης* et metro refellitur et collatione affinium; *τὰ μητρωνυμικὰ διὰ τοῦ ῑ γράφεται Δητοΐδης, Δαναΐδης, Νιοβίδης, Φιλυρίδης* EM. 166, 9. Zonar. 334.

modo ἁμαδρυάς, ἀμαμηλίς, ἀμάσυκον, non ut adjectivum fiat, exempli causa ἀματρεχής, ἀμερκής vel simile quippiam praeter adverbium ἀμαρτῆ. Hoc lubentius amplectimur etymon in Schol. Vict. ad h. l. traditum παρὰ τὸ μάρψαι, hoc est a verbo μαπέειν, ex quo facillime fingit adjectivum ἐμμαπής idem significans quod ἐμμεμαώς, idque ipsum a nonnullis hic scriptum esse declarat glossa ab Heynio allata γράφεται ἐμμεμαώς. A μάω igitur derivata sunt tria verba μαίεσθαι, μαπέειν, μάρψαι, quibus communis est significatio captandi v. Techn. 10. et 47. Alpha et eta reciprocari creditur in alio adverbio; τὸ ἦκα ἴσως ἐν ὑπερβατῷ ἐστι τοῦ φωνήεντος ἀναγκαίως τοῦ ν ἀποστάντος Apollon. Conj. 565, 2. ἦκα παρὰ τὸ ἀκή ἡ ἡσυχία, οὗ ἡ αἰτιατικὴ ἔχει ἐπιῤῥήματος σύνταξιν κατὰ μετάληψιν τοῦ αὐτοῦ φωνήεντος EM. 424, 3.[15]) Hujus obliterati nominis casus tertius esse creditur ἀκᾷ, quo Pindarus usus est pro ἡσύχως, πρᾴως, et ab hoc illud ἦκα minore molimine repeti poterat quam ab accusativo ἀκήν. Alii ἦκα ab adjectivo quodam ἠκύς derivatum putant ut ὦκα ab ὠκύς Epim. I. 448, 14. Ἀλίπηρα αὐχμηρά EM. 64, 42. vitiosum habetur pro ἀλιπαρῆ, quod Hesychius servat. Aliud ex declinabilibus exemplum promit EM. 743, 49. τάγηνον ἰωνικῶς τήγανον λέγουσι καὶ Ἡρωδιανὸς ἀπὸ τοῦ τήκω τήκανον καὶ καθ' ὑπέρθεσιν τάγηνον, ubi deest κατὰ τροπὴν τοῦ κ εἰς γ p. 756, 27. Verum hanc derivationem incertam reddit altera scriptura ἤγανον, nisi id quoque, ut quidam volunt, a τήκω repetitum est. Duo reperiuntur cum anadiplasiasmo conjuncta: ἀναγκάζω ἠνάγκακα οὐχ εὑρισκόμενον παρ' Ἕλλησιν ἐν χρήσει, ἐν δὲ μόνῃ τῇ τῶν Ἀλεξανδρέων δημώδει συνηθείᾳ EM. 106, 23. τοῦ ἀλάλημι ὁ παθητικὸς ἐνεστὼς ἀλάλημαι — ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν λέγει ἀπὸ τοῦ ἄλημι ὁ παθητικὸς παρακείμενος ἤλαμαι καὶ ἀττικῶς ἀλήλαμαι καθ' ὑπέρθεσιν ἀλάλημαι p. 56, 35. De hoc in tertio dicetur capite; ἀνήγκακα qui dixerunt, non hyperthesi usi sunt sed verbum ἀναγκάζω

15) Eustathius 397, 10. hoc ἀκὴν ἦκα confert cum κρύβδην κρύβδα, κύβδην κύβδα, quae nullam habent cum nominibus similitudinem.

cum praepositione compositum crediderunt; patet vero paronymon esse ut *ἐκκλησία ἐκκλησιάζω* et alia, quae quia simplici carent, pariter modo intrinsecus augentur modo extrinsecus. Alpha et iota transverti parum probatur exemplo in EM. 172, 5. prolato *ὡς παρὰ τὸ πολλά γίνεται πολλάκι καὶ ὀλίγα ὀλιγάκι, δέκα δεκάκι καὶ παρὰ (τὸ) τούτων δωρικῶς τουτάκι, οὕτω παρὰ τὸ αὐτά αὐτάκι καὶ κατὰ ἀντίθεσιν αὐτίκα* EM. 172, 5. Nam *δεκάκις, ὀλιγάκις, δισσάκις* etc. sunt adverbia numeralia quae interrogativo *ποσάκις* respondent partim *γενικά* sive indefiniti numeri partim finiti, quae *μερικά* vocantur, sed *αὐτίκα* temporale est item ut *τουτάκι* quod dorice dicitur pro *τότε*. Certum vero est Epicharmum et Sophronem pro *βαπτίζειν* dixisse *βιπτάζειν*. De transfusione literarum *α* et *υ* sermo est in loco lacunoso EM. 71, 32. *ἀλυκτέων· ἄλλο οὖν ἐστι παράδειγμα ὁ κίρκος, ἄλλο τὸ ὑλακτέων ἀλυκτέων.* Hic enim apparet de duobus agi metathesis generibus, quorum unum vocalem et consonam ejusdem syllabae transponit, alterum vocales diversārum syllabarum. Illius specimen est *κρίκος*, hujus verbum creticum quod Hesychius servavit *Ἀλυκτεῖ ὑλακτεῖ*. Apud eundem pro *Ἀστυλάζει λυπεῖ (λύζει) μετὰ κλαυθμοῦ* corrigitur *ἀσταλύζει·* cui similis est corruptio *Λυκάδης* pro *Λακύδης* in codd. Aelian. H. Ann. VII. 41. De epsilo et eta contraria dicunt Schol. Dion. Gramm. 793, 21. *ἤρεμος καὶ κατὰ μετάθεσιν ἔρημος* et EM. 436, 43. *ἐρημία καθ' ὑπέρθεσιν ἠρεμία.* Haec *verborum est copia cassa.* Pro *θηλυμίτρης* librarii aliquoties scripserunt *θηλύμητρις*. Peregrinum est *Ἰνδέα μεσημβρία Μακεδόνες* Hes. hoc est *Ἐνδία*. E turbido fonte haustum dixerim quod EM. 631, 49. narrat *ὅρμασται ἀπὸ τοῦ ἁρμόζω ἥρμοσμαι, τὸ τρίτον ἥρμοσται ὑπερθέσει ὅρμησται καὶ συστολῇ τοῦ η ὅρμασται*, quod potius ab *ἑρμάζω* declinatum est. Inter voces, quae a syllaba *κη* oriuntur, positum est *Κηρυβίων* EM. 512, 7. sed refellitur addito Cratini versu et aliis locis[16]). Idem p. 87, 6. *ἀμύρητον τὸ ἀτέλεστον· εἴρηται εἰς*

---

16) De accentu quae dicit turbata sunt *εἰ μὴ ἄρα περιεκτικὴ ἐστιν ἔννοια ἕνεκα ἐμφάσεως καὶ ὑγιῶς ὀξύνεται*, quem accentum habet *κηρυ-*

277, 15. s. Ἰλύς tradita τὰ ἀμφιβαλλόμενα κατὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἔχοντα ἐν τῇ δευτέρᾳ τὸ ῑ ἢ τὸ ῡ διὰ τοῦ ι ἔχει τὴν πρώτην. Mutationis duplicis mentionem habet EM. 732, 26. συβριάζειν ἀντὶ τοῦ συβαρίζειν ἐν ὑπερθέσει, de quo non potest dubitari quin συβαρίζειν sicut ceteri acceperit τὰ τῶν Συβαριτῶν ποιεῖν et hoc modo etiam Aristophanes verbo συβριάζειν (sic enim scribi vult Meinekius Anall. 118.) adjunxit alia helluandi verba ἑστιᾶσθαι et κοτταβίζειν. Id vero non a proprio Σύβαρις derivatum est, quod antepenultimam brevem habet, sed a communi quod Hesychius indicat Σύρας πολυτελεῖς-μήποτε σύβρας· συβράζειν γὰρ τὸ θρύπτεσθαι καὶ χλιδᾶν. Hoc autem adjectivum et cum σοβαρός componi potest et cum σύρβη sive τύρβη id est θόρυβος auctore eodem Συβριάζει σοβαρεύεται, Συβριασμός ὁ ἐν εὐωχίᾳ θόρυβος.

§. 6. Sequitur ut de confusione diphthongorum et vocalium loquar. Procul vero videtur illud: Τρύφων ἀπὸ τοῦ βαῦνος βάναυσος λέγει κατὰ πάθος· ὤφειλε γὰρ ὡς παρὰ τὸ ἵππος Ἵππασος, κριός Κρίασος, οὕτω βαύνασος· γέγονε δὲ καθ' ὑπέρθεσιν Gud. 104, 4. Schol. Dion. Gramm. p. 655, 4. nec probabiliores ii qui compositum dicunt ex βαῦνος et αὔειν quasi βαύναυσος EM. 187, 40. Ἰσαύα Ἰσαύτης καὶ ὑπερβιβασμῷ Αὐσίτης· Ἰσαύα γὰρ χώρα ἐστὶν ἐξ ἧς ἦν p. 171, 6. significari videtur Ausitis Mauritaniae, in qua Hiobus natus v. Bochart. Geogr. Sacr. VII. 8. Hesychius ex serie Εἴελος εἴλιγγος pro εἰλεός scripsit mendosum exemplar sequens. Ἐπείσιον, quod apud Lycophronem autepenultimam longam, sequentem brevem habet, nihilo secius saepius ἐπίσειον scribitur, non ita saepe ἐπίσιον, ut Choeroboscus jubet Orth. 205, 5. verene an falso decerni nequit quia origo ignota. Praetereo ἐπιδεί pro ἐπειδή positum in Inscr. boeoticis, et homericum δείδεκτο, quod non ex communi δέδεικτο conversum sed pro δέδεκτο hoc est ἐδεξιοῦτο dictum est, et casus pronominales τοῖςδεσι ἐt τοισίδε, τηνδεδί et τηνδὶ δέ, quae speciem modo metathesis, naturam diversam habent, postremo illud in EM. 618, 11. παρὰ τὸ οἴμοι οἰμώζω — ἢ ἐκ τοῦ ὤμοι καθ' ὑπερβιβασμόν, quorum prius

merito praefert Apollonius Adv. 538, 11. Ὑσοίπη ὁ ῥύπος Suid. et Εἰλκτῆρες ἐνώτια Hes. librarii perverterunt. Paullo abstrusior est disputatio num vocalis ex una syllaba in alteram traducta cum vocali ejus syllabae, in quam traducta est, diphthongum efficere possit. Id clare pronunciat Schol. Od. III. 178. γόνυ γόνυος καὶ δόρυ δόρυος καὶ καθ' ὑπέρθεσιν γουνός καὶ δουρός, et Choeroboscus Can. 376, 5. iisdem verbis usus sed statim addit ἀλλὰ δύναται καὶ ἀπὸ τοῦ γούνατος καὶ δούρατος hoc est per syncopen. Hanc approbavit Herodianus v. Diss. de Sync. P. II. c. I. §. 7. rejectis nominativis, quos Trypho posuit, δόρ et γόν v. Parall. 76. eadem libertate usus qua nos στάδα, Πύκνα aliosque casus defectivos ad themata revocamus indicta et ineffabilia. Hi metathesin istam repudiarunt fortasse ob eam causam quia genitivus γόννος non legitur nisi apud Galen. Quom. simul. p. 4. T. XIX. et Grammaticos qui etiam dativo γονύασι utuntur ut Schol. Arat. 575. 586. 615. 272. δόρυος ne apud hos quidem; neque magis cogniti sunt γόνεος et δόρεος, quibus Buttmannus Gramm. I. 223. utitur epsilon ultimae cum o micro antecedentis concretum putans. Eadem ratione p. 264. et 266. enucleat comparativos ἀμείνων, μείζων etc. neglectis veterum auctoritatibus: χερίων ἐν ὑπερβιβασμῷ γίνεται χείρων Gud. 564, 15. τὸ ὀλίζων ἐσχημάτισται κατὰ πάθος· παρὰ γὰρ τὸ ὀλιγώτερος κατὰ δεύτερον τύπον τὸ ὀλιγίων ἐξέπιπτε Herod. ad Il. XVIII. 519. idemque etiam de χείρων statuisse videtur Mon. p. 41. et de ἀμείνων atque μείζων, quae eodem loco producit. His Buttmannus p. 223. adjungit οὖλος tanquam ex ὀλοός natum, quod incertissimum est; Doederlein in Gloss. p. 97. φόνιος φοινός, p. 117. πενία πεῖνα, alius forsitan apponat θεμέλιον θέμειλον, sed horum nullum est quod non aliter explicari possit; nec ad fidem firmiora sunt quae Buttmanni suffragatores induxerunt, μάχαιρα a μαχαρία[18]), μέλαινα e μελανία, εὐνήτειρα ex εὐνήτρια etc.

18) Hoc longe aliter explicant veteres quos in Proll. 38. introduxi; neque fuit qui Κάϊρα ex Καρία conversum diceret. Sententia nuper placita unum habet sed debilem fautorem Choeroboscum in Psalm. 92, 3. ἐκ τοῦ μένω μενία καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν μνεία.

v. Ahrens. Dial. Aeol. 54 sq. 95 sq. De dativo ταμίασι dicetur alibi. — Iota, quod poetae praepositioni ὑπέρ simplici et compositae inferciunt, ὑπεὶρ ἅλα, ὑπείροχος etc. Grammatici monent in fine collocandum fuisse ὑπερί ut ἐνί, προσί προτί. Verum hae monosyllabae prosschematismo multo sunt accommodatiores quam ὑπέρ, quod ubi adminiculo indigeret, promtissima erat vocalis qua fulciuntur ἀπαί, παραί, semelque etiam prima syllaba praepositionis περί in syntheto Πειρίθοος, cui adstupent Grammatici Epim. I. 370. EM. 668, 15. Id Aeoles fortasse dixerunt Πεῤῥίθοος ut πέῤῥοχος. Contrario motu diphthongi ει vocalem ultimam in syllabam finalem transiisse contendit Herodianus in Choerob. Can. 852, 25. Anecd. Ox. T. III. 270. ἀπὸ τοῦ εἰμί τὸ δεύτερον εἷς καὶ καθ' ὑπέρθεσιν ἐσί, καὶ ἐπεὶ τὰ εἰς ι λήγοντα φύσει μακρᾷ παραλήγεται ἐσσί. Διὰ τί δὲ οὐκ ἔστι τὸ ν ἐφελκυστικόν; κατὰ μὲν Τρύφωνα ὅτι πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ι, κατὰ δὲ Φιλόπονον ὅτι καθ' ὑπέρθεσιν ἐγένετο, quo in loco pro τὰ εἰς ι scribi oportet τὰ εἰς σι ut Choerobosc. Can. 565, 31. τὰ εἰς σι ῥήματα μακρᾷ θέλουσι παραλήγεσθαι, δίδωσι, ζεύγνυσι, ἐσσί, quod quum repugnet regulae propositae, verba inferenda sunt hujusmodi τὸ δὲ ἐσσί ἔχει θέσει μακράν· οὐ γὰρ ἦν φύσει μακρύνεσθαι ἵνα μὴ συνεμπέσῃ τῷ εἶσι ἢ τῷ ἠσί ἀντὶ τοῦ φησί. Verum ἐσσί residuum est verbi prisci ἐσμί, ἐστί. Adhuc unum affertur sed dubium ἐξαίφνης ἀπὸ τοῦ ἐξαπίνης κατὰ μετάθεσιν καὶ τροπὴν τοῦ ψιλοῦ εἰς δασύ Moschop. Sched. p. 59. nec certior Apollonii conjectura in Diss. II. P. I. c. I. §. 2. allata ἐξαίφνης pro ἐξ ἀφανείας dictum esse. Quod quum satis mirabile sit, tum prorsus non intelligo quo modo conciliari possit cum eo loco quem in vestibulo hujus disputationis attuli ἀλλὰ καὶ συλλαβαὶ ὑπερτίθενται ἐξαπίνης ἐξαίφνης, ὄρωρεν ὤρορεν. Hoc in uno certe Homeri loco perfectum potius quam aoristus esse videtur sed quaenam in adverbio illo *syllabae* transpositae sint, divinare nequeo neque hoc memoratur ab Apollonii adstipulatore Planude sed λακέρυζα, pro quo rectius ὀρσόλοπος attulisset. Nam illud cornicis epitheton a verbo λακεῖν derivatum est quod diversum sonum ex-

primit quam κελαρύζειν. Ab omnium quae hactenus exposita sunt similitudine longe recesserunt qui vocalem quartae a fine syllabae in penultimam transmeare statuunt νεήγατος καὶ ὑπερθέσει τοῦ ε νηγάτεος Sch. A. ad Il. II. 43. XIV. 185. EM. 602, 15. quod Buttmannus Lex. I. 205. credere non dubitavit. Sed Epim. I. 29. nihil aliud quam epsilon penultimae redundare dicit; quam conjecturam stabilit Hesiodus pro φατός usurpans φατειός id est φατέος. Aoristus a Phrynicho notatus περιέσσευσε non ab hyperthesi profectus est sed ab imperitia eorum qui περισσεύω compositum putarent ut περιστείχω. Neque huc admittimus ἐκάμμυσα et κεκάμμυκα, quod Apollonius Synt. IV. 7, 317. (323.) minus commode cum ἠνόχλουν aliisque augmenti ad praepositionem translati exemplis confert. Id enim recte declinatum est a praesenti vitiose ficto καμμύω, unde καμμύσω, κεκαμμυμένος EM. 87, 31. κάμμυσις (omiss. in Thes.) in Hermetis Pim. c. I. p. 12. ed. Rossel.

CAP. III.

De metathesi aspirationis et quantitatis.

§. 1. Ad illam pertinet Apollonii praeceptum Synt. I. 25. p. 55. (61 Bekk.) τὰ ψιλὰ εἰς δασέα μετατιθέασιν οἱ Ἴωνες καὶ τὰ δασέα εἰς ψιλὰ ὡς ἐπὶ τοῦ τάφος τεθηπότες, ἐνταῦθα ἐνθαῦτα. Schol. Lips. ad Il. IV. 243. τεθηπότες — ἐξ οὗ θάπος καὶ μεταλλαγῇ τῶν στοιχείων τάφος ὡς παρ' Ἡροδότῳ βάθρακος ὁ βάτραχος καὶ μονόχυτρον μονόκυθρον. Priscianus VIII. 98. p. 430. (840.) *translatio fit aspirationis a prima ad postremam syllabam quomodo κύθρα pro χύτρα, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, quod est ionicum; ad cujus imitationem Latini θρίαμβος triumphus per transmutationem aspirationis protulerunt.* Transponuntur igitur mutae aut ejusdem ordinis aut antistoechae. Ejusdem ordinis labiales commutantur in deae cognomine Φάπην (Φαπίην) τὴν Παφίην Hes. quod hujus generis unicum est; nam pro ἄφεπτος Soran. de Obstetr. p. 202. Flor. Lobeckius scripsit ἄπεφθος. Dentales in θωτάζω et ἐπι-

ϑωτάζω, quae solus Hesychius attestatur; ionicum ἐνϑαῦτα fortasse ab ἔνϑα derivatum est ut τηνικαῦτα a τηνίκα, et porro ἐνϑεῦτε. A ϑέω (τίϑημι) duci poterat ϑετμός ut ἀτμός, ἐφετμή, et hinc adjectivum ϑέτμιος· sed illo omisso dixerunt ϑεσμός ut βασμός, δεσμός, et ϑέσμιος, pro ϑέτμιος autem Pindarus et alii posteriorum poetarum substituerunt τέϑμιος, ceteri ϑέσμιος ut δέσμιος. Gutturalium conversionis specimen est homericum συνοχωκότε, quod nostri Grammatici ab ἔχω, ὄκωχα repetunt, veteres vero aut συνοχηκότε scribendum aut certe pro συνωχηκότε accipiendum putarunt EM. 735, 46. Cram. I. 390. Ex duabus Hesychii glossis Ἀγίκητα ἀκατάλημπτα et Χάλκη πορφύρα, illa mendi comperta est, κάλχη legitur in Nic. Fr. II. 60. et saepius in codd. Alex. 393. Lyc. 864. χαλκαίνω pro καλχαίνω Eur. Heracl. 40. καλχάνϑη et χαλκάνϑη, certaturque nomen avis χαλκίς et minus probabile καλχίς v. Meinek. Anall. 317. sicut urbis Χαλκηδών et Καλχηδών v. Parall. 47. Keil. Onomat. 42. Syll. Inscr. Boeot. 58. Bredov. Dial. Her. 92. quae nescio an non solum a librariis sed etiam a scriptoribus minus peritis confusa sint. Venio nunc ad consonas diversis ordinibus adscriptas. Commutantur igitur labiales et dentales φάτνη ἀττικῶς, πάϑνη ἑλληνικῶς Moer. quae in EM. 789, 17. jure appellatur ἀντιστοιχία ἰδιωτική. Tum dentales et labiales: τάφος ὁ ἐπὶ τῶν νεκρῶν ὤφειλεν εἶναι ϑάπος ἀλλ' ὑπερβιβασμὸς γέγονε Epim. I. 397. Choerob. Can. 635. Τελφοῦσα et Θέλπουσα, quod nomen Sylburgius ad Paus. VIII. 24, 1. a verbo ϑάλπω ductum putat; dentales et gutturales Τελχῖνες et Θελγῖνες v. Aglaoph. 1183. ϑριγχός et τριγκός quae Schol. Od. VII. 87. cum ionicis κύϑρη et κιϑών contendit, κήϑιον τὸ χήτιον τὸ χωροῦν τοὺς ἀστραγάλους ἀπὸ τοῦ χεῖσϑαι τὸ χωρεῖν Athen. XI. 477. D. Eust. 1259, 38. qui p. 468, 33. ἀχάντιον affert de lingua rustica sumtum. Ab his diversum genus designant Epim. I. 178, 10. et Schol. Dion. Gramm. 856, 25. ἴκω ἴχνιον ὑπερϑέσει τοῦ πνεύματος, quod a nostra causa alienum est. Neque huic disputationi immiscendae sunt metabolae mediarum πιϑάκνη et quo Attici utuntur φιδάκνη, σκεϑρός et σχεδρός· non

enim quia aspirata aut antecedit aut sequitur mutatae sunt sed arbitratu populi[1]).

§. 2. Haec breviter demonstrasse contentus exsequar alterám hujus disputationis partem, quae est de trajectione quantitatis. Persaepe accidit ut duo ab eadem stirpe propagentur vocabula diverso inter se flexu, quorum in uno syllaba naturaliter longa brevem subsequitur, in altero brevis longam vel versis vicibus. Haec proprie metathesis vocari non potest. Sed ubi ordo vocalium a natura fixus convertitur aut metri causa aut arbitrio aliquo scribentium, ibi maxime hoc nomine uti convenit. Haud tamen facilis est utriusque rationis in omnibus verbis distinctio minimeque observata a Grammaticis, quorum decreta, in quantum expedit, ordine quodam proponam adjunctis quae ab illis praeterita sunt. In numero indeclinabilium duo reperiuntur, e quibus discrimen modo a me significatum facillime potest perspici. Primum est adverbium *συνωχαδόν* et *συνοχηδόν*, quorum neutri affecti nomen convenit; nam illud formatum est ad exemplum adverbiorum *ὁμιλαδόν*, *ἀμοιβαδόν*, hoc ut *ὁμιληδόν*, *μολπηδόν* etc. Ita etiam distinguuntur *Κυθηρόθεν* et *Κυθέρηθεν*, illud a neutro plurali, hoc a *Κυθέρη* v. Meinek. Anall. 46. Neque *βορειόθεν* dici potest ex *βορέηθεν* natum esse vel contra; nam utrumque ad regulam pariter aptum. Sed omnes hyperthesis numeros habet *ἕως* et *εἷος*, si Hermannus Elem. Metr. p. 58. et Buttmannus vere contendunt pro *ἕως* et *τέως*, ubi trochaei mensuram habeant, scribendum esse *εἷος*, *τεῖος*, quibus Curtius in Mus. Rhen. Nov. T. IV. 241. praefert *ἧος* et *τῆος* tanquam primitivum cf. Hofmann. Quaest. Hom. I. 109. Hoc in conjectura positum est sed probabilius veterum commento qui *ἕως ὁ* — in principio versus heroici collocatum spondei loco esse existimant. De nominibus primae declinationis huc adnumerandum esset, si satis auctoritatis haberet, *γέα* et *γαῖα*, — *εἰ γὰρ μακρᾷ παραλήγεται, συστέλλει τὴν λήγουσαν, εἰ δὲ βραχείᾳ, ἐκτείνει γέα*

1) Hesychius *Κῆθα τάφος* fortasse *κῆδαρ* scripsit i. q. *κῆδος* unde *Κηδεύειν ἐνταφιάζειν*.

Theogn. Can. 136, 13. sed neque simplex γέα satis testatum est neque composita, quae ille affert, γεομέτρης, γεόλοφος, γεόμορος. Sed subsidium offert θρέμμα μορίης in exitu hexametri Anth. XI. 305. pro μωρίας et κερεία a Nonno usurpatum pro κειρία Paraphr. XI. 170. Largiorem sermonis materiam praebet declinatio secunda. Nam praeter attica illa ναός νεώς etc. Grammatici huc adscribunt adjectiva quaedam: παρὰ τὸ ἶφι παρήχθη ἴφιμος ὡς πρωΐ πρωΐμος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ θ ἴφθιμος· μετὰ γὰρ τὸν πλεονασμὸν ὑπερτίθενται οἱ χρόνοι Epim. I. 206, 1. EM. 480, 27. qui iota primum natura longum accedente altera consona corripi sumunt ex regula Drac. 53, 10. τὸ ι κατ' ἀρχὴν ἐπιφερομένων δύο συμφώνων συστέλλεσθαι θέλει, ἴσχω ἱστός ἴκτινος, quod idem et de altera ancipitum valere [2]) et non secus de tertia accentus ostendit; nam barytona, quae ultimam natura brevem habent, penultimam positura longam, paroxytona sunt ἄλφι, ἄνθος, ἄστρον, ἄρθρον, ἄρκυς, ἴγδις, λίγδος, ἴδρις, ὕμνος, ὕδρος, ὕβρις, ὕσκλος. Verum tamen ne sic quidem dubitandi causa nobis praeciditur; nam neque primitivi ἴφιμος vestigium ullum cernitur, neque mutatae prosodiae ratio reddi potest; ἴφθιμος enim brachyparalectum versibus perinde aptum erat. Sine hujusmodi autem ratione poetae tempora transponere non solent; id quod ostenditur vel proximo exemplo ἐκ τοῦ ἄπειρος ἀπειρέσιος καὶ ἐν ὑπερβιβασμῷ ἀπερείσιος Epim. I. 22, 26. Illi similia protuli in Proll. p. 426. cum altero nihil congruit praeter propria Ἀρχείσιος, Σιμοείσιος. Quam ob causam metathesi asseritur. Sed non eadem conditio est adjectivi quod Buttmannus in Lexil. I. 251. huic apponit ab antiquis neglectum ἀείδελος et ἀΐδηλος, quibus antecedunt ἀειδής et ἀϊδής. Adjectivis enim in ης exeuntibus utraque paragoge adhiberi solet, δημεχθής δημεχθηλός, ἀεργής ἀεργηλός, ζοφοειδής ζοφοείδελος, ἀεικής ἀεικέλιος [3]).

---

2) Hinc excipitur ἄρδω v. Parall. 399. adn. Ἀργός et ῥασμός contractione producta sunt.

3) Ἀεικήλιος Aristarchus et aequales cum ἑκών vel ἕκηλος compositum putant, a quo primum deflexit Suidas qui quum ἀεικήλια sic

Nec omnino audiendus sit qui *ἐπακουός* ex *ἐπήκοος* vel hoc ex illo factum dicat; nam suo utrumque tramite ab eodem capite deductum est, alterum ut *ἀκούω ἀκουή*, alterum retento o micro sed producto alpha ut *συνήγορος* et similia. Idem intelligi volo de adjectivis *ἐπέραστος* et *ἐπήρατος*, *ἀπέραντος* et *ἀπείρατος* penultima brevi, *ἀγέραστος* et *ἀγείρατος πλεονασμῷ τοῦ ι ἀντὶ τοῦ ἀγέρατος· οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν* EM. 8, 27. *ἀνέγρετος* et *ἀνέγερτος*, *νυκτηγρετεῖν νυκτεγερτεῖν*, *νεκρεγερσία* v. ad Phr. 701. quae differunt quidem nec tamen dici potest alterum nativum esse, alterum de nativo mutatum. Nomen sulphuris *θεῖον* Homerus in trisyllabum distendit modo per diectasin *θέειον*, modo epsilo in eta mutato *θήιον*, sed neutrum alteri subnatum est. Verae autem hyperthesis exemplum praebet *ἐρινειός* in exitu versus Hesiodii Fr. CLIX. (CLXXXVI.) positum iota correpto *ὅσους ἐρινειὸς ὀλύνθους·* sed id incertum reddit dissensio codicum, in quibus scriptum est *ἐρινεὸς ὅσσους ὀλύνθους*, quod Hermannus Praef. Helen. p. XVII. huc mutat *ἐρινεὸς οὗτος· ὀλύνθους οὓς ὅδ' ἔχει κτλ.*, alii *ἐρινεὸς ὅσσον ὀλύνθων*[4]). Multo recentior poeta in Welckeri Syll. Epigr. L. p. 71. *ὑμήναος* dixit correpta penultima. Hactenus sermo versatus est in vocalibus poeticis. In communi usu sunt *ἐπίσειον* et *ἐπείσιον*, quod supra commemoravi, et plantae nomen *τὸ κιχώριον* et *κιχόρειον* latinumque ejusdem mensurae *cichoreum* a duplici principio *τὸ κίχορον* et *ἡ κιχώρη*, illud iota longo, hoc fortasse brevi. Utra utri forma anteposita sit, non dijudicamus. *Ἔρημος* non ex *ἤρεμος*, ut nonnulli autumant, factum esse supra exposuimus. *Σίκανος* apud

---

ut illi explicuisset *οὐχ ἥσυχα ἢ ἀεκούσια*, addit tertium *ἢ ἀεικέλια οἷον ἀπεοικότα*, idque comprobavit H. Stephanus, rejecit vero Spitznerus ad Il. XVIII. 76. Suidae verba *πρὸς τὴν συναλοιφήν*, quae editores temere ejecerunt, sumta sunt e Schol. ad h. l. *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν συναλοιφήν*.

4) Meinekius ad Theocr. II. 3. huic comparat *ὀρνιθέη κεφαλή* Arat. tantummodo propter systolen ancipitis; et haec tolli potest synizesi ut *χρυσέη*, *χαλκέη* saepe bisyllaba sunt.

Callimachum tribreve est; poetae latini modo sic ut Lycophro 1029. pro dactylo utuntur, modo pro amphibracho. Pro ἔρειος et κεράμειος Atticos substituisse ἐρεοῦς et κεραμεοῦς jam supra scripsisse me memini. Ejusdem dialecti sunt λεώς, νεώς, εὔγεως, περίνεως etc. — Ἤλυσις ex ἔλευσις extitisse per enallagen temporum Buttmanno Gramm. II. 456. non assentior; nam haec est legitima futuri ἐλεύσομαι propago, altera a themate profecta quod in ἐλήλυθα et ἔπηλυς delitescit. Cum ἵλαος ἵλεως (Εὔνηος Εὔνεως) etc. idem I. 103. confert urbis nomen Τέως Τῆος, nam sic quoque appellatam esse testem quidem nullum habet sed colligit ex adjectivo Τήιος. Stephanus vero a Τέως gradatim Τέιος, hinc Τεῖος et Τήιος processisse statuit ut a Κέως Κέιος Κήιος s. v. Κῶς. Urbs ipsa a Tzetza Chil. IV. 235. et 241. Τεῖος vocatur quod ad Τέως eandem proportionem habet ut εἶος ad ἕως. — Alias in deliberationem veniunt terminationes casuales: Πηληιάδου κοινῶς, δωρικῶς Πηληιάδαο καὶ ἰωνικῶς καθ' ὑπέρθεσιν χρόνου Πηληιάδεω Epim. I. 346.[5]) quae differunt quidem consequutione temporum nec tamen ut dici possit εω ex αο natum esse, sed haec diversis adscripta sunt dialectis ut πόληος πόλεως, Πηλῆος Πηλέως et accusativi Πηλῆα Πηλέα, hic longo alpha, ille brevi. Iidem auctores huic causae adhibent nonnulla tertiae declinationis vocabula: ἠΰς καὶ γενικὴ ἠέος καὶ ὑπερθέσει τοῦ ε ἐῆος Sch. Lips. I. 393. EM. 318, 8. quae sententia Apollonio ipsi tribuitur in Sch. Vict. XV. 138. Alii ab ἐΰς deflexum volunt cum ectasi; nam alioqui adjectiva in υς eta in paralexi genitivi non accipiunt ne penultima hujus casus syllaba longior fiat quam est ultima nominativi Theodos. p. 44, 25. Nominativum ἠής nemo unus ponit sed syntheton ἐνηής, cui Schol. Il. XVII. 204. προσηνής et ἀπηνής comparat, Glossographi ab Eustathio citati 314, 41. ex ἐΰς natum esse conjectant; et ad hoc etiam plurale ἠέα γυῖα Emped. 377. referri solet, quod

5) Quae postremo addit πᾶσα γενικὴ — ἢ ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν καὶ συστέλλει τὴν λήγουσαν etc. verba sunt Choerobosci 120, 18. EM. 35, 53.

Karstenius pro *ἐνηέα* positum putabat praepositione praecisa. — *Τὰ εἰς ων πατρωνυμικὰ ἅπαντα φυλάττουσι τὸ ω ἐπὶ τῆς γενικῆς, ὅθεν τὸ Κρονίωνος ἀναλογώτερόν ἐστι· τὸ δὲ Κρονίονος ὑπερβιβασμὸν ἐδέξατο τοῦ χρόνου* Choerob. Can. 285. EM. Anecd. Oxon T. III. 385 sq. Haec vera est hyperthesis ab Homero non tam necessitatis causa introducta quam commoditatis. Cum hoc conferri potest vicissitudo epsili et alpha vel iota longi in appellativis *ὀργεῶνες ὀργιόνες* sive *ὀργειόνες*, *ὀπέωνες ὀπάονες* v. Bredov. Dial. Herod. 137. *ξυνεῶνες ξυνήονες*[6]) quorum etiam primi casus duplicem habent terminationem. Eodem genere continentur *μελη δόνες* et *μελεδῶνες* v. Parall. 146. *βοτῆρες* et *βώτορες*[7]), *φρείατα* brevi penultima et *φρέατα* longa. Haec transgressionis species falsa et inanis saepius existit in motione velut *σοώτερος* et *σωότερος* Apollon. Arg. a diversis positivis *σόος* et *σῶος*, *στενώτερος* et *στεινότερος*, *νεώτατος* et *νειότατος*, *ἀφνειός ἀφνειότερος*, *ἀφνεός δὲ ἀφνεώτερος καὶ θεῖος θειότερος*, *θεώτερος δὲ ἀπὸ τοῦ θεός* Epim. I. 279, 28. Sed quantum hyperthesis, quae proprie ita dicitur et in numero affectionum censetur, differat ab illa naturali et legitima temporum distributione, clare perspicitur ex his exemplis: *τὰ εἰς ωτερος καὶ ωτατος εἰ μὲν ἔχει τὴν πρὸ τοῦ ω συλλαβὴν βραχεῖαν, διὰ τοῦ ω γράφεται, εἰ δὲ μακρὰν, διὰ τοῦ ο ἁγιώτερος, ἀλυπότερος* Moschop. Sched. p. 11. *ὥςπερ τὰ διὰ τοῦ ωτερος, οὕτω καὶ τὰ διὰ τοῦ ωσυνη, εἰ μὲν ἔχει τὴν πρὸ τοῦ ω συλλαβὴν βραχεῖαν, διὰ τοῦ ω γράφεται, ἁγιωσύνη, ἱερωσύνη· εἰ δὲ*

---

6) In Anth. XIV. 150. *ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδαόνα φέρτατε λαῶν* reponendum est quod alibi legitur *πόδα μέγα φέρτατε* — v. Matth. ad Schol. Eur. Med. 674. nam in amplificativis vix reperias alpha pro epsilo positum. Minus certum est quod sequitur; in Alexandri Aet. versu *ἅλα ξυνεῶνα θαλάσσης* Meinekius p. 222. dubitat an *ξυνῶνα* scribendum sit; pro *ξυνεών* Maneth. II. 411. retineri poterat quod olim legebatur *ξυνών*.

7) Non integra videntur verba Schol. A. ad Il. XII. 302. *βότωρ βότωρος ὑπερβιβασμὸς χρόνου βώτορος καὶ βώτορες.* Nam non *βότωρ* dicitur neque *δότωρ* sed *δώτωρ*. Verius EM. 218, 41. *βότης καὶ βοτήρ καὶ ἐπεκτάσει* [*βώτωρ*.

μακρὰν, διὰ τοῦ ō εὐφροσύνη etc. p. 73. unde supplenda est regula EM. 275, 42. Et his paria sunt adverbia localia, quae pro portione antecedentium syllabarum modo brevem accipiunt paralexin modo longam, ἀλλαχόθι ἀλλαχόθεν ἀλλαχόσε sed ἑτέρωθι ἑτέρωθεν ἑτέρωσε etc. Nec omittamus composita κρεηδόκος κρειοδόκος, γεωπόνος γειοτόμος, νεωκόρος νειοκόρος, μετήορος μετέωρος [8]).

De verbis breviter praecipit Epim. I. 446. γίνονται ὑπερβιβασμοὶ χρόνου ὑπώρορε, βοώμενος (scr. χωόμενος), ἑώρταζε, quorum nihil satis facit. Nam ὑπώρορε aoristus est reduplicatus ut ἤγαγον, perfectum ὄρωρε [9]). Alterum longo circuitu huc deducitur in Epim. 439, 20. EM. 816, 47. scilicet a χόω declinatum esse χούμενος, idque dorice dici χώμενος ut Μῶσα, postremo per epectasin χοώμενος et χωόμενος. Est vero a χώομαι. Majore assensu afferri poterat κυκωόμενος in oraculo Paus. III. 8, 9. nam hoc e κυκοώμενος conversum est v. Techn. 213. et in contrariam partem motum Σοώμην ὡρμήμην Hes. quod σωόμην dicendum erat a σώομαι σοῦμαι. Ab hac poetica metathesi differt ea quae quia in perpetuum fixa est vix in affectionum numerum aggregari potest: τὸ ἐώλπειν, ἐώργειν, ἐῴκειν, ἑώρταζον ἐδέξαντο ὑπερβιβασμὸν ἵνα συνάρξωνται τῷ παρακειμένῳ Anecd. Ox. T. IV. 192. vel potius ὅτι οὐδεμία λέξις εὑρίσκεται ἀπὸ τοῦ η̄ ἀρχομένη ἐπιφερομένου τοῦ ō χωρὶς εἰ μὴ ἐν διφθόγγῳ εἴη ὡς τὸ ἠοῦς ἠοῖ, ἢ κατὰ διάλεκτον οἷον οἱ Ἴωνες ἠόα λέγουσι Epim. I. 128. et 158. EM.

8) Pro Κλεοπάτρη poetae, si opus est, Κλειοπάτρη substituunt ut Κλειοφόρος. In principio pentametri Anth. IX. 215. ξεῖνε Κλεονίκης Planudes Κλεωνίκης edidit, Jacobsius Κλευνίκης optat; sed et Κλεωμέδων legitur in Corp. Inscr. I. n. 213. lin. 13. Ἀνδρώνικος Anth. App. 339. quam tropen repudiantes Homeristae ἀνδρειφόντης scripserunt. A nominibus in ευς Ὀρειοκόμος ὁ τοὺς ἡμιόνους θεραπεύων Hes. qui vulgo ὀρεωκόμος dicitur ut Ὀρφεωτελεστής et Byzantiae dignitatis titulus βασιλεωπάτωρ sed utrumque frequentius per ō scriptum.

9) Pro ὤλολε Nonn. XLVII. 245. Falckenburgius ὤλετο scribi jubet; Lehrsius vero Quaest. 274. dubitat an non perfectum potius sit quam aoristus.

351, 17.[10]) Sic ἄωρτο ex ἤορτο natum esse constat v. Diss. III. c. 6. §. 3. Cum duplici genitivo Κρονίωνος et Κρονίονος Eustathius 193, 15. confert hoc: καὶ τὸ ἠνάλωτο ἐκ τοῦ ἀνήλωτο μετηλλάγη τῷ χρόνῳ καὶ τὸ ἠναντιοῦτο ἀπὸ τοῦ ἐνηντιοῦτο. Verum qui ἠνάλωτο dixerunt, alpha non aliter pronunciasse videntur quam qui ἀνάλωτο hoc est producte, et illa augmenti in praepositionem transfusio compluribus verbis communis ad alium locum pertinet. Miror vero cur ἀκηχέδαται sive ἀκηχέαται et huic contrarium ἀκαχείατο neglexerint quum praesertim participium hac ratione explicent: τὸ ἀκηχεμένη κεῖται μεταθετικῶς ἀντὶ τοῦ ἀκαχημένη διὰ χρείαν μέτρου Eust. 557, 12. Subjunctivos θείομεν, βείομεν, ἐρείομεν, τραπείομεν idem et alii ex amphibrachis θέωμεν, βέωμεν factos esse tradunt, producta per epenthesin prima, correpta altera; sed metathesis nomine, quod hic maxime aptum erat, abstinent, utuntur vero ubi parum convenit in participiis: ἐν τῷ ἐμπεφυῶτες ὑπερβιβασμὸς ἐγένετο τοῦ χρόνου ὥςπερ ἐν τῷ Κρονίονος Choerob. Can. 829, 34. Epim. I. 364, 20—30. scilicet quia πέφυκα ypsilon longum habet. Verum illud ab indicativo πέφυᾰ derivatum est ut δεδιώς a δέδια cum ectasi penultimae ut γεγαῶτες, βεβαῶτες. Aptius affert Eustathius 282, 38. τὸ μεμαῶτες ἐνταῦθα μὲν ἐμεγάλυνε τὴν παραλήγουσαν ἰωνικώτερον καὶ τὴν προπαραλήγουσαν συνέστειλεν, ἀλλαχοῦ δὲ (B. 818.) τὴν παραλήγουσαν κοινότερον ἐσμίκρυνε, τὴν δὲ προπαραλήγουσαν ἐξέτεινε μεμαότες ἐγχείῃσι. Haec a verbis puris ducta sunt, a non puro Meinekius Anall. 382. posuit in Heliodori versibus ὀφθαλμοῖς ἀραρῶσι καλύψας idque a testatis, quae ad Buttm. 36. indicavi, etiam hoc nomine discedit quod antepenultimam brevem habet, quae syllaba ante longam penultimam produci solet τετριγῶτες, κεκληγῶτες. De ἐλήλαμαι quae fuerit Herodiani sententia antea dixi. Πίομαι et πιοῦμαι Eustathius 943, 44. propter enallagen temporum confert cum Σιδόνος et Σιδῶνος, Κρονίωνος, ὄρωρεν aliis-

10) Addi poterant nominis ἠών casus obliqui et ἠόνιος. Apud Zonar. s. Ἑώρταζον 948. pro παραλήγουσα prave editum est παραλλαγή.

que dudum transactis. Illud fortasse natura breve est v. Techn. 18. alterum vere futurum. De duplici participii *μαχειόμενος* et *μαχεούμενος* conformatione nihil quidquam adnotatum reperio sive id casu factum est sive quia utrumque a *μαχέομαι* derivatum crediderunt addito alteri epsilo, alteri ypsilo, quod genus epenthesis suo loco confirmabitur. Sed praetermittitur etiam *κιχάνω*, in quo manifesta hyperthesis signa exsuperant; nam modo sic pronunciatur ut *ἱκάνω*, modo ut *λαμβάνω*. In novissima acie collocabo duo vocabula abnormia, *μυσημίεκτον* (*καλοῦσι*) *τοῦ ἡμιέκτου τὸ ἥμισυ, οὐ καλῶς δέ* Hes. et barbarisimum, quem Porphyrius in V. Plotini c. XIII. p. 63. magistro suo firmiter adhaesisse refert: *ἁμαρτάνων ἔν τισι λέξεσι — οὐκ ἂν εἶπεν ἀναμιμνήσκεται ἀλλ' ἀναμνημίσκεται*. Illud sermonem resipit tabernarium. Alterum commemoro tantummodo ob celebritatem auctoris; vera enim aestimatione non est *πάθους* exemplum sed inscitiae sicut illa quae Scytha balbutit comicus. Hae sunt *λέξεις παρεφθορυῖαι* potius appellandae quam *πεπονθυῖαι*.

Verum ne ullam latebram invisitatam relinquamus, paullum aliquid operae impendendum est metathesi contractionis. Haec obtinet in vocabulis quae tres vocales breves per totidem syllabas continuant ut *αἰδέεο*. Id quum aures respuerent, duplex patebat exitus, ut aut duae ultimae vocales in *ου* contraherentur *αἰδέου* (et *αἰδοῦ*) aut prima cum secunda in *ει* *αἰδεῖο* Od. IX. 269. Sic etiam *μυθῇ* ex *μυθέαι*, hoc autem ex *μυθέεαι* contractum esse constat, quod respectantes poetae *μυθεῖαι* protulerunt. Parique vicissitudine nomina variari scimus, quando pro *τὰ κλέη*, quod ars poscit, poetice dicitur *τὰ κλεῖα*, pro *τοὺς εὐκλεέας* (*εὐκλεεῖς*) *εὐκλεῖας*, pro *ἀγακλεοῦς* mutata contractionis ratione *ἀγακλῆος* etc.

CAP. IV.

De metathesi synthetorum.

Post illa quae jam percursa sunt, Apollonius pergit: *ἀλλὰ καὶ λέξεις ὑπερτίθενται οἷον οἰνοφόρος φερέοινος, ἀνδρόγυνος γύνανδρος.* Haec proprie affecta dici non possunt; sed quia semel huic quaestioni implicata sunt, paucis persequi non intempestivum duco. Cum primo illo conveniunt *φέρασπις ἀσπιδηφόρος*, *ἀγέχορος χορηγός*, *ἑλκεχίτων πυουλκός*, *ἀεξίγυιος μυελαυξής*, quorum illa quae a verbo ordiuntur, poetica sunt, haec sermoni apta. Neque tamen hoc semper custoditur discrimen; nam *ἀρχιτέκτων* omnibus tritum est, *τεκτόναρχος* Pollux VII. 117. a Sophocle [1]) audacius fictum judicat et in communi usu idem valent *λῄσταρχος* et *ἀρχιληστής*, sicut etiam verbum *ἔχειν* modo primum locum obtinet *ἐχέκολλος*, *ἐξεχέγλουτος*, modo secundum *κυνοῦχος* etc. Utrique parti aptus est aoristus secundus *λιπόσαρκος* sive *λιποσαρκής* et *σαρκολιπής*, *δακέθυμος* et *θυμοδακής*, *λαβάργυρος* a Timone Phliasio fictum et *ἐργολάβος*. Pleraque aliud tempus in principio habent, aliud in exitu; vel futurum et praesens *ἀρκεσίγυιος γυιαρκής*, *ἀλφεσίβοιος τιμαλφής*, *θελξίφρων φρενοθελγής* [2]), vel futurum et perfectum mediae formae *περσέπτολις πτολίπορθος*, *κλεψίγαμος γαμοκλόπος*, vel futurum et aoristum passivum *βλαψίφρων φρενοβλαβής*, *τηξιμελής ψυχοτακής*, *ῥηξίφλοιος φλοιοῤῥαγής*, *μιξόθηρ θηρομιγής*. Hoc et *θηρομιγής* atque *φλοιοῤῥαγής* cum similibus *ψυχρομιγής*, *αἱμοῤῥαγής* etc. prosae familiaria sunt, illis poetae utuntur indifferenter. Sed quae Apollonius secundo loco apponit ex duobus substantivis juncta et Trypho quoque de Trop. p. 741. T. VIII. sine cura discriminis affert, ea tanquam

1) Ellendtius meus in Lex. Soph. hoc nomine non architectum significari putat sed arti fabrili praefectum; quae distinctio mihi parum perspicua est.

2) In Anth. IX. 525, 12. pro *λυροθηγέα* e Plan. receptum est *λυρογηθέα*. Aeque convenit *λυροθελγέα*.

contra posita distinxit Philo Quis rer. div. haer. 519. D. *οἷα ἀνδρόγυνος ἢ γύνανδρος* et de Fortit. 739. (379.) *ὡς ἀνδρογύνους οὕτω καὶ γυνάνδρους φυλαξάμενοι*, illo nomine pathicos significans, hac tribades, sed dubito num haec distinctio antiquitus introducta sit; Sophocles certe *γυνάνδρους* vocavit *τοὺς γυννίδας*. Neque veterum usu confirmatur quod Menander tradit de Encom. II. 99. ed. Heer. p. 199. T. IX. ed. Walz. *θεοφιλότης μὲν τὸ ὑπὸ θεῶν φιλεῖσθαι, φιλοθεότης δὲ τὸ φιλεῖν τοὺς θεούς·* nam et his desunt testes antiqui et ipsis primitivis *θεόφιλος* et *φιλόθεος*, quibus similia *πονηρόφιλος* et *φιλοπόνηρος* etc. probatiora quidem sed indiscreta sunt, *λογόφιλος* autem *vocabulum ficticium* est *facetae oppositionis causa factum* Lehrs. Anall. Gramm. p. 382. De plerisque valet quod Schaeferus dicit ad Schol. Apoll. p. 80. *γαστρόχειρ* et *χειρογάστωρ* conferens: *in talibus compositis ordo vocum, e quibus constant, haud raro alternat.* Nec quidquam differunt *ἡμερονύκτιον νυχθήμερον, βατραχομυομαχία μυοβατραχομαχία, ἀγριέλαιος ἐλαιάγριον, δεσμότριχον τριχόδεσμος* et quae Hesychius affert *Θυμολέοντα — καὶ λεοντόθυμον, Μυιάκυνα ἀναιδῆ* ex nominativo *κυνάμυια* conversum in accusativum quasi a recto *μυιακύων*. Sed inter *κεφαλόῤῥιζος* et *ῥιζοκέφαλος* quantum intersit ostendit Schneiderus in Ind. Theophr. Adjectivorum et substantivorum compositio liberrima est, *ἀργίπους πόδαργος, ἁβρόπους πόδαβρος, ὠκύπους ποδώκης, κλυτότοξος τοξόκλυτος, βαρύθυμος θυμοβαρής, τραχηλόσιμος σιμοπρόσωπος*, ac si quorundam alterutra forma praevalet, id usu potius quam ratione quadam fieri videtur, cujusmodi est enallage a Polluce notata II. 28. *οὐλότριχος παρ' Ἡροδότῳ, Ἀρχίλοχος δὲ ἀναστρέψας τρίχουλον εἴρηκε.* Cetera enim cum *θρίξ* composita substantivo finiuntur sicut ea quae cum *κόμη, χαίτη, μαλλός* et adjectivo quodam. Idem VI. 125. *θυμάγροικος* ab Aristophane comice fictum judicat, quippe quía *ἀγριόθυμος, καρτερόθυμος* etc. aliter ordinata sunt. Lucianus Praecc. rhet. c. XVII. *καινὰ καὶ ἀλλόκοτα ὀνόματα* percensens refert *σοφόνους* et contrarium *χειρόσοφος*, quo nomine aliquis pantomimum significavit haud citra affectationem sed

exemplo aliorum cum σοφός compositorum θυμόσοφος, θεόσοφος, alterum vero exemplo caret. Πτεροποίκιλος Aristophanes usurpavit pro ποικιλόπτερος metri gratia; sicut Goethius noster germanicum *Riesengipfel* Rimae deae instinctu mutavit in *Gipfelriesen*; ignotus poeta in Anth. τμητοσίδηρος, cui repugnant χρυσότευκτος, ἀργυρόπαστος, χαλκόπληκτος, ξυλόφρακτος. Epithetorum reciproco ordine decurrentium ἐρυθρόλευκος λευκέρυθρος, ἐρυθροποίκιλος ποικιλέρυθρος dubium est utrum prorsus eadem fuerit potestas an Graeci λευκέρυθρον dixerint quod in summa rubrum est admixto albo et contrarium ἐρυθρόλευκον ex rubro albicans. — Extra numerum accedit quod nulli ante dictorum comparari potest, δρομιάμφιον ἦμαρ Hes. a poeta nescio quo fictum ad significandum ἀμφιδρόμια. — Accentus transfusi exempla copiosissima sunt sed eadem conjuncta cum mutatione vel significationis vel vocis ideoque rei propositae aliena: αἱ εἰς ων λήγουσαι μετοχαὶ δισύλλαβοι ὀξυτονούμεναι καὶ (ὡς) ὀνόματα κλινόμενα μετατιθέασι τὸν τόνον, Ἀμφίων Ὑπερίων Arc. 17, 17. quae nomina simplicia esse videntur ut Ἀρίων, Ἐχίων etc. v. Diss. de Sync. P. I. c. 3. §. 4. δείδω καὶ μεταθέσει τόνου δειδῶ EM. 260, 20. καλίω — καὶ μεταβάσει τοῦ τόνου καλινδῶ καὶ ἀλινδῶ Phryn. App. p. 5. Verum jam metam aspicio. Nam quod Apollonius in fine sermonis huic disputationi praepositi subdit καὶ λόγοι ὑπερτίθενται οἷον θρέψασα τεκοῦσά τε et huic simile Planudae exemplum εἴ τις τὰς σεμνὰς θεάς θεὰς σεμνάς λέγοι, utrumque ad schematologiam pertinet et ad eam partem quae est de hyperbato.

DISSERTATIO QUINTA

DE

PARATHESI ET SCRIPTURA. *)

*) Haec primum vulgata sunt in Programm. academ. anni 1848 et sequentium.

PROŒMIUM.

Septem prosodiis quae in parte Grammatiees anagnostica tractantur, nonnulli adjiciunt tres improprias, quas in prooemio hujus libri designavi §. 1. apostrophum, hypodiastolen et huic contrariam notam hyphen v. Epiphan. de Pond. et Mens. c. I. 159. A. ed. Petav. Arcad. p. 191. Schol. Dion. Gramm. 674. Priscian. de Acc. II. 362. Apostrophi una et simplex ratio est tollendi hiatus. Diastolae quatuor numerantur species in Anecd. Bekk. 1158. Cram. T. IV. 310. *τῶν διαστολῶν αἱ μέν εἰσι κατὰ γράμμα ὡς τὸ γημενεον πότερον γῆμεν ἐόν (διὰ κάλλος) ἢ γῆμε νέον· αἱ δὲ κατὰ συλλαβήν ἐπεικεκαμω· ἤτοι γάρ ἐστι κεκάμω ἢ ὁ κέ σύνδεσμος· αἱ δὲ κατὰ λέξιν ὡς ὀνομάκλυτος ὑφ᾽ ἓν καὶ* (scr. *ἢ*) *ὄνομα κλυτός ἐν διαστολῇ· αἱ δὲ κατὰ διάνοιαν ὡς τὸ „νηῦς ἕστηκεν ἐν λιμένι Ῥείθρῳ ὑπονηίῳ ὑλήεντι“ Ὁ γὰρ Ἀπίων συνθέτως ἀνέγνω, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διαιρεῖ* scil. *Ῥείθρῳ, ὑπὸ Νηΐῳ* — Od. I. 186. Primum exemplum sumsit ex Od. XI. 282. ubi nulla fit diversae scripturae mentio, nec tamen finxit more scholasticorum qui *ἔστι νοῦς* et *ἔστιν οὖς*, *ἔστι Νάξιος* et *ἔστιν ἄξιος* proponunt quasi diastolae indigentia Moschop. in App. Etym. Gud. 675, 31. Schol. Dion. 683 sq. Alterum pertinet ad Il. I. 186. ubi Aristarchus *ἐπεί κε κάμω* scripsit, alii *ὑφ᾽ ἓν κεκάμω ὡς τὸ λελάχωσι*. Sed quod Schol. Dion. 703. refert in Od. I. 184. disputari utrum *ἐς Τεμέσην* scribendum sit an *ἔς τε Μέσην*, dubium est unde sumserit hoc Mesae nomen, cujus nulla est apud veteres interpretes mentio, nec meminit Engelius in libro *Kypros* p. 149. His simile *αὐλητρὶς πεσοῦσα* et *αὐλὴ τρὶς πεσοῦσα* Theon. Prog. XIX. 187. ed. Walz. derivatum est e Stoicorum scholis qui hoc amphiboliae exemplum fabricati sunt.

Diog. VII. 62. alia Grammatici ludibundi exsculpserunt *εἰς παράδειγμα τοῦ περὶ διαστολῆς λόγου* Eust. 1170, 34. quale hoc est *conspicitur sus* et *conspicit ursus* Max. Vict. in Art. c. 17. p. 726. Donat. I. 5, 3. Ad probandam distinctionem *κατὰ λέξιν* ille affert locum Iliadis XXII. 51. in quo Herodianus *ὀνομάκλυτος* scribi jussit sed addita cautione *ἐν μέντοι τῇ Ὀδυσσείᾳ* (XIX. 183.) *κατὰ παράθεσιν ἀναγνωστέον* „*ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸς Αἴθων*" Id vero hodie non sic scribitur sed *κλυτόν* ut in Musaei v. 186. *ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Ἡρώ*, idemque neutrum Spitznerus Exc. XI. p. XXII. in scholio isto reponendum censet nec aliter legit Eustathius 1860, 21. His inconsulte additur tanquam quarta species *diastole sensus*, etsi *ὑπονηΐῳ* et *ὑπὸ Νηΐῳ* neutiquam tantum inter se differunt quantum *γῆμε νέον* et *γῆμεν ἐόν*. Ab hac autem nota, qua literae, syllabae, lexes aut ab antecedentibus separantur aut a subsequentibus, differt connexiva, quam hyphen [1]) vocant itâque definiunt *σημεῖόν ἐστι συναφείας δύο λέξεων συγκειμένων ἢ παρακειμένων* Moschop. in App. Gud. 673, 28. quem *συγκειμένων* nomine significare syntheta apparet ex Schol. Dion. 683, 28. et 699, 3. et exemplis subjectis *ἀρχίφωτος, φιλόθεος, Νικόλαος* [2]). Verum hoc genus jure rejicit subtilior disputator p. 702, 4. *ἐπὶ τῶν ἐκ τέλους* (scr. *ἐξ ἐντελοῦς*) *ἀρχομένων συνθέτων μάλιστα χρὴ τιθέναι τὴν ὑφέν, ἐπειδὴ διφορεῖσθαι συμβαίνει τὰ τοιαῦτα· περιττὸν γὰρ οἶμαι ἐπιτιθέναι τοῖς ἐξ ἀπολείποντος·* cujus sedulitatis vestigia manent in codicibus nonnullis *ὀνειρο͜πόλος, χερσ͜όνησος,*

---

1) Id plene scribitur *ὑπὸ ἕν* Sch. Od. XVIII. 281. sed infinito saepius *ὑφ' ἕν* non solum illo intellectu sed etiam ubi *simul* significat ut *οὐ δύναται ὑφ' ἕν καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν εἶναι* Sext. c. Phys. I. 272. p. 606. *ὑφ' ἕν κατεσφάγησαν* c. Astrol. 91. p. 353. *πέντε μεδίμνους ἔλαβεν οὐχ ὑφ' ἕν ἀλλὰ κατὰ μέρος* Schol. Ar. Vesp. 716. *τοὺς ἀσεβεῖς ὑφ' ἕν ἐκτρίψαι* Sap. Salom. XII. 9. Sic etiam *ἁμαρτάνουσιν ἐφ' ἕν* Arist. Nicom. III. 1118. b. 16. *οὐδὲ καθὲν φυλαττόμενοι* Demosth. Cor. 281, 13. quod nunc *καθ' ἕν* scribitur ut *ὑφ' ἕν* pro *ὑφέν*.

2) Arcad. 189. *Ἀριστοφάνης ἐποιήσατο σημεῖα — τὴν ἀπόστροφον καὶ τὴν ὑποδιαστολὴν ἐπὶ τοῖς ἀπ' ἀλλήλων λυομένοις καὶ αὐτὴν ὑποτείνουσαν εὐθεῖαν συγκείμενα* scribendum est *καὶ αὖ τὴν ὑποτείνουσαν εὐθεῖαν τὴν συνάπτουσαν τὰ συγκείμενα.*

δικεράτων etc. v. Bast. Epist. p. 22. Itaque quaestio omnis continetur in vocabulis quae ex duobus integris constant velut *Ἄρηι φίλος* et *Ἀρηίφιλος*, quorum utrumque signis suppositis distinguere haud ab re erat donec consuetudo tenuit ut vocabula neque intervallis discriminarentur neque suo quodque accentu et spiritu inscriberentur. Et hodie quoque saepe in dubium venit utrumnam casus rectus cum obliquo, quem regit, et substantivum cum adjectivo, cui subjacet, ita arcte cohaereant ut uno tenore continuanda unoque accentu regenda sint. Haec quaestio ut ordine explicetur primum substantiva enumerabo quae arctius inter se connexa sunt, tum adjectiva substantivis praeposita, postremo de ceteris orationis partibus adjiciam quantum opus videbitur.

CAP. I.

De conjunctione substantivorum.

§. 1. Ordinem declinationum sequenti primum est celebre Hellesponti nomen, cujus meminit EM. 245, 8. *τὰ ἐκ δύο τελείων συγκείμενα ἢ ἀπὸ εὐθείας συντίθεται οἷον ἑωςφόρος, ἢ ἀπὸ γενικῆς οὐδενόςωρα, Ἑλλήςποντος.* Illa manifesto syntheta sunt, hoc nullo modo, neque id sic scripsit Apollonius eo loco, quem paullo post §. 3. apponam, sed vocibus separatis, quod Stephanum quoque fecisse apparet ex appositis *Ἑλλήσποντος* (*Ἕλλης π.*) *ἡ χώρα καὶ Ἑλλησποντία καὶ Ἑλλησποντίς· ἔστι δ' ἀπὸ δύο* (*ἓν*) *παρηγμένον ὡς παρ' Ὠκεανὸν Παρωκεανίτης, παρὰ ποταμῷ Παραποτάμιος.* Illud ut hoc loco ita permultis aliis *Ἑλλήσποντος* scribitur sed syntheton dici nequit quia genitivus primae declinationis neque cum integro nomine componitur neque cum corrupto nisi mutata terminatione. Syntheton foret *Ἑλλόποντος·* illud vero haud aliter figuratum est quam quae poetae variandi causa substituerunt *πόντος Ἕλλης* Lycophr. 1285. *ponto ab Helles* Poet. ap. Senec.

Epist. 80, 7.[1]) Ἕλλης πόρος Aesch. Pers. 818. Ἕλλης πορθμός 870. sed assiduo usu ita concrevit ut pro duobus accentibus acciperet unum. Haec igitur non synthesis appellanda est sed parathesis. Verum hoc quoque nomine antiqui liberius quam par est uti solent; primum Apollonius Adv. 544, 15. ἀφίλως σύνθεσις, οὐ φίλως παράθεσις, tum Herodianus in Schol. Il. I. 271. ἔμ' αὐτόν ἀναγινώσκεται κατὰ παράθεσιν et XVI. 248. σύμπασι σύνθεσις, σὺν πᾶσι παράθεσις, quo modo idem etiam ἄμ βωμοῖς distinguit a syntheto ἀμβωμοῖς VIII. 441. et Epim. I. 423. ὑπὲρ μόρον ab ὑπέρμορον, Sch. Od. XI. 134. ἐξ ἄλος ab ἔξαλος[2]). Hi igitur omnes vocabula, quae vinculo quodam syntactico inter se cohaerent, si forte in synthetorum speciem incidant, parathesi juncta dicunt, quam Schol. Dion. p. 703, 17. ita definit παράθεσίς ἐστι λέξεων παράλληλος σύνταξις, et Suidas s. Ἔγωγε quid a synthesi differat, explanare conatur: κατὰ πέντε τρόπους διαιρεῖται σύνθεσις ἀπὸ παραθέσεως, κατὰ τόνον πάροδος, κατὰ γραφὴν τρισχίλιοι, κατὰ πνεῦμα ἔνεστι, κατὰ εἰςβολὴν μορίου ὡςεὶ[3]) χνοῦς, κατὰ διάλεκτον ἔγωγε, unde cogno-

1) Stephanus Δούλων πόλις — Κρατῖνος πόλιν δούλων φησὶν Ἀπολλωνίου φήσαντος μὴ δεῖν ταύτας τὰς παραθέσεις ἐναλλάσσειν δίχα ποιητικῆς ἀνάγκης. Hac excusatur νῆσος Πέλοπος Oed. Col. 702. Dionys. v. 403.

2) Sic etiam EM. 346, 45. ἐξ ἁλός τινὲς κατὰ συναλοιφὴν ἔξω ἁλός· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἁλός scrib. κατὰ συναλοιφὴν ἔξαλος, οἱ δὲ κατὰ παράθεσιν ἐξ ἁλός ἀντὶ τοῦ ἔξω ἁλός. Hic synaloephae nomine (nisi συναφὴν scripsit) synthesis significatur ut Sch. Nic. Th. 89. ἀγριάδος μαλάχης κατὰ συναλοιφὴν ἀγριομαλάχης ut Schneiderus e Goett. scripsit pro κατὰ διαίρεσιν. Dicere voluit ἀγρία μαλάχη κατὰ διαίρεσιν εἴρηται ἢ συνήθως κατὰ σύνθεσιν λεγομένη ἀγριομαλάχη. Sic etiam ἄγριος χοῖρος, ἄγριον κάρδαμον parathesis appellatione distingui possunt a synthetis ἀγριόχοιρος etc. ad Phr. 381.

3) Significat ὡς ἂν εἰ, quanquam id quoque conjuncte scribi solet si absolute ponitur; Moschop. Sched. 108. ὡςανεί, ὡςεί, ὡςπερεί, οἱονεί, καθαπερανεί λέγονται κατὰ σύνθεσιν τοῦ εἰ συναπτικοῦ συνδέσμου· ὅτι δὲ σύνθετά εἰσι δῆλον ἀπὸ τῆς διαλύσεως ὡς εἰ ἔλεγε, καθάπερ εἰ τόδε ἐποίει. Sic etiam ἐξ ἅπαντος τρόπου scribi volunt sed omisso nomine ἐξάπαντος v. C. III. §. 5. — Ἔγωγε epectasi attica auctum Suidas discernit ab ἐγώ γε.

scimus eum παρ' ὁδός (πάρ τοι ὁδός Il. IX. 43.) et ἔν ἐστι adnumerasse appositiciis. Id vero nihil ad praesens negotium. Nos enim non quorumlibet vocabulorum juncturae hoc nomen tribuimus sed modo ei, qua duo vocabula rem unam significantia certo et immutabili ordine consociantur vel sub uno accentu Ἑλλήςποντος vel sub duobus Ἕλλης πόντος. Hanc parathesin impropriam dicemus; illam, quae accentu distinguitur, propriam. Hujus in declinatione prima exemplum unicum est Hellesponti nomen. Nam quod Schol. Pind. Nem. IX. 9. memoriae prodidit pro Ῥείας πόρος nonnullos Ἀρειάςπορος scripsisse ὑφ' ἕν, quum per se incredibile sit, tum etiam refellitur eo quod paullo ante dixi ea modo sic scribi vocabula quorum usus perfrequens ordoque ita fixus est ut sine poetica licentia neque discindi neque inverti possint. Masculina hujus declinationis aut legitime componuntur: Πυθόπολις ἀπὸ Πυθοῦ περισπωμένου ὡς Ἑρμόπολις Steph. aut consociantur illo laxiore genere parathesis, quod improprium vocamus, Ἑρμοῦ πόλις. Intolerabilis vero est ista duorum codd. Pind. P. IV. 446. scriptura Μήδειαν τὰν Πελιαοφόνον, de qua Schol. ὁ Χαῖρις οὐ βούλεται συνθέτως ἀναγινώσκειν· ἐκ γὰρ δύο ἐστὶ τελείων. Γίνεται δὲ ἡ τοιαύτη σύνθεσις ὡς μεταβάλλεσθαι τὸν τόνον. Ἤτοι οὖν, φησὶν ὁ Δίδυμος, προςενεκτέον (προεν.) Πελιαοφόνον ὀξυτόνως ἢ παροξυτόνως [4]) ἥτις ἦν τοῦ Πελίου φόνος. Quemadmodum Apollo Τιτυοκτόνος dicitur Orph. H. XXXIV. et Pollux Ἀμυκοφόνος Oppian. Cyn. I. 362. sic Peliae interfector vocari poterat Πελιοφόνος vel ο micro in alpha mutato Πελιαφόνος· sed genitivus aeolicus doricusque itidem ut ionicus compositionis impatiens habetur.

---

4) Haec stare non possunt; syntheton aut paroxytonon esse debet ut adjectiva ἀνδροφόνος, προφητοκτόνος, aut proparoxytonon tanquam ex duobus substantivis compositum ut ἱππόδρομος id est hippodromus. Apud Hesychium Μύςφονον παγίς aut μυςφόνον scribendum est ut herbarum nomina θηλυφόνον, μυοφόνον et μυοκτόνον, quae natura sunt neutra adjectivorum, aut μύςφονος id est μυὸς φόνος ut αἰγόλεθρος herba quae etiam αἰγόλεθρον dicitur adjective et Κανθαρώλεθρον Thraciae locus.

§. 2. Genitivus secundae declinationis vel in synthesi est *Ἀλεξανδρόπολις* Isidor. Char. pag. 25. *Διονυσόπολις*, *Ἡφαιστόπολις* etc. vel in parathesi eaque vel impropria *Ἡλίου πόλις* Strab. XVII. 805. *Ἵππου πόλις* Scylax Peripl. p. 117 Gail. vel propria *Ἀλεξανδρούπολις* Scymn. 924. *Ἀξιούπολις* Tzetz. Chil. XI. 927. *Θεούπολις* Phot. CCXXVIII. 402. *Ἡλιούπολις* Arrian. Anab. III. 1, 1. Diod. I. 57. paulo post vero c. 84. duobus sub accentibus *Ἡλίου πόλις* item *Μιλητούπολις* Strab. XIV. 735. sed codd. *Μιλήτου πόλις*, aliisque locis *Πομπηιούπολις* et *Πομπηΐου πόλις* v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 238. et 411. Utramque scripturam probat Stephanus *Πομπηιούπολις — τινὲς δὲ δίχα τοῦ υ Πομπηιόπολις*[5]), *Τιβεριάς Τιβεριοπολίτης ὡς τῆς πόλεως καλουμένης Τιβεριουπόλεως*, sed peritiores et hoc dissolute pronunciasse videntur et alia quae nunc apud eum hyphen scribuntur *Ἑρμούπολις*, *Ἡλιούπολις*, *Θεούπολις*, in codd. autem sic ut *Ἑρμοῦ πεδίον*, *Ἡλίου τράπεζα*, *Ἀβώνου τεῖχος*, *Κριοῦ μέτωπον* etc. idemque suspicor de EM. 217, 29. *Κωνσταντινούπολις τὸ ἐθνικὸν Κωνσταντινοπολίτης*, nam ethnica pleraque nascuntur a duobus integris velut a *Γυναικῶν λιμήν*, quod nemo compingere volet, *Γυναικολιμενίτης*, *Πατρόκλου νῆσος Πατροκλονησίτης* etc. et Grammatici, qui synthesis genera per omnes casus minute scrupuloseque exsequuntur, *Ἑλλήςποντος* quidem et *Διόςκορος* cum genitivo integro composita esse non dubitant sed de genitivo declinationis secundae verbum nullum interponunt, quod non omisissent facere si tot illa oppidorum nomina hyphen scripta invenissent, sic ut hodie leguntur. Sed hanc scriptionem etiam discrepantia codicum suspectam facit et incuria scriptorum novitiorum qui ipsa primae declinationis nomina huc detorserunt. Sic enim urbs, quae a matre Constantini M. nomen accepit, *Ἑλενούπολις* vocatur et alia *Μεγαλούπολις*, non illa Pontica quae a Pompejo M. cognominata

---

5) Quod duarum urbium altera sic, altera illo modo vocatur similiterque alia *Ἱεράπολις* alia *Ἱερὰ πόλις* etc. id fortuitum est nullaque grammatica ratione sancitum.

est et semigraece Magnopolis dicitur sed alia quaedam ob magnitudinem ita nuncupata, quod recte fieri negat Tzetzes in Anecd. Oxon. III. 361. μηδέποτε Μεγαλούπολιν γράφε ἢ (scr. ὡς) Κωνσταντινούπολιν ἢ Φιλιππούπολιν· οὐ γὰρ ἦν ἡ γενικὴ τοῦ Μεγάλου ἢ (ὡς) Κωνσταντίνου καὶ Ἀδριανοῦ ὅθεν καὶ Ἀδριανούπολις γράφομεν, sed hoc quoque scientius Ἀδριανοῦ πόλις scribitur v. Reitemeier. ad Zosim. I. 42, 2. et Κωνσταντίνου πόλις potius quam contracte ut in Phot. Cod. LII. 18. quod vetat Stephanus Κωνσταντίνου πόλις δύο μέρη καὶ ἐξ αὐτῶν Κωνσταντινοπολίτης. Hic duo prima verba Meinekius compegit in unum apposito alio exemplo Ἀμφάξιον δύο μέρη· τὸ ἐξ αὐτοῦ Ἀμφαξίτης. Verum tamen praepositio facilius quam genitivus cum nomine sibi subjecto confluere potuit ac ne hoc quidem certum constat utrum urbs Axio circumdata vocata fuerit πόλις Ἀμφάξιος sicut incolae Ἀμφάξιοι adjective ut *Circumpadani*, et in genere neutro Ἀμφάξιον, an illud nomen sic enunciatum fuerit ut *Ad aquas*, *Infra Thebas*. De vocabulis, quae aliud in exitu nomen habent, huc pertinet Ἑλενούποντος sive Ἑλενόποντος Helenopontus provincia, Μοψουεστία Suid s. Αὐξέντιος, quod alibi melius scribitur per diastasin quomodo Ciliciae oppidum Μόψου κρήνη Phot. Cod. CCLVIII. 788. et all. apud Latinos autem nunc per synthesin Mopsocrene, nunc minus commode Mopsucrene v. Interpr. ad Ammian. XXI. 15, 1. sicut *hermupoa*, *adadunephros*. In Arat. v. 216. pro εὐαλδέος Ἵππου κρήνης Vossius edidit Ἱππουκρήνης amphiboliae vitandae causa, ne quis ἵππον εὐαλδῆ dici putet; sed ejusmodi ambiguitates prisci minus extimuerunt quam nostri aequales. In Hesiodi Th. v. 6. eadem verba olim juncta dispescuit Goettlingius addita ratione *non enim ut* Ἡλιούπολις *ita dicitur* Ἱπποικρήνη. Sed Ἡλιούπολις quoque minus probatur; fontem vero caballinum Graeci Ἵππου κρήνην dicunt Strab. VIII. 379. τὴν τοῦ Ἵππου κρήνην Lucian. adv. Ind. §. 3. Latini Hippocrenen, quam synthesin enixe impugnat Salmasius in Exercc. Plin. p. 834. „*in hujusmodi locorum denominationibus, quae ex duobus substantivis componuntur, integra duo nomina Graeci semper retinent; nec enim* Ἱπ-

ποκρήνη sed Ἵππου κρήνη dicunt ut Hesiodus et Aratus. In Latinis semper scribendum est Hippu crene, Menandru Thais, Alexandru Stephanus. Sic Μόψου ἑστία Graeci dicunt, non Μοψοεστία, Κυνὸς σῆμα non Κυνόσημα, Κυνὸς κεφαλαί non Κυνοκεφαλαί et apud Solinum Heliu trapeza. Haec scribentem memoria destuit multifariam. In Plin. L. XV. 39. clare scriptum est *stephanus Alexandri,* in duobus Nonii locis s. *Dimissum* et *Tunica* p. 196. b. ed. Gerlach. *Thais Menandri*, non ut Salmasius narrat, cui fortasse graeci genitivi *Menandru* et *Apollodoru* ex didascaliis Terentii obhaeserunt. Synthesis, quam ille ex rerum natura tollit, exempla sunt *ἐλαιόκλαδος, κιτρόφυλλον, συκόφυλλον, θηριόδηγμα* atque alia ad Phr. 304. congesta. — Accentum compositorum habent duo atticae declinationi adscripta *Μινώταυρος* Plut. V. Thes. XV. Gryll. c. IX. Philostr. Imagg. I. 16, 787. ubi olim *Μινόταυρος* legebatur, et all. locc. v. Fischer. Ind. Palaeph. et *τὰς Λεωκόρας* Demosth. Epit. 1398. Diod. XVII. 15. Illud dissolvitur parenthesi *ὁ Μίνω καλούμενος ταῦρος* Paus. III. 18, 7. alterius disjunctioni velificatur accentus olim vulgatus *Λεώκορας* id est *Λεὼ κόρας*, quod Wesselingius praefert ad Diod. l. c. eamque scripturam fulcit Epim. I. 59. *οἱ παλαιοὶ παρὰ δύο λέξεις συνεζευγμένας μίαν παραγωγὴν ποιοῦσιν οἷον Νεάπολις (Νέα πόλις) Νεαπολίτης, Ἄρειος πάγος Ἀρεοπαγίτης* (scr. *Ἀρειοπαγίτης*), *Λεωκόριον, Διοςπολίτης, Ἐπιταινάριος*, ubi inferenda sunt exempla *δύο συνεζευγμένων Λεὼ κόραι*[6]), *Διὸς πόλις, ἐπὶ Ταινάρῳ*. His rerum propriarum nominibus accedunt duo, quae res communes significant, *λαγώπυρος* et *νεώςοικοι*, illud ab herbariis sumtum, hoc a naupegis idemque opportunum diremtioni *νεώς εἰσιν οἶκοι* Paus. I. 1, 2. et 29, 16. Adjectivum *λεωσφέτερος* nec saepius quam semel legitur nec habet cui comparari possit. Tantum de genitivis macrocatalectis.

---

6) Suspectus est Leos heros et illa de filiabus ejus fabula sicut omnia quae de Graecorum sacrificiis humanis prodita sunt. Nomen Leocorion vel Leocori cujusdam monimentum vel *populi curiam* sive *λήιτον* indicat.

§. 3. Ab appositicio [7]) Ἕλλης πόντος Apollonius Synt. III. 1, 298. (303.) discernit compositi simile Διόςκορος his verbis: τὰ πλεῖστα τῶν μερῶν τοῦ λόγου διὰ τῆς ἑνώσεως τὸ μοναδικὸν τῆς λέξεως ὑπαγορεύει τουτέστι τὸ ἓν μέρος τοῦ λόγου εἶναι, ἢ διὰ τῆς μονῆς τοῦ τόνου καθ' ἕκαστον μόριον τὸ δισσὸν ἐμφαίνει τῶν λέξεων. Τὸ γὰρ Διὸς κόρος παροξυνόμενον μὲν τὴν γενικὴν ἔχει ἰδίᾳ νοουμένην ὅμοιον ὂν τῷ Διὸς υἱός, προπαροξυνόμενον δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ Διόγνητος, Διόδοτος [8]). Τὸ δὲ ἐν νοῷ δύο ἔχον περισπωμένας ὁμολογεῖ τὴν παράθεσιν καὶ τὸ Ἕλλης πόντος. His adumbratur duplex conjunctionis genus, quod supra designavi; unum simplex et uniforme per synthesin Διόγνητος, alterum bipertitum. Nam si Apollo vel aliusvis Jovis filius Διὸς κόρος aut Διὸς παῖς vocatur, item si Dioscuri Διὸς υἱώ Theocr. XXII. 137. aut inverso ordine κοῦροι Διός Eur. El. 985. ea parathesis est impropria ut Ἕλλης πόρος et πόντος Ἕλλης. Propria vero si Castores nominantur Διοςκόρω, quae duo nomina consuetudo pro uno usurpat amissa nativa significatione, id quod maxime apparet ex Eur. Hel. 292. τὼ τοῦ Διὸς δὲ λεγομένω Διοςκόρω, cui similem speciem habent servorum nomina latina *Lucipor*, *Publipor* a puero composita ut Priscianus ait VI. 9, 251. (700.) Utramque rationem confundit Eustathius 1323, 57. Στησίχορος λέγει Διὸς κούροις βασιλεῦσι καθ' ὃ Διὸς κούρη Ἀφροδίτη ἐν παραθέσει ἐστίν, ὥςτε κατ' ἐξοχήν τινα Διόςκουροι συνθέτως οἱ τῆς Λήδας pro quo 1686, 58. rectius sic dicit οἱ Διόςκουροι κατ' ἐξαίρετον ἔχουσι τὸ ὑφὲν λέγεσθαι συγκειμένως· ἄλλως μέντοι ἐν παραθέσει πολλοὶ ἐλέγοντο τοῦ Διὸς κοῦροι. Minus distincte Apollonius Synt. IV. 6. 316. τὰ ἐκ δύο τελείων συντεθειμένα μετὰ τῆς συνούσης τάσεως πρόδηλον ἔχει τὴν σύνθεσιν κεραςφόρος, ἑωςφόρος, ἀστυάναξ, τερατοσκόπος [9]), Διόςκορος.

7) Finxi hoc nomen ad significandam parathesin; contrarium *compositicium* dicitur Varr. L. L. VIII. 33. p. 119. (436. ed. Speng.) pro quo in paucis codd. *compositum* scriptum est.

8) Sic in cod. legitur pro Διόςδοτος, quod non invenimus sed modo adjectivum διόςδοτος.

9) Pro τερατοςσκόπος scriptum est ut προστάς pro προςστάς, δύστομος etc. v. Prolegg. 17.

Hoc sive hominis sive semidei nomen si ex *Διόκορος* ortum esset sigma redundante ut *διόςδοτος* dicitur pro *διόδοτος*, tum vero in synthetorum numerum veniret; sed ambo sunt nomina *τέλεια* laxius connexa, quod recte monet Epim. I. 117, 30. *ἡ Διός γενικὴ κατ' ἀρχὴν συντιθεμένη ἀποβάλλει τὸ σ, Διοπείθης, Διογένης· διὸ τὸ Διόςκορος ἐν παραθέσει· τὸ δὲ διόςδοτον ποιητικόν.* Hac super re longa texitur disputatio in EM. 278, 24. quam per partes explicare conabor: *τὸ Διόςκορος οἱ μὲν ἐν παραθέσει λέγουσιν ὅτι ἡ Διός γενικὴ ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ σ. Οἱ δ' ἐν συνθέσει λέγουσιν ὅτι ἀπὸ δύο λέξεων ἐν συνθέσει οὐσῶν γίνονται παραγωγαί, Ἱεράπολις Ἱεραπολίτης, Νεάπολις Νεαπολίτης, Ἄρειος πάγος Ἀρειοπαγίτης· ἀπὸ δὲ δύο λέξεων ἐν παραθέσει οὐσῶν οὐδέποτε γίνεται παραγωγή, οὐδὲ τεμενικόν* etc. Clarum verumque est quod in primo enuntiato dicitur *Διόςκορος* syntheton non esse, sed hinc occipiunt turbae. Nam paragoga duntaxat a compositis proficisci contrarium est omnibus quae hujus doctrinae conditores praeceperunt. Primum Apollonius Synt. III. 5, 200. *ἐκ παραθέσεων δύο ἓν γίνεται παράγωγον, παρὰ ποταμόν παραποτάμιος* et Adv. 587, 21. *παρὰ δύο διεστῶτα ἓν ἀποτελεῖται Ἄρειος πάγος Ἀρεοπαγίτης* scrib. *Ἀρειοπαγίτης*[10]) ut *Ἀχίλλειος δρόμος Ἀχιλλειοδρομίτης* Steph. tum Herodianus Sch. Il. V. 19. *ἀπὸ δύο λέξεων κατὰ παράθεσιν γίνεται ἕν τι παράγωγον ὡς τὸ παραποτάμιος καὶ Νεαπολίτης*, tum etiam Stephanus *Διοςκούρων κώμη ἐκ δύο ἓν παράγωγον Διοςκωμήτης* etc. Quae deinde in EM. subjiciuntur exempla *Ἱεραπολίτης, Νεαπολίτης, Ἀρειοπαγίτης*, eorum ultimum si, ut hic scriptum est, ab *Ἄρειος πάγος* processit, synthesin non probat sed refellit. Quare aut *Ἀρειόπαγος* substituendum, quod aliquoties legitur in Inscrr. v. Keil. Onomatol. 111. aut omnia tria ad alium auctorem transferenda sunt qui pro parathesi pugnaret hujusmodi exemplis *Νέα πόλις Νεαπολίτης, Ἱερὰ πόλις Ἱερα-*

---

10) Quod vulgatum est, ab *Ἀρεόπαγος* repeti oportet, cujus rarissima sunt exempla v. Parall. 373. *Ῥαβάθμωβα ἡ νῦν Ἀρεόπολις* Steph. quod eodem modo scripsit Eusebius.

πολίτης, *Ἄρειος πάγος Ἀρειοπαγίτης*[11]). Tum rursus ille infit synthesis propugnator *ἀπὸ δύο λέξεων — οὐδέποτε γίνεται παραγωγή*, sed hic excidit syllogismi conclusio: *εἰ οὖν ἐστι Διοσκορίδης καὶ Διοσκουριάς καὶ Διοσκόριος παράγωγον, δῆλον ὅτι τὸ Διόσκορος οὐκ ἐν παραθέσει ἐστὶν ἀλλ᾽ ἐν συνθέσει.* Verum hoc refutant exempla prius allata. Continuo subdit — *οὐδὲ τεμενικόν· εἰ οὖν τὸ Διοσκορεῖον τεμενικὸν, δῆλον ὅτι οὐ παρήχθη ἀπὸ δύο λέξεων ἐν παραθέσει οὐσῶν. Ἆρα οὖν τὸ Διόσκορος ἐν συνθέσει ἐστί.* Sed hic quoque post *τεμενικόν* aliquid deest hujusmodi — *ἀλλ᾽ ἢ ἀπὸ ἁπλῶν ὡς Θετίδειον, Αἰακεῖον, ἢ ἀπὸ συνθέτων οἷον Ἀμφιαράειον, Ἱππολύτειον, Κλεοπάτρειον, Ὁμονοεῖον, Θεσμοφορεῖον.* Quibus si ille pro argumento usus est, parum attendit *Ἀμφιάραος* et cetera ita composita esse ut dissolvi nullo modo possint, *Διόσκορος* autem accentum solum syntheti habere ac ne de hoc quidem omnes consentire. Aliud hujus formae temenicum cognovimus nullum praeter *Λεωκόριον* sed id quoque a duobus integris *Λεὼ κόραι* derivatum dicitur. Apertissime vero *Διοσωτήριον* et solemnia *Διπόλεια* pendent ex genitivis *Διὸς σωτῆρος, Διὸς πολιῶς*, quae nunquam hyphen scripta sunt. Itaque *Διόσκορος* in parathesin transscribimus, *Διόκορος* sicubi legeretur syntheton dici oporteret ut *Διόπαις, Οὐρανόπαις, Ταρταρόπαις, ὀρνιθόπαις, θαλασσόπαις.* Sed notum est *Διόπολις*, quod etiam *Διόσπολις* scribitur vel in diastasi *Διὸς πόλις·* id enim complurium urbium nomen fuit proprium. Si vero Pisa honoris causa appellatur *ἡ Διὸς πόλις* Himer. Or. V. 2, 474. ea neque synthesis est neque parathesis sed mera syntaxis[12]) ut *Διὸς αὐλή.* Sunt vero etiam appellativa cum eodem genitivo consociata nunc conserte, nunc secus: *Διὸς ἄνθος* Nonn. XXV. 527. Theophr. H. Pl. VI. 1, 1. et compluribus locis, quibus

---

11) Sic etiam Stephanum scripssisse puto *Κυχρεῖος πάγος Κυχρειοπαγίτης*, non *Κυχρεοπαγίτης*.

12) Hoc nomine utitur Sch. Arist. Rann. 549. *ἀπὸ συντάξεως* (in Gud. 296, 22. male *συνθέτου τάξεως*) *ὀνόματα γίνεται, Καλὸς καὶ ἀγαθός καλοκαγαθία, θεοῖς ἐχθρός θεοεχθρία.* Hic *σύνταξις* non parathesin significat, de qua hic loquimur, sed meram *συνέπειαν*.

Wimmerus *Διόςανθος* substituit, *Διοςβάλανος*, quod idem praetulit disjuncto. Et cum aliis genitivis ejusdem declinationis, primum duo poetica *ἁλοςύδνη* et *ὑδατοςύδνη* v. Proll. 234 sq. pluraque vulgo recepta *ἁλὸς ἄνθος* Damocr. ap. Galen. Med. p. Gen. VIII. 16. p. 1051. T. XIII. Alex. Trall. I. 3, 8. *ἁλὸς ἄχνη* Aristot. H. An. IX. 4. pro quo codd. aliquot *ἁλοςάχνη* praebent ut Diosc. Mat. V. 127. *πυρὸς ἄχνη* chamelaeae synonymon IV. 172. *μυὸς ὦτα* Galen. l. c. I. 4, 387. et all.[13]) *κυνὸς ὄρχις* Diosc. III. 141. sed *cynosorchis* Plin. et saepissime *κυνόςβατος*, *ὑοςκύαμος*. Hoc et *διοςβάλανος* Latini in syntheta mutarunt *jusquiamus* et *juglans*, cujus generis sunt graeca *ἀλοσκόροδον*, *κυνόῤῥοδον*, *δρυοβάλανος* et ex graeco translatum *hyoseris*. Grammaticos parathesin praetulisse apparet ex Apoll. Synt. III. 32, 288. (292.) *τὸ νέα πόλις καὶ τὰ ὅμοια δύο ὀνόματα καθεστῶτα ἐν ἰδίοις τόνοις δὶς κλίνεται, οὐ μὴν τὸ Κόρακος πέτρα ἢ ὑὸς κύαμος.* Sic etiam alia topica *Βοὸς πόρος* Callim. Dian. 254. Orph. Arg. 1069. Oppian. Hal. I. 671. et in Inscr. Cherson. N. 2123. Vol. II. Corp. Inscr. *Βοὸς αὐλή* antrum Boeotiae Strab. X. 445. cui *Bauli* id est *βοαύλια* Campaniae comparatur; *Δρυὸς κεφαλαί*, quod Philostratus parenthesi diremit: *Δρυὸς, ὦ παῖ, κεφαλαί* Imagg. II. 19, 843. *Πέλοπος νῆσος* Anth. VII. 275. ad ultimum *Μυὸς ὅρμος* et *Κυνὸς σῆμα*, quod Meinekius sub uno accentu scripsit sic ut *Γυναικόςπολις*. Eodem genere parathesis continentur ordine inverso *Οὐρὰ βοός* Ptolem. V. 13. et *οὐρὰ μυός* Diosc. Mat. II. c. 144. illud loci nomen, hoc plantae, utrumque alpha longo; syntheta vero sunt quae in breve exeunt. Etenim sicut nominum *ἰχθύς*, *ὀφρύς* $\bar{v}$ psilon per se longum est, corripitur vero compositione, ita etiam pronunciantur *Βοόςουρα* et *Κυνόςουρα* sicut omnia quae in *ουρα* terminantur v. Parall. 378.[14]) Quae vero hac necessitate adstricta

13) Quemadmodum ex *ἁλὸς ἄνθος* nonnulli fecerunt *ἁλόςανθον* v. ad Phr. 304. ita *μυὸς ὦτα* abiit in *μυοςώτη* et *μυόςωτον*, quae natura sunt adjectiva ut *ἀνδρόςαιμον* *androsaemon* ex integro et corrupto compositum ut *μυοςωτίς*, quod perperam divellitur Galen. T. XII. 80.

14) Graecis illis simile est nomen montis Liguriae *Suismontium*; nam id quoque ex integro et corrupto constat.

non sunt, variemus licet pro cujusque intellectu ἁλὸς ἄχνη scribentes ubi spumam maris significat, hyphen vero ubi zophyton. Et sic alia.

§. 4. Dativos numeri pluralis nominibus praepositos integris breviter perstringit Apollonius Synt. I. 2, 14. ὑφ' ἓν μέρος λόγου ἀνέγνωμεν τὸ πασιμέλουσα καὶ κηρεσσιφόρητος. Illud non solum a Theognosto Can. 96. refertur in numero synthetorum σαρξιφάγος, ἁρμασίδουπος etc. sed ab Herodiano ipso ad Il. VIII. 527. et saepissime apud Nonnum ita scriptum est[15]), dissolutum vero praetulit Bekkerus; alia autem conjunctionis exempla non extant praeter πασίδηλος et πασίγνωστος, quorum auctores ignobilissimi sunt. Alterum homericorum κηρεσσιφόρητος Aristarchi commendatione sustentatum affligitur Herodiani exceptione l. c. ὅτι οὐδέποτε δοτικὴ ἐπεκτεταμένη κατ' ἀρχὴν συντέθειται ἀλλὰ μόνον κατὰ τὸ τέλος οἷον γυναικάνδρεσσι παρ' Ἐπιχάρμῳ, ac ne hoc quidem syntheton est sed a nominativo poetice ficto γυναίκανδρες declinatum et non epectasi, qua κηρεσσιφόρητος, sed solo diplasiasmo auctum ut βελεσσιχαρής, ὀρεσσιβάτης, ὀρεσσίχυτος, ποσσίκροτος, cujus generis nullum est apud Homerum vestigium. Si Pindarus Fr. LVIII. Delum, quam φορητὰν κυμάτεσσι vocat, κυματεσσιφορήταν dixisset, id utique illi simile foret. Idem Herodianus defendit scripturam bis repetitam Il. XIII. 390. et XVI. 483. ἤριπεν ὡς πίτυς τὴν οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες ἐξέταμον· de illo enim loco sic loquitur τὸ οὔρεσι τέκτονες Νικίας ὑφ' ἓν κακῶς· ἔδει γὰρ καὶ τὸ οὔρεσι βουκόλοι (571.) συνάπτειν· ἄλλως τε ἔσονται οἱ τὰ ὄρη κατασκευάζοντες· δύο οὖν μέρη λόγου ἐστὶ καὶ λείπει τὸ οὖσαν ὡς εἰς τὸ ἦν τ' ἐν ὄρεσσι χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί XIV. 290.[16]) ubi Schol. λείπει τὸ διατρί-

15) Locis in Thes. citatis adde IV. 92. XXXI. 94. XL. 351.

16) Hoc imitatur Nicander Ther. 407. ὅσσα τε φύλ' ὀνομάζεται οὔρεσι θηρῶν et alii hunc dativum complementi loco interponentes ὡς ἄγριος οὔρεσι κάπρος Quint. VI. 396. μεσημβρινὸς οὔρεσιν ᾠδὴς Anth. IX. 581. unde non longe distat ποσσὶ χίμετλα Nic. Al. 683. Praepositiones locales addunt Pind. Nem. VI. 109. ὁμοῖος δελφῖνι δι' ἅλμης et Dionysius v. 1181. χαίρετε εἰν ἁλὶ νῆσοι id est ἐνάλιοι, Λιβυρνίδες εἰν ἁλὶ νῆσοι Apoll. IV, 564. Dativus temporalis est Nonn. III, 12. ubi

βουσαν. Non nesessariam esse conjunctionem convenit sed absurda, ut illi videtur, certe non est; nam compositorum pars prior non raro locum, in quo aliquid fit, significat ὑληκοίτης ὁ ἐν ταῖς ὕλαις κοιταζόμενος Procl. ad Hes. Opp. 527. ἀστυβοώτης ὁ ἐν τῷ ἄστει βοῶν Sch. Il. XXIV. 701. aliaque minus antiqua δρυοκοίτης, ὀρικτίτης, ἁλινήκτειρα, quod Manetho dilatavit addita praepositione ἐν ὕδασι νήκτορες ἄνδρες IV. 397. eademque accessit synthetis εἰναλίδινος, ἐναυλακόφοιτις, ἐνωτοκοίτης (et οὐατοκοίτης), ἐνυγροθηρευτής qui τὴν ὑγροθηρικὴν exercet, ἐνυμενόσπερμος, ἐγκαλοσκελής, ἐμβρύοικος. Itaque etiam aliquis ἐν ὄρεσι τεκταινόμενός τι vocari poterit οὐρεσιτέκτων, quod Herodianus cavillatur. In Soph. Phil. 1135. (1148.) ὦ θῆρες οὓς ὅδ' ἔχει χῶρος οὐρεσιβώτας non pascua montana, ut vulgo sumitur, sed ferae monticolae significari videntur. Si simplex πλήτης antiquis in usu fuit, quod Hesychius πελάτης interpretatur, τειχεσιπλήτης in numero eorum referri debet, quae ex duobus integris composita sunt. Sed Herodianus ad Il. VIII. 527. confert cum ἐγχεσίμωρος aliisque in corruptum exeuntibus[17]). Pro νηυσὶ περητός in tribus Herodoti locis substitutum est νηυσιπέρητος simile Pindarico ναυσιφόρητος. Sic etiam ναυσίκλυτος apud eos scriptores, qui dativo ναυσί utuntur, proparoxytonon esse debet ut scribitur in codd. Pind. ap. Boeckh. Nott. Crit. p. 577. sed idem in parathesi est ναυσὶ κλυτός Nem. V. 7. apud Homerum vero, qui dativum aliter format, diastasis excluditur; quare unum quidem accentum accepit quasi syntheton ut Ναυσίθοος, Θεόκλυτος, sed in syllaba extrema ne accipiatur pro proprio. Cur ναυσιπέρατος dicatur sed ποσὶ περατός Poll. III. 103. ut πεζῇ περατός Strab. VIII. 349. γεφύραις περατός XI. 500. causa haec est quod dativos plurales nominum πούς et χείρ sermo communis ad componendum non adaptavit nisi in propriis Χερσιδάμας, Ποσσικράτης· sed χερσιμαχία, quod Moeris ex Platone affert, nunc satis constat mendose scriptum

---

hirundo dicitur εἴαρι κῆρυξ, instrumenti χερσὶ μάχη ap. Platonem v. ad Phr. 688.

17) Pro Ἴμοροι πόλεμοι Hes. scribendum est ἰόμωροι πολέμιοι.

esse pro χερσὶ μάχῃ. Frequens vero est et perfacilis dativi singularis cum adjectivis copulatio: ὥςπερ παρὰ τὴν Ἄρηι δοτικὴν γίνεται ἀρηίφιλος, οὕτω παρὰ τὸ Διὶ διίφιλος EM. 275, 6. ἀρηίφιλος ὡς χειρίσοφος, δουρίκτητος, δουρίκλειτος p. 139, 53. Horum primum si andronymicum est (quo Homerus non utitur) divelli nullo modo potest, sed adjectivum quoque non aliter scribitur quam ἀρηίθοος. Pro Διῒ φίλος Bekkerus διΐφιλος posuit, quod jam olim suaserat Spitznerus de Vers. Her. 43. propter productionem antepenultimae sed postea deseruit retenta tamen codd. nonnullorum scriptura νέῳ ἀρηικταμένῳ, quod Wolfius l. c. necessarium esse ducit ne quis significari putet *Marti occiso*. Sed hoc nemini in mentem venire potest neque tam scrupulosos fuisse veteres apparet e Schol. Il. XXI. 301. τεύχεα δαῒ κταμένων αἰζηῶν — ἄμεινον κατὰ διάλυσιν ὡς ἄρηι κταμένων· οὐδὲν γὰρ πλέον ἐκ τῆς συνθέσεως. Id tamen ad illud minus convenit; synthesis enim hoc commodi affert ut epitheton distinguatur a genitivo absoluto quo Quintus utitur IV. 29. νῦν δ' ὀΐω φεύξεσθαι Ἀχαιοὺς δαῒ κταμένου Ἀχιλῆος, ubi perperam scriptum est δαϊκταμένου quasi epitheton esset ut I. 630. et VII. 155. ὡς ἐςίδοντο δαϊκταμένην ἐνὶ χάρμῃ et Nonn. XXIII. 117. δαϊκταμένων φόνος Ἰνδῶν. Id autem disjungi nequit quia Nonnus simplici δαΐ non utitur. Ἀρηίφατος et quae post Homerum invaluerunt ἀρείφατος, κηρίφατος a disjunctione vindicat adjectivi φατός insolentia, quod fortasse ne Hesychius quidem invenit sed ex homerico ἀρηίφατος exsculpsit Φατοί τεθνεῶτες. Idem dicendum est de δαΐσφαλτος. Quod secundum in illa synthetorum enumeratione locum obtinet χειρίσοφος, Scholiasta Dion. p. 684. nota connexiva signari jubet ne audiatur χειρὶ σοφός, sed auctorem non subdit neque nobis innotuit praeter proprium Χειρίσοφος· nam in Lucian. Rhet. Praec. §. 17. Jacobitzius e codd. edidit χειρόσοφος omninoque hic dativus non componitur cum integris sed apponitur ut in Plut. V. Galb. XXV. ὁ θεὸς αὐτὸν χειρὶ ληπτὸν παρέδωκε, quod Herodotus V. 106. expressit trisyntheto ἐγχειρίθετον παραδοῦναι. Praeponuntur vero alii monosyllaborum dativi tum substantivis

δοριμήστωρ, πυρικαύτωρ, νυκτικλέπτης, tum adjectivis ἀλίπλαγκτος, νυκτίπλαγκτος et alia, quorum omnium accentus est in antepenultima praeter δοριχτητή Il. IX. 343. quod alibi gravatur v. Parall. 456. suffragantibus Grammaticis qui unum ναυσικλυτός acuunt, δουρικλυτός autem in duas voces dissolvi jubent suo utramque accentu distinctam. Unum horum substantivorum cum participiis conjungitur duplici modo; nam fluvii nomen Πυριφλεγέθων indissolubile est sed levius cohaerent epitheta πυριφλεγέθοντος ἐσόπτρου in Agesianactis versu ap. Plutarch. de Fac. Lun. c. III. λέων πυριφλέγων Eurip. πυριπνείοντες ὀϊστοί Mus. ἠελίῳ πυριπλήθοντι Maneth. quae a diastasi non abhorrent, sed incomparabile est verbum πυραίθειν· συνθέτως ἀναγνωστέον Schol. Eur. Rhes. 41.

§. 5. Accusativi speciem praebet nomen urbis Ὑάμπολις, si primitivum fuit Hya, et fuisse qui ita statuerent colligitur e Schol. A. ad Il. II. 521. Ὑάμπολιν οὕτως ἀνεγνώσθη· ἓν γάρ ἐστιν. Alii igitur Ὕαν πόλιν scripserunt. Sed vulgo vocatur Ὑάμπολις per omnes casus, idque Pausanias IX. 35, 4. ex Ὑάντων πόλις contractum putat cf. ad Aj. p. 367. Vulgatius est νουνεχόντως, quod Apollonius de Adv. 587. e Menandro affert Isocratis, qui hoc septies usus est, oblitus, idque ἀσύστατον esse non negat sed defendit hoc modo: πολλάκις σχήματά τινα ἐκ δύο διεστώτων εἰς ἑνότητα παραλαμβάνεται Ἄρειος πάγος Ἀρειοπαγίτης[18]), Νέα πόλις Νεαπολίτης, τὸ αὐτὸ ταυτότης· οὕτως οὖν συσταίη καὶ τὸ νουνεχόντως παρὰ τὸ νοῦν ἔχων, quod ratum habet Joannes de Ton. 39, 24. τὸ νουνεχόντως ἀπὸ δύο κατὰ διάστασιν λέξεων παρήχθη τῆς νοῦν καὶ τῆς ἐχόντων. Contra hanc scriptionem hyphen Schaeferus in Appar. Dem. 886. pugnat exemplo platonico ἐχόντως νοῦν, ex quo hoc modo efficitur non necesse esse ut νουνεχόντως scribatur. Bekkerus vero non hoc solum retinuit sed apud eundem Isocratem etiam λογονεχόντως ex

18) Sic supra scripsi ex EM. 606, 39. qui Apollonii verba excerpsit; vulgatum est Ἀρεοπαγίτης. Ταυτότης hic Bekkerus edidit sed cum signo coronidis in Arist. Nicom. VIII. 14. p. 1161. b. 31. ἡ ταὐτότης ταὐτοποιεῖ.

Urb. ascivit. Grammatici ut hyphen praeferrent fortasse etiam hac ratione ducti sunt quod adverbium medietatis ἐχόντως nusquam invenitur nisi alterutro horum nominum vel anteposito vel postposito et quia praeter νοῦς nullum extat substantivum cujus accusativus synthesin recipiat, quod fit in adjectivo νουνεχής ab eodem Menandro contra analogiam composito cf. Hagen. Diss. de Adverb. graec. I. 11. Quae vero Apollonius cum νουνεχόντως comparat, Ἀρειοπαγίτης, Νεαπολίτης, ταὐτότης parum similia sunt; nam illud certe dirimi potest, haec nullo modo. Pro καρήξανθος Tatiano c. 10. p. 48. ed. Ott. reddendum est homericum κάρη ξανθός Od. XV. 133. sed participium verbi cum κάρη compositi nihil interest utrum καρηκομόωντες scribatur an ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου Eust. 165, 15. Ποδάνιπτρον, cui Grammatici accusativum πόδα intexunt, alpha non proprium habet sed substitutum vocali connexivae quae in ποδόψηστρα et χειρόνιπτρον statum suum obtinuit v. ad Phr. 689. Adjectivum ὀνομάκλυτος Scholiasta Il. XXII. 51. syntheton esse asseverat et refragantibus ὅτι οὐκ ἔστιν ἐξ οὐδετέρου καὶ ἀρσενικοῦ σύνθετόν τι, paene triumphans ob oculos ponit Ἀστυάναξ et ποιηματογράφος. Hoc alienissimum est; sed nomina generis neutrius cum masculinis componi posse satis probant ἀστυάναξ appellativum, ὀνομακλήτωρ, δορύξενος, μεθυδώτης.

Hactenus elaboratum est in nominibus quorum pars prior casus obliqui vim obtinet, posterior recti. Ex duobus rectis Δημήτηρ compositum est instar latinorum Marspiter, Diespiter, hoc est sic ut dissolvi nullo modo possit; parathesi vero juncta sunt Liber pater, Janus pater. Illud perfectae synthesis exemplum habetur unicum. Sed Grammatici etiam orthoptota nonnunquam ita conjungi docent ut unum alteri epitheti vice subserviat. Hac ratione Schol. A. ad Il. XIV. 216. homericum ὀαριστὺς πάρφασις a schemate asyndeti defendit: συναπτέον ἀμφότερα τὰ ὀνόματα· τὴν γὰρ παραλογιστικὴν ὁμιλίαν σημαίνει [19]). Et,

---

19) Eustathius 979, 36. οἱ μὲν ἐν ἀσυνδέτῳ σχήματι νοοῦσι δύο πράγματα, ἰδίᾳ μὲν τὴν ὀαριστύν, ἰδίᾳ δὲ πάρφασιν, ἕτεροι δὲ τὸ μὲν ἓν

si *ἀσφοδελός*, ut quidam auctores sunt, nomen periecticon est pro *ἀσφοδελών* ut *ἀχυρός*, *κοπρός*, sequitur Homerum, quum *ἀσφοδελὸς λειμών* diceret, duo substantiva in casu recto sic junxisse ut alterum genitivi partes sustineat *λειμὼν ἀσφοδελῶν*, quomodo saepe dicitur *ῥόδων λειμών*, vel etiam attributivi *ἀσφοδελίτης*, prae quibus nos composito utimur *Asphodeloswiese*. Ad Soph. Aj. 297. ubi Ajax ab hostibus redit *ταύρους κύνας βοτῆρας εὔκερών τ' ἄγραν ἄγων*, ne quis *canes et pastores* adductos esse putet, cavet interpres: *ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον τοὺς ποιμενικοὺς κύνας· οὐ γὰρ ἀναιρεῖ ἀνθρώπους·* quod monere necessarium erat quia *κύων βοτήρ* longe insolentius dictum est quam *κύων ἀγρευτής* Poll. IX. 12. et *κύων θηρευτής* Il. XI. 325. Neque hoc solum animadverterunt sed etiam epitheta nonnunquam substantivis solito propius adhaerere docent. Apollon. Lex. *τοξότα λωβητήρ ἓν διὰ δύο*. Schol. Dion. p. 702. *ὑποτακτέον τῇ ὑφὲν καὶ τὰ ἐν δυσὶ λέξεσι συνημμένην διάνοιαν ἐπαγγελλόμενα οἷον τοξότα λωβητήρ· ἓν γὰρ νοεῖται διὰ τῶν δύο ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν τόξων λωβώμενε· καὶ πύκα ποιητοῖο καὶ πυλάρταο κρατεροῖο καὶ ἄγριον αἰχμητήν· μίαν γὰρ διάνοιαν ληπτέον ἐπὶ τῶν ἀμφοτέρων*, quibus similia leguntur in Cram. Anecd. Oxon. T. IV. 309, 30. Haec autem omnia fluxerunt e commentariis homericis, quorum rivulos videmus in scholiis. Primum ex schol. Il. XI. 385. ubi lectores docentur sagittarios Homeri temporibus non eodem quo postea contemtu laborasse v. ad Aj. p. 444. et hoc loco Paridi non artem exprobrari sed pravum artis usum, id quod illi non solum sublatione diastolae sed etiam verbis conceptis indicandum putarunt. In Il. VI. 97. *Τυδέος υἱὸν ἄγριον αἰχμητὴν κρατερὸν μήστωρα φόβοιο*, nonnulli verba *ἄγριον*

ὡς κύριον, τὸ δὲ ἕτερον λαμβάνουσιν ὡς ἐπίθετον. Ad illam rationem Schol. Pind. III. 38. *ἥρως θεός* (Hercules) interpretatur *ἥρως καὶ θεός*, quod Euripides syntheto expressit semideum *ἀνθρωποδαίμονα* appellans. Eodemque vergunt vocabula scholae *ἔκθλιψις κρᾶσις*, *κρᾶσις συναίρεσις* et latina *emtio venditio, locatio conductio, usus fructus, promus condus*, quibus nonnunquam copula interponitur v. ad Aj. p. 138.

αἰχμητήν interductu separarunt, Scholiastes vero Dionysii utroque unum significari putat *τὸν ἐν τῷ αἰχμάζειν ἀγριαίνοντα* uno verbo *ἐγχείμαργον* vel *δοριμανῆ* *ense furentem* ut poetae latini dicunt v. Heins. ad Valer. Fl. I. 144. Sic etiam *πυλάρτης κρατερός* Il. XIII. 415. explicatur *ὁ ἰσχυρῶς τὰς πύλας ἁρμόζων· ἀμφότερα γὰρ πρὸς ἓν ληπτέον·* et argutius etiam Sch. XX. 396. *ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχῃ*[20]) *ἐκ τῶν τριῶν ἓν σημαίνει, ἐν πολέμῳ ἀγαθόν. Θετέον οὖν ἐπ' αὐτὸν (αὐτῶν) τὴν συναφὴν σύνδυο τῆς τε πρώτης καὶ τρίτης λέξεως*, hoc est *ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχῃ*. Et Eustathius 851, 44. *ὥςπερ τὸ τοξότα λωβητὴρ οὕτω καὶ τὸ κέρᾳ ἄγλαε παρθενοπῖπα ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον ἤγουν κομῶν ἐπὶ τῷ τὰς παρθένους ὑπάγεσθαι.* Haec fortasse curiosius disputata sunt quam necesse erat sed inveniuntur alia hujus implicationis exempla quae non solum veterum lectorum subtilitatem declarent sed etiam perspicuam omnibus veritatem contineant. Haec subjiciam alteri hujus disputationis parti.

CAP. II.

De adjectivorum cum substantivis et adjectivis conjunctione.

§. 1. Triplex illa colligationis ratio qua *Διὸς πόλις*, *Διόςπολις* et *Διόπολις* distinguuntur, cernitur etiam in nominibus urbium propriis quae cum adjectivis conjuncta sunt *Μεγάλη πόλις*, *Μεγαλήπολις* et *Μεγαλόπολις*. Prima est parathesis impropria qua commune *μεγάλη πόλις* mutatur in proprium specie non mutata. Alteram vocamus parathesin propriam, cujus unicum indicium est accentus duarum vocum communis. Utrinque distat synthesis quae trope vocalis notatur, ut in appellativo *ἀκρόπολις* et in urbium illustrium epithetis *ἱερόπολις*, *μεγαλόπολις*, *οὐρανόπολις*, *καλλίπολις*, sic in propriis *Ἱεράπολις καὶ Ἱερόπολις διὰ*

20) Sic pro *μάχης* scriptum est in V. Ex interpretatione Sch. br. *κατὰ μάχην* colligas aliquos *μάχην* scripsisse.

τοῦ ο Steph. Ῥυδιόπολις quod a Ῥοδία πόλις tantum distat quantum Παλαιόπολις, ut nunc scriptum est Diosc. Mat. V. 145. a Παλαιὰ πόλις, quibus accedit tertium Παλαίπολις ὄνομα τόπου Suid. Hoc genus nihil dubitationis habet sed controversia consistit inter parathesin propriam et impropriam, quae solo accentu dignoscuntur. Ad hanc pertinent Καινήπολις Paus. III. 21, 7. sine ulla dissensione scriptum, Ἱεράπολις Philostr. V. Soph. II. 24, 606. Ῥοδιάπολις in Inscriptt. Lyciis, Νεάπολις Scymn. Perieg. 253. et 659. Plutarch. V. Dion. c. 49. Id vero Schaeferus in Adnot. ad h. l. T. IV. 451. in duas dictiones diducendum putat, quod pluribus aliis fecit Sintenis non sine codd. assensu. Eodemque nos ducunt numerosa nominum ex utraque parte declinatorum exempla τὸ Νέα πόλις καὶ Ἄρειος πάγος δύο μέρη λόγου εἰσὶν ἐπειδὴ καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν ἡ κίνησις Epim. I. 299. τὸ Νέα πόλις, ἀγαθὸς δαίμων καὶ τὰ ὅμοια δύο ὀνόματα ἐν ἰδίοις τόνοις δὶς κλίνεται Apollon. Synt. II. 23, 171. III. 32, 289. (292.) qualia non pauca in nostris quoque libris inveniuntur: Μεγάλης πόλεως v. ad Phr. 604. Νέης πόλεως Herod. II. 91. VII. 123. Ἱερᾶς πόλεως P. Silent Amb. v. 52. Νέαν πόλιν Thuc. VII. 50. Athen. VI. 250. D. Ut tamen haec scriptura omnibus locis inducatur non facile permittunt casus obliqui τῆς Νεαπόλεως v. ad Phr. 605. ἐν Ἱεραπόλει Diosc. Mat. III. 26. (29.) V. 122. τὴν Ἱεράπολιν III. 90. (100.) Strab. XIII. 630. unde colligimus casus rectos Νεάπολις, Μεγαλήπολις, non parathesi connexa sed vere solideque composita esse vocali conjunctiva in eta vel alpha longum corrupta ut fit in rerum communium vocabulis ἱεραπόλος, ἱεραφόρος, νεαγενής sive νεηγενής, πρωτερηγενής etc. Idque confirmatur etiam hoc argumento quod nunquam Νεασπόλεως, Νέανπολιν sub uno accentu scripta reperimus; nam pro accusativo *Megalenpolin* sive *Megalempolin* Liv. XXXII. 5, 5. merito corrigitur *Megalopolin*, totumque hoc genus parathesis Graecis abjudicat Priscianus V. 12, 206. (666.) *ex utraque parte declinatur compositum ut respublica reipublicae — quod Graeci nunquam faciunt;* quanquam *respublica* non compositum est, ut ille dicit, sed δύο συνεζευγμένα, neque hodie sic scri-

bitur sed soluta compage ut *Νέα πόλις*, *Μεγάλη πόλις*, quae si uno signamus accentu, syntheta fiunt ut *Θεαγένης*, *νεήφατος*, *μεγαλήφατος* atque hinc proficiscuntur casus obliqui, quos antea notavi, *τῆς Νεαπόλεως*. Disjunctis autem nisi succurreret litera majuscula, lineola ista subscribenda esset qua duarum notionum declaratur cohaerentià vocabulaque mutantur in nomina. Utràmque speciem leviter tangit Galenus de Sophism. III. 591. T. XIV. *σύνθεσις καὶ διαίρεσις διττὸν ποιεῖ — καθάπερ ἐν τῷ Νεάπολις καὶ καλὸς κἀγαθός*, quae synaloephe haud raro dirimitur *καλὸς καὶ ἀγαθός*[1]) nec minus saepe pàrathesis *Νέα πόλις*, eademque diastasis obtinet in aliis locorum nominibus *Νέα κώμη* Strab. XIII. 603. *Μεγάλη κώμη*, *Λευκὴ ἀκτή*, *Κοίλη Συρία* *Coele Syria*, non *Coelesyria* nedum in obliquis *Coelensyriam* v. Intt. ad Liv. XLII. 19, 7. Nec minus probatur synthesis, *Κοιλοσυρία*, *Λευκοπέτρα*, *Ἱεροκαισάρεια*, *Νεοκαισάρεια*, quibus adnumerandum est *Ἱεράπυτνα* quod ex *Ἱερόπυτνα* conversum esse apparet e genitivo *τῆς Ἱεραπύτνης* in Inscr. Cret. apud Le Bas in *Revue Philol.* T. I. 267. v. Tzschuck. ad Strab. X. 204. et 206. Quemadmodum autem idem nomen in codd. Stephani *Ἱερὰ Πύτνα* scribitur, ita libere et impune commutantur *Ἄρειος πάγος* et *Ἀρειόπαγος* atque alia quaedam a significatione loci sejuncta, primum. violae species *τὸ μέλαν ἴον* Theophr. H. Pl. VI. 8, 1. *τὸ ἴον τὸ μέλαν* I. 13. *τὸ λευκὸν ἴον* VI. 8, 2. et composita *λευκόϊον*, *μελάνιον* Athen. XV. 680. F.[2]) ut *λευκόλινον*, *λευκερωδιός*, *μελαναίετος*, *μελάμπυρος*, tum femininum *ὠμήλυσις* Diosc. Mat. II. 108. *σὺν ὠμηλύσει* II. 98. *τὴν ὠμήλυσιν* Galen. Gloss. et apud eosdem *ὠμὴ λύσις* per omnes casus; *ὠμόλυσις* non reperi sed similia *ὠμογέρων*, *ὠμοχάραξ*. Ex Servii verbis ad Ecl. V. 86.

---

1) *Καλὸς κἀγαθός λέγεται κατὰ συναλιφὴν οὐχὶ καλὸς καὶ ἀγαθός* Phot. Hoc legitur in Jambl. Protr. V. 78. Epict. Dissert. I. 72. Corp. Inscr. n. 2693. c. et all. *καλοκάγαθος* Ptolem. Tetrab. L. III. p. 42. a. sed ex Apollonii loco, quo ad Phr. 603. usus sum, removit Bekkerus.

2) Cum *μαλός* id est *λευκός*, unde *Μάλουρος λεύκουρος* Hes. compositum videtur lychnidis coronariae synonymon *μαλόϊον — ἄνθος ὅμοιον λευκοΐῳ* Diosc. Mat. III. 104. (114.)

pingue olivum quod Graeci λιπέλαιον *vocant*, colligi licet eum homericum λίπ' ἐλαίῳ sub uno legisse accentu idque cum adjectivo indeclinabili λίπα copulatum putasse. Substantivum ἀγαθοδαίμων ad Phr. 603. Parall. 371. Graecis aeque ignotum esse dixi atque contrarium κακοδαίμων nec dubium habeo quin Apollonius Pron. 76. B. πολλάκις ἐπ' ὀνομάτων καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου δύο κλίσεις γίνονται νέα πόλις νέας πόλεως, ἀγαθοδαίμων ἀγαθοῦ δαίμονος, scripserit ἀγαθὸς δαίμων convenienter urbis nomini Νέα πόλις, nam de hoc eum loqui sat manifestum est; idemque Synt. II. 23, 171. a disparatis ἀγαθὸς δαίμων unum fieri dicit ἀγαθοδαιμονιστής, quibus conveniunt verba jam supra allata C. I. §. 3. παρὰ τὸ Ἄρειος πάγος Ἀρεοπαγίτης[3]), παρὰ τὸ νέα πόλις νεαπολίτης Adv. 587. Horum alterum in ambiguo est utrum civem novellum an, quod praetuli, Neapolitanum significet; appellativum affert Pollux IX. 26. ὁ μὲν μεγάλης πόλεως μεγαλοπολίτης ἂν λέγοιτο, ὁ δὲ μικρᾶς μικροπολίτης, ὁ δὲ νέας νεαπολίτης, sed pro hoc νεοπολίτης ut legitur III. 56. substitui debet; nam neque νεάπολις dicitur pro νέα πόλις vel ἱεράπολις pro ἱερὰ πόλις, neque ex νέα πόλις componi potest νεαπολίτης· apud Platonem autem, quem Pollux utroque loco testem adhibet, neutrum extat sed νέοι πολῖται idque alio intellectu de servis recens in civitatem receptis. Cum Apollonio et Herodiano consentit Stephanus Καλὴ ἀκτή ὡς Μεγάλη κώμη· ἐκ τῶν δύο δὲ ἡ παραγωγὴ Καλακτίτης ὡς Μεγαλοκωμήτης, quibus convenit *Novum Comum Novocomensis*, Νέον τεῖχος Νεοτειχίτης. Neque solum quae adjectivum in principio habent sed etiam quae genitivum sive secundae declinationis Ἀδαροπολίτης, Ἡλιοπολίτης, Ἀβωνοτειχίτης, Γορδιοτειχίτης, sive tertiae Διοςπολίτης, Διοςιερίτης, Αἰ-

3) Ad alteram scripturam Ἀρειόπαγος spectat Suidae glossa Ἀρεοπαγίτης διαφορεῖται, non ad Ἀρεωπαγίτης, quod et hic et in Demosth. c. Neaer. 1373, 12. in codd. scriptum idemque editum est in Diog. VII. 169. et Suid. s. Διονύσιος (ut Κυχρεωπαγίτης in cod. Rhed. Stephani) sed ex Luciani loco, quem ad Phr. 698. indicavi, recte remotum. Ab Ἀρεοπαγίτης est Ἀρεοπαγιτικός apud Phot. Cod. CXV. 103. et alios v. Benseler. ad Isocr. p. 4.

γοςποταμίτης, eodemque modo Grammatici adjectiva ἁλοςάνθινος, ὑοςκυάμινος a duobus separatim scriptis repetivisse videntur. His omnibus sigma genitivi relictum est eoque differunt ab iis quae a synthetis propagata sunt Διόπολις, Διοπολίτης, Πανόπολις Πανοπολίτης, Ἡρακλεόπολις quod plerique codd. Strabonis praebent VI. 264. Ἡρακλεοπολίτης Phot. Cod. CCL. 276. perperam vero apud Stephanum scriptum est Ἡρακλεούπολις—Ἡρακλεωπολίτης pro Ἡρακλεόπολις sive Ἡρακλέους πόλις et Ἡρακλεοπολίτης [4]), quod aliter dici potest Ἡρακλέους πολίτης ut Ἀλεξάνδροιο πολίτης Anth. App. CCXLIV. id est Alexandrinus. Sic etiam pro Πομπηϊουπολίτης Lucian. de hist. conscr. §. 15. codd. haud pauci offerunt Πομπηΐου πολίτης, pariterque Herodotus II. 3. scripsisse videtur Ἡλίου πολίτης, quod codd. Diod. I. 96. tuentur, non Ἡλιουπολίτης, eodemque reformandum puto Ἑρμουπολίτης et si quid simile apud veteres invenitur. Sed revertendum est unde defleximus, ad adjectiva.

§. 2. Peculiari quodam modo relativi ὅσος nominativus pluralis numeri ὅσαι et ὅσα cum nominibus quibusdam tempus significantibus consociatur eodem intellectu adverbiali quo non sociatus. Priscianus XVIII. 25, 229. T. II. *Attici*, inquit, ὁσημέραι καὶ ὅσαι ἡμέραι. Ὑπερίδης „Ἐνταυθὶ τῷ Ἀπόλλωνι θύεται ὁσημέραι" [5]). Et contrarium ὅσαι νύκτες Lucian. Philops. §. 18. Heliod. IX. 11, 364. ut ὅσοι μῆνες *quot mensibus* sive *quotquot mensibus* Demosth. c. Timocr. 744, 25. ὅσα ἔτη *quotannis* Arrian. Ind. XXXVI. 190. et cum signo elisionis ὅσ' ἔτη Arist. Thesm. 624. quod nunc Schaeferi suasu ὁσέτη scribitur, ὁπόσα ἔτη Themist. Or. IV. 52. C. ὅσαι ὧραι Alex. Aphrod. de Febr.

---

4) Sic censui in proecdosi; idem judicat Meinekius. Nonnunquam recurritur ad simplicia: Ἄρεος νῆσος τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος ἐξ ἑνὸς τοῖν δυοῖν παρηγμένον, Μόψου ἑστία ὁ πολίτης Μοψεάτης κατὰ παραγωγὴν μιᾶς τῶν δυοῖν λέξεων, Παρθένου ἱερόν — ὁ οἰκήτωρ Παρθένιος, ὃ παρήχθη ἀπὸ τοῦ Παρθένου μόνου ὀνόματος Steph.

5) Hoc et ὅσαι ἡμέραι in codd. permutantur non raro v. Interpp. ad Thucyd. VIII. 64, 3. et ad Lucian. Nigr. §. 20. T. I. p. 26. ed. Jacob. Ὁσήμεραι proparoxytonon est in Photii apographo Porsoniano, sed cetera exempla ostendunt hac synaloephe accentum non retrahi.

XXVII. 383. ὅσαι τοῦ ἔτους ὧραι Plut. de Aer. alien. c. VII. 216. T. XII Hutt. sed ὁσῶραι Thomas reprehendit et consulto Themistius conjuncto apposuisse videtur sejunctum ὁσημέραι καὶ ὅσαι ὧραι χρυσὸν ἐπανιόντα ὁρῶσι v. Dindorf. ad Or. XVIII. 214. non ὁσῶραι, quo inferiores utuntur v. Boisson. ad Herodian. p. 103. Nusquam vero reperitur ποσημέραι et τοσημέραι, sed prisca consuetudo tulit adverbium quod cum similibus tractat Schol. Il. XXIV. 657. πόσα μέρη ἐστὶ τὸ ποσσῆμαρ; ἓν γὰρ οὐ δύναται εἶναι διότι οὐδέποτε πυσματικὸν μέρος λόγου προτάσσεται ἐξῃρημένου τοῦ ποδαπός· (v. ad Aj. p. 402.) δύο δὲ πάλιν οὐ δύνανται εἶναι· εἰρήκει γὰρ ἂν πόσα ἤματα. Ἀπορουμένου τοίνυν αὐτοῦ κάλλιόν ἐστι λέγειν ἓν εἶναι μέρος ὅμοιον τῷ ἐννῆμαρ, ἐξῆμαρ, αὐτῆμαρ. Nobis haec paene putida videtur consultatio sed Herodianus non intempestivum judicavit occurrere errantibus: παραιτητέον τοὺς κατὰ διάλυσιν ἀναγινώσκοντας. Cum αὐτῆμαρ, quod vulgo dicitur αὐθημερόν ut αὔθωρόν et αὐτόετες, ceterisque inseparabilibus in EM. 343, 50. confertur πανῆμαρ, cujus scriptura controversa est in Od. XIII. 31. ἀνὴρ ᾧ τε πανῆμαρ βόε ἕλκητον ἄροτρον· nam Aristophanes οὐκ ἐν συνθέσει ἀλλὰ πᾶν εἶτα κατ᾽ ἰδίαν τὸ ἦμαρ, sive is πᾶν corripi posse putavit ut ἅπαν, πρόπαν, sive ᾧ θ᾽ ἅπαν scripsit [6]). In Quint. L. III. 713. ἄνεμοι — πανῆμαρ καὶ νύκτα νέκυν περιποιπνύοντες reponendum est πᾶν ἦμαρ, quod Schneiderus Oppiano reddidit Hal. IV. 178. ἀεὶ πανῆμαρ ὑπὸ γλαφυροῖσι μυχοῖσι κίχλαι ναιετάουσι, ubi non *per totum diem* significat sed πάσας ἡμέρας ut Apollon. II. 530. Cum adjectivis compositum semper corripitur: τὸ πᾶν συντιθέμενον ἐν ἀρχῇ τῆς λέξεως συστέλλει τὸ α πανάθλιος, πανίερος, παμπόνηρος [7]), πλὴν τοῦ πανάπαλος

6) Ὦι πᾶν ἦμαρ proposuit Nauckius in Fragm. Arist. p. 53. qui πανῆμαρ jure damnari censet quippe ab analogia destitutum; sed hoc idem dici potest de προῆμαρ, πρόνυξ, εἰνάνυχες multisque aliis homericorum vocabulorum. [In Quinti loco nunc repositum est, quod olim suaseram.]

7) Mirum cur hoc elegerit prae multis quorum mensura ex versu cognoscitur.

Epim. I. 338, 17. sed hoc arsi productum est. Et cum substantivis, cujusmodi sunt *πανήγυρις*, *πανηγεμών* et propriis *Παναχαιοί*, *Πανέλληνες*. Sed haec cum casu recto conjuncta sunt *πάντες Ἀχαιοί* etc. [8]) prioribus vero subest notio adverbii *πάντως* vel casus obliqui *κατὰ πάντα ἄθλιος*, *πάντων ἡγεμών*, omnium autem nullum est quod syntheton esse non conveniat. Nam cum adjectivis quidem accusativus *πᾶν* et *πάντα* nunc synthesi connectitur *πανάγαθος*, *πανείκελος*, *παντάγαθος*, *παντάριστος*, nunc parathesi *πάντα ἀγαθός*, *πάντ' εἴκελος* ut *πάντ' εἰκυῖα* Quint. XII. 107. v. ad Aj. v. 1415. Sed cum substantivis una ratione *παντάναξ*, *παντεργάτης* et alia scriptoribus probis aequaliter ignota. Appositionis exemplum nullum inveni nisi quod Hermannus in Soph. Ant. 717. *ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων* duobus vocabulis *πάντ' ἐπιστήμη* unum significari arbitratur *perfecta consummataque scientia*, quo modo etiam Trach. 338. *τούτων πάντ' ἐπιστήμην ἔχω* accepisse videtur. Sed et hoc aliter interpretatur Schaeferus *κατὰ πάντα*, idemque quadrat ad illum locum *ἀνὴρ κατὰ πάντα ἐπιστήμης πλέως* uno verbo *πανεπιστήμων* sive *πάνσοφος*, neque non licet *πάντα* pro masculino numeri singularis accipere *πᾶς πλέως ἐπιστήμης* *totus refertus scientia* sicut idem poeta dixit *πᾶς ἄναγνος* *totus sceleratus*. Adeo cerea est poetarum interpretatio et flexibilis in quamcunque partem ducatur. — Cum *πᾶν* conveniunt *μέγα* et *πολύ*. Illud poetae frequenter praemittunt adjectivis sic ut particulae epitaticae vim obtineat *μέγα κυδήεις* Oppian. Cyn. I. 158. *μέγα νήπιος* [9]), *μέγ' ἄριστος* et interdum scriptores poeticae

---

8) Appellativorum unicum est illud in Oppian. Cyn. I. 453. *κύνες δὲ πανίχνια σημήναντο*, quod pro *πάντα ἴχνια* accipitur sed dubito an corrigendum sit *παρ' ἴχνια σημήναντο* id est *παρεσημήναντο*. Pro *πανδείμαιι* Pind. Fr. CXCVI. scribendum est *πανδείματοι* vel, ut Bergkius, *πανδείμαντοι*. In Soph. Phil. 915. *ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα* nemo tentavit *πάνδειμα* proponere.

9) Pro *μεγαλονηπίους* Tzetz. ad Hes. Opp. 129. quod in Thes. omissum, Edd. vett. *μεγάλους νηπίους* praebent, quo modo Grammaticus quidam adulterinam scriptionem Odyss. XXIV. 229. *μέγας δ' ἔτι νήπιος ἦα* accipi posse credidit: *δύναται καὶ ἐπιτάσεως εἶναι ἀντὶ*

dictioni propiores *μέγα πλούσιος* et *μέγα ὄλβιος* Herod. *μέγα εὐδαίμων* Xenoph. v. Jacobs. ad Aelian. p. 62. nec solum adjectivis sed etiam substantivis quae vocantur attributivis *μέγ' ἄναξ* Hes. Theog. 486. *μέγ' ἐϋμμελίης* Quint. IV. 127. et interdum cum adverbio ut *ἄνευθε μέγα* pro *πάνυ πόῤῥωθεν* Il. XXII. 88. Illam vero interiorem societatem, quae synthesi efficitur, cum neutro horum generum coire solet; nam pro *Μεγάφρονες μεγαλόφρονες ἢ μεγάλως ἄφρονες* Hesych. Stephanus vere corrigit *μέγ' ἄφρονες* deleto proximo, quod Lexicographus ipse damnavit adscripto *ἢ μεγάλως ἄφρονες*. *Μεγατίμιος* ter legitur in Theophyl. Sim. Hist. I. 10, 21. A. III. 12, 78. D. IV. 7, 100. B. ut in cod. Aeliani H. An. I. 59. sed disparatis vocibus *χεὶρ μέγα τιμία* IV. 3, 93. eodemque modo apud Aelian. V. H. VII. 8. Suid. s. *Μίλητος* p. 765. ed. Bernh. et alios. *Μεγακήρυξ* condonandum est Theodoro Prodromo, qui si *μεγαλοκήρυξ* scripsisset, insolentiae haberet minus; hoc enim complures hujus inscitae aetatis scriptores utuntur ut Nicetas Ann. XX. 6, 373. et alii v. ad Phryn. 600. sed neutrum eo valet ut Schneidero ad Plat. Civ. T. III. p. 40. concedam Platonem *μεγαβασιλεύς* dixisse quod in uno cod. scriptum est. Ab his separari oportet *μεγαβρεμέτης, μεγασθενέτης*· nam simplicia *βρεμέτης, σθενέτης* non magis in usu sunt quam *δερκέτης, μενέτης, ἐργέτης* et his similia. — Adjectivum *πολύ* poetae adhibent amplificandae adjectivorum significationi *πολύκοινος, πολυδαίδαλος*, cetera; quo de genere multa scriptores posterioris aetatis in solutum transtulere sermonem: *πολυάγαθος, πολύσοφος, πολυμάταιος, πολύφαυλος, πολύξηρος, πολυποίκιλος*, quod etiamnunc in usu est, et trisyntheta *πολυάγρυπνος, πολυεύσπλαγχνος, πολυεύπορος*, quod hoc modo ap. Cedrenum legitur, sub duobus vero accentibus ap. Malelam improbante quidem Schaefero ad Dion. p. 200. b. sed difficili et ad assentiendum et ad contra dicendum optione; nam

---

τοῦ πάνυ ὡς καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ μέγας μῶρος. Μεγαλονήπιος eodem loco habendum est quo *μεγαλόδηλος, μεγαλοπλούσιος*, a quibus ut intellectu ita antiquitate differunt *μεγαλάδικος, μεγαλοπόνηρος* hoc est *ἐν μεγάλοις πονηρός*.

diastolae quoque exempla non desunt: πολὺ ἀφόρητος Lucian. Dial. Mer. IX. §. 3. πολὺ εὐηθές Palaeph. c. XXI. 1.[10]) βροτῶν πολὺ πάνσοφος ἄλλων Anth. XIV. 102. pro quo in libris Sibyll. πολυπάνσοφος reperitur ut πολυπάμφαος Anth. Pro πολὺ πικρά Od. XVI. 255. γράφεται πολύπικρα ἐπίῤῥημα idque nunc locum obtinuit eodemque modo scriptum πολύπικρος ἐρωή Apollinar. Psalm. LXV. 15. Pro Θεσμοφόρω πολὺ πότνιαι Arist. Thesm. 1156. Vossius ad H. H. in Cer. 211. tacite substituit compositum, quod novissimi editores receperunt; πολυκλείτη Anth. App. IX. 93. alibi πολὺ κλειτή scribitur sed veteres uno accentu in ultima posito v. Parall. 457. et Add. 550. Τὸ πολὺ πρώτιστον τινὰ τῶν ἀντιγράφων, ὑφὲν γράφουσιν Eust. 362, 12. sed comparativis et superlativis apponitur potius quam componitur, πολὺ πρῶτος, πολὺ ἄριστος, πολὺ μέγιστος, πολὺ φέρτατος, excepto uno πολυκύδιστος quod bis in Anthol. legitur et in Apollinar. Ps. XCI. 1. nisi id quoque dissuendum est. Eorum, quae in adjectivum verbale exeunt, ut πολύθυτος, πολυάρατος, πολύκμητος, compages insolubilis est, quia simplicia aut indicta sunt ut θυτός, aut ne dici quidem possunt ut κμητός v. ad Buttm. 33. Sic multa in hoc genere. Cum substantivis πολύ non conglutinatur, nam πολυπλαγκτοσύνη parasyntheton esse a πολύπλαγκτος cognoscitur ex aliis quae, quia simplicia non extant, pro synthetis haberi non possunt, πολυκτημοσύνη, πλατυῤῥημοσύνη, εὐσχημοσύνη.

§. 3. Tertio loco adnumerandum est adjectivi ἐΰς genus neutrum adverbii vicem explens in compositis po-

---

10) In Themist. XXII. 281. A. πολὺ δὲ ἀθόρυβος ἡσυχία κατεῖχε τὸν τόπον Stephanus dubitat utrum πολύ in πολλή mutandum an pro ἐπιπολύ sumendum sit. Praefero πολλὴ δὲ καὶ ἀθόρυβος ut Dio Chr. I. 67, 47. πολλὴ ἡσυχία κατέχει τὸν τόπον. In Phalar. Ep. CXXVIII. 1. πολὺ δεινὰ βεβούλευσαι κατ' ἐμοῦ Lennepius πολλὰ καὶ δεινά scribi jubet; lenius fuerit πάλαι. Πολλὰ δεινός Soph. Ant. 1034. pro πάνυ δεινός positum videtur ut πολλὸν ἀναλθές Nic. Al. 246. πόλλ' ἄθλιος v. Valck. Phoenn. 624. πόλλ' ἀέκων Il. XI. 557. πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα XVIII. 434. πυκνὰ ῥωγαλέος Od. XVII. 198. κόπρος μεγάλ' ἤλιθα πολλή Od. IX. 330.

testate duplici, nam in εὔξενος propriam suam significationem obtinet ideoque ab adjectivo divelli nullo pacto potest; saepius vero particulae epitaticae loco praemittitur sic ut omissa non admodum desideretur, εὔζωρος, εὐποίκιλος, εὐστρόγγυλος, quae dissociari vetat accentus. Accentu non retracto suspectum fit εὐκλεινός Anth. App. n. IX. v. 47. quod exterminat Schneidewinus in Philol. T. I. p. 36. correctione facili eademque Hermanno probata in Diss. de Callim. Del. p. 12. μνῆμα τόδε κλεινόν, sed cur *funginum* diceretur, non meruit. Pro εὖ σεμνῇ. in Orph. H. II. 12. Hermannus edidit εὐσέμνῃ, pro εὖ ἱεραῖς in H. VII. idem εὐιέραις, quod saepius legitur[11]) sed masculine terminatum ἡ εὔιερος ut ἡ πανίερος, ἡ ἀνίερος. Εὔμεγα in εὖ μέγα mutandum esse probatur eo quod μέγας uni vocabulo πᾶς subnectitur v. Parall. 221. εὖ λεπτῶς recte scribitur in Andromachi versibus Galen. de Antid. I. 6. p. 42. T. XIV. Verbalia sibi constant εὔδμητος, εὔνητος, εὐκίνητος, εὐποίητος etc. quae quum vulgo minus mobilia sint, nonnulli Il. XVI. 636. εὐποιητάων disjungere maluerunt sed refragatur Herodianus v. Parall. 459. Eadem ratione cetera adjectiva in υς exeuntia cum verbalibus componuntur βραδυκίνητος, ταχυάλωτος, ὀξυκώκυτος, ὠκυδίδακτος etc. Sed valde incerta est eorum cum participiis conjunctio; εὐρυκρείων συνθέτως ὡς ἀλικρείων ἢ εὐρὺ κρείων ἐν παραθέσει Eust. 57, 28. Τὸ εὐρὺ ῥέων γράφουσί τινες ὑφ' ἕν p. 360, 10. Haeć nunc conjuncte scribuntur et Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας Od. IV. 567. et apud posteriores poetas εὐῤῥείων, βαθυῤῥείων, βαρυπνείων, εὐρυμέδων, rarius distincte πρηῢ ῥέων Orph. Arg. 763. εὐρὺ ῥέων Pind. Ol. V. 42. ὠκὺ ῥέων Anth. App. IX. v. 1. quam scribendi rationem L. Dindorfius praefert in Thes. s. Βαθυῤῥείων et asseverantius Vol. II. 147. D. *pro βαρυπνείοντες ἄηται* Mus. v. 216. *quivis*, inquit, *βαρὺ πνείοντες corrigendum esse videt* quo modo etiam Bekkerus ho-

---

11) Locis in Thes. citatis adde P. Silent. Ecphr. Soph. 9. Amb. 117. εὖ ἱερός Theocr. Epigr. IV. 5. (Anth. IX. 437.) removit Meinekius; εὔλαμπρος Poll. IV. 183. Bekkerus; εὔθερμος dubitatur.

mericum illud λιγυπνείοντας in duas partes divisit alias inconstans; nam in Il. I. 364. scripsit τὴν δὲ βαρυστενάχων προςέφη, rectius vero XVIII. 78. τὴν δὲ βαρὺ στενάχων προςέφη, quod alibi dicitur βαρέα στενάχων. Etenim si discrimina notionum momento quodam scripturae notare volumus participium ab adjectivo sejungere praestat ubi utrumque suam vim obtinet exempli causa τῷ δὲ βαρὺ στενάχοντι παρίστατο μήτηρ Il. XVIII. 70. Ζεὺς εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας Pind. Ol. XIII. 34. conjungere vero, si utroque nomine epitheton simplex significatur Ἀξιὸς εὐρυρέων, βυθυῤῥείοντος Ἀράξεω, quae nihil admodum differunt ab adjectivis vere compositis πλατύῤῥοος, βαθύῤῥοος. Hac ratione ductus Graefio accedo in Nonn. Dion. XI. 237. ἄνθος ταχὺ φθιμένης ἀνεμώνης in unum contrahenti tanquam compositum ut νεοφθίμενος, sed in Paraphr. VI. 115. recte praefertur diastasis ἐάσατε σύνδρομον αὔραις δαῖτα ταχὺ φθιμένην· nam hoc non cuilibet coenae attributum est sicut illa fluviorum et ventorum epitheta, sed certae cujusdam accidens. Ceterum εὐρυκρείων, unde sermo deflexit, non syntheton est ut Eustathius dicit, sed parathesi junctum vel propria, si sub uno scribitur accentu, vel impropria, si sub duobus ut ventorum epitheton ὑγρὸν ἀέντες, quorum cohaerentiam si qua lectoribus ante oculos ponere cupimus, opus est nota illa hyphen. Synthesi vero continentur adjectiva γλυκύπικρος, θρασύδειλος, ὀξύμωρος, γλυκυμείλιχος, βαθυδινήεις etc. In Maneth. IV. 600. fluctuant codd. inter ἡμισύδουλος et ἥμισυ δοῦλος, cui convenit ἥμισυ πηγός, Callim. H. Dian. 90. consuetudo vero haec ex corrupto et integro componit ἡμίγυμνος, ἡμίθνητος etc. exceptis numeralibus ἡμισυτέταρτον Poll. IV. 165. ἡμισύτριτον, quae quum ex duobus rectis casibus constent, commode dissociari possunt ἥμισυ τρίτον ut *semis tertius*. Hinc venio ad parathesin adjectivorum, quae quia non duo attributa significant sed unum ab altero quasi adverbio definitum, a Grammaticis ad hunc numerum revocantur: ῥαπτὸν ἀεικέλιον ὑφὲν ἀναγνωστέον ἵνα δηλοῖ τὸν ἀεικελίως ῥαπτόν ὡς τὸ τοξότα λωβητήρ (v. C. I. §. 5.) καὶ ἡ ἐν Ἀρκαδίᾳ Μεγάλη πόλις Eust. 1959, 50. sed illa tunicae

epitheta seorsum intelligi possunt addita copula ῥαπτὸς καὶ ἄλλως ἀεικέλιος. Sic etiam βοῦς πρωτοτόκος κινυρή Il. XVII. 5. exponitur a Schol. ὑφ' ἓν ἵνα ᾖ ἐν τῷ τίκτειν θρηνοῦσα ἢ περὶ τὸν τόκον κινυρά· neque infitiabimur illa epitheta arctius inter se colligata esse quam κύματα κυρτὰ φαληριόωντα. Ac major etiam necessitudo intercedit inter duo terrae pascuae attributa αἰγίβοτος ἀγαθή id est ἐπιτηδεία πρὸς αἰγιβοσίαν Od. XIII. 246. nam alterum sine altero mancum et imperfectum est [12]). Hoc praetermisso illi tractant Il. XII. 445. λᾶας εἱστήκει πρυμνὸς παχύς, αὐτὰρ ὕπισθεν ὀξὺς ἔην· primum Schol. A. συναφὴν θετέον ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς λέξεις· ἓν γὰρ τὸ σημαινόμενον κατὰ τὸ ἔσχατον παχύς, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον ὀξύς, tum Eustathius 913, 39. ἕτεροι ὑφ' ἓν ἀνέγνων πρυμνοςπαχύς. Sic enim hic scriptum est et alibi ῥαδαλοςδονακεύς 1165, 22. hoc est δονακεὺς ἰσχνοκαλαμώδης vel καλαμὼν ῥαδαλοδόναξ· sed veteres, qui hanc duarum vocum notionum communionem lectoribus ob oculos ponere vellent, certe non intervalla contraxerunt sed disjunctis notam unitatis subsignarunt ut Il. XX. 437. βέλος ὀξὺ πάροιθεν — συναφὴ ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο λέξεις· ἓν γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων δηλοῦται ὠξυμμένον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος, quod ad hunc locum minus convenit quam XXIV. 348. ubi πρῶτον ὑπηνήτης idem significat quod ἀρτιγένειος sive πρωτόχνους. Et sic lapis ille πρυμνοπαχής dici poterat ut μεσοπλατής. Parathesis vero triplex iniri poterat ratio, una illa quam Homerus praecepit πρυμνὸς παχύς et amplexus est Apollonius I. 727. δίπλαξ μέσση ἐρευθήεσσα id est μεσοέρυθρος (ut μεσόλευκος) neque respuunt scriptores numeris soluti velut δύςκωφοι χρόνιοι Diosc. Mat. V. 88. quod Latini non eadem brevitate reddere possunt; altera per adverbium πρεμνόθεν παχύς ut κάτωθεν λεπτός Diosc. I. 28. tertia ea quam Apollonius l. c. adjunxit primae adjectivo generis neutrius usus ἄκρα πορφυρέη ut κάλαμοι ἄκρα μεσσότομοι Anth. VI. 63. ἄνεμοι κελαδεινὰ δυςηχέες Quint. XIV. 482. idque

12) Sic explicari poterit Il. XIV. 183. ἕρματα τρίγληνα μορόεντα hoc est γλήνας τριμερεῖς ἔχοντα, uno verbo *tribaccae*.

saepius reperitur participio in locum adjectivi succedente *ἕλκος λευκὸν ἐρευθόμενον ex rubro albicans* Nonn. XXIX. 102. quod vulgo *λευκέρυθρον* dicitur composite; *νῶτα χιτῶνος γλαυκὸν ἐρευθόμενα* P. Silent. Tab. Mund. I. 85. *ἵπποι φαιδρὰ φαληριόωντες* II. 231. *χρωτὶ μέλαν στίλβοντι* Soph. II. 222. et all. ad Aj. p. 95. His addo varias circuitionum species *ὠχρὸν ἐρευθήεντι μεμιγμένον ἄνθος* Silent. Soph. II. 217. *τὸ ὕπωχρον μετ' ἐρυθήματος* Lucian. Charon. §. 11. *ἄνθος ἐν τῷ φοινικῷ ὑποπόρφυρον* Diosc. III. 7. (9.) *ὑπόκιῤῥον ἐν τῷ μέλανι* IV. 154. (157.) *φολὶς ὕπωχρος καὶ ἐν τῷ δαφοινῷ πελιδνός* Philostr. Jun. Imag. V. 869. (118 Jac.) Sed hinc jam satis apparet quanta in hoc quoque genere fuerit graeci sermonis ubertas et varietas. Nunc vero operam meam conferam ad numeralia.

§. 4. Cardinalium conjugatorum primum *ἕνδεκα* Apollonius Synt. III. 5, 200. in incerto relinquit *εἴτε ἐκ παραθέσεως ὂν εἴτε ἐκ συνθέσεως* hoc est, censeo, utrum ex apposito *ἓν δέκα* factum sit ut *ἓν πέντε sex, δύο πέντε septem*, quae Aristoteles Probl. XV. 3. exempli causa fingit, an e composito *ἑνόδεκα* omissa ut in *χέρνιψ* vocali connexiva. Hoc minus placet reputantibus syncopen illam perpaucis permissam esse et obsoletis vocabulis ipsumque numerale *εἷς* non componi nisi casu obliquo *ἑνοειδής, ἑνοποιός, ἑνάενος, ἑνίγυιος*, illud autem *ἕνδεκα* constare ex duobus rectis *εἷς* sive *ἓν καὶ δέκα*. Praeterea synthesi repugnat conversio partium *δέκα εἷς, δεκαμία, δέκα ἓν* sive *δεκαέν* ut *δεκαδύο, δεκατρεῖς*, quomodo posteriores loquuntur, et interventus copulae *ἑνοςκαίδεκα*, quod Pollux I. 55. unum ut *δυοκαίδεκα* accentum habere dicit in antepenultima positum; sed necessario dividitur accedente altera conjunctione *ἑνί τε καὶ δέκα ἔτεσι* Paus. IV. 17, 6. Neque tamen rursus parathesis dici potest quia *ἕνδεκα* per omnia genera et casus ducitur sed est quaedam singularis figuratio, quae propria numeralium natura excusatur. Cum *ἕνδεκα* convenit *δυόδεκα* sive *δυώδεκα*, unde *δώδεκα* natum est; sed illi quoque poetae inserunt copulam accentu vel uni copulae imposito vel per tres voces diviso: *δυοκαίδεκα Πάμφιλος τρία ποιεῖ καὶ κατὰ παράθεσιν ἀναγινώσκει·*

ἀφορμὴν δὲ ἔχει ἡ κατὰ σύνθεσιν ἀνάγνωσις τὴν ποιητικὴν χρῆσιν, ἥτις τὰ κατὰ παράθεσιν πολλάκις ἑνοῖ ὡς τὸ πασιμέλουσα καὶ τὰ τοιαῦτα Schol. Il. II. 557. ex quo perspicitur Pamphilum illud parathesi impropriae adscripsisse, quomodo vulgatum est Anth. XII. 205. *ἔτη δύο καὶ δέκα*, Herodianum vero propriae, quae *κατὰ σύνθεσιν* hoc est tenore uno pronuntiatur. Itaque dissolvitur interjectione aliorum *δύο γεγονὼς ἔτη καὶ δέκα* Paus. VII. 2, 5. Item pro *τρεῖς δέκα* increbuerunt copulata modo uno accentu *τρειςκαίδεκα ἄνδρες*, *τριακαίδεκα ἔτη* Andoc. Or. III. p. 24, 4 Bekk. Plat. Legg. VIII. 848. modo aliter *τρεῖς καὶ δέκα ἄνδρες* Pind. Fr. C. *τρία καὶ δέκα* Isocr. Antid. 371, 110 Bekk. Arist. Pac. 988. quod Brunckius etiam aliis substituit locis Plut. 194. et 847. hoc minore periculo quod haec nomina perfacile et interrumpuntur *τρεῖς τε καὶ δέκα ἄνδρες* Pind. Ol. I. 127. et transponuntur *μετὰ τρία ἔτη καὶ δέκα* Polyaen. VIII. 7, 253. Idem vero duplici modo scribitur apud Homerum ipsum Od. XXIV. 340. *τρειςκαίδεκα*, quod Eustathius in antigraphis accuratioribus legit, et *τριςκαίδεκα*, quod Wolfius et Bekkerus ex Edd. vett. restituerunt praemonentibus Grammaticis: *τὸ τρεῖς ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ ε, ἤγουν ἐν τῷ τριςκαίδεκα* EM. 765, 17. Inter utrumque codd. tantum non omnes fluctuant Aristot. H. An. VI. 19. p. 573. b. 29. Lucian. de Merc. cond. §. 37. et all. v. Jacobs. ad Philostr. p. 314. Poppo Proll. Thuc. Vol. I. 471. et scriptores ipsi: *τὰ τριακαίδεκα* Plut. de Anim. Procr. XII. 299. et paullo post *τὰ τριςκαίδεκα*. Illud cum usitato *τρεῖς* compositum est quod apparet in casu secundo *τριῶν καὶ δέκα* Thuc. II. 97, 2. Diod. XIII. 38. et tertio *τρισὶ καὶ δέκα* Demosth. Phil. III. 117, 14. alterum cum prisca voce *τρίς*, quae ex *τρίες* contracta unam per omnia genera et casus formam retinet: *ἡμερῶν τριςκαίδεκα* Hippocr. Muliebr. II. 807. T. II. *τριςκαίδεκα νέοις* Philostr. Sen. Imagg. XVII. 790. *τριςκαίδεκα μνῶν* Isaeus de Hered. Cirrh. 72, 35. et paucis versibus ante *τριῶν καὶ δέκα*. Sic etiam indeclinabile *τεσσαρεςκαίδεκα ξόανα* Paus. IX. 3, 4. *τεσσαρεςκαίδεκα ἐτῶν* Herodian. VII. 1. Athen. V. 198. C. *τεσσαρεςκαίδεκα ἡμέραις*

Dionys. Antt. XI. 20. et all. v. Jacobs. ad Ael. p. 158. Bredov. de Dial. Herod. p. 279 sq. differt a declinato *τέσσαρες καὶ δέκα νῆες* Andoc. de Red. p. 22, 21. quod Pollux I. 55. sub uno accentu scribi jubet sed idem dirimitur in Lys. Or. XIX. 156, 47. et aliis locis ad Phr. 408 sq. designatis nec raro invertitur *δέκα καὶ τέτταρες* Aristot. H. Ann. IX. 9. p. 596. a. 8. *Ἐκκαίδεκα*, quod apud Homerum non legitur nisi compositum *ἑκκαιδεκάδωρος*, diastasi eximit assimilatio consonae; dissolvi potest non assimilatum, *ἓξ καὶ δέκα*, quod Atticis perperam tribuit Schol. Lucian. Prom. §. 20. p. 55. T. IV. ed. Jacob. *ἓξ καὶ δέκα τὸ ξ ἀττικῶς ἐφυλάχθη· οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν ἀριθμῶν συνθέσεως τὰ τέλη φυλάττουσι τῶν ἁπλῶν·* hoc enim fit adjectivis, quae ex numerali et substantivo composita sunt, *πεντέμηνος, ἑξμέδιμνος* etc. numerale autem non distrahitur nisi omissa copula *ἓξ δέκα*, quod cum similibus *τέσσαρες δέκα*, *πέντε δέκα* legitur in Inscr. Tauromen. v. Franz. Epigr. N. 87. Col. II. lin. 3, 13. et 17. p. 227. — *Ἐννεακαίδεκα ὑφ' ἕν· Πάμφιλος δὲ εἰς τρία διῄρησε μέρη* Schol. Il. XXIV. 496. hac fortasse ratione ductus quod in Od. V. 278. intercedit conjunctio *ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα*, vel quia poetae antiquo formam propriam et nativam magis convenire putabat. Qui supra vicenarium sunt numeri, ubique habent accentus privos *δύω καὶ εἴκοσι* Od. IX. 241. *πίσυρες καὶ εἴκοσι* XVI. 249. et paulo post *δύω καὶ πεντήκοντα*. Et sic per omnia. Detracta vero copula redit parathesis unitate accentus significata *εἰκοσιτέσσαρες* etc. idemque fit si ordo convertitur *δεκατρεῖς, δεκαοκτώ, εἰκοσιτρεῖς, τριακονταεπτά* Diod. XIV. 93. *ἐνενηκοντατρεῖς* Dionys. Antt. IV. 19. quae apud posteriores praevalent. Eadem cardinalia cum quibusdam substantivis juncta locorum fiunt nomina propria ideoque accentum compositorum accipiunt sed non semper. Sic nomen montium Mauritaniae, quos Latini *Septem fratres* vocant v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 138. in Edd. antiquis Ptolem. IV. 1. *Ἑπταάδελφοι* scribitur, in codd. plerisque *Ἑπτάδελφοι*, quod Grashofius divisit accentu mutato *Ἑπτ' ἀδελφοί*. Et sic alia hujus generis *Ἑπτὰ ὕδατα* Dionys. Antt. I. 14. *Τρεῖς κεφαλαί*

Herod. IX. 39. Ἑκατὸν νῆσοι I. 151. pariterque Latini *Septem aquae, Septem maria.* Cum topicis hisce conferenda sunt dignitatum nomina cum ordinalium primo copulata *icosaproti*, quod syntheton esse probatur mutatione vocalis, et δεκάπρωτοι *decemprimi.*

§. 5. His enumeratis pauca restant quae quia nulli certo generi subjungi possunt in cursu sermonis non attigi sed hoc loco complectar brevi. Primum duo adverbia, quae constanter hyphen scribuntur, αὐτόχρημα, cujus significatio perspicua est, et παντάπασι. Hoc Bernhardy Synt. 83. ex diversis generibus conflatum putat, neutro πάντα et masculino πᾶσι, quod interdum dicitur pro παρὰ πᾶσι id est *omnium judicio* v. Hermann. ad Oed. C. 1446. sed idem pro neutro est ut Aristid. Or. XLV. 101. (184 Dind.) πᾶσι πάντων ἀπελείποντο et hoc intellectu cum πάντα junctum videtur ἐκ παραλλήλου ut πάντῃ πάντως pro παντελῶς v. Parall. 57. et 540. sed per parathesin, ne confundatur cum masculino ποιεῖ πάντα πᾶσι προσήγορα καὶ ἁρμόζοντα Jamblich. de Myst. I. 5. p. 9, 30. Altero loco accedunt pronomina; primum reflexivum, quod apud Homerum aliter atque apud ceteros scribi Herodianus docet ad Il. I. 271. ἔμ' αὐτὸν κατὰ παράθεσιν ἐν δύο τόνοις ἐμὲ αὐτόν· σύνθετος γὰρ ἀντωνυμία παρὰ τῷ ποιητῇ οὐκ ἔστιν et ad IX. 342. Ὅμηρος οὐδέποτε συνθέτῳ χρῆται ἀντωνυμίᾳ· διὸ κατὰ διάλυσιν ἀναγινώσκομεν ἔμ' αὐτόν, ἕ αὐτόν. Etenim poetae, qui in secundo et tertio casu semper uteretur disjunctis ἕο αὐτοῦ, ἐμοὶ αὐτῷ, ἑοῖ αὐτῷ, non convenire putavit ut ἐμαυτόν diceret conjuncte praesertim ubi non reflexivum est sed ab ἐγὼ αὐτός declinatum cf. Lehrs. Quaest. 59. Deinde pronomen demonstrativum ὁδεῖν sive ὁδεῖνα, cujus duplex redditur ratio in EM. 614, 45. ὡς τὸ Νέα πόλις δύο ὀνόματα καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου, οὕτω καὶ τὸ ὁ δεῖνα· οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι μία λέξις ἐστὶ παρὰ τὸ ὅδε ὁδεΐνα καὶ ὁδεῖνα hoc est ex ὅδε factum esse ὁδεΐ ut οὑτοσί tum ὁδεΐνα[13]) et synaeresi

13) Hoc quasi testatum affert Choeroboscus Orthogr. 246, 7. ὁδεῖνα δίφθογγον κατὰ παράδοσιν, καὶ ἄλλως ἐκ τοῦ κατὰ διάστασιν εὑρεθῆναι δεΐνα.

ὁδεῖνα, quod brevius eloquitur Orion. 116, 14. et 122, 28. Apollonius vero Pron. 75. refellit diversitate accentus et significationis cum eo quod *οὑτοσί* intus declinetur *τουτουί*, illud vero extrorsum *τοῦ δεῖνος* sive *τοῦ δείνατος*, denique id pro themate habendum esse dicit, quo omnis quaestio praeciditur. Schoemannus in Hoeferi *Zeitschrift fuer Sprache* T. I. 249. suspicatur e tribus conflatum esse vocibus, articulo *ὁ*, particula demonstrativa *δέ* et adverbio *ἵνα* eadem potestate praedito, quod probat Pottius *Zaehlmethode* p. 153. Equidem sic fere ut Mehlhornius Gramm. p. 236. sentio *δεῖνα* ab indefinito *δείς* i. q. *τίς* productum esse conjunctumque cum articulo praepositivo *ὁ δεῖνα* significare *ille aliquis, nescio quis*, cui in genere neutro respondet *τόδε τι* ut apparet e Paus. X. 14, 2. *ὁ δεῖνα ὅςτις δὴ τόδε τι ἀπέκοψε.* Articulum huic pronomini praepositum agnoscunt omnes, mirumque Graecos decursu aetatis ita oblitos esse ut eum denuo assuerent tanquam nomini integro *τοῦ ὁδεῖνα, τῆς ὁδεῖνα*, eodem errore quo Chrysippus *ὁ θάτερος, τὸ θάτερον* usurpavit. Tertium est relativum *ὅτις, ὅτι*, quod Apollonius Synt. IV. 5, 313. Conjunct. 502. ambiguum esse dicit utrum sit una pars orationis vocali prosthetica aucta ut *ὁποῖος, ὁπόσος*, an ex duabus constet, articulo postpositivo *ὅ*, quo Homerus ubicunque metrum permittit utitur pro *ὅς*, et pronomine infinito; nam a simplici *ὅτις* declinatum esse accusativum *ὅτινας*, ad alterum pertinere *ᾧ τινι* et *οὕς τινας*. Prosthesin illam probat Ahrensius Dial. Aeol. 127. sed *τίς* et *ὅςτις* non eadem ratione inter se juncta sunt atque *οἷος ποῖος ὁποῖος*, multoque credibilius est articuli formam a casu primo ad obliquos transiisse integram et immutatam: *ὡς ὅτου καὶ ὅτῳ λέγομεν, οὕτω καὶ ὅτινα ἀντὶ τοῦ ὅντινα ποιητικῶς* Sch. Apoll. II. 875. *τὸ ὅτινα παρ' Αἰολεῦσι κοινόν ἐστι κατὰ γένος* Schol. Rom. ad Aj. 290. *ὅτινας ἀπὸ τοῦ ὅτις, ὃ καθ' ἓν μέρος λόγου* Sch. Il. XV. 491. Obliquos quidem immobilitas articuli indissolubiles praestat [14]) sed nominativi scriptura fluctuat; Wolfius *ὅτις* re-

14) Hoc modo infacunda aetas duorum nominum parathesi juncto-

tinet, Bekkerus contrarium ὅ τις, Spitznerus modo sic III. 279. modo ὅτις XIX. 260. XXIII. 494. ut veteres scribunt, qui solum neutrum ὅ τι vel intervallo relicto vel hypodiastolae ope a conjunctione discernere student excepto si geminetur consona: ὥςπερ ἐν τῷ ὅςτις δύο λέξεις εἰσὶν, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὅτι — ἐὰν δὲ ἀναδιπλασιασμὸν δέξηται ὅττι, μόνον ἐστὶν ὄνομα ἐν μιᾷ λέξει ἀκουόμενον EM. 636, 43. εἰ μέν ἐστιν ὅ τι δι' ἑνὸς τ, ἀμφιβάλλεται εἴτε ἓν μέρος λόγου εἴτε δύο· εἰ δὲ ὅττι διὰ δύο, ἐπίκρισίς ἐστι τοῦ ἑνὸς ὀνόματος Epim. I. 324, 17. idque ratum habemus quia divisio Bekkero placita insolitam oculis objicit speciem ττι. In consuetudine unum evaluit ὅςτις, quod semper hyphen scribitur quamvis utrinque declinatum, ne iis quidem casibus exceptis in quibus tria tempora uno reguntur accentu ut in genitivo ὧντινων, quem Hermannus regulae accommodavit ὧν τινῶν scribens. Postremo si articulus generis neutrius cum adjectivo ponitur pro adverbio, id quoque Grammatici Byzantii significant consopito articuli, qui procliticae locum obtinet, accentu. Sic Moschopulus in Syll. p. 160. a Ritschelio emendatus Praef. Thom. CXII. τοπλέον, τοδεύτερον, τοτρίτον καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰ μὴ ἔχουσιν ἐπαγόμενον ὄνομα πρὸς ὃ ἀποδοθήσεται [15]) ἐπιῤῥήματά εἰσι, idemque statuunt de adverbiis articulo subjunctis: Δωριέων ὁ τοῦ οὐδετέρου ἄρθρου πλεονασμὸς ἐν τῷ τοπρίν ἀντὶ τοῦ πρίν, οἱ καὶ ἀντὶ τοῦ νῦν καὶ πάλαι καὶ τῶν ὁμοίων τοπάλαι φασί καὶ τονῦν καθ' ἕν τι Eust.

rum alterum indeclinatum relinquit: θάψος ἣν Ῥωμαῖοι ἐρβαρουβίαν καλοῦσι Alex. Trall. I. 3, 9. et iisdem verbis Paul. Aeg. III. 2, 55. ἱερεὺς Βουαδίης Inscr. LVIII. in Welcker. Syll. p. 86. *rosmarinum, olusatri.*

15) Hac nota etiam adjectiva praepositionibus adjuncta ab adverbiis discernunt: τὸ ἐξάπαντος εἰ μὲν μετὰ τοῦ τρόπου γράψεις, δασύνειν ὀφείλεις, εἰ δὲ χωρὶς τοῦ τρόπου, ὀξύνειν μόνον Schol. Lucian. Phalar. Pr. §. 2. p. 135. ed. Jacob. Κατάκρας ἐπίῤῥημα Θουκυδίδης, εἰ μή ποτ' εἴη κατ' ἄκρας τῆς πόλεως Suid. Idem Διόλου ἐπίῤῥημα, δι' ὅλου δὲ καιροῦ, pro quo Bernhardy posuit δι' ὅλου τοῦ καιροῦ, articulum omitti posse negans. Sed omisit Lucianus Ver. Hist. I. 29. δι' ὅλης νυκτός. Praeterea διόλου minime idem significat quod δι' ὅλου τοῦ καιροῦ id est χρόνου, sed *omnino, in totum.*

759, 57.[16]) qui pro Doriensibus aliquanto majore ratione Atticos appellasset ut Gregorius p. 120. *ἀττικὸν τὸ λέγειν ἀντὶ τοῦ νῦν τανῦν* et Atticista Villoisoni p. 83. *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τηνικαῦτα λέγουσι τοτηνικαῦτα*, quod utrum sic scribatur an per diastasin Hermannus ad Oed. C. 440. in aequo ponit, idque de universo hoc genere pronunciare videtur. Nimirum res tota dirigitur ad commoditatem lectorum, cui alii plus curae impertiunt, alii minus. Wolfius in Homeri carminibus scripsit *τοπρῶτον, τοπρίν*[17]) etc. Huic vero adversantur Spitznerus ad Il. I. 6. et Matthiae ab eo laudatus; synthesin enim poscere ut accentus retrahatur, hoc autem non fieri in vocabulis, quae ille in unum componat, eademque non raro dirimi interjectu aliarum vocularum *τό γε παλαιόν* Plat. Crat. 420. B. *τό γε νῦν* Pind. P. XI. 68. *τό γε τήμερον* Nubb. 1513. *τὸ δὲ νυνί* Heliod. III. 18, 132. At non animadvertunt vocabula, de quibus hic agitur, non vera synthesi sociata esse sed illo solutiore genere connexionis, quod neque accentum mutat neque distractionem excludit. Cum Wolfio facit Boeckhius in Pind. Ol. II. 152. (85.) *ἐς τὸ πᾶν ἑρμηνέων δεῖται* (*ὁ λόγος*) scribens *τόπαν*, nam syllaba brevi opus esse, *πᾶν* autem non corripi nisi in compositis *ἅπαν, πάμπαν, τοπαράπαν, ἔμπαν*. Easdemque partes sequitur Reisigius Enarr. Oed. p. CC. *ut τοπρῶτον, ita τοπάν scribendum; paullum enim lapsus est Boeckhius* Praef. Pind. XXXVII. *τόπαν scribens*. Verum si non ita scribitur, dissimile fit quatuor illis, quibus innititur Boeckhii explicatio correptionis. Sed praeter hanc accentus diversitatem etiam alia obstant; nam *τοπαράπαν* et quod insolentius fictum est *ἔμπαν* alpha

16) Addit idem *τάδε μὲν πάντα κατὰ αἰτιατικὴν πτῶσιν· τὸ δέ γε τῷ τέως καὶ τῷ τότε καὶ τῷ μεταξύ οὐδὲν μὲν ἐκώλυε καθ' ὁμοίαν πτῶσιν συνεστάλθαι καὶ αὐτά, ἔδοξε δὲ ὅμως αὐτὰ προενεγκεῖν ἐλλείψει προθέσεως καὶ ὀνόματος χρονικοῦ.* Sic Thucydides modo *ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ*, modo brevius *ἐν τῷ πρίν* v. Comm. ad I. 32, 4. nunquam vero *τῳπρίν, τῳτέως, τουπάλαι* nec aliud simile.

17) Hoc ab eo quod antecedit discernit Epim. I. 343. *τὸ πρίν ἐπίῤῥημα ἔχει ἐξαίρετον τὸ ἄρθρον πρόταξιν λαμβάνειν.* Huic similia *τονῦν, τοτηνίκα* etc. (v. ad Phryn. 50.) apud Homerum non leguntur.

breve habere non constat; quae vero breve habent, ἅπαν, πρόπαν, πάμπαν, σύμπαν, ita conglutinata sunt ut diffindi nullo modo possint, quod saepissime fit articulo: πόλις ὀλομένη τὸ πᾶν id est παντελῶς Aesch. Ag. 1141. multisque aliis hujus poetae locis, quorum in uno corripi omnino non potest ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως Ag. 682. id est πάντως. Itaque sequitur πάν breve in illo Pindari loco proprietati dialecti attribuendum esse v. Choerob. Can. 183, 6. Ahrens. Dor. 178. alibi τὸ πᾶν dicitur hoc adverbiali intellectu.[18])

CAP. III.

De conjunctione vocabulorum declinabilium et indeclinabilium.

§. 1. Articulum conjunctioni praemissum tangit Etym. Gud. 418, 7. ὁ γέ σύνδεσμος μετὰ τοῦ πρώτου προςώπου ἐν συνθέσει ἐστὶν ἔγωγε, σύγε—μετὰ δὲ τοῦ τρίτου ἐν παραθέσει ὅ γε. Id in Homeri carminibus pro ὅγε reduxit Bekkerus. De ἔγωγε et adjunctis dicam in Diss. de proschematismo. Sicut ὅ γε nunc apud illum scribitur, ita etiam ὅς τε, ὅς περ, ὅθεν τε, ὅσον τε, ὥς περ, ὥς τε etc. apud ceteros sic ut cuique editorum libuit praeter quae in adverbiorum naturam abierunt, ἅτε, ἅπερ, ἁπερεί, καθαπερανεί, ὥςπερ, ὥςτε. Sed jam veteres Homeri interpretes titubasse discimus e Schol. Apoll. I. 769. et III. 37. ὄῤῥα τε οἱ Ἀρισταρχέιοι δι' ἑνὸς ρ τὰ τοιαῦτα γράφουσιν· Ἡρακλέων δὲ ἐν δυσὶν ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ τόῤῥα, quod quondam sic scribebatur Il. XVI. 228. Apoll. I. 526. II. 718.

18) In Apollonii loco Adv. 569. τὸ πᾶν μονοσύλλαβον μὲν ὂν ἐν ἐκτάσει τοῦ α ἐστίν, ὑπὲρ μίαν δὲ συλλαβὴν καθεστηκός, εἴτε κατὰ σύνθεσιν εἴτε καὶ * * * ειαν τοῦ ἐλλείποντος α, ἐν συστολῇ Otto Schneiderus (Zeitschr. fuer Alterthumswiss. ann. 1843. p. 654.) lacunam explet κατὰ σύνέχειαν vel συνέπειαν scribens, probabilius Lehrsius ad Herod. 357. κατὰ ἐντέλειαν, Blomfieldius ad Aesch. Pers. 42. κατ' ἔνδειαν, quo significatur Apollonium πάν brachycatalecton pro ἅπαν positum putasse.

et alibi, nusquam vero, nisi quid me fugit, τόϱ ῥα nec ὅϱ ῥα ut κατὰϱ ῥόον, ἀνὰϱ ῥῶγας 1). Alterum, de quo Grammatici nos admonent, hoc est: οἱονεί δύο μέρη λόγου ἐστὶν ἐν συναιρέσει Choerob. Orth. 246, 19. atque sic scribitur οἱονπερεί absolute positum Plat. Theaet. 201. E. sed aliter in constructione plena et perfecta ὅμοιόν ἐστιν οἷόνπερ εἴ τις θηρῴη Xen. Cyr. I. 4, 11. — Hinc ingruit numerosa turba relativorum, quorum varietatem adumbravi ad Phr. 373. οἱοςδήποτε, ὁποιοςδήποτε, ὁποτεροςοῦν, ὁπηλικοςοῦν, ὅςτιςδηποτοῦν etc. quae saepe particulatim discerpuntur. Diversa genera complectitur Schol. Dion. p. 702. οὐ χρὴ τιθέναι τὴν ὑφὲν ἐν ταῖς ἐπεκτάσεσι καὶ ταῖς ἀχωρίστοις συντάξεσι Παλλήνάδε, Μέγαράδε, δηλαδή, τοίνυν, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν. οὕτω δὲ οἶμαι ἔχειν καὶ τὸ οὐδείς. Topica illa constat veterum nonnullos diverse scripsisse, metaplasta quidem hyphen Παλλήναδε ut ἄγραδε sed Μέγαρα δέ sic ut οἶκον δέ v. Lehrs. Quaest. 40. Δηλαδή unum in ultima accentum habere tradunt Herodian. de Acc. Adv. p. 279. T. III. Cram. et Arcadius 183. idque convenit potissimum ubi absolute ponitur pro adverbio δήλως, quo veteres non utuntur, velut Iph. A. 1366. δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης, nec rarum δηλονότι hoc adverbiali intellectu *nempe, nimirum*, exempli causa σώσουσι δηλονότι Lucian. Dial. Mar. XII. 2. Sed hic Jacobitzius unius cod. auctoritate divisit, quod saepe fecerunt Platonis editores praeeunte Astio in Comment. ad Polit. 635. Schneiderus ad Civ. T. I. 164. non negat codices jungenti potius quam separanti suffragari, sed hanc consensionem a grammaticorum auctoritate repetit; „prorsus enim a vero abhorrere Platonem aliumve „probatum scriptorem uspiam duo tam dissimilia natura „et pondere vocabula in unum conflasse ita ut gravius „accentu privaretur.“ Haec tamen ratio non obstitit quominus ὡςπερανεί, ὁςτιςδηποτοῦν et similia scriberentur conjuncte non semper quidem sed saepe ut μονονού, μονον-

1) Schol. Od. II. 338. ὕθι νητός—Ἀριστοφάνης ὀθιννητός ὡς τὸ ἐνὶ μεγάροισι (ἐνιμμεγάροισι). In Theocr. XV. 128. duo codd. ὀρροδόπηχυς Ἄδωνις. De σύῤῥα dixi in Aglaoph. 520. Plura attulit Spitznerus ad Il. XVI. 228.

ουχί, ὁσονού etc. Articuli feminini generis cum adverbio juncti exemplum unicum est τηνάλλως, cujus vis propria apparet in Philemonis comici loco T. IV. p. 16. περίεισι τηνάλλως sed penitus obscuratur in Demosth. Prooem. 1431, 8. οὐχ ἵνα τηνάλλως ὑμᾶς δεδίιτωμαι et aliis Atticorum scriptorum locis v. Ast. ad Plat. Legg. p. 88. quibus omnibus Bekkerus et hunc sequuti hyphen exemerunt, quod saepe tollitur parenthesi particulae τήν γε ἄλλως v. Boisson. ad Herodian. p. 133. neque adhibetur dativo Τῇ ἄλλως, τῇ ματαίως Hes. redit vero in adverbio Ἀλληνάλλως ὡς ἔτυχε Suid. et adjectivo ἀλλήναλλος ἄνθρωπος, quo Eustathius 618, 19. homericum ἀλλοπρόσαλλος exprimit. Plura dicenda sunt de societate quae inter adverbia numeralia et nomina intercedit. Horum ordinem ducit illud, de quo Herodianus loquitur in Mon. 25. τὸ ἅπαξ ἐν τῇ συντάξει τοῦ ἅπαντες ἐκκλίνει[2]) τὸν τόνον ὡσεὶ ὀξύνοιτο· ἁπαξάπαντες γὰρ λέγομεν. Phrynichus App. 18. ἅπαξ ἅπαντες· τοῦτο ἕν τί ἐστι κατὰ παράθεσιν· ἡ μέντοι πρώτη συλλαβὴ βαρυτονηθήσεται ἐν συνθέτῳ οὖσα aut negligentius loquutus est aut interposuit quod Lehrsius poscit ad Herod. l. c. ὡσεί. Nam a synthesi adverbium ἅπαξ abhorret quam longissime. Sed si cum ἅπαντες uno comprehenditur tenore, parathesis existit ut Ἑλλήσποντος v. C. I. §. 1. neque aliter existimavit Schol. Plut. 117. ἁπαξάπαντες δύο μέρη τοῦ λόγου εἰσὶ, τάττονται δὲ ὑφ' ἓν καὶ προφέρονται ὡς δηλαδὴ, ἁπαξαπλῶς. Sed haec consortio dissolvitur rursus vel interpositione ἅπαξ δὲ πάσας Philostr. Soph. II. 25, 1. p. 609. vel trajectione partium πάνθ' ἅπαξ συλλαβοῦσα Iph. T. 531. Duo proxima complectitur EM. 767, 37. et 279, 10. τὸ δισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ὡς ἔχοντα τὸ σ ἐν παραθέσει ἐστί· τὸ δὲ δίς καὶ τρίς ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ σ· σεσημείωται τὸ δισθανέες καὶ τρίσφυλλον, quo edicto tria vocabulorum genera concluduntur. Primum, quod ex adverbio numerali et nomine cardinali constat, facile quidem interveniente aliqua particula dirimitur πεν-

2) Aptius est ἐγκλίνει, quod Skrzeczka noster hic reponendum esse mihi indicavit.

τάκις γὰρ χίλιοι Plat. Legg. V. 737. E. τρὶς μὲν μυρίας Emped. v. 5. τρὶς γὰρ μύριοι Hes. Opp. 250.[3]) sed hac causa remota accentu uno notatur δισμύριοι, πεντακισχίλιοι, minime vero πολλακισμύριοι, quod perperam olim legebatur in Plat. Legg. IV. 706. E. VII. 810. E. Themist. Or. XI. 153. A. hoc enim numerale non est. Fixa vero et perpetua reperitur diastasis in periphrasi numeralium qua poetae utuntur et poeticae dictionis amatores δὶς δύο Eur. Troad. 817. δὶς ἑπτά Herc. 1330. Herod. I. 86. Levit. XII. 5. τρὶς δέκα Callim. Dian. 33. τρὶς ἐννέα in vaticinio Thucyd. VII. 50, 4. *ter quatuor* Enn. Ann. I. 110. saepius *bis sex* [4]) et ordine inverso ἑκατὸν δίς Aesch. Pers. 341. Duo, quae EM. l. c. a regula excipit, vere syntheta sunt sed diverso modo; διςθανής, cui Gregorius Naz. τριςθανής affinxit, cum adverbio conjunctum, τρίςφυλλον cum cardinali. Hoc decurtari docet Schol. Od. XII. 22. auctore Apollonio τὸ δίς καὶ τρίς ἐν ταῖς συνθέσεσιν ἀποβάλλει τὸ σ, δίπους, τρίπους. Adverbii anomaliam unus veterum interpretum disjunctione tollere conatus est δὶς θανέες ἐν δυσὶ μέρεσι. Probabilior vero est pleonasmus, quem allegat Grammaticus in Cram. Anecd. T. IV. 309. τὰ παράλογα σημειοῦσθαι χρὴ ὡς τὸ ἔμβραχυ, οὐχ ὡς δὶς παῖδες, ὅπερ ἐν διαιρέσει ἐστὶν ἀναλογώτερον ὡς καὶ τρισάθλιος. Οὐ μὴν τούτοις ὅμοιον τὸ διςθανέες· πλεονάζει γὰρ τὸ σ καθὰ καὶ ἡ τρίςφυλλος βοτάνη. Illud, quod in graeco est proverbio δὶς παῖδες οἱ γέροντες, Eustathius 1706, 4. refert a nonnullis συνθέτως proferri δίςπαιδες quomodo dicitur παλίμπαιδες οἱ γέροντες et nove παιδιογέροντες, sed prior ille recte statuit duo esse vocabula *bis pueri* ut ἀεὶ παῖδες οἱ Ἕλληνες. Suspecta sunt διςταφής et δίςτοκος, quae Lexicographi nullo testimonio confirmata habent, et τρίςλοπος, quod Schneiderus pro τρίςλιπος edidit in Theophr. H. Pl. III. 5, 1. πεύκην

3) Tzetzae adnotatio ἢ κατὰ σύνθεσιν ἢ κατὰ διάστασιν spectat ad enormem scripturam τριςγαρμύριοι, qua Eustathius utitur 1542, 48. In Plat. Crit. 108. E. ἐνάκις ἔτη χίλια Bekkerus ordinem consuetum restituit.

4) Hinc novitii scriptores effecerunt parasyntheta δίςεκτος, διςδέκατος.

καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν τρεῖς ἀφιέναι βλαστοὺς συμβαίνει· διὸ καὶ τρίςλοποι, quod commutandum videtur cum verbo τρὶς λοπᾷ. Itaque duntaxat duo illa relinquuntur poetice aucta διςθανής et τρίςφυλλον,, quod natura est neutrum adjectivi τρίςφυλλος ut *quinquefolius*, *centifolia*. Sequente vocali haec adverbia sigma retinent δίςηβος, δίςευνος, τρὶςάριθμος, quibus non repugnant διετής, διανθής, τριάνωρ, nam haec non adverbii notionem exprimunt sed nominis ut δίπους id est δύο πόδας ἔχων, τρίφυλλος, τρίπους, διώνυμος etc.[5]) Ab his adjectivis differunt substantiva; quo genere continentur vocabula affinitatum deteriore seculo invecta διςεξάδελφος, διςέγγονος, τριςέγγονος (v. Proll. 51.) et dignitatum διςύπατος, διςανθύπατος, τριςύπατος, τριςέπαρχος. Illorum conjunctio certissima est, haec dirimi possunt ut *bis consul* etc. sed vulgo non dirimuntur; fluctuant vero nomina minus celebrata τριςαρειοπαγίτης, quod Critici in Ciceronis quodam loco e codd. vestigiis restituerunt, τριςαριστεύς Hermog. Rhetor. p. 24. T. III. τριςαριστέως εἰκόνα ἀνέστησαν οἱ πολέμιοι, quo disjuncto amphibolia nascitur, et his antiquiora ὁ τριςμακαρίτης Πυθαγόρας Antiphan. Fr. Vol. III. 92. nisi praeferri debet codd. nonnullorum scriptura ὁ τριςμακάριος, tertio οἶκος τριςολυμπιονίκης Pind. cujus ad similitudinem ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης Herod. VIII. 47. revocari licet sed necesse non est neque hoc permittit ἡ ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομία Joann. Lyd. de Mens. I. 12. p. 4. Adjectivis verbalibus haec adverbia apponuntur integra sic ut dissolvi possent nisi accentus probaret composita esse δίςεφθος, τρίςεφθος, τριςκοπάνιστος, τριςέλικτος, sed hoc etiam τριέλικτος scribitur ut τριτάννστος. Ab his rerum corporearum epithetis differunt quae animi notiones significant. His enim nullum adverbiorum numeralium additur praeter τρίς, modo integrum τριςδύστηνος, τριςόλβιος, modo corruptum τριπάν-

---

5) EM. 279, 10. τὸ δίς καὶ τρίς συντιθέμενον ἀντὶ τοῦ δύο καὶ τρεῖς λαμβάνεται, διπρόςωπος etc. Verbis conversis idem dicit Schol. Lips. Il. III. 372. ὁ δύο καὶ τρεῖς μὴ μετὰ τοῦ δέκα συντιθέμενος εἰς τὰ ἐπιῤῥήματα μεταλαμβάνεται.

ουργος, τριτάλαινα, idque non propria significatione sed pro particula epitatica ac ne omnibus quidem adjectivis sed praecipue iis quae *felix, gratus* hisque contraria significant, non vero τρὶς σοφός pro πάνυ σοφός etc.[6]) Illa in Edd. antiquioribus plerumque hyphen scribuntur τρις-κακοδαίμων, Porsonus vero in Praef. Hec. p. XXVIII. disjunctionem suasit duabus usus rationibus, una quod in Oed. C. 372. εἰςῆλθε τοῖν τριςαθλίοιν ἔρις κακὴ nomen in secunda dipodia positum numeros corrumpat nisi dirimatur, altera quod in Od. V. 306. τριςμάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις[7]) et Arist. Plut. 851. ὦ τριςκακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις adverbia separatim apposita indicium faciant etiam τρίς a nomine suo separandum esse. Illam rationem elevat Hermannus ad Soph. l. c. hujus vis imminuitur eo quod τετράκις et quae sequuntur adverbia non ita ut τρίς epitasis causa adjectivis praeponuntur sed hoc antecedente a poetis extrinsecus appendi possunt τριςμάκαρες νῆες, τρὶς δ' ὄλβια κύματα τῆνα, τετράκι δ' εὐδαίμων ἄνεμος Anth. XII. 52. nec dubie sermoni concitato convenit idem subjungere nomini syntheto exempli causa τριπάνουργος καὶ τετράκις. — Veram synthesin excludit accentus non motus τριςμάκαρ[8]), τριςοϊζυρός et terminatio feminina τριςασμένη, τριςοϊζυρά· parathesis utrum accentu

---

6) In Etym. Gud. 535, 23. τὸ τρίς συντιθέμενον μετά τινος ἑτέρας λέξεως ἀποβάλλει τὸ ε (sic) ἐν τῇ συνθέσει οἷον τριςόλβιος, τριςμέγιστος, τριήμερος deest hujusmodi quid: ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ σ τριήμερος, ἐν δὲ παραθέσει φυλάσσει τριςόλβιος τριςμέγιστος. Haec duo duas lexes continent, τριήμερος vero duo ἄλεκτα. In Theophr. H. Pl. II. 4, 2. μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας διὰ τοὺς σπόρους πρὸς κουφότητα καὶ ἀλυπίαν· οἷον ἐάν τις τοὺς ὀρόβους ἐαρίνους σπείρῃ, τριςάλυποι γίνονται, pro hoc nescio an δυςαπόλυτοι scribi debeat, pro ἀλυπίαν vero εὐλοπίαν. Εὔλοποι dici videntur ciceres quorum corium sive tunicula sub dentibus facile solvitur, qualem habent ciceres albi.

7) Sic etiam τριςμάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις scriptum erat in Pythiae versu Paus. VII. 5, 1. sed novissimi editores sic ut plerique codd. τρὶς μάκαρες.

8) In Callim. Fr. CXI. editum est τρίςμακαρ sed in Stob. Flor. LIX. (LVII.) 11. p. 377. unde Bentlejus hoc sumsit, τριςμάκαρ.

significetur an in cogitatione relinquatur, perparum interest; sed nostrorum doctorum plerique diastasin praeferunt ut Porsonus [9]).

§. 2. Adjectivorum, quae ex cardinalibus et substantivis composita sunt, scriptura hodie apud omnes fixa rataque est τριςκαιδεκάπηχυς, τριακαιδεκετής, ἑκκαιδεκάδωρος, ἐννεακαιδεκετής, πεντηκονταταιτριετής. Eamque praescribit etiam Sch. Vict. ad Il. XXIII. 264. δυωκαιεικοσίμετρον ὑφ' ἓν ὡς δυωκαιεικοσίπηχυ· et EM. 459, 3. θυρεπανοίκτης σύνθεσιν ἐπὶ συνθέσει ἀνεδέξατο· ὁμοίως καὶ τὸ δυωκαιεικοσίπηχυ. Sed et haec indicium praebent nonnullos aliter decrevisse et clare hoc perspicitur e Schol. AV. ad Il. XV. 679. τὸ δυωκαιεικοσίπηχυ ὑφ' ἕν· τοὺς γὰρ ἀριθμοὺς οὕτω προφέρει διὰ τοῦ ι ὡς εἰκοσινήριτα [10]), τινὲς δὲ κατὰ παράθεσιν ὡς τὸ τρεῖς καὶ δέκατος ὥςτε καὶ τὸ θηλυκὸν τρεῖς καὶ δεκάτη. Hoc quidem nunc hyphen scribitur τριςκαιδεκάτη Od. XIX. 202. Hesiod. Opp. 780. consentiente Choerobosco Orth. 268, 9. ὁ τρεῖς ἀριθμὸς ἐν τῇ συνθέσει διὰ τοῦ ι γράφεται τριςκαιδέκατος, ἐπειδὴ οὐδέποτε τὸ σ καὶ κ ἐν συλλήψει ὄντα ἔχουσι τὴν ει προηγουμένην· et EM. 767, 11. τοῦ τριςκαιδέκατος ἡ σύνθεσις οὐκ ἐγένετο ἀπὸ τοῦ τρίς ἐπιῤῥήματος ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τρεῖς ὀνόματος. De synthesi erratur; nam ut ab ἕνδεκα παραγωγή τις ἐγένετο ἡ τοῦ ἑνδέκατος Apoll. Synt. III. 5, 20. et a proximo δώδεκα δωδέκατος, eadem ratione ab individuo τριςκαίδεκα parasyntheton τριςκαιδέκατος genere mobili. At a conjugatis τρεῖς' καὶ δέκα derivatum est τρειςκαιδέκατος ut a μικρὰ πόλις μικροπολίτης, sed improbatur propter inconcinnitatem literarum ειςκ, de qua commonemur saepius. Hac causa remota probantur τεσσαρεςκαιδεκάτη Herod. I. 84. Galen. Comm. in Hipp. de Cris. II. 9, 878. T. IX. πεντεκαιδεκάτη Aristot. Probl.

9) Dobraeus ad Pac. 241. *perspicue legendum* τρὶς ἄθλιοι. Sic etiam Dindorfius et alii cf. Nauk. Aristoph. p. 177.

10) His discrepans ἑειχοσάβοιον fortasse eo excusarunt quod nusquam εἰκοσάβοιον legitur. Pro δύω καὶ εἰκοσάπηχυ Aristid. Or. Plat. II. 258. Dindorfius p. 336. reposuit homericum.

XXVI. 13. p. 941. b. 14. ἑπτακαιδεκάτῃ Thuc. IV. 101. ὀκτωκαιδεκάτῃ Od. V. 279. quae ne syntheta dicantur prohibet mobilitas generis et recusatio tropae concessae synthetis πενταστάδιος, ὀκτάμηνος, neque vero parasyntheta dici possunt ut a δώδεκα δωδέκατος sed (si fas sit dicere) paraparatheta sive ἀπὸ δύο ἐν παραθέσει ὄντων παρηγμένα ut *unelvicesimus*, *duodevicesimus*. Ab his vero plurimum distat δυωκαιεικοσίπηχυ, δυωκαιεικοσίμετρον, quae qui in plures partes diduxerunt, aliam rationem sequuti sunt; τὸ δυωκαιεικοσίμετρον οὐκ ἂν ἀρέσκοι τοῖς παρασημειωσαμένοις ὥς τι καινὸν τὸ δυςαριστοτόκεια ὡς ἐκ τριῶν λέξεων σύνθετον Eust. 1299, 39. quibus idem 1364, 26. πανάποτμος addit et Schol. Il. XVIII. 54. quartum ἀμιτροχίτων. Hinc cognoscimus fuisse quosdam qui polysynthetis offenderentur eorumque numerum quantum fieri posset imminuere studerent ac prae ceteris ea quae plus quam tribus nominibus contexta sunt contra canonem in EM. 459, 10. propositum ὥςπερ τόνος οὐ τίθεται περαιτέρω τῶν τριῶν συλλαβῶν, οὕτως οὐδὲ λέξις σύνθετος θέλει εἶναι περαιτέρω τῶν τριῶν λέξεων. Nam altius extructa dithyrambicorum mensuram attingunt, quae a Comicis saepe derisa sunt. Atque hoc e fastidio nescio an illa fluxerint diastasis exempla quae passim in libris scriptis editisve obversantur ἐννέα καὶ δεκαετηρίς Stob. Ecl. I. 42. p. 264 Heeren. ἑπτὰ καὶ δεκαετὴς in cod. Poll. I. 55. ἑπτὰ καὶ δεκάπηχυς Antig. Car. c. XCVIII. (quod hyphen scribitur in cod. Bast. Ep. 89.) ἑπτὰ καὶ εἰκοσέτης Anth. App. n. 251. πέντε καὶ πεντηκονταετὴς codd. Plat. Civ. V. 460. E. ἐννέα καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσιοπλασιάκις IX. 587. E. Verum omnium, quae Grammatici huic quaestioni applicant, desperatissimum est illud in Il. XXII. 349. οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα στήσωσι. Id qui ex εἴκοσιν et ἤριτόν id est ἐριστόν compositum dicunt, dupliciter offendunt; nam et εἴκοσι ny paragogicum in synthesi non assumit (εἰκοσίεδρος) et quae a verbo ἐρίζω derivantur (ἀνέριστος, δυςήριστος) sigma non amittunt; nam μεγήριτος quod Schol. h. l. et EM. 297, 44. ex Hesiodo afferunt, nunc cum μεγήρατος commutatum est. Praeterea ne

aptum, quidem videtur vicenaria dicere *εἰκοσέριστα* quasi *πρὸς εἴκοσιν ἐρίζοντα.* Alii cum stirpe nominis *ἀριθμός* compositum putant et ut *τριςάριθμος, ἑξάριθμος, πεντάριθμος, πεντηκοντάριθμος* (omiss. Th.) Sibyll. V. 40. sic dici *εἰκοσινήριτος*, cui simile *ἑξήριτος* Hermannus in Diss. *Emendd. quinque Olymp. Pind.* p. 17. Pindaro tribuit. Verum tamen mirum est cur poeta non maluerit *εἰκοσάριθμα ἄποινα* dicere admisso hiatu ut *γυναῖκα ἄγεσθαι* Il. XXIII. 263. manetque, quo antea offendebamur, pleonasmus literae *ν*. Si quis vero illud trisyntheton esse statuat ex *εἴκοσι* et *νήριτον*, valde dubito an nullum hujus compositionis exemplum reperiri possit praeter recentissimum *τριςανάριθμος* in Leonis Imp. Oracc. v. 137. in quo *τρίς* non numerum significat sed intentionem. Minus scrupulorum habet altera lectio quam Schol. tecte improbat; nam quum dicit *ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον*, significat quosdam *εἴκοσι νήριτα* scripsisse hac, puto, sententia *εἰ δεκάκις καὶ εἰκοσάκις στήσωσιν ἀναρίθμητα ἄποινα si decies viciesque huc attulerint infinita lytra.* Quemadmodum igitur vulgatae scripturae interpretes cum adverbio *δεκάκις* comprehendunt notionem nomini composito *εἰκοσινήριτα* subjectam, sic ut Eustathius dicit *δεκάκις νήριτον ἀπὸ κοινοῦ κατὰ παράθεσιν καὶ εἰκοσινήριτον κατὰ σύνθεσιν*, sic illi qui *εἴκοσι* seorsum scribunt, huic significationem adverbii *εἰκοσάκις* communicant. Schematis hujus aliquot exempla ex alio genere numeralium affert Porphyrius in Schol. Il. X. 252. *πέφνε τρεῖς καὶ δέκ' ἄνδρας, τετράτῳ δ' αὐτὸς πεδάθη* id est *τριςκαιδεκάτῳ* (Pind. Fr. C.) *τέκνα ἔπεφνε δυώδεκα, αὐτὸν δὲ τρίτον* (Fr. CLVII.) *δωδέκατος — τρίτος* id est tertius decimus (Eupol. Fr. p. 537.) quibus in locis nomen *δέκατος* in altera parte enuntiati reticetur sicut in Aristot. Mirab. c. 38. p. 832. a. *τὸ πῦρ ἐκλιπεῖν ἐπ' ἔτη ἐκκαίδεκα, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν*, et adverbium Aesch. Pers. 341. *ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά τε* id est quatuordecim de Scholiastae sententia *κατὰ κοινὸν τὸ δίς*. Ac rursus cardinale *δέκα* in priore praetermittitur *ἓξ ἢ ἑπτακαίδεκα ἔτη* Xen. Cyr. I. 2, 8. *πέντε ἢ ἑκκαίδεκα ἔτη* I. 4, 16. Horum tamen nullum homerico illi perfecte

simile est; sed si quis invenerit τετράκις ἢ πέντε ἐστεφανωμένος aliudve hujusmodi, tum res confecta erit [11]).

§. 3. Adverbiorum loci unum cum nomine sibi subjecto firmius concrevit: κατωκάρα οὕτως ὑφ' ἓν λέγουσιν οἱ ἀττικοὶ οὐ διῃρημένως — ἐπίῤῥημά ἐστι σύνθετον καὶ σὺν τῷ ι γράφει Ἡρωδιανός Schol. Arist. Pac. 153. Hoc loco utitur Joannes p. 29. de adverbiis a dativo ductis disserens: καὶ τὸ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀπὸ δοτικῆς γέγονε καὶ τὸ κάρα παρ' Ἀριστοφάνει κάτω κάρα ῥίψας με, quod ut prioribus conveniat, addenda est nota dativi κάτω κάρᾳ vel hyphen κατωκάρᾳ. Neque tamen de casu assentior; nam est potius accusativus ut in ἀνάκαρ et in germanico *kopfueber* latinoque *praeceps* atque francogallico, quo H. Stephanus illud interpretatur, *la tête en bas*, quod a Graecis dicitur κατακέφαλα [12]). Hic autem casus pendet ex notione verbi ἔχειν ut Pind. P. VI. 14. ὁ ὕμνος φάει πρόςωπον ἐν καθαρῷ ἀγγελεῖ νίκαν πατρί, quod Schol. ita explicat ἔξωθεν προςληπτέον εἰς τὸν πλήρη λόγον τὸ ἔχων, ἵν' ᾖ ἔχων τὸ πρόςωπον ἐν φάει, ipsumque hoc participium additur sed alio intellectu Od. XXIV. 242. Λαέρτης ἔσκαπτε κεφαλὴν κατέχων, quod olim disjungebant: διαιροῦμεν τὸ κατέχων ἀντὶ τοῦ κάτω ἔχων Gramm. in Anecd. Cram. T. IV. 309. et Schol. ad l. c. κατ' ἔχων δύναται δὲ καὶ ὑφ' ἕν, Eustathius vero τὸ κατέχων οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ παρ' Ἀττικοῖς κάτω κάρα ἢ συνθέτως κατώκαρα (hoc accentu). Quomodo hae duae voces, quia unum intellectum faciunt, hyphen scribi solent, sic etiam appellationes velut κατωτριχίας personae comicae nomen in cod. Poll. IV. 148. et

---

11) Diversum hujus brachylogiae exemplum sed aeque singulare ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεκ' ὁ γαμβρός explicui ad Phr. 412.

12) Proculus in Tim. III. 175, 9. (414 Schneid.) εἰκῇ ζῶμεν καὶ κατὰ τὸ προςτυχὸν καὶ ὃ φασι κάτω κάραν ποιούμεθα τὴν τῶν ὄντων κρίσιν hoc est praecipitanter judicamus. Ἀντικρύ EM. 114, 39. ex ἀντικάρα natum putat οἷον ἀντικέφαλα. Certius est πρόχνυ id est τὰ γόνατα προέχων (ut τὼ χεῖρε προέχων), quod in adverbium abiit. Et ad hanc formam alia cum eodem casu composita συγχρῶτα περαίνων, ὀπισθάγκωνα δεδεμένος, id est manus post tergum religatas habens, qui nunc dicitur ὀπισθαγκωνισμένος.

Ἀνώπολις urbis Creticae Steph. s. *Ἀραδήν*. Adverbium *χαμαί* cum verbalibus sic ut *τῆλε* synthesi conjungitur *χαμαιεύρετος*, *χαμαίστρωτος*, cum participiis levius cohaeret *χαμαὶ ἐρχόμενοι ἄνθρωποι*, *λωτὸς χαμαὶ αὐξόμενος* Theocr. XVIII. 42. quorum ad similitudinem revocandum videtur *χαμαιφθιμένοιο πετήλου* Joh. Gaz. Tab. II. 291. Sed pro uno valet *ὑψιμέδων*. Adverbiorum temporalium frequentissimum attingit Herodianus Epim. 184. *τὰ παρὰ τὸ ἀεὶ ἐν συνθέσει γινόμενα διὰ τῆς ει γράφονται ἀειπάρθενος, ἀείμνηστος, ἀείζωος* etc. et iisdem fere exemplis Schol. S. Germ. ap. Heyn. ad Il. T. VI. 638.[13]) Primum horum accentum mutat cum intellectu; nam *ἀεὶ παρθένοι* vocantur innuptae quaelibet sive deae sive mortales, sed si Vestales per antonomasiam hoc nomen accipiunt, convenit conjuncte dici *ἀειπάρθενοι* ut vulgatum est in Dion. Cass. XXXVII. 45. CVI. 5. sed accentu male in penultima relicto. Sic etiam rex sacrorum a Dionysio Antt. IV. 74. *ἀειβασιλεύς* appellatur vocibus connexis id quod editores interductu significandum putarunt *ἀεί — βασιλεύς*[14]) sed accentu propter characterem non moto. Alterum *ἀείμνηστος* in Anth. App. n. 290. restituendum est pro *ἀεὶ μνηστὸν ἔχων πόθον*· nam simplex *μνηστός* alium intellectum habet et cetera quoque verbalia sociantur adverbio, *ἀείρυτος*, *ἀεικίνητος* etc. Tertium *ἀείζωος* quominus divellatur obstat communitas utriusque generis *ὁ* et *ἡ ἀείζωος* et quod ad neutrum *ἀείζωον* attinet, significatio substantivi; id enim proprium fuit herbae nomen, quam Aeschylus *ἀείζωον πόαν* vocat. Sed saepe res ita comparata est ut pro cujusque sensu vincula appositionis et adstringi et relaxari possint. In Euphor. Fr. LXIV. *πτῶκες ἀειχλωροῖσιν ἰαύεσκον μολο-*

---

13) *Ἀειγενέτης*, quod hic interponit, non compositum est sed a composito *ἀειγενής* derivatum ut *εὐγενέτης*, *εὐμενέτης* v. Parall. 437. et 447.

14) Haec nota convenit Appian. Civ. I. 98. *τὸν καλούμενον μεταξὺ βασιλέα* id est interregem, qui alibi *μεσοβασιλεύς* vocatur. Cum *ἀειβασιλεύς* conferri potest nomen factionis Milesiae *ἀειναῦται* et avium *ἀεισκῶπες* Aristot. H. Ann. IX. 28. quod in duobus codd. dirimitur, in Athenaei loco proparoxytonon est.

θούροις aut accentum epitheti retrahi aut *ἀεὶ χλωροῖσιν* scribi oportet, quo admisso ambiguum fit utrum adverbium ad adjectivum referendum sit an ad verbum ut in Anth. V. 77. *ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς, ἀείλαλος, ὠκὺς, ἀθαμβής*, ubi in Pal. *ἀεὶ λάλος* scriptum est; quam disjunctionem in VII. 423. *γραῦν ἀεὶ πολύμυθον, ἀεὶ λάλον* [15]) tuetur parilitas membrorum. Sed *οὔνομα ἀεὶ νέον* VII. 225. *ἀεὶ θεῖος* IV. 1. v. 47. et ordine inverso *στυγνὸς ἀεί* Theocr. XVII. 49. vix dignosci possunt a conjunctis *ἀείμαργος*, *ἀείθουρος*. Eadem inconstantia est participiorum; cum conjunctis *μῦθος ἀειζώων*, *θεοῦ ἀειζώοντος*, quorum auctores in Thes. nominantur, pugnat *μίμνω ἀεὶ ζώων* Nonn. Par. XIV. 75. quod propter sequentia *καὶ δι' ἐμὲ ξύμπαντες ἀεὶ ζώοιτε* mutari nequit. In Nic. Ther. 538. *ἑλξίνην ἀειθάλλουσαν ἰάμνοις* conjuncta Schneiderus recte discidit quod poscit casus participio adjunctus ut Orph. H. XIX. 24. *ἀεὶ θάλλοντα λογισμοῖς*. Cum hoc verbi modo etiam *πάλιν* componi posse Herodianus concedit, a ceteris discludit: *Νικίας ὑφ' ἓν παλιντροπάασθαι· ἔφαμεν δὲ ὁπότε περὶ τοῦ παλιμπλαγχθέντες διελαμβάνομεν, ὅτι τὸ πάλιν τοῖς ῥήμασι κατὰ διάλυσιν προςγίνεται* Sch. Il. XVI. 95. ubi nunc scribitur *πάλιν τρωπᾶσθαι*, nec obtinuit *παλιντρωπῶντο* quod Apoll. IV. 643. in cod. Guelph. reperitur. Eandem sententiam tulit de participio aoristi ad Il. XI. 326. *παλινορμένω Τυραννίων δύο ποιεῖ, ὁ δὲ Ἀρίσταρχος σύνθετον· εἴρηται δὲ περὶ τῆς συνθέσεως τοῦ πάλιν ὡς πρὸς τὰς μετοχάς, ὅτε περὶ τοῦ πλαγχθέντας διελαμβάνομεν*, hoc est ad I. 59. ubi in Schol. A. hoc modo nobis relictum est: *οὐκ ἐκ ῥήματος ἡ σύνθεσις τῆς μετοχῆς* id est participium illud non a *παλιμπλάζω* sed ex se natum esse ut *παλινορμένω*, ex quo illud non consequi ut *πάλιν* cum infinitivo *τρωπᾶσθαι* aliisve modis conjungi possit. Itaque etiam EM. 648, 32. participia sola commemorat *παλινορμένω*, *παλιμπλαγχθέντας*, *εὐρυκρείων*, quod in C. II. §. 3.

---

15) In proximis *τοιάνδε σταλουργὸς ὅδ' ἔκρυψε Βιττίδα τύμβος τιμεῖ... ἄχραντον νυμφιδίαν ἄλοχον* scribendum videtur *σταλοῦχος* et *Τιμόλα* id est *Τιμολάου*.

431. v. Engel. *Kypros* T. I. 121 sq. Sic etiam *Παλαιπερκώτη*, *Παλαίτυρος* v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. II. 632. et alia quae idem collegit ad Eutrop. p. 383. sed uno modo *ἡ πάλαι Ἑλλάς*, *τὸ πάλαι Ἄργος*, nam haec propria non sunt; et *τὸ παλαιὸν Ἴλιον*, quia quum Troja nova floreret, veteris urbis (si unquam stetit) vix rudera noscebantur. *Ἀματροχόων* Od. XV. 451. Bekkerus divisit ut *θαμὰ τρωπῶσα* Od. XIX. 521. at *Θαματροχεῖ οὐχ ἡσυχάζει* Hes. disjungi non possunt quia simplex *τροχεῖν* non dicitur; id igitur parasyntheton est a ficticio *θαμάτροχος*, cui unum simile *ἁμηῶος* sed hoc e conjectura pendens[17]); praeterea nullam vocem cum *ἅμα* et *θαμά* similibusque *λίγα*, *σάφα*, *τάχα*, *ὦκα* compositam indagavimus. — Adverbiorum qualitatis alia praepositionum more componuntur *μογιλάλος*, *ἑκάεργος*, *ἀδηφάγος*, alia synthesin non ferunt ut *πάνυ*[18]), *λίαν*, *σφόδρα*, *μάλα*, de quibus si quando dubitatio incedit utrum cum adjectivo proxime apposito an cum aliquo alio cohaereant, Grammatici hyphen adnotant ut ad Il. XIII. 237. *συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν*, hoc adscriptum legimus *ὑπὸ τὰς τελευταίας δύο λέξεις τὸ τῆς συναλοιφῆς σημεῖον θετέον· ἐξ ἀμφοτέρων γὰρ ἓν δηλοῦται τὸ λυγροτάτων*, quo significatur *μάλα* non ad *ἀρετὴ πέλει* pertinere ut Aristarchus sumsit *σφόδρα καὶ κακῶν ἀνθρώπων γίνεταί τις ἀρετή*, sed ad adjectivum, quomodo haec: *τελέως ἀγαθός*, *ῥυδὸν ἀφνειός*, *ἠρέμα λευκός*, *κομιδῇ νέος* etc. Unum *ἄγαν* non solum apponitur *οὐκ ἄγαν σοφός* Eurip. sed etiam componitur abjecta consona *ἀγακλυτός*[19]) et cum participio *ἀγακλυ-*

---

17) Accusativus nominis heroici Amopaon Il. VIII. 276. non ab Eustathio quidem ut Spitznerus putavit sed in Ed. Rom. et Steph. aspiratur; ceteri *Ἀμοπάονα*. Quod Herodianus de psilosi dicit, ad secundam solum syllabam pertinere videtur.

18) *Πανυπενθής*, quod Brunckius edidit in Anth. Plan. CCLXV. merito rejecit Jacobsius. ***Migdilybs*** Plautus confinxisse videtur graecissans, sed Graeci ipsi *μιξέλλην*, *μιξοβάρβαρος*.

19) *Ἄγαν κλυτός* Anth. App. CXXX. conjectura incerta est. Alcaeus p. 580 Bergk. Pittacum fortasse non *ἀγάσυρτον* vocavit, quod Glossographi *ἀκάθαρτον* interpretantur, sed *ἀνάσυρτον* id est *ἀνασεσυρμένον*. Quare pro exemplo afferre nolui.

μένη, cui proximum est *ἀγακτιμένη*. Cur vero in Il. III. 375. *ἱμάντα βοὸς ἶφι κταμένοιο*, quod non participium sed epitheton est ut *δαϊκτάμενος*, nulli collibitum sit ex duobus unum facere, hanc fuisse suspicor causam quod plerique omnes *ἶφι* nomen esse putarent ex *ἰνόφι* contractum. Adverbiorum in duplicem exeuntium tria syntheta sunt *πυγμάχος* hoc est *πὺξ μαχόμενος*, *λάγβατον*[20]) et *μαψίλογος*, sed dubitatur de substantivo *μαψαύρα*, unone tenore scribendum sit an accentibus diversis v. Proll. 260.

§. 4. Declinabilium, quae cum praepositionibus conjunguntur, genera quatuor sunt, substantiva, adjectiva, numeralia, pronomina relativa. De his singulis dicam sed brevius quam pro copia rerum quae paene infinita est. Moschopulus in enumeratione adverbiorum quae in *ος* exeunt Sched. p. 19. affert etiam *ἀνακράτος ἀντὶ τοῦ λίαν καὶ κατακράτος*, *κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν*, quibus tertium addit Suidas *Καταμέρος ἐπίῤῥημα*, nec dubium quin illi eodem loco habuerint quae nunc separatim scribuntur *ἀνὰ κράτος* Aelian. V. H. VIII. 13. *ἀνὰ μέρος* Polyb. II. 20, 10. Paus. X. 8, 3. Athen. I. 16. A. *παρὰ μέρος* Anton. Lib. c. 30. etc. sed in codd. saepe conjuncta sunt *κατακράτος* v. Popp. in Thuc. Proll. I. 460. et in libris editis *κατακράτος* Demosth. 239, 1. (213 Bekk.) *ἀνακράτος* Philo de Abrah. T. II. p. 7. Synes. Ep. CXLVII. 285. D. cf. Ellendt. ad Arrian. I. 12, 8. idemque accentu retracto *ἀνάκρατος* v. Jacobs. ad Aelian. H. An. VII. 6, 1. et consona assimilata *ἀγκράτος*, quod Grammaticus Anecd. Bekk. 337. a Xenophonte dictum esse scribit *κατὰ συγκοπήν* sed improbat, ac fortasse ne Xenophon quidem sic scripsit sed quod in omnibus codd. legitur *ἀνὰ κράτος*· nam illa poetica est syncope vel potius apocope conjuncta cum assimilatione consonae ut *ἂμ φόνον* etc. De masculinis huc primum referendum est nomen omnium, quae sermo humanus continet, augustissimum *λόγος*, duabus contrariae potestatis praepositionibus *ἀνά* et *παρά* adjungi solitum accentu in-

20) Hesychius *Λάγβατον ἀνατετραμμένον· οἱ δὲ λάγαν ἐμβάλλοντες* scripsisse videtur *λάγδην ἐμβαίνοντες.*

clinato: καὶ τἄλλα ἀνάλογον τούτοις Plat. Alcib. II. 145. D. et iisdem verbis Pollux IX. 86.[21]) ἀνάλογον τοῖς αὐτοῖς ὁ ὄγκος γίνεται Arist. Probl. XXII. 1. ἐκ τοῦ ἀνάλογον συμβαίνει Rhetor. II. 23. p. 1399. a. 33. III. 2. p. 1405. a. 11. αἱ ἀνάλογον ἀπορίαι Sext. c. Log. II. 35. p. 465. (295 Bekk.) quo loco Fabricius adjectivum substituit αἱ ἀνάλογοι ut Camus in Aristot. H. Ann. I. 4. p. 489. a. 26. ἐν τῇ ἀναλόγῳ. Hoc minime necessarium; sed in Plat. Civ. VI. 508. B. ταύτην τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, Dion. de Comp. c. III. ἀνάλογόν τι πέπονθε multisque aliis locis perdubium est utrum adjectivum sit an substantivum hyphen scriptum, quod Stallbaumius ad Tim. 53. E. *immane vitium* dicit *a Bekkero sublatum*; sed Bekkerus ipse qui, quum Platonem ederet, nomen a praepositione dirimendum putavit, Aristoteli et Sexto ll. cc. reliquit conjuncta. In Diod. XV. 33. τὸ παράλογον τῆς τύχης haud dubie adjectivum est quo saepius utitur v. Ellendt. ad Arrian. II. 26, 4. sed Eur. Or. 391. ὦ παράλογόν μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία substantivum, quod G. Dindorfius dissuendum censet, Porsonus vero non solum hic retinet sed etiam in Bacch. 938. substituit vulgatae ὅταν παράλογον σώφρονας Βάκχας ἴδῃς. Pro ὑπὸ λόγον ποιεῖσθαι, quod Wurmius ad Dinarch. 49. cum ἀνὰ λόγον et παρὰ λόγον confert, ubique reponendum videtur adjectivum ὑπόλογον. Nihil vero refert in Il. XX. 30. δείδω μὴ τεῖχος ὑπέρμορον ἐξαλαπάξῃ utrum sic scribatur ὡς ὑπέρμορον, adjectivo pro adverbio posito, quae Aristophanis sententia fuit, an quod Herodianus aeque probat, κατὰ διάλυσιν ut Apollon. IV. 20. Anth. Plan. CVI. Aliud substantivi cum praepositione coalescentis exemplum subjicit Suidas Παραπόδας ἐπίῤῥημα εὐθέως [22]) appositis duobus Polybii locis, apud quem hoc saepius legitur sed dissolute; sic etiam Lucian. Hist. conscr. §. 13. Philostr. V. Ap. I. 6. ubi codd. et edd. veteres hyphen exhibent. Diastasis dominatur in dictionibus figuratis περὶ πόδα id est

21) Hic ante Bekkerum scribebatur κατὰ ἀνάλογον ut Phil. de Humanit. 391. (703.) κατὰ ἀνάλογον τῆς κτήσεως et Geoponn. V. 26, 8.

22) Hoc propter codices quosdam praetermisit Bernhardy.

ἁρμοζόντως et ἐκ ποδὸς διώκειν Dion. Antt. III. 20. at hyphen mutatoque accentu ἐκποδών tam multis locis ut suspicionem moveant aliter scripta ἐκποδῶν sive ἐκ ποδῶν ποιεῖσθαι Isocr. Antid. 385, 175 Bekk. Diod. XVIII. 23. Dionys. III. 72. IV. 72. Dio Cass. Exc. Vat. pag. 20. Zosim. IV. 46, 12. etc. Itaque ἐκποδών restituerunt Stanlejus Choeph. 20. Guietus Lucian. Pro imagg. §. 29. Jup. Trag. §. 24. Schaeferus ad Plut. Vol. I. 384. taciteque Bernhardy in Suidae glossis, ubi Aldus quinquies ἐκποδῶν scripsit, introduxit alterum, quod Arcadius distincte adverbiis adnumerat una cum ἐμποδών et quod posteriores huic affinxerunt παρεμποδών, quae manifestum est ad exemplum oppositi ἐκποδών conformata esse. Sic etiam Προποδὼν ἔμπροσθεν Hes. pro quo Suidas πρὸ ποδῶν, Photius προποδῶν. Cetera uno complectar ambitu; ἀνάκαρ et ἐπίκαρ accentu reclinato in Galen. Gloss. sed ἐπικάρ in EM. et Schol. Il. XVI. 392. apud Homerum ipsum ἐπὶ κάρ, quod probasse videntur qui hoc κάρ non integrum sed apocope affectum putarunt. Ἀν' ὄπιν εἰς πρόςωπον Suid. Phav. si intellectum nominis habet, rectius sic scribitur quam ἀνόπιν Hes. sed κατ' ὄπιν Himer. XXI. 7, 740. propter significationem adverbialem contrahi debet ut εἰςόπιν et ἐξόπιν, cui quae inest praepositio rectionem amisit ut ἐμποδών et latina *exadversum*, *examussim*, *interdiu*. Nulla ejusmodi necessitate adstrictum sed usus perpetuitate fixum est παραχρῆμα [23]), cui Nicander Al. 627. substituit παραχρέος, quod Naekius Choeril. 214. etiam Callimacho Fr. CVI. reddendum putat ut videlicet poetico sermoni aptius. Duplicem mutationem subiit Ἐπισχερώ ὀξυτόνως ὥςπερ ἰώ γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ ι Sch. Il. XVIII. 68. EM. 365, 15. quippe quia non τῇ δοτικῇ παραγωγῇ ἐνέχεται Apollon. Adv. 576, 30. Nam natura quidem dativus est obsoleti nominis σχερός, quod sive substantivum est sive adjectivum a σχεῖν ductum proprie continuum sive con-

---

23) Παρὰ χρῆμα Theophr. H. Pl. IX. 15, 2. Strab. XIII. 593. et alibi in codd. quod Astius praefert in libris Platonis et Schaeferus ad Dionys. 192.

ἅπαντα ἐφόλου καὶ πληθυντικῶς ἐφόλων Atticista Villois. p. 81. Hoc memoria non subjicit sed modo *καθόλου* et *διόλου*, quae perfrequentia sunt sed non perpetua[25]). His respondent genitivi femininorum *Κατάκρας ἐπίῤῥημα* Suid. *διακενῆς*[26]), *ἐπίσης*[27]), *ἐξαυτῆς*, *ἀπεναντίας* etc. quae praeter primum plerumque sic scribuntur, aliter vero *ἐκ νέας*, *ἐκ πρώτης* et *ἀπὸ πρώτης*, *ἐκ ταχείας*, *ἐξ ἑκουσίας*, *ἐξ οὐρίας ἐπίῤῥημα* EM. 348, 55.[28]) Accusativi exemplum unicum est *καταμόνας* Suid. in quo consentiunt codd. Thuc. I. 32. et 37, 5. sed recte *κατὰ μόνας* Xenoph. Mem. III. 7, 5. Plat. Legg. IX. 873. D. quod praetulit Meinekius in Alex. Fr. Voll. III. 468. Cetera sunt adjectiva generis neutri: *παρολίγον τῷ βίῳ ἐκινδύνευσε· σύνταξις* Suid. significans *σύνταξιν ἐπιῤῥηματικήν*. Idem *παρὰ πολύ ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ πάνυ πολύ*, quod cautius eloquitur Schol. Thuc. I. 29,

---

25) *Καθ' ὅλου* Bekkerus posuit Dem. Cor. 251, 3. sed Aristoteli Nicom. I. 4. II. 2. VI. 6. et Sexto 630, 12. reliquit *καθόλου*, quod sexcenties legitur. De *διόλου* v. C. II. §. 5. adn. 15.

26) *Διακενῆς* Eur. Tro. 759. Dionys. Antt. XI. 19. Diog. VII. 113. Aristaen. I. 10, 42. alibi *διὰ κενῆς* Athen. IX. 380. B. Liban. Decl. T. II. 67, 19. idque Bekkerus substituit Polyb. II. 50. et Dion. Cass. XLVI. 53. XLIX. 1. sed alterum retinuit Meinekius Com. Vol. III. 609. *ἐπικενῆς* Aristot. Plant. II. 3. p. 824, 40. Huic simile *'Επικοινῆς ἀντὶ τοῦ κοινῇ* Hes. dispescit Albertius ut *πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ κοινῆς Σκυθικὰ λέγονται* Procop. Goth. IV. 5. 574. (476 Lips.) et IV. 20, 620. (559.)

27) *'Επίσης* Paus. X. 21, 4. Babr. Fab. Praef. 6. Galen. de Facult. Med. L. I. 14. p. 53. T. II. Artemid. I. 26. et 78. M. Anton. IX. 1. Diog. II. 94. VII. 120. Himer. Ecl. X. 6, 180. sed *ἐπ' ἴσης* Or. XV. 351. quod Jacobitzius in Lucian. Dial. Mort. XII. 3. et Dial. Deor. XXI. 1. ex uno B. reposuit. *'Εξίσης* Artem. V. 78, 426. Julian. Misop. 358. D. idemque Heylerus in Epist. XXVII. e codd. recepit v. Adnott. p. 289. *'Εξ ἴσου* Isocr. de Pac. 159, 3. Bekkerus pro *ἐξίσου*.

28) *'Απεναντίας* Himer. Ecl. XIII. 27, 226. Synes. Dion. p. 35. *ἐξεναντίας* Paus. X. 22, 4. Plutarch. Phocion. c. 36. sed *ἐξ ἐναντίας* Aristot. H. Ann. IV. 12. p. 1126. b. 14. X. 1. p. 1172. a. 28. etc. idque probavit Schaeferus ad Plut. l. c. *'Εξ αὐτῆς* quidem scriptum est in Apollon. Synt. IV. 12, 341. (334.) sed confertur h. l. cum *ἐξαίφνης*, quod ille pariter cum casu patrico compositum dicit *κατ' ἐπιῤῥηματικὴν σύνταξιν*. Hinc colligitur eum utrumque eodem modo scripsisse hoc est *ἐξαυτῆς* sicut in plerisque locis legitur v. Schaefer. ad Bos. 443. Meinek. Com. Vol. II. P. I. 36.

4. τὸ παρὰ πολὺ μᾶλλον ἢ πολύ· sed hoc quoque dubito an demonstrari non possit. Nam in multis locis praepositio adeo nihil ad significationem confert ut sine sensu demi possit: τοῦτο τοῖς — χρεομένοις παραπουλὺ μᾶλλον ἐνδέχεται ἢ τοῖς — Hippocr. Vict. Acut. p. 64. T. II. (395 Foes.) ἐγγυτέρω παραπολύ Longin. XVII. 3. p. 74. παρὰ πολὺ (vulgo παραπολύ) ἀμείνων Lucian. Dial. Mar. XV. 3. Jov. Trag. §. 35. aut pro κατά positum est ut in Thuc. l. c. παραπολὺ vel ut nunc scribitur παρὰ πολὺ ἐνίκησαν similique Paus. III. 18, 3. παρὰ πολὺ γενομένης τῆς νίκης· aut significationem propriam (ultra, citra, praeter) retinet et grammatice quidem cum adjectivo cohaeret, intellectu autem ad nomen refertur ut παραπολὺ τῆς ἀληθείας εἴρηται Philostr. Her. p. 702. fin. id est πολὺ παρὰ τὴν ἀλήθειαν *weit vor der Wahrheit vorbey*, et Synes. Epist. LXII. 206. A. λόγος ἔργον παραπολὺ τῆς ἴσης ἐστί, Encom. Calv. 94. D. παραπλεῖστόν ἐστι τῆς ἀκριβείας, qui genitivus ab epitheto suspensus est, hoc autem a praepositione regitur. Similiter modo παραβραχύ legitur Zosim. VI. 4. Synes. Dion. p. 41. A. ὑπόβραχυ accentu male retracto[29]) Aelian. H. Ann. IV. 34. καταβραχύ Galen. de Puls. p. 479. T. VIII. saepius κατὰ βραχύ quod Kiesslingius reduxit Jambl. Protr. I. p. 10. Illa scriptura si omnino retinenda, certe iis locis reservanda est ubi vis praepositionis hebescit, sed illud ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας προῆλθε nemo aliter scribere volet quam ὁ Καλλικρατίδας τῆς τριήρους ἐπὶ πολὺν ἀνέῤῥηξε τόπον Diod. XIII. 99. Dupliciter vero construi potest in Lucian. Icarom. §. 14. παραπολὺ (Jacob. παρὰ πολὺ) τῶν ἄλλων ζώων ἀετός ἐστιν ὀξυωπέστατος. Ab his omnibus differt ἐπίπαν Xenoph. Fragm. XX. Herod. IV. 68. VI. 46. Plat. Epin. 986. E. Paus. VI. 20. 8. Heliod. V. 4, 178. etc. quod quum accentum in antepenultima habeat, parathesi assignandum est propriae ut ἀνάλογον, *propédiem*, *invicem* etc. At vero pro

---

29) Κάθομον κατὰ τὸ αὐτό Hes. eodem accentu scribendum quo ἀναμέσον Philon. de Sept. I. 4. Jerem. Epist. LIV. quod saepius duos habet accentus.

ἐπίπαν τόλμης ἥκουσι Galen. Isag. IX. 98. T. I. ratio poscit *ἐπὶ πᾶν*, quod Blomfieldius restituit in anapaestis Aesch. Pers. 42. pro *ἐπίπαν ἠπειρογενὲς κατέχουσιν ἔθνος* sed falso hoc alpha breve habere credit ut *πρόπαν*, *σύμπαν* (*ἅπαν*). Etenim haec sunt neutra adjectivorum per omnes casus declinatorum, *ἐπίπαν* vero merum adverbium ex duabus partibus conflatum accentu uno[30]. Ad *σύμπαντες* nihil accedit propius quam *σύμπολλοι* Plat. *συμπλείονες* Aristot. Polit. III. 15. p. 1286. b. 36. et numeralia cum hac praepositione conjuncta sed haec nequaquam eadem scripturae constantia: *σύνδυο γράφουσιν οἱ Ἀττικοὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ σύντρεις* Eust. 800, 4. *τὸ σύντρεις ἀττικὸν καθὰ καὶ σύνδυο· σὺν τρεῖς δὲ εἰπεῖν τῆς κοινῆς ἐστι φράσεως· οὕτω λαλεῖται καὶ τὸ ξυνεείκοσι* 1638, 21. *Σύνδυο* praeter alios in Th. citt. legitur Dem. c. Mid. 564, 22. Xenoph. Anab. VI. 3, 1. et sic in Plat. Parm. 143. D. Hipp. M. 282. E. pro *σὺν δύο* secundum Stephanum scripserunt ceteri; eadem correctio adhibita est Pind. P. IV. 159. Athen. VIII. 337. D. *σύνδυο καὶ σύντρεις* Jambl. V. Pyth. XXI. 97. p. 212. sed *σὺν δύο* Polyb. VIII. 6, 2. quod correxit Bekkerus, *σὺν δύο καὶ σὺν τρεῖς* Malch. Philad. Hist. p. 90. C. *σύντρεις* Lucian. Enc. Dem. §. 21. *σὺν πέντε καὶ σὺν πλείω* Aristid. p. 155. T. I. Dindorfius hyphen scripsit; *σὺν πέντε* (Bekk. *σύμπεντε*) *καὶ σύνεξ* Harpocr. s. *Συμμορία*, pro *σὺν ὀκτώ* Athen. XV. 702. B. Dindorfius tacite *συνόκτω*, postremo pro *σὺν ἄμφω* Apollon. IV. 134. ex uno cod. receptum est *συνάμφω*, quod persaepe legitur; *συνδώδεκα* Eur. Tr. 1083. auctore Barnesio; *συνεκκαίδεκα* Dem. Cor. 260. Horum duo non solum anabibasmo accentus distinguuntur sed etiam assimilatione consonae, *σύμπεντε* et *σύμπαντες*, de quo loquitur Herodianus in Sch. Il. XV. 248. *ἐνθάδε μὲν ἡ γραφὴ διὰ τοῦ μ ἐστίν, ἐπεὶ κατὰ σύνθεσιν· ἐν δὲ τῷ τεύχεσι τε ξὺν πᾶσι φυλάξει τὸ ν ἑαυτῆς ἡ πρόθεσις διὰ τὴν παράθεσιν.* Sed notum est consonas etiam in parathesi interdum assimilari *ἐμμέσῳ* etc. v. ad Aj. p. 348. et in tmesi

30) *Ἐπίπαντες* et *ἔμπαντες* extra Inscr. non inveniuntur.

ξύμμοι λάβεσθε ib. p. 367. ὅτε ξὺμ πρῶτ᾽ ἐφύοντο Emped. v. 229. ut Karstenius edidit pro ξύμπρωτ᾽. — Sed dispertitivorum species plures sunt, una per anadiplosin, qua scriptores Alexandrini utuntur δύο δύο v. Biel. Thes. h. v. et Winer. Gramm. des N. T. §. 38. p. 204. Du Cang. h. v. δύο καὶ δύο Oribas. L. XLIV. p. 14. ed. Bussemak. quae nunquam in unum compinguntur; altera conficitur e duabus praepositionibus κατά et ἀνά, quibus germani Graeci semper suum subjiciunt casum καθ᾽ ἕνα, ἀνὰ τέσσαρας, infacundi vero nominativum ἀνὰ εἷς, καθ᾽ εἷς v. Winer. l. c.[31]) atque haec non raro sub uno accentu καθεῖς Tzetz. Chil. X. 576. et all. adeoque per synecdromen mutato καθείς ut in plerisque codd. Thomae M. s. h. v. scriptum est secundum novellos magistros in Regg. Prosod. c. 129. p. 450. τὰ εἱς εις πάντα ὀξύνονται οὐδείς, μηδείς, καθείς καὶ αἱ μετοχαί.

§. 6. Praepositionum pronominibus adjunctarum summa inconstantia est: παρό Diog. II. 16. IV. 37. καθό II. 17. Aristot. Nicom. VII. 15. p. 1154. b. 22. etc. Attigit hoc Apollonius Synt. IV. 10. p. 307. ubi εἰςό sic ut ἐν ᾧ, ἐξ οὗ non simplex esse docet sed δύο μέρη λόγου, τῇ μέντοι συνόδῳ ἕν τι παρυφίσταται, διὸ καὶ ὡς ἡνωμένα αὐτὰ παρεδεξάμεθα, quam henosin clarius ostendit prisca scriptura ἐχσῆς pro ἐξ ἧς v. Osann. Syll. Inscr. 71. Hoc solvitur illa controversia περὶ τοῦ εἰςόκε, πότερον ἐν συνθέσει ἐστὶν ἢ ἐν παραθέσει Sch. Il. III. 409. Epim. I. 138, 30. EM. 305, 17. Id non ita pridem εἰς ὅ κε scribi coeptum est, ut εἰς ὅ pro εἰςό v. Lehrs. Arist. 336. Sic olim jungebatur ἐφῷ, cujus triplicem constructionem tradit Thomas εἰς παρῳχημένον ἀντὶ τοῦ διότι οἷον „ἐφῷ Γεννάδιον ἔγραψε“ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῷ εἰς ἀπαρέμφατον οἷον „ἐφῷ μεμνῆσθαι“ καὶ ἀντὶ τοῦ ἵνα εἰς μέλλοντα ὡς Θουκυδίδης „ἐφῷ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται“ quo loco certi codices iota dativi constanter omittunt, alii ἐφ᾽ ᾧ praebent. Signi-

---

31) Homericum προμνηστῖνοι Schol. Od. XXI. 230. interpretatur εἷς παρ᾽ εἷς τὸ λεγόμενον, ἀλλεπάλληλοι. Aegrius Plutarcho conceditur ἀνὰ τέσσαρες, quod Hermannus tuetur Opusc. IV. p. 5.

ficatio duplex est, una causalis διὰ τοῦτο ὅτι, altera finalis ἐπὶ τούτῳ ἵνα, quod discrimen scriptura exprimere videtur Atticista Villois. p. 80. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν διότι ἐφ' ᾧ λέγουσι μετὰ διαστολῆς πνεύματος οἷον „ἐφ' ᾧ τὴν κλοπὴν εἰργάσω, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσῃ“ καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐφ' ᾧ (scr. εἰπεῖν ἵνα) λέγουσι μετὰ μόνης περισπωμένης[32]) ἐφ' ᾧ (scr. ἐφῷ) οἷον „ἐργάσομαι τὸ ἀγαθὸν ἐφ' ᾧ δοξασθήσομαι“. Similiter διό modo pro demonstrativo καὶ διὰ τοῦτο sive διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ponitur in exitu enuntiati ut Plat. Civ. III. 409. A. διὸ δὴ καὶ εὐήθεις φαίνονται οἱ ἐπιεικεῖς, modo suam propriam potestatem retinet οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν διὸ εἴρηται Crat. 406. E. εὔδηλόν ἐστι διὸ τοῦτο ἐποίησας, quod Taylorus dirimendum putat δι' ὅ probante Schaefero App. III. 551. Huc conveniunt Apollonii verba Synt. IV. 5, 313. τῆς αὐτῆς ἐπιστάσεως ἔχεται καὶ τὸ διότι καὶ καθότι πότερον ἐν παραθέσει ἢ συνθέσει, sed paullo post c. 11, 330. (337.) ostendit utrumque ex tribus constare partibus, nec aliter conformatum est παρότι Phalar. Ep. LVII. 260. De pronomine quantitatis mentionem injicit Suidas Ἐφόσον ἓν μέρος λόγου, Καθόσον ἐπίῤῥημα, quae in eadem qua cetera varietate sunt: Καθόσον Diog. IV. 2. VII. 8. Phalar. XXVII. 134. LXXXIII. 262. παρόσον Sext. c. Gramm. c. 67. p. 231. (614 Bekk.) παρ' ὅσον Phalar. LII. 206. LXXXII. 260. et all. ap. Hermann. ad Lucian. Hist. scrib. p. 127. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 125. De demonstrativis afferendum est προτοῦ, quod saepius sic scribitur quam πρὸ τοῦ v. Schaefer. ad Dem. T. I. 22. sed displicuit Popponi Comm. ad Thuc. I. 32, 4. duoque ceteris notabiliora quia unum eorum accentum simplicis retinet, alterum retro agit: ἐπέκεινα ἐπιτάδε Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς Antiatt. Bekk. 94, 6. significans Phaed. 112. B. qui locus usque ad Bekkerum sic scribebatur εἰς τὸ ἐπέκεινα γῆς καὶ εἰς τὸ ἐπὶ τάδε. Hoc codd. non raro una scriptum exhibent ἐπίταδε v. Ja-

32) Hoc est omisso spiritu ut ἀνθῶν, quomodo nonnullos scripsisse colligimus ex Herod. Philet. 456. ἀνθέων γραπτέον καὶ μὴ ἀνθῶν ἵνα μὴ συνεμπέσῃ τῷ ἀνθ' ὧν ἔδωκας.

cobs. ad Ael. p. 123. sed multo frequentius ἐπὶ τάδε quomodo nunc editum est et recte quidem sed alterum vereor ut jure mutatum sit; nam ἐπέκεινα non solum hic et duobus aliis Platonis locis antiquitus traditum est v. Schneider. ad Civ. T. III. p. 169. sed etiam Isocr. Antid. 124, 41. Galen. de Usu Part. XV. 6. p. 666. T. IV. Athen. X. 390. B. et apud alios, ipseque Bekkerus in Aristot. de Sens. VII. 449. a. 26. retinuit ἐπέκεινα sequente ἐπὶ τάδε. Cum illo congruit ὑπερέκεινα, quod Thomas rejicit; cum altero conferenda sunt ἐπὶ θάτερα, ἐφ' ἑκάτερα et quae Plato copulavit Hipparch. 229. A. ἐπ' ἀριστερὰ καὶ ἐπὶ δεξιά, quod librarii in Orph. Arg. 1217. et alibi cum composito ἐπιδέξια confuderunt v. Schneider. ad Civ. T. I. 336. Ad exitum festinantibus paululum morae injicit adverbiale παρ' αὐτά, quod scriptores tenuioris ordinis usurpant pro παραυτίκα, modo sic scriptum Herodian. III. 11, 17. (p. 74, 1 Bekk.) Aristid. de Rhetor. T. II. 49. (p. 64 Dind.) Apollon. Hist. XI. modo hyphen accentu vel in ultima uti par est posito Schol. Od. XVI. 148. Sch. Phoenn. 913. quod Jacobitzius ascivit Lucian. Amorr. §. 33. variantibus libris, vel in antepenultima πάραυτα v. Thes. quo sono illud hodie notari auctor est Coraes Atact II. 419. Eodem modo ap. Hesych. scriptum legitur Ἄναυτα Ταραντῖνοι τὸ παραχρῆμα, aliter vero Περιαυτά πως οἷον ἐγγὺς καὶ παρὰ μικρόν Phot. cujus fontem ignoro. Ἐξαυτῆς παραυτίκα Hes. paullo ante disceptatum est.

Praepositiones cum verbis per synthesin componi res decantata est. Sed si sic compositis alia interponitur vocula, librarii fluctuant nunc ἀντ' εὖ πείσεται scribentes nunc εὖ ποιήσουσι καὶ ἀντευπείσονται Liban. Decl. 246. T. III. συνευπεπονθότες Dem. quod Schaeferus improbat App. I. 536. Mihi satis spectatum est Platonem scripsisse sic ut vulgo legitur per hyperbaton pro εὖ ἀντιπείσεται ut ἀντέπαθον κακῶς Themist. Or. VII. 98. D. εὖ προπαθών Liban. 231. T. III. Ab his notabiliter differt Thucydideum μὴ σὺν κακῶς ποιεῖν ἀλλὰ συνελευθεροῦν· pro quo κακῶς συμποιεῖν dici non poterat quia hujus verbi longe alius est intellectus. Quare aut συγκακοποιεῖν dicendum

erat ut *συγκακουργεῖν* aut, quia hoc ab usu alienum erat, sic ut ille dixit praepositione adverbialiter posita, cujus antimeriae exempla plurima demonstrat Thesaurus s. v. *Σύν*. Et de aliis quoque praepositionibus saepe dubitatur utrum verbo agglutinanda sint an absolute scribenda sic ut adverbii loco esse appareat. Primus scrupulum injecit Abreschius in Aesch. Choeph. 301. *καὶ προςπιέζει χρημάτων ἀχηνία* dissolute scribens *πρὸς πιέζει*. Id in compluribus Demosthenis locis introduxit Dindorfius, *ἀπειρόκαλος πρὸς ἔδοξεν εἶναι, τὴν οἰκίαν πρὸς ἕξεις, πρὸς ἔλαχε*, quod approbavit Schaeferus App. T. IV. 80. idemque Dindorfius in Aristid. Or. XLVI. 259. T. II. (194, 6.) *κελεύοντι ὑπήκουε καὶ πρὸς ᾔδει χάριν* scripsit pro *προςῄδει*, et in Posidippi versibus Athen. IX. 377. A. *ἐὰν — παραβάλλῃς, καὶ πρὸς ἐκδαρεὶς ἄπει*, quod Meinekius T. IV. 521. non recepit, ipseque Schaeferus in Longi Past. I. 51. *μὴ καὶ προςκαταγέλαστοι γένοιντο* nihil novavit. Alii vero disjunctionem adeo necessariam duxerunt ut proprium diastolae signum interponerent: *καὶ τοῦτό σοι ἥξει τἀγαθὸν καὶ πρὸς, εἰδήσεις χάριν* Synes. de Regn. p. 14. A. Hanc rationem si amplectimur, in Teletis Fr. ap. Stob. Flor. XCVII. 31. p. 524, 37. *δοῦλον ἕτερον προςσπεύδει κτήσασθαι*, praepositionem, quae infinitivo adjungenda erit ut paullo ante p. 523, 48. *καὶ ἄλλον προςτρέφει*, separatim scribemus tanquam adverbium, quod manifesto deprehenditur in Aristid. XLVI. 367. T. II. (284, 9.) *τὸ γοῦν ἐξοστρακισθῆναι καὶ πρός γε, εἰ βούλει, φυγῇ ζημιωθῆναι κέρδος (ἡγεῖτο)·* sed proxime post more consueto adjungitur verbo *ὁ δὲ Κίμων ἐξωστρακίσθη μὲν, φυγῇ δὲ οὐ προςεζημιώθη*, neque aliter fit in similibus *οὐχ ὅπως ἠδίκησεν· ἀλλὰ καὶ προςευεργέτησε* Diod. XIII. 22. *ἠδίκηταί τις εἰς παῖδα; ἀλλ' οὐχὶ ἡ γυνὴ προςηδίκηται* Himer. Ecl. IV. 3, 94. *χίλια τάλαντα ἀνάλωκε καὶ ἔτι πολλὰ προςοφείλει* Thuc. VII. 48. quod cum *προςέτι* commutari potest nec tamen ideo divelli debet. — Adverbii *ἐνίοτε* originem Epim. II. 199, 3. explicat verbis mutilatis *ἐνίοτε διὰ τοῦ ῑ· ἢ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐστὶν καὶ τοῦ ὅτε, καὶ ἔνιοι·* clarius vero Fragm. Lex. Hermann. p. 331. n. 80. *ἀπὸ τοῦ ἔνι ἀντὶ τοῦ*

ὑπάρχει καὶ τοῦ ὅτε γίνεται ἐνίοτε· ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ ἔνι οἵ τὸ ἔνιοι ἀντὶ τοῦ τινές. Haec vulgo tenet sententia sed repugnat non solum terminatio feminina *ἐνία*, quod excusari potest oblivione originis, sed etiam significatio; nam *ἔνι* non idem valet quod *ἔστι*, neque *ἔνεστι* vel *ἔνεισιν οἵ* dicitur pro *ἔνιοι*. Hoc igitur simplex esse videtur ut Schaeferus quoque censet ad Greg. 864. a numerali *ἕν* derivatum; nec moratur spiritus, quem Coraes Prodr. Bibl. p. 30 sq. et Boeckhius Nott. Crit. ad Pind. p. 406. opponunt; nam mutatur interdum derivatione *ἕδος ἔδαφος, ἕπομαι ὀπάων* et *ὀπηδός, ἕψω ὄψον, ἔτης ἑταῖρος, εἰδέναι ἵστωρ* [33]). *Ἐνίοτε* autem quum non facile ab *ἐνιαχοῦ, ἐνιαχῇ* dissociari possit, Apollonio assentimur Adv. 607, 21. *παρὰ τὸ ἔνιος ἢ ἔνιοι ἐστί*, ut *ἄλλοτε, πάντοτε. Τραπέμπαλιν* Pherecrates e sermonibus vulgi ascivisse videtur. Cum interjectione *ἦν* en componitur imperativus verbi synonymi accentu fluxo *ἠνίδε, ἤνιδε, ἦν ἰδού*, quod aliter interpretatur Matthiae Gramm. p. 565. *ἐὰν θέλῃς, ἰδού*, sed non persuadet. Vox *hoc est* tam crebro inculcatur ut non mirum sit a nonnullis ad convinctiones translatam esse: *τουτέστι σύνδεσμος διασαφητικός* 773, 14. et sic scribitur Sext. c. Gramm. 258, 196. (644, 14 Bekk.)

CAP. IV.

De syntaxi indeclinabilium.

§. 1. Frequentissime conjunguntur praepositiones et adverbia vel in appositione vel in compositione, de quo

33) Sic Herodianus scribi jubet Il. XVIII. 501. *ἐπεὶ τὸ ι πρὸ τοῦ στ δασύνεται*, quod constanter fit in paronymis vulgo receptis *ἱστορία* et *ἱστορεῖν*, sed *ἵστωρ* ipsum ap. Hom. et Hesiodum notatur leni v. Spitzner. ad Il. XVIII. 501. Idem XXIV. 94. *ψιλῶς τὸ ἔσθος καὶ ἐσθής (ἀπὸ δασυνομένου τοῦ ἕω)· τὰ γὰρ φωνήεντα ψιλοῦται ἐπιφερομένου τοῦ σ μεθ' ἑνὸς τῶν δασέων·* et ad I. 486. *τὸ ἕρμα εἰ ἐκ τοῦ ἕρεισμα, οὐ ψιλοῦται ἐπεὶ τὰ βραχυνόμενα φωνήεντα πρὸ τοῦ ρπ δασύνεται.* Eustath. 843, 11. *τὸ ο πρὸ τοῦ π ψιλοῦται ὀπή, ὀπώρα, ὀπάων παρὰ τὸ ἕπω.* Et ubi nulla hujusmodi causa subest *τὰ ἀπὸ δασέων μετασχηματιζόμενα ψιλοῦσθαι φιλεῖ ἡμέρα ἦμαρ, ἡδονή ἦθος* Sch. IX. 6.

Grammaticorum tribus et pulpita certant. Neutram sincere probat Servius Aen. VII. 289. *abusque et adusque usurpative dicimus; praepositio enim nec adverbio jungitur nec praepositioni.* Sed usum rationi praevaluisse concedit Nonius p. 517. *omnes artem sequuti negant adverbiis praepositiones addi oportere, sed auctoritas veterum praeponi debet, desubito* [1]), *derepente.* De duobus autem conjungendi modis utrum praeferat, hic non declarat, sed dubitantibus succurrit Donatus ad Hecyr. IV. 1, 3. *derepente ὑφέν· nam si separaveris, non est latinum*, et amplius in Arte II. 13, 3. *praepositio separatim adverbiis non applicabitur, quamvis legerimus desursum, desubito, exinde, dehinc, sed haec tanquam in unam partem orationis sub uno accentu pronunciabimus.* Eadem iterans Pompejus Comm. XXVI. 14, 356. *haec,* inquit, *vitia non sunt, quoniam una pars orationis composita est; si diceres ex inde, re vera soloecismus est.* Et Priscianus quoque XIV. 1, 580. praepositionem adverbiis praeponi per compositionem concedit exemplis perspicuis *perinde, subinde, deinceps, abhinc.* Haec vel oblitus vel aspernatus Burmannus ad Aen. l. c. de abusque et adusque sic disputat: *scabrities haec est; nec veteres adverbia et praepositiones in unam vocem contraxerunt sed distinxerunt, ad usque* etc. Sic haec in Edd. vett. praecipue scriptorum recentiorum scripta leguntur *ad invicem, ex adversum, de sub, de foris, ab intus, a longe* etc. v. Muncker. ad Hygin. Fab. 257. p. 367. ed. Stav. et ad Fulgent. Myth. L. III. c. 6, 718. Possin. ad Passion. Perpet. et Felicit. p. 185. in Galland. Bibl. T. II. Priscianus vero quod de latinis particulis affirmat, idem de graecis praecepit is, cujus auctoritatem in omnibus sequendam putat; Apollonium dico qui in exitu Syntaxis IV. 11, 536. hunc locum tractavit sed multo brevius quam pro rei amplitudine et exemplis parum explanatis usus. Primum quidem collaudat sententiam a prioribus latam τὰ ἐπιῤῥήματα ἔχεσθαι τῆς πρὸς τὰς προθέσεις συνθέσεως, ἐπάνω, περικύκλῳ, ὑπο-

---

1) Hoc cum adjectivo compositum est ut *in subitum*, quod genus separatim tractabitur.

κάτω, ἀποδίς, ἀποτρίς, ἀποψέ καὶ τὰ παραπλήσια, sed desiderat τὴν ἀκριβῆ ἀπόδειξιν δι' ἧς τὸ διστάζόμενον τῆς συντάξεως περιεγράφετο· τί γὰρ μᾶλλόν ἐστι τὸ ἀπὸ ὀψέ [2]) τά τε ὅμοια δύο μέρη λόγου ἤπερ ἕν; ergo addendum fuisse praepositiones cum carentibus casu in unum coalescere sive ut brevi post dicit 337. αἱ προθέσεις ἐν ἀπτώτοις καθ' ἕνα σχηματισμὸν μεταλαμβάνονται hoc est ἑνοῦνται ut alibi loquitur Adv. 509. In quo mihi sententiae auctores quodammodo cavillari videtur. Hi enim idem dixerunt verbis aliis. A praecepto ipso plurimis in locis libri nostri editi manuque scripti dissident praepositiones seorsim scriptas exhibentes, cujus scripturae exempla contrariis permixta a Fischero Animm. ad Vell. T. IV. 229. Sturzio Dial. Maced. 209. Winero Gramm. N. T. 356. et 486. G. Kruegero Gramm. Gr. P. I. Fasc. II. 295. plura a me ad Phr. 46 sq. congesta sunt neglecto tamen Apollonio et omissis haud paucis. Hic autem quaestio habebitur utrum librarii peccaverint composita dirimentes an Apollonius certa quaedam adverbiorum genera de lege exemerit. Itaque genera ipsa contractis undique exemplorum copiis produci et in quam quodque scripturam propendeat inquiri oportebit, considerata cujusque significatione, derivatione, constructione et si qua alia diversitatis indicia deprehendi possint. Hac via rem absolutum iri non spondemus, sed tentabitur; *ut quimus, ajunt, quando ut volumus non licet.* Ceterum non solum scripturae gratia hic suscipietur labor sed simul ut sermonis antiqui et novitii diversitas in hoc quoque genere usurpationis animadvertatur. Quemadmodum enim latina consuetudo extincto flore cloquentiae fines antiquitus constitutos multifariam transiluit, ita etiam Graeci quo longius ab illo fastigio defluxerunt, eo effusius hac componendi libertate usi sunt.

---

2) Hoc quum antecedentibus repugnare videatur ab Ott. Schneidero in Comment. de Apoll. Synth. et Parathesi (Ephem. Scient. Ant. ann. 1843. N. 81. p. 644.) et Skrzeczka nostro in Observatt. in Apoll. de Pron. p. 16. in contrarium vertitur interposita negatione τί γὰρ οὐ μᾶλλον τὸ ἀπὸ ὀψέ —. Id cuimodi sit postea videbimus.

§. 2. Vocabulorum quae hic in disquisitionem veniunt, duo numeramus genera, quorum unum in adverbium exit, alterum in nomen. Illi suppositae sunt tres species primariae, loci, temporis, qualitatis, quae frequenter quidem inter se permutantur sed hoc in sermone, quantum res patitur, disparanda sunt. Localibus naturae ordine praecedunt tres particulae interrogativae a simplicissima orationis parte articulo profectae ποῦ sive πόθι, πόθεν, πόσε. Harum primam Graeci hujus aetatis praepositioni subjungunt ἀπὸ ποῦ sive ἀποποῦ, ut fit in linguis recentioribus, et jam aliquot retro seculis Tzetzes Chil. I. 837. ἐκ ποῦ, locupletiorum vero auctorum nullus. Sed illud ἐμπῇ in Phalaeci Epigr. ex ἐν πῇ (in ubi) compositum esse conjecturam feci in Diss. I. c. VII. n. XVIII. Πόθεν interrogativum nullam hujusmodi societatem init praeter Ἐςποθερπές (sic) πόθεν ἥκεις Hes. quod boeoticum videtur; Boeoti enim pro ἐκ dicebant ἐς, ἔςγονος, ἐς Μουσῶν, et fortasse πόθε, pro quo tamen nihil afferre possum praeter ὅθε Tzetzae frequentatum. Minime vero declinat eam ποθέν indefinitum, quando sine casu nominis ponitur ut ἀηδὼν ἔκποθεν ἠερόφοιτος ἐπὶ στομάτεσσιν ἐφεζομένη Christod. Ecphr. v. 129. id est ὁπόθεν οὖν sive ἐξ οἱουδηποτοῦν τόπου, et ἔκποθεν ἐμοὶ γέγονε quod Antiatt. Bekk. 93, 9. affert nescio unde sumtum. Ubi vero genitivus sequitur v. c. ἔκποθεν Οὐλύμποιο et alia [3]), praepositionem cum hoc comprehendi convenit, quo tollitur synthesis. Ἐξ ὅθεν Nicander posuit Th. 318. pro *quo ex tempore* vel *qua de causa* sic ut praepositio ad sensum nihil conferat, et similiter demonstrativo utitur Apollonius IV. 526. Κεραύνια κικλήσκονται ἔκτοθεν, quod ne incauti pro simplici ἔκτοθεν accipiant, vel ἐκτόθεν scribere praestat vel ἐκ τόθεν. Obscurius est neque alibi lectum illud in Quint. IV. 29. μοῖραι ἄλλοτε βλάπτουσαι, ἄλλοτε δ' αὖτε ἔκποθι κυδαίνουσαι, quo ducti Jungermannus et Koechly II. 418. ediderunt ὃν ἔκποθι λειριόεσσαι Ἑσπερίδες θρέψαντο pro

3) Utriusque generis exempla confuderunt Hermannus de Sect. Poett. 823. Spitzner. Observv. in Quint. 9. et Tychsen. Praef. LVI.

ἔκτοθι, sed poeta significare videtur *ἔκτοθι τῆς οἰκουμένης* id est *πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο* ubi Hesperides habitant; pro *ἔκποθι* fortasse *εἴ ποθι* scripsit absolute positum pro *εἴ που τύχοι* ut *sicubi*, *si forte* v. ad Aj. 885. *Πόσε* et cetera hujus relationis adverbia a commercio praepositionum omnino abhorrent. Illis vero poetarum non antiquissimorum loquutionibus in limine relictis protinus intramus in illum amplissimum localium coetum, in quo praeter duo ab Apollonio praecepta quatuor reperiuntur similiter cadentia *ἀποκάτω*, *ἐπιπρόσω*, *ὑπεράνω*, *ἐξάνω* Hes. [4]) poeticumque ab alio principio ductum *ἐξοπίσω*, *εἰσοπίσω* [5]), plura in *θεν ἀπόπροσθεν*, *ἔμπροσθεν*, *ὑπόπροσθεν* [6]), *ἐξύπερθεν*, *ἐφύπερθεν*, *καθύπερθεν*, *ὑποκάτωθεν*, *ὑπεράνωθεν* Suid. *προπάροιθεν*, *ἐξόπισθεν*, *κατόπισθεν*, *ἀπάνευθεν*, *ἀπάτερθε* et ex tribus quasi corporibus structum *ἐξαπάτερθε*, ut omittam *ὑπένδοθεν*, *ἀπενθεῦτεν* Schol. Demosth. ad p. 137, 7. (p. 207. T. I. Dind.), *ἐξεντεῦθεν* Gloss. ad Lycophr. v. 31. (omiss. in Thes.) et alia ad Phr. 46. in adn. collecta quorum testes aut incomperti aut nullius in censura vocabulorum auctoritatis. In *θι* duo exeunt *ἀποτηλόθι* et *παραυτόθι* sed homericum *ἀπόπροθι* et quae posteriores huic accommodarunt *διάπροθι*, *πρόπροθι* epectasin monosyllabam habent ut *ἀπόπροθεν*. Horum omnium scriptura partim librorum consensu partim ipsa accentus ex penultima paroxytonorum in antepenultimam (nisi character obstat) translatione tam confirmata est ut pauca quae contra veniunt exempla regulam labefactare non possint praesertim eorum scriptorum quorum apographa aut non multa

4) Vocabulorum minus notorum auctores adscribam omissa locorum qui in Thes. indicati sunt designatione.

5) *Κατοπίσω* in libris apocryphis V. T. legitur, *ἀποπίσω* hodie in Graecia auditur.

6) *Τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους* Hippocr. Epid. III. 3. p. 480. T. III. ed. Lips. p. 68. T. III. ed. Littré. Pro *ἔκπροθεν ἐκ παλαιοῦ* Dindorfius in Thes. *ἔκπροσθεν* reponi jubet ad sensum aptius, ceterum pariter ignotum. Lucianus Astrol. §. 29. quum dicit bonorum praedictione animos exhilarari *τὰ ἀγαθὰ εἰδότας ἀπιξόμενα πολλὸν ἀπόπροσθεν εὐφραίνει*, significat *e longinquo delectat*.

aut non accurate collata habemus: ὑπὸ κάτω πετρῶν Apollon. Hist. XXXVI. 85. ed. Tauch. cui Westermannus substituit ὑποκάτω ut paullo post scribitur οἱ ὑπεράνω Σύρτεων c. XXXVIII. 85. ὑπὲρ ἄνω in cod. Lucian. Dial. Deor. IV. 2. κατ' ὄπισθεν in codd. Joseph. Antt. XIII. 4, 641. (nunc κατόπιν) ἀπ' ἄνωθεν Galen. Eup. II. 24. p. 469. T. XIV. ἀπὸ ἄνωθεν I. 16, 387. et bis in N. T. ἐς πρόσθεν Schol. Eur. Hec. 961. ἐξ ἔμπροσθεν in LXX. ῥέων εἰς ἄνωθεν Liban. Decl. T. I. 329. nisi is εἰς *indivisus* scripsit, quod convenit sequentibus εἶτα τεμὼν ἑαυτὸν περιβάλλει τὸ χωρίον. Εἰς ὀπίσω Quint. VI. 584. ad solitum revocavit Koechly. In Il. X. 273. λιπέτην δὲ κατ' αὐτόθι πάντας id est κατελιπέτην nonnullos scripsisse καταυτόθι apparet e Schol. φασὶ παρέλκειν τὴν πρόθεσιν, διὸ φυλάσσειν τὸν τόνον. Wolfius et hic praepositionem separatim scripsit et XXI. 20. τόνδε κατ' αὐτόθι λεῖπεν, itemque Wellauer. Apoll. I. 1356. κατ' αὐτόθι νάσσατο παῖδας, sed Theocriti editores novissimi XXV. 154. λιπόντε καταυτόθι ἀγρούς praetulerunt disjuncto, et Koechly Quint. XII. 348. adeo contra codd. καταυτόθι μίμνον scripsit. Rectene an secus vix quisquam arbitrabitur; neque certius est primitivum Od. X. 567. ἑζόμενοι δὲ κατ' αὖθι, Apoll. II. 528. κατ' αὖθι μίμνον. Ubi vero nullum intercedit ejusmodi verbum quod cum praepositione apte componi possit, merito probatur conjunctio: καταυτόθι τέτμον ἄνακτα Apoll. IV. 537. καταυτόθι δράγματα κεῖται Quint. III. 376. κεῖτο παραυτόθι VI. 440. idemque convenit Il. XXI. 344. νεκροὶ οἵ ῥα κατ' αὐτόθ' ἅλις ἔσαν, quibus omnibus locis codd. et edd. variant. Οἱ ἐν αὐτόθι ἄνδρες, quo Schol. Apoll. II. 965. utitur, Schaeferus p. 200. hoc uno exemplo non satis firmatum putat. Ceterum αὐτόθι et αὐτόθεν a τηλόθεν, τηλόθι et similibus differunt eo quod a casualibus derivata sunt ut οὐρανόθεν, Τροίηθεν. Haec a praepositionibus, quas subsequuntur, ubique disjuncta legimus non solum homerica sed etiam ἐκ πρώραθεν Theocr. XXVII. 11. ἀπὸ πρώραθεν Quint. XIV. 378. ἀπ' οὐρανόθεν Orph. Lith. 240. ἐκ Διόθεν Hes. Opp. 763. ἐξ Ἀργόθεν Soph. ἐκ παιδόθεν Julian. Epist. LXXVII.

145.[7]) In his praepositionem abundare contendit Antiatticista Bekk. 93, 10. quum dicit ἔκποθεν et ἐξ οὐρανόθεν sic ut alia multa περιττὰς ἔχειν τὰς προθέσεις, et utrumque disclusisse videtur sicut Herodianus Il. XVI. 669. ἀπὸ πρὸ φέρων ita scribi jubet ut praepositio prior cum verbo continuetur, ἐπεὶ πολλή ἐστι παρέλκουσα ἡ πρό, et Schol. Od. XVI. 10. ποδῶν δ' ὑπὸ δοῦπον ἀκούω — παρέλκει ἡ πρόθεσις. Apollonius vero, qui ut Ἴδηθεν pro Ἴδης sic ἐξ οὐρανόθεν pro ἐξ οὐρανοῦ positum eodemque modo ἐγγύθεν, σχεδόθεν aliquando primitivorum loco positum dicit κατὰ παρολκὴν ποιητικήν Adv. p. 598, 27. p. 622, 3. sive ut 608, 30. ait οὐ λεκτικῶς προςεληλυθέναι, ἐν δὲ μόνον παραγωγῇ, non dubium habuit syllabam θεν paragogicam, praepositionem autem significabilem esse et propterea eam a nomine disparasse videtur, quod poscit inversio Ἐπιδαυρόθεν ἄπο Pind. Nem. III. 145. ut οὐρανόθι πρό. Sic vulgo scribuntur quae ab adjectivis fluxerunt ἀπὸ μακρόθεν, quo Chrysippus aliique hujus notae usi sunt v. ad Phr. 46.[8]) ἐξ ἑτέρωθεν Theocr. XXII. 91. ἐν δ' ἑτέρωθι Theodot. in Euseb. Pr. Ev. IX. 17, 426. C. ἐπὶ μεσσόθι ζώνης Oppian. Cyn. I. 92. εἰς ἑτέρωσε Apollon. IV. 1315. a quo dissident ἐπιπροτέρωσε Il. 940. sed id quoque in Codd. et Edd. nonnullis dirimitur, παραυτόθε quod Suidas ex Arriano affert, παρεκατέρωθεν Nicol. Progymn. in Rhetorr. Gr. T. I. 299, 16. et ἐξομόθεν πεφυώς Od. V. 477. quod Wolfius dissolvit hoc majore ratione quia praepositio ad verbum referri potest ut ἐξ ἐμέθεν γεγαώς. Haec igitur, quibus origo a nominibus, regula, cui ἐξόπισθεν et similia subjecta sunt, eximi oportet. Illa vero de syllabae θεν usu paragogico uno nititur fundamento pronominum personalium et paucorum poetice productorum ἄνευθε, ἄτερθε [9]), in localibus vero istis, quibus Apollonius utitur, significatio oblitescit duntaxat.

---

7) Praepositionem ab adverbio longissime disjunxit Quintus V. 108. ἐκ δὲ κεραυνοὶ ἐξεχέοντο οὐρανόθεν.

8) Εἴσομαι δ' ἐξ ἄλλοθεν Apollon. Adv. 623. vitiose scriptum est pro ἐξ ἀλόθεν Il. XXI. 33.

9) Ἄνευθε Epim. I. 40. ἐπεκτεταμένον vocatur sicut ὕπαιθα Il.

berentur; cujus rei exemplum praesentissimum est pervulgatum illud προςέτι τούτοις, pro quo aut ἔτι πρὸς τούτοις dicendum erat aut πρὸς τούτοις ἔτι, sed ubivis προςέτι legitur similiterque ἐξέτι τούτων quum apud carminum scriptores, quos Spiznerus Obss. ad Quint. 248. et Jacobsius ad Anth. 848. nominant, tum in soluto sermone v. ad Phr. 48. Jacobs. ad Aelian. 194. Perpetua est inter εἰςαεί et εἰς ἀεί conflictio, nec patescit discrimen nisi forte conjunctio praeferenda est ubi nihil amplius quam simplex ἀεί significatur ut Soph. Aj. 343. τὸν εἰςαεὶ χρόνον λειτήσει, disjunctio vero in hujusmodi verborum complexu κτῆμα εἰς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα.

§. 5. Jam fere absolutis quae χρόνον γενικόν sive ἀόριστον significant, sequuntur τὰ μερικά. Primum duo illa a Phrynicho relegata ἀπόπαλαι et ἔκπαλαι, quae accentus a dissociatione vindicat, tertiumque quod Lucianus adjungit eadem nota inustum ἐκπέρυσι, sed similiter composito προπέρυσι Atticae eloquentiae principes utuntur Phryn. 42. unde Comicorum aliqui πρωπέρυσι produxerunt, idque certum praebet synthesis indicium, nam πρό nunquam protenditur nisi in composito πρωτέλειος i. q. προτελής, derivato autem πρωτερικός rectius subscribitur vocalis quae in πρωίκαρπος, πρωίτερος adscribitur. Ejusdem generis sed minoris dignationis et contrarie scripta sunt ἀπὸ πρωί a mane Joseph. Antt. XIII. 4, 641. Athen. XII. 526. B. Joann. Lyd. de Mens. IV. 7. p. 158. (62.) Geoponn. XIX. 17, 1251. ἀπὸ πρωίθεν Epiphan. de Pond. et Mens. III. 161. A. et hoc eodem loco ἀπὸ ἕωθεν ἕως ἑσπέρας, pro quibus apud eos qui emendate loquuti sunt unum ἕωθεν legitur. Neque aliter ἀπὸ νῦν Anth. VI. 41. XI. 166. Antiatt. Bekk. 79, 30. quod elegantius dicitur ἀπὸ τοῦ νῦν, εἰς νῦν (*ad nunc* Hand. Tursell. IV. 343.) Plat. Tim. 20. B. Aelian. H. Ann. IV, 42. utrumque sine ullo, quoad constet, librorum dissidio, ἀπ᾽ ἄρτι in N. T. quod Vulgatus interpretatur *a modo*, εἰς ὀψέ Thucyd. Demosth. (Phr. 47.) quo longe posterius in conspectum veniunt diverse scripta κατοψέ, ἀποψέ et προςοψέ. Sciscitantibus autem quaenam hujus sit discrepantiae ratio ille

qui illustre ad hanc causam vestibulum fecit, nimis obscure respondet ac reapse se δύςκολον praebet. Adstipulatur enim eorum sententiae qui praepositiones cum adverbiis componi dixissent, sed eam accurate demonstratam esse negat; id autem necessarium fuisse ad circumscriptionem τῶν διισταζομένων hoc exemplo probat: τί γὰρ μᾶλλόν ἐστι τὸ ἀπὸ ὀψέ τά τε ὅμοια δύο μέρη ἤπερ ἕν. Quomodo viri docti haec verba corrigenda putaverint supra dixi; equidem omnia sarta et tecta conservo sententiamque in hanc partem accipio, esse quaedam ambigua velut ἀποψέ, quod si nihil amplius quam simplex ὀψέ significet hyphen scribendum esse, contra vero si praepositio vel verbum vel nomen ex se religatum habeat ad hunc modum ἀγὼν γὰρ ἀπ' ὀψὲ τελέσθη vel Βοώτεω ἀπ' ὀψὲ δύοντος ut Aratus dixit 585. ἐπ' ὀψὲ δύοντι Βοώτῃ. Testem quidem hujus tmesis nullum citare possum sed quin poetarum aliquis aliquid hujusmodi dixerit, non dubium habeo et huc Apollonium animum retulisse arbitror quum diceret particulam istam pro contextu verborum diverse scribi. Aliud hujus dittographiae exemplum ipse subjicit c. I. 304. τῆς αὐτῆς ἔχεται ἀμφιβολίας ἀποψέ, ἀποδίς. Quippe id quoque aliter scribi oportet si praepositio ex supervacaneo addita est sicut multae quas Grammatici pleonasmi nomine celebrant, aliter si ad nomen appositum pertinet velut ἀπὸ δὶς ἑπτὰ παίδων.

Ad vicinitatem pleonasmi descendunt praeverbia quae significationem habent adverbio, quicum devincta sunt, consimilem πάρεγγυς, ἐπισχεδόν, σύναμα. Omissae enim non desiderantur, additae aliquid ad emphasin conferunt; quod significare videtur Photius Παραυτίκα ἔγγιόν τι τοῦ αὐτίκα σημαίνει καὶ ὑπογυιότερον et quod ad nomina attinet Schol. Od. IV. 386. ὑποδμώς ὑποτεταγμένος θεράπων— ἔμφασιν γὰρ ἔχει ἡ ὑπό, alius vero h. l. sic ut Arcadius 93, 23. et EM. 135. 36. eam παρέλκειν arbitratur, idemque convenit ad alia nomina verbaque quibus praepositiones vi quadam quasi sympathiae se applicuerunt v. Parall. 386. Sic igitur ἔκπαλαι, quod Phrynichus pro ἐκ παλαιοῦ usurpari refert, quantum differat a πάλαι, res est ante oculos

posita; πρόπαλαι vero, quod eodem accentu scribitur tanquam vere syntheton ut a Joanne nominatur 36, 22. non πρὸ παλαιοῦ significat sed *olim* ut προπάροιθεν pro πάροιθεν κατ' ἀναδιπλασιασμόν Epim. I. 356. 23. et in Apoll. IV. 520. Κεραύνια κικλήσκονται ἐκτόθεν ἐξότε — ἀπέτραπον et Callim. in Apoll. 47. Νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κείνου ἐξότε — ἔτρεφεν ἵππους[11]) quam non necessaria sit particula, apparet ex homerico ἐξέτι κείνου ὅτε v. §. 1. Par atque una est ratio adverbiorum μετέπειτα (μεθ' ὕστερον), μεταῦθις, μετόπισθε, nam haec quoque constant e vocabulis parallelis, ideoque non recipiunt intra se articulum qui si inseritur, praepositio vim suam propriam recuperat, sed obscuratur rursus si dicitur εἰςαῦθις λέγω. Atque hac tenui prosodiae inclinatione, si opus videatur, distingui possunt εἰςοπίσω (ἐχάζετο) ubi nihil amplius quam ὀπίσω significat, et εἰς ὀπίσω proprie dictum pro εἰς τὸ ὀπίσω, qua ex ratione in Schol. Dion. 755, 31. pro ἀποκάτω ἀρχόμενοι τὴν χεῖρα ἐπὶ τὰ ἄνω μέρη προφέρομεν scribendum esset ἀπὸ (τοῦ) κάτω. Sed hoc tamen discrimen minutius est quam ut a librariis custoditum credam ac si qua appareant commutatae cum intellectu scripturae vestigia, id casu magis quam certo consilio accidisse arbitror. Ab utraque connexionis ratione differt tertia, in qua praepositio neque tota redundat neque ad vocabulum declinabile referri potest sed adverbium sibi proximum quasi casum regit velut si quis ita loquutus est ἡ μάχη ἀποψὲ ἤρξατο a sero (diei), cujus constructionis testes abunde sunt: εἰς ὀψέ (ut εἰς νύκτα), ἀπὸ πρωί, ἀπὸ νῦν, ἀπ' ἐχθές in Anth. XI. 35. τρεῖς μναῖ ἦσαν ἀπ' ἐχθὲς ἔτι *tres minae supererant de coena hesterna*, eodem-

---

11) Consimili pleonasmo usus Heliodorus III. 5. 117. praepositionem temporalem adjungit relativo ἠσχολούμην ἐξ ἐκείνου ἐξ οὗπερ ὁ χρησμὸς ᾔδετο, *ex illo tempore ex quo* pro simplici *quo*; causalem Aelianus H. Ann. I. 23. ἐξ ὧν ποθοῦσιν, ἐκ τούτων ἁλίσκονται, aliam Isocrates Antid. 187. (93.) πρὸς τοῦτο πεφύκασι καλῶς πρὸς ὃ ἂν προῃρημένοι τυγχάνωσι. Conversis partibus Demosth. Phil. III. 115. (p. 103, 19 Bekk.) ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνεῖλε Φωκέας, ἀπὸ ταύτης αὐτὸν πολεμεῖν ὁρίζομαι.

que modo πρὸ χθές potius quam ut Apollonius c. XI. 340. et hodie Graeci solent προχθές scribendum esse probat altera forma ex duabus partibus conflata προυχθές (ut προὔργου) quo non simplex ἐχθές significari videtur sed nudius tertius; veteres vero neutrum receperunt sed χθὲς καὶ πρότρειτα dicunt vel χθὲς καὶ πρώην. Illi simile sed multo illustrius est προπέρυσι, quod distrahere veremur obsequio moris inveterati — τῇ γὰρ μακρᾷ συνηθείᾳ οὐ δυνάμεθα ἀντιτάξασθαι Schol. Dion. 718, 10. Ea omnia Apollonius inconstantiae impatiens exceptis quibusdam amphibolis ad unam redegit speciem addita fortasse uberiore expositione quam aut librarii, ut multa, reciderunt aut ipse in alium locum rejicere maluit.

§. 6. Verum ab hoc loco, qui nunc est in manibus, pedem referre non possum quin aliquid de adverbiis numeralibus adjiciam, quorum mentionem infert Apollonius. Ἀποδίς et quod in C. XI. 339. strictim modo attigit ἀποτρίς, quo loco reperiantur ignoramus sed legimus sane εἰς δίς (χειμὼν ἐπιγίγνεται) Appian. Mithr. c. 78. et multo crebrius εἰς τρίς Xen. Anab. IV. 2. (4.) 16. Theophr. H. Pl. IX. 8, 7. Paus. IX. 34. Lucian. Philops. c. 12. Athen. XV. 701. E. nusquam vero ἐςτρίς, quod in Pind. Ol. II. 68. (124.) Pyth. IV. 61. (109.) a Boeckhio ejusque successoribus editum est sublato syllabarum intervallo quo solo appositum a composito discerni potest, nam accentus non migrat; sed appositionis signum dat tenor duplex adverbii ἐπὶ τρίς Diosc. Eup. II. 20, 233. Mat. V. c. 87, 750. c. 102, 766. His omnibus fere locis si simplex τρίς scriptum esset, nemo quidquam de integritate sententiae delibatum putaret, ideoque Apollonium haec quoque synthesi subjecisse suspicor, eos vero qui praepositiones non temere adjectas esse sed progressionem adusque tertium significare censerent, illa non aliter et enuntiasse et scripsisse quam εἰς ἔτος, εἰς τέλος etc. non solum librarios sed etiam magnam partem scriptorum qui canonem Apollonianum aut ignorarent aut scholae relinquendum ducerent. Duo ab his numeralibus derivata scripturae momento distinguit Joannes p. 23. διὰ τρίχα οὐ συνθέτως ὡς διάνδιχα. Com-

positum *διάτριχα* jure rejicit Spitznerus ad Il. II. 655. praepositionem cum verbo jungens, quod ad omnes locos convenit; *διάνδιχα* sic ut *ἄνδιχα* nunquam discerpitur nisi per paremptosin *διὰ δ' ἄνδιχα* Hes. Opp. 23. Numeralium primum cum praepositionibus pluribus connectitur scriptura duplici: *ἐςάπαξ*, *ἐφάπαξ*, *καθάπαξ*, et persaepe compage soluta v. Interpr. ad Aesch. Prom. 750. (775.) sine ullo ad nostrum quidem sensum discrimine nisi quod in hujusmodi oratione *ἀπειπὼν εἰς ἅπαξ μὴ βαδίζειν πρὸς αὐτόν* id est *semel in perpetuum* Liban. contra Luc. 206. T. III. vel *ὁ ποιητὴς οὐκ εἰς ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινὸν ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ* *non semel sed saepius* Longin. X. 6. etc. disjunctio convenientior videtur quam ubi cum simplici *ἅπαξ* commutari potest ut *εἰς ἅπαξ καὶ δεύτερον* semel iterumque Heliod. VI. 6. 262. quod alibi sine praepositione dicitur *ἅπαξ καὶ δεύτερον πληγείς* Memn. Hist. XLIX. 70. *προηττημένοι οὐκ εἰς ἅπαξ* Dion. Chr. XI. 357. *ἐφάπαξ* et *καθάπαξ* divulsa non legimus, sed novitium *προςάπαξ* Paul. Aeg. I. 40, 189. idem *πρὸς ἅπαξ* scribitur Alex. Trall. III. 7, 292. *συνάπαξ* in loco non satis lucido Galen. de Adm. Anat. L. III. c. 5. p. 381. T. II. — Duorum congregativorum quae Schol. Dion. p. 948, 23. diversis attribuit generibus, *τὸ μὲν ἅμα χρονικόν, τὸ δ' ὁμοῦ τοπικόν*, hoc alterum ad nostram causam nihil confert, sed *ἅμα* si ex affini *ἅπαξ* (v. Diss. II. P. I. c. 3. §. 5. fin.) aestimamus, numeralibus accedet. Huic praepositio ejusdem potestatis nunc postponitur *ἅμα σὺν Βάκχαις* Eur. Ion. 718. nunc anteponitur accentu sub uno idque modo absolute, saepius addito dativo sed neutrum constanti scriptura *σὺν ἅμα πολλοὶ τὰς τρικυμίας διεξιόντες* Lucian. de Merc. Cond. §. 1. *πλουσιώτερος σὺν ἅμα Κροίσων ἑκκαίδεκα* Timon. §. 23. *σὺν ἅμα πάντων διειλεγμένων* Harm. §. 3. quibus locis alii *σύναμα* scribunt; cum dativo *ταῖς δὲ — ταῦροι συνάμ' ἐστιχόωντο* Theocr. XXV. 126. ubi in cod. Vat. *σὺν ἅμ'*, in Edd. novissimis *σύναμ'* scriptum est, sed illo modo *ὅτῳ σὺν ἅμ' ἕσπετο πέτρῃ* Anth. VII. 9. atque adeo in soluto sermone *σὺν ἅμα τῷ ἰδεῖν* Sext. c. Eth. 720. (577.) quod non defen-

ditur interventione poetis crebra *σὺν τέκνοις ἅμ' ἑσπόμην* Eur. Med. 1134. *σὺν ἐμὶν ἅμα* Theocr. XI. 65. *σὺν δ' ἅμα* Anth. IV. 1, 27. ideoque a Bekkero correctum est *σύναμα*. Pro *εἰς ἅμα* Theocr. XX. 39. cujus consponsor nullus, nonnulli *εἰς ἕνα* vel *εἰς ἓν* scribi jubent; notius est *εἰν ἑνί* i. q. *ὁμοῦ* v. Jacobs. ad Anth. V, 293, 12.

§. 7. Accentus in hac tota causa momenta exigua sunt. Nam in synthetis quidem retrahitur ex regula communi: *σύνεγγυς κατὰ πρόθεσιν συγκείμενον προπαροξύνεται* Theogn. Can. 164. persaepe autem locum non mutat aut quia praepositio abundat, qua ratione ductus Apollonius 596. *ἐναγχός* eodem tono quo *ἀγχός* notandum putat, Joannes vero 38. Epim. I. 344. et Moschop. Sched. 19. accentum in tertia ante ultimam ponunt quomodo vulgo et hoc scribitur et *προςέναγχος*, quod semel inventum habemus; aut quia character obstat ut *παραυτίκα*, *παραυτόθι*, *ἐπισχεδόν*, *διαμφίς*, *διαμπερές*, *ἀποτηλοῦ*, *καταντικρύ*, nam sic terminata aut ultimam habent acutam aut ultimae proximam; et qui *ἀπαρτί* scripserunt fortasse exemplum verbalium *ἐγερτί*, *ἐγρηγορτί* etc. sequuti sunt. Sic etiam *ἀνεκάς* Apollonius 570. ab Atticis male *ἄνεκας* scribi argumentatur ex oxytonesi homophonorum; quin cum *ἑκάς* compositum putaverit, non dubitandum videtur, licet significatio aliquantum discrepet. Illa autem atticae tonosis tam praecisa recusatio non dubium relinquit quin ille tralaticiis accentibus non tantum auctoritatis adjunxerit ut propterea a synthesi recederet. — Contrariam huic diastasin interpositione non probari ostendunt exempla plurima *διὰ δ' ἄνδιχα*, *ἐκ δ' ὀνομακλήδην*, *κατὰ τὸ ἑξῆς*, *ἐκ τῶν ἐπιπολῆς* Arist. Probl. XXVII. 10. et quod Aeschylus dixit triplicato pleonasmo *μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ* Eum. 492. (475.) Sed pergam conficere reliquum iter.

§. 8. Genere quarto continentur adverbia qualitatis, quorum alia ex se orta, alia a nominibus derivata sunt. Illuc pertinent *ἐπὶ δήν* Apollon. Nonn. XXIII. 11. Silent. Soph. 154. *μετὰ δηθά* Apoll. *εἰς ἅλις* (*λειμῶνες θαλέθουσι*) Theocr. XXII. 17. et diverse scriptum *ἐπίπαγχυ* XVII. 104. (vett. Edd. *ἔπι πάγχυ*) quibus in locis praepositio

ad sensum nihil confert sed in Hes. Opp. 264. et Maneth. VI. 288. ἐπὶ πάγχυ sequente verbo cui adaptari potest. Fixa vero est compositio eorum quae consuetudo quotidiana suscepit; primum illud quod Schol. Dion. p. 925, 13. designat πρόθεσις ἐν ἐπιῤῥήματι κατὰ σύνθεσίν ἐστιν οἷον ὑπέρευγε, ὑπέρευ, cujus altera pars natura adjectivum esse putatur indeclinabile παρὰ τὸ ἐΰς EM. Atque haec a nominibus defectivis et obsoletis derivatio non abhorret ab Apollonii conjectura ἐξαίφνης ex ἐξ ἀφανίας factum esse κατ' ἐπιῤῥηματικὴν σύνταξιν ὡς τὸ ἐξαυτῆς p. 341. cui supra apposui ἐφεξῆς, καθεξῆς et παρεξῆς tanquam cum genitivo funditus abolito ἑξῆς copulata Diss. III. c. 2. §. 5. Clariora hujus denominativi generis vestigia commonstrant alii. Primum Joannes p. 29. ἔστι τινὰ παρ' αἰτιατικῆς γεγονότα οἷον τὸ πέραν καὶ μετὰ προθέσεως ἀντιπέραν καὶ ἀπὸ δοτικῆς πέρα. Tum EM. 266, 18. δηρὸν ὀνοματικὸν ἐπίῤῥημα ὥςπερ πέραν et Eustathius 306, 24. πέραν ἐστὶν ἐπίῤῥημα μεταληφθὲν ἀπὸ θηλυκῆς αἰτιακῆς· πέρα γὰρ ἡ γῆ κατὰ γλῶσσαν ὅθεν ἡ περαία παράγεται et Schol. Thuc. I. 100. ἀντιπέρας παροξυτόνως· ὄνομα γάρ ἐστι θηλυκὸν γενικῆς πτώσεως σύνθετον. Accusativi in adverbium conversi exemplum adjicit Zonaras 1338. μάτην ἀντὶ τοῦ ματαίως ἀπὸ θηλυκοῦ εἰς ἐπίῤῥημα, plura Joannes ipse l. c. καὶ τὸ πρώην παρ' αἰτιατικὴν σχηματίζουσι καὶ τὸ ἄκην καὶ τὸ ἀκμήν. Coraes vero Prodr. Ael. p. 48 sq. praeter hoc etiam ἄγαν ab ἄγη declinatum putat et ἄδην sive ἄδην ab inusitata ἀδή *satietas*. Horum autem nonnullis praepositiones accedunt ἀντιπέρας, ἀντιπέραν et quod minus auctoritatis habet ἀντιπέρα, cumque duabus praepositionibus κατ' ἀντιπέραν Polyb. IX. 42, 11. quod nuper Xenophonti et Luciano restitutum est; cum una diversae relationis praepositione ἐκ πέραν τοῦ χειμάῤῥου I. Maccab. V. 37. quod qui ita scripsit, πέραν pro adverbio habuit ut λίαν, cui nullum antecedit nomen sed praemittitur tamen praepositio εἰς λίαν Longin. XLVII. §. 1. p. 142. ὑπὲρ λίαν in N. T. et Eust. 1396, 42. nec mihi persuasum est eos qui ὑπεράγαν usurparunt ut Aelian. II. Ann. III. 38. (unus cod. ὑπὲρ ἄγαν) Diog. III. 26.

ὑπὲρ μὲν ἄγαν Eur. hunc accusativum putasse nominis prisci ἄγη, quod raro ultra primum casum declinatur. Εἰς μάτην legimus apud scriptores sacros et paucos profanorum, de quibus eadem dubitatio utrum μάτην natura adverbium esse crediderint an accusativum suspensum a praepositione plerumque omissa sicut χάριν pro εἰς χάριν dici judicent non solum de vulgo Grammatici sed Apollonius ipse Adv. 514.

Verum illa de adverbiorum ortu nominali suspicio vagatur latius. Etenim si substantivum ἄντη, cujus vestigia quaedam in obscuris regionibus indagavimus Techn. 259. jam inde antiquitus percrebuit, hujus quasi residuum habemus casum quartum ἄντην, quod Epim. I. 39, 32. parum probabiliter a verbo ἀντῶ arcessit. Substantivi usitati species prisca apparet in homerico κατ' ἄντηστιν θεμένη δίφρον (Parall. 442.) quod ante Wolfium κατάντηστιν scribebatur v. c. III. §. 4. quia idem significat quod adverbia ἄντα et ἄντην. Et haec quoque annectuntur praepositionibus; κατάντην usurpavit Themistius Or. XIII. 168. B. (206.) ubi describit aquas quae e longinquo per montes perfossos superque valles arcuato opere tectas in urbem deducuntur αἱ μὲν τὸν αἰθέρα ὑψοῦ διαπτᾶσαι, αἱ δὲ ὑποδραμοῦσαι ἠλιβάτους πρῶνας πλεῖν ἢ χιλίους σταδίους ἄναντα καὶ κάταντα, οὔτε ἄντην οὔτε κατάντην διαδραμοῦσαι hoc est aequo libramento per acclivia et declivia profluentes. Hic igitur ἄντην pro ἄναντα *sursum* positum est, κατάντην pro κάταντα ut Oppianus dixit πρὸς κάταντα Cyn. IV. 427. Aliam praepositionem adjunxit Homerus Od. V. 217. ἀκιδνος εἴσαντα ἰδέσθαι vel ut prius vulgabatur εἰς ἄντα, quod Schol. Harl. Aristarcho tribuit, αἱ δὲ κοινότεραι εἰς ὦπα. Hoc autem magis cum κατένωπα convenit quod veteres varie explicant v. Diss. II. P. I. c. 3. §. 2. Lehrsius Arist. 311. adverbium esse putat ut καταῦθι. — Ad nomina secundae declinationis accedentibus primum offertur περικύκλῳ, quod Apollonius cum ἐπάνω adaequat tanquam syntheton; nam simplex κύκλῳ adverbium esse praedicat ὁμόφωνον τῇ δοτικῇ et quod prorsus incredibile est πόρρω tanquam dativum nominis πόρος

Adv. 578. eaque inter ὀνόματα ἐπιῤῥηματικά refert ut ἰδίᾳ, πυκνά Synt. II. 18, 114. (109.) Verum justa aestimatione κύκλῳ purus putus est dativus ut δρόμῳ cursim, χρόνῳ sero, κεφαλαίῳ summatim, etsi nonnunquam adverbii significationem habet ut ἡ κύκλῳ κίνησις etc. ideoque nominatim distinguitur ab adverbiis, quibus iota non subscribitur ut πόῤῥω, ἄφνω EM. 544, 12. Syntheton illud legitur in Plut. Amat. X. 755. A. οἴχεται περικύκλῳ δραμόντες, eodemque modo Winckelmannus ad h. l. p. 143. in Plat. Phaed. 112. E. scribendum censet Ὠκεανὸς περικύκλῳ ῥέων pro περὶ κύκλῳ. Vulgatum si retinemus praepositio aut pro adverbio posita est ut κύκλῳ πέριξ ἔθεινον circumcirca Aesch. Pers. 418.[12]) aut tmesi a verbo sejuncta ut περὶ κάτω τραπήσεται ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω Phot. sic enim codd. h. l. et apud Athen. exhibent v. Meinek. Com. Vol. II. 776. vulgo autem περικάτω scribitur ut προςέτι ζημιωθήσεται quod una voce dici potest προςζημιωθήσεται adverbio vel anteposito vel postposito. Ambiguitas in utraque scriptura eadem est; nam περὶ κύκλῳ si seorsum audiatur circa orbem significare potest ut ἐν κύκλῳ in orbe, περικύκλῳ autem nihil differt a dativo substantivi περίκυκλος. Sed apposito verbo praestat disjunctio, qua tmesis indicatur; nec enim cum προςέτι conferendum est quod persaepe nullum juxta se verbum habet. Dativis nominum localium in adverbia versis praepositionem addi insolitum est, recteque judicat Meinekius Del. 189. ἐν Ἰσθμοῖ aut a librariis corruptum aut si qui recentiorum sic scripserint eos dissimili ἐν Πυθοῖ deceptos esse id quod Hemsterhusio accidit quum apud Paus. 1. 3, 2. ἐν Ποταμοῖ corrigeret ad exemplum nominis tritocliti ἐν Φρεαττοῖ et deinceps Schaefero ad Apollon. 213. itemque Ahrensio quum ἐν Πριανσιοῖ (quod potius Πριανσίοις scribendum) contenderet cum simplici οἴκοι, pro quo ἐν

12) Pleonasmos cumulat Orph. Lith. 358. ἀμφὶ δέ μιν κύκλῳ περί τ' ἀμφί τε πάντοθεν ἶνες—τανύονται, ubi Hermannus tacite πέρι scripsit ut adverbium significaret, puto. Sic etiam nonnulli Homerum γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν pro πέριξ posuisse statuerunt sed accentum tamen nemo mutandum putavit Apoll. Synt. 311.

Hace dici Apollonius definite negat. Nominibus feminini generis, quae cum intellectu adverbiali syllabam σι assumunt, saepius praepositionem affictam videmus subscripto insuper iota ἐν Ἀθήνῃσιν, ἐν Θήβῃσιν[13]) sed ea merito adjicitur v. Fix. in Thes. T. I. 832. Quae restant syllabae paragogicae σε, ζε et δε, earum duae in usu obviae nullo pleonasmo illo sejunctae sunt; tertiam poetae extrinsecus adjecerunt: μετὰ νῆάδε Apollon. IV. 1768. et ποταμοί δέ τ' εἰς ἅλαδε προρέουσι Od. X. 351. ut Aristarchus quidem scripsit a Zenodoto dissentiens. Hoc attigit Eustathius 1661, 53. ἐν τῷ εἰς ἅλαδε περιττῶς κεῖται ἢ τὸ εἰς ἢ τὸ δὲ διὰ τὸ ἐκ παραλλήλου κεῖσθαι ὡς τὸ ὅνδε δόμονδε, quod genus accusativos plerique epectasi auctos putant. — Μᾶλλον sive dorice μάλιον si ad θᾶσσον, βάσσον referimus, adjectivum videri potest, quo nomine vindicatur ἐπὶ μᾶλλον sat antiquis auctoribus vulgatum v. Jacobs. ad Philostr. 668. sed pro ἐπὶ μάλιστα Themist. Or. IV. 57. A. ἐς μάλιστα (ad Phr. 48.) veteres uno modo τὰ μάλιστα, nemo ἐς μάλα vel ἐπὶ μάλα. Πάμπαν etsi ab Apollonio Adv. 569, 10. et aliis adverbium nominatur tamen quia natura substantivum est praepositionem recipit ἐς πάμπαν[14]). Adjectivi ἐπιτηδής nullum vestigium superest praeter neutrum quod propter significationem a Schol. Il. I. 142. ἐπίῤῥημα ὀνοματικόν vocatur; cum hoc autem compositum est ἐξεπίτηδες. Componuntur vero etiam quae natura sunt adverbia, sed per parathesin; primum verbalia: κατὰ συστάδην μάχεσθαι Theophyl. Sim. Hist. VII. 2, 167. in Exc. Legg. ἡ κατὰ συστάδην χειρονομία Heliod. IX. 16. quod reprehendit Coraes p. 302. τὴν πόλιν ἐς

13) EM. 25, 12. τὸ Ἀθήνησι, Θήβησι ὤφειλε χωρὶς τοῦ ι γράφεσθαι ἀλλὰ γράφεται σὺν τῷ ι διὰ τὸ συνεμπεσεῖν ταῖς τοιαύταις ἰωνικαῖς δοτικαῖς· sed improbatur 450, 34. Θήβησι ὅτε μὲν ἔχει τὴν πρόθεσιν δοτική ἐστιν, ὅτε δὲ χωρὶς αὐτῆς, τότε ἐπίῤῥημα.

14) Quod Schneiderus edidit Opp. Cyn. II. 348. ἀμφαγαπαζόμενοι περὶ δὴ περίπαμπαν ἔχουσι a Lehrsio emendatum est περὶ πάμπαν id est πάνυ περιέχουσι sive περιέπουσι· quemadmodum autem Aristophanes πάνυ πάμπαν junxit sic ille antecedens περί id est περισσῶς praemisit.

ἄρδην ἐξελεῖν IX. 2, 350. quod idem nove dictum censet; διὰ τοῦ κατ᾽ ἀποτάδην λόγοι Olympiod. in Alcib. p. 160. ed. Creuz. et Hermias in Phaedr. 184. Duas praepositiones geminant sed diverso nexu ἐξαναφανδόν homericum et εἰς ἀναφανδόν, quorum illud nihil differt a simplici (ἐρέω δέ τοι ἐξαναφανδόν) altero Quintus utitur εἰς ἀναφανδὸν ἱκέσθαι pro communi εἰς τοὐμφανὲς ἥκειν praepositione partes suas gnaviter tuente; neque reperitur verbum εἰςαναφαίνω unde derivatum dici possit; sed prius parasyntheton est ab ἐξαναφαίνω ut συλλέγδην, ἐναλλάγδην etc. v. Diss. III. c. I. §. 2. cui generi Apollonius Adv. 611, 28. applicat ὄπτω ὄβδην καὶ ἐςόβδην similiaque Herodianus cum πλέκω πλέγδην περιπλέγδην componit Mon. 97. ubi cod. ἐς ὄβδην. Et καταμελεϊστί quoque Aratum v. 624. a verbo ficto καταμελεΐζω derivasse Buttmannus censet sed apud Homerum διὰ μελεϊστὶ ταμών scribendum esse assentitur Vossio. Eadem est distinctio paronymorum. Contra eos qui Il. XVI. 548. κατ᾽ ἄκρηθεν (λάβε πένθος) scriberent Herodianus ad probandam Aristarchi lectionem κατὰ κρῆθεν affert Hesiodi verba Sc. 7. κατὰ κρῆθεν βλεφάρων τ᾽ ἄπο, praetermittens alium hujus poetae locum Th. 574. in quo Codd. et Edd. consentiunt, κατὰ κρῆθεν δὲ καλύπτρην κατέσχεθε, praetermisit autem propterea quia hic ἄκρηθεν non minus convenit quam κρῆθεν, in altero autem sententiae tenor ita fert ut ante partem (βλέφαρα) nominetur totum (κάρη) idemque apud Suidan Κατακρῆθεν ἀπὸ κεφαλῆς praestat scripturae quam Bernhardy e codd. recepit κατάκρηθεν. In Od. XI. 588. Edd. vett. δένδρεα κατακρῆθεν χέε καρπόν Bekkerus edidit κατὰ κρῆθεν, Wolfius minus recte κατάκρηθεν· nam ἄκρη pro κάρα vix invenitur, neque id persuadet Sch. Od. V. 313. hic κατ᾽ ἄκρης positum esse κατὰ παράλειψιν τῆς κεφαλῆς, multoque minus probati sunt qui Il. XIII. 772. Ἴλιος, ὤλετο κατ᾽ ἄκρης scripserunt κρῆς μονοσυλλάβως ἐπεὶ καὶ κρῆθεν φησί, sed verba medietatis excludit Epim. I. 172. οὐδέν ἐστιν εἰς ως ἐπίῤῥημα σύνθετον, μάλιστα δὲ παρὰ πρόθεσιν, ὥςτε τὸ ἐπισμυγερῶς δύο δεῖ ποιεῖν μέρη παρελκούσης τῆς ἐπί, quem pleonasmum Herodianus ad Il. IX. 456. et huic

adverbio concedit et paulo post 516. simili ἐπιζαφελῶς· πάλιν προσέλκει ἢ ἐπί. Peccant igitur διαβραχέως, διαταχέως, quod ad Phr. p. 48. rejeci a Schaefero retentum ad Phal. Ep. XC. 283. et similia ad Phr. 247. notata.

Hactenus dictum est de vocabulis quae ab aliis orationis partibus incipiunt, in alias desinunt. Adverbia loci et temporis quae persaepe praepositionum loco cum suis similibus junguntur ἕως ὀψέ, μέχρι ὀψέ, μέχρι δεῦρο[15]) procul dubio ab omnibus uno eodemque modo scripta et ob eam rem ab Apollonio silentio praetermissa sunt. Neque admonitione egent adverbia qualitatis quae ἐκ παραλλήλου conseruntur λίαν πάνυ Parall. 62. σφόδρα πάνυ Phalar. Ep. II. p. 6. μάλα πάγχυ Od. XXII. 195. ἂψ ἐξαίσω παλίνορσα μεθερπύζει Orph. Lith. 421. δίχα τηλόθι Λέσβου Anth. VII. 376. tritumque illud πάλιν αὖ, εὐθὺς παραχρῆμα. Dubitabile est unum ex tribus dictionibus ambitiosius constructum quod Apollonius commemorat sed ob solum accentum Adv. 566. περισπᾶται τὸ οὐδαμῶς καὶ ἔτι παρ' Ἐπικούρῳ τὸ ἁμῶς γέ πως σημαῖνον κατά τινα τρόπον, quod saepe unum accentum habet et pariter quae ab eodem fonte diverso inter se flexu derivata sunt ἀμηγέπη, ἀμοθενγέποθεν, quibus Grammatici adjiciunt ἀμουγέπου, ἀμοιγέποι v. Bernhard. ad Suid. s. Ἀμηγέπη, eamque scripturam alteri praefert Schneiderus ad Civ. T. II. p. 112. et confirmat Zonaras p. 165. ἁμῶς ἐν συνθέσει ἁμωςγέπως. Aliis vero adverbiis particula enclitica in diastasi apponitur praecipue iis quae a dispertitivis derivata sunt ἄλλως πως, ἑτέρως πως et auctius ἑτέρως πως διαφόρως Aelian. V. H. III. 41. tum etiam adverbiis qualitatis θείως πως, ποικίλως πως, μάλα πως, μᾶλλόν πως v. Weisk. de Pleon. 170. tertio localibus ἄλλοθέν ποθεν Thuc. I. 35, 3. aliunde alicunde Lucr. V. 523. ὅθεν ποθέν Dio Chr. VII. 240. ὁπόθεν δήποθεν Klotz. ad Devar. II. 423. οὐδαμόθι ἑτέρωθι Herodot. ἄλλοθεν οὐδαμόθεν Demosth. ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ et ἄλλοσέ ποι Plat. pro ποσέ quod non reperi.

---

15) Ἀνεκάς aut sine ullo exemplari fictum aut non ita compositum est ut Erotianus dicit ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ ἐκάς.

Si vero supra dictis μᾶλλόν πως, ἑτέρως πως adhibemus dictiones ejusdem potestatis μᾶλλόν τι, διαφερόντως τι Thuc. I. 83, 3. aliaque in vulgus nota nihil probabilius est quam illa eadem conjunctione teneri quae est adverbio cum pronomine indefinito. Μεγάλως πως alicubi a me lectum esse non recordor, sive id fortuitum est sive quia pro eo se insinuavit synonymon μεγάλως τι ὠφέλιμον Plat. Charm. 171. D. μεγάλως τι ἐπῄνεσε, Lucian. pro Imagg. §. 19. Hic Jacobitzius, illo loco Stephanus μεγαλωστί scripserunt sed videndum ne album calculum errori adjecerint. Apollonius quidem p. 572. hoc et duo ejusdem figurae νεωστί et ἱερωστί simplicia esse censet similiaque adverbiis verbalibus in ιστι, φρυγιστί, δωριστί, nec tamen ejusdem originis sed ab adverbiis ducta ἐν προςθέσει τοῦ τι, quare ἠλογημένα appellat [16]). Huic autem adstipulatur Buttmannus Gramm. II. 454. tum propter accentum tum quia pronomen τί notionem adverbii antecedentis circumscribat et coangustet, quod contrarium esse homerico exemplo κεῖτο μέγας μεγαλωστί. Coangustandi vis quomodo pronomini indefinito adscribi possit parum assequor; scripturam ancipitem fuisse probatur etiam Suidae glossa, quam Bernhardy in marginem rejecit, ὥςπερ μεγάλως καὶ ἀττικῶς μεγαλωστί, οὕτω καὶ νέως νεωστί. Καί ἐστιν ὅμοιον τῷ οὕτω τοι (τι) εἰ καὶ βαρύνεται ἐκεῖνο, et Eust. 1086, 28. τὸ μεγαλωστί ἀπὸ τοῦ μεγάλως γέγονε πλεονάσαντος τοῦ τι ἐπεκτατικῶς ὡς καὶ ἐν τῷ οὕτι, οὕτω τι καὶ τοῖς ὁμοίοις. Sed natura procul dubio quatuor illa medietatis adverbia, quae per syllabas ωστι exeunt, e duabus constant partibus, eoque differunt ab imitativis in ιστι, quorum diversa origo et longe dispar intellectus. Quin Theognostus ipse Can. 160, 1. haec duo genera non permixte tractat sed unum post alterum. Ac μεγάλως τι in sermone attico et communi non aliter quam ut ratio poscit scriptum esse librorum indiciis probatur; quo accedit crebra parenthesis: ναὸς οὕτω δή τι μέγας ὥςτε Ῥωμαῖοι μεγάλως δή τι θαυμά-

16) Ἁπλωστί, quod Hermanno ad Aesch. Suppl. 447. in Choeph. 112. pro ἁπλῶς τε reponendum videtur, veteres Grammatici ignorant.

σαντές αὐτὸν — ἐκάλεσαν Paus. VII. 16, 3. quomodo idem dixit περισσῶς δή τι VIII. 9. et Themistius Or. XXI. 302. (346 D.) πάντως δή τι, tria autem reliqua vulgo hyphen scripta sunt hoc graviore ratione quia simplicia, quibus composita videri possint, non extant; nam νέως EM. 600, 55. ficticium est, ἱερῶς e Plut. V. Lyc. 27. nuper remotius, θηρίως prorsus non cognitum. Syntheta accentum individuorum in ιστι acceperunt quia haec infinitum quantum exsuperant. Haec agitantibus occurrit adverbii interrogativi cum eodem pronomine copulatio vel interrogativo vel infinito πῶς τί τοῦτ' εἴρηκας et πῶς τι τοῦτο λέγεις in Platonis locis varie scriptis, v. Stallbaum. ad Soph. 261. E. πῶς τι θράσους ἔχομεν Plut. V. Caes. LIV. v. Heindorf. ad Hipp. Maj. T. I. p. 166. Schaefer. ad Plut. Vol. V. 290. Illud Hermannus praefert ad Antig. Praef. p. VI. interrogationem duplicem esse ratus asyndeto vinctam *quid dicis* et *quomodo dicis* id est quo argumento et quem ad finem. Quae duplicatio sane non infrequens πόθεν μεθέπεις τίνα παρθένον Nonn. I. 118. ἐνθυμεῖσθε ὅθεν οἱ διέβη Dem. c. Aristocr. 673, 10. etc. v. ad Aj. p. 484. Sed mihi ut οὕτω τι sic etiam πῶς τι scribendum videtur, a quo perpaullum differunt sub uno accentu scripta ὁπωςτιοῦν et ὁπητιοῦν *aliquapiam*, quae Thomas tribuit Atticis. Postremo, ne quid obliviscamur, idem pronomen leniter inflexum subjungitur adverbio temporali; τὸ ἄττα ἐνίοτε ἐκ τοῦ περιττοῦ προςτίθεται — — χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται καὶ ὁπηνίκ' ἄττα κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι Schol. Plat. 107, 37. (371 Bekk.) τὸ ἄττα ἀλόγως παράκειται Sch. Ar. Avv. 1514. Verum hoc missum facimus. Ἀπαξαπλῶς etsi constanter sub uno accentu atque spiritu scribitur, tamen non synthesi sed parathesi junctum esse inter Grammaticos convenit v. Lehrs. ad Herod. p. 86. In his igitur Apollonii consilia non magnopere desideramus. Sed vellem aliquid addidisset de epallelia praepositionum, quam severiores verborum exactores qui *abusque* et cetera virgula notarunt censoria, pari fastidio rejiciunt ut Pompejus XXIX. 3, 396. *duae*, inquit, *praepositiones non cohaerent.* De hoc genere quae apud Homerum leguntur ἀποπρό,

περιπρό, διαπρό, διέκ, παρέκ, ἀπέκ, editores novissimi receperunt pro disjunctis; qua de re Spitznerus in Excursu XVIII. tam abundanter et explicate dixit ut nihil addendum putem praeter Longini testimonium X. 6. ὁ ποιητὴς τὰς προθέσεις ἀσυνθέτους οὔσας συνηνάγκασε παρὰ φύσιν „ὑπὲκ θανάτοιο“ (φέρονται Il. XV. 628.) quod alibi dicit ὑπεκφέρειν. Longinus igitur quum praepositiones ἀσυνθέτους vocat, cum latinarum artium scriptoribus haud obscure consentit. De epanadiplosi praepositionum ἀμφὶ περί in Diss. de Prosth. VIII. §. 9. not. 44. loquutus sum. Vulgaris dialecti sunt ἔναντι Geopp. I. 14, 1. ἀπέναντι Scymn. v. 587. Diod. etc. ἐξέναντι in V. T. κατέναντι Ὀλυμπίων Lucian. Fugit. §. 1. et Steph. s. Κατάνη, quod librarii aliquoties pro usitato κατέναντα invexerunt v. Spitzner. ad Quint. 84.

His ut facultas tulit explanatis ad disputandum supersunt conjunctiones et interjectiones. Sed jam propemodum vereor ne plerique legentium haec grammaticae, ut cum Alcuino loquar, densitatis spineta excedere gestiant. Neque tamen fore puto qui operam in his rebus insumtam fastidiose aspernetur, totamque quaestionem nullius ad graeci sermonis cognitionem momenti esse putet. Id certe deprecabuntur veteres docti, quorum subtiles de parathesi et synthesi disputationes manifestum faciunt quanto studio varias illas vocabulorum inter se conjunctiones et unius ad alteram relationes scrutati sint. Horum praecepta late diffusa ad ordinem quendam redigere et quoad cum libris nostris conveniant exquirere non intempestivum duxi neque minore cura dignanda quam alia orthographiae et palaeographiae capita.

INDICES.

I. Index Graecus.

A.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

Ι.

Λ.

M.

N.

Π.

Ρ.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

II. Index Latinus.

A.

B.

C.

D.

E.

O.

P.

III. Index auctorum emendatorum vel explicatorum.

ALTENBURGI EX TYPOGRAPHEO AULICO.

PATHOLOGIAE
GRAECI SERMONIS
ELEMENTA

SCRIPSIT

C. AUGUSTUS LOBECK.

PARS POSTERIOR

QUA CONTINENTUR DISSERTATIONES
DE SYNAERESI, DIAERESI ET CRASI DEQUE AFFECTIONIBUS UTRINQUE MIXTIS, DE PROSCHEMATISMO, DE APOCOPE.

ACCEDUNT

EPILOGUS DE INTERPUNCTIONE CUM ENCLISI ET SYNALOEPHE CONIUNCTA, DISSERTATIONES DE ORTHOGRAPHIAE GRAECAE INCONSTANTIA ET DE EPITHETIS OTIOSIS.

REGIMONTII BORUSSORUM 1862.
SUMTU FRATRUM BORNTRAEGER.

LONDINI APUD D. NUTT, Strand and WILLIAMS & NORGATE, Henriette Street. — PARISIIS APUD A. FRANCK, rue Richelieu & FR. KLINCKSIECK, rue de Lille. — AMSTELODAMI APUD JOH. MUELLER.

tionem venire posse videretur indicarem, quid ipse scriptum reliquisset, ceteris tacitus emendarem si quid ita erratum deprehendisse visus eram, ut Lobeckium ipsum correctum voluisse arbitrarer. In quo negotio etsi tanta me religione usum esse testor, quanta tanti viri memoriae ac nomini debetur, tamen fieri non potuit quin non raro plus singulis verbis mutarem, ut vel hiantia coagmentarem vel exuberantia amputarem vel discrepantia conciliarem.

Nam ne quis miretur eo errorum genere non abstinuisse Lobeckium, non negligentiae id vitium fuit, sed coniunctum cum singulari eius diligentia atque assiduitate. Tantum enim abest ut confectum atque sic ut solebat perpolitum hunc librum reliquerit, ut aliae operis partes ter quaterque rescriptae extent, aliarum ea certe tractatio, quam postremo probaverat, ne ad finem quidem perducta sit, velut sextae et octavae dissertationis finis deesse videtur, v. praeterea p. 133 ex., adnn. ad pp. 138, 209, 248 cett., in aliis emendationibus, additamentis, lituris de cursu deflexa sit oratio. Accedit alia res, quae mihi quodammodo interpolandi necessitatem imposuit, additamentorum id genus, de quo cum alibi dixi tum in adn. ad p. 94. Quod ego cum nefas haberem plane negligere, ita eo sum usus, ut, quidquid commode posse videbar, maxime veterum scriptorum exempla atque testimonia, in mediam orationem insererem, cetera ut erant horridula atque incompta proponere mallem quam meo aliquo artificio conari ita exornare, ut nec Lobeckii essent nec mea. Eiusmodi autem omnia, undique conquisita, maxime ex primis postremisque singularum dissertationum paginis, ut a ceteris adnotationibus ab ipso Lobeckio suis numeris insignitis suoque loco positis facile discerni possent, compendio „adn.“ et asterisco praescripto satis provisum arbitror. Eodem signo ac praeterea variata litterarum forma notavi ea quae mihi ipsi adiicienda videbantur; quarum adnotationum numerus ne

nimium augeretur, ea quae paucis verbis continerentur pleraque, maxime ipsius Lobeckii operum locos, cancellis quadratis circumscripta eo ipso loco, ad quem pertinebant, apposui.

Quamquam igitur in hoc negotio administrando tantum me mihi sumsisse liquido affirmare possum, quantum et fides et dignitas creditae rei poscere ac flagitare videbatur*), tamen ita meam cum huius libri causa coniunctam esse sentio, ut, quoniam meae operae accuratius rationem reddere nolui, quidquid vitii in hoc libro remanserit, quod non deceat diligentem scriptorem, non recusem quominus in me culpa omnis conferatur, velut illud quod nescio quo peccato meo etiam nunc restat absurdum p. 100 ex. 59 de accusativis in η̄ς exeuntibus; neque mihi ipsi iudicia hominum eo minus subeunda animum induco, quod compluribus in rebus meo iudicio diffisus auctore usus sum locupletissimo K. Lehrsio viro clarissimo, qui cum iam inde ab eo tempore, quo primum his studiis operam dare coepi, summa me benevolentia prosequi non destitit, tum in hac re nullum officium mihi non praestitit, nihil unquam roganti negavit, nunquam consulenti defuit.

Indices eos confeci, quibus eorum, qui his litteris student, commodo quam maxime consultum videretur, atque eorum quidem, quos toti operi subieci, priorem operam dedi ut ne quis pleniorem desiderare posset, altero operae pretium me facturum arbitrabar, si neglectis ceteris scriptoribus grammaticorum aliorumque locos eos, qui in rebus gramma-

---

*) In re orthographica Lobeckii morem secutus sum, nisi quod, cum totus liber mihi describendus esset, duabus in rebus meo me usum esse sero animadverti, προσβάλλω quod scripsi et simm., non ut Lob. προς-βάλλω, et quod i et j non distinxi.

Locos scriptorum a Lob. allatos non per me stetit quominus evolverem omnes, si quid falsi erat corrigerem, sed per librorum inopiam et angustias temporis ante mihi praefiniti. Est quem a Lob. nullo nomine nec numero notatum ne ego quidem indagare potuerim (p. 280 med.), sunt quos cum invenire non possem, ut Lobeckius falsos quam nullos ponere maluerim ut p. 93 m. EM. 770.

ticis tractandis versantur, complecterer omnes, quicunque in hoc libro vel emendantur vel explicantur vel ad quaestionem propositam illustrandam adhibentur.

Restat ut quae iam nunc vel meo vel typothetarum errore peccata deprehendi corrigenda proponam omissis quae nemini fraudi fore spero talibus: ἡμισέες (p. 57 ex.), ἐρχῆν (p. 194. 16), οἴϑησϑα (p. 268. 15).

P. 6 v. 6 scr.: Parall. 88 sq.

P. 37 v. 2 ab ex. scr.. δήων pro: δηΐων.

P. 48 v. 4 ab ex. scr.: ἀπεσσόϊξε.

P. 70 v. 8 ab ex. scr.: $\overline{\alpha\eta}$ in $\overline{\alpha}$.

P. 103 n. 2 pro: Epim. II scr.: Choer. Orth.

Tota plagula XI p. 161—176 non Cap. I (Part. I Diss. VII) sed eius quod inest Capitis II titulo inscribenda est.

P. 177 adn. melius erat omittere.

P. 207 v. 3 del.: et Suid.

P. 226 v. 7 pro: Epim. II 127 scr.: Cram. An. II 427.

P. 230. 17 scr.: Dion. Comp. c. VI pro: VII.

P. 255 v. 18 del.: et Eustathius.

P. 272 v. 22 scr.: Anecd. Cram. IV 171. 4.

P. 288 v. 17 scr.: barbarismis — ib. v. 20 scr.: τὸν ϑῶ καὶ τὰς κνῆ.

P. 316 v. 7 ab ex. scr.: Prisc. VI 5. 234.

P. 346 v. 13 ab ex. scr.: Phryn. p. 207 sq.

Regimontii Borussorum.

C. F. W. Mueller.

Index dissertationum.

Dissertatio VI de synaeresi, diaeresi et crasi deque affectionibus utrinque mixtis.

Dissertatio VII de proschematismo.

Dissertatio VIII de apocope.

Epilogus de interpunctione cum enclisi et synaloephe coniuncta p. 319.

Dissertatio de orthographiae Graecae inconstantia p. 339.

Dissertatio de epithetis otiosis.

Addenda et corrigenda in Tom. I p. 367.

Indices.

DISSERTATIO SEXTA

DE

SYNAERESI, DIAERESI ET CRASI

DEQUE AFFECTIONIBUS UTRINQUE MIXTIS.

PROOEMIUM.

Quaestionem nobis propositam Quintilianus I 5. 17 extremis lineis adumbravit inter alias formae propriae derelictiones referens *complexionem* et *divisionem*, quarum apponit exempla Latina *Phaethon* bisyllabum et *Europai*, additque illam a Graecis *συναλοιφήν* nominari, hanc *διαίρεσιν*. Diaeresis sive, ut alii vocant, dialysis nomen in uno genere defixum minimeque ambiguum est, sed libere admodum soluteque vagatur alterum, quod Quintilianus a diaeresi nihil diversum habuisse videtur; subtilior vero disputator Choeroboscus Can. 846. 5 synaloephae tanquam generi superiori septem subiicit species, tres simplices, *ἔκθλιψιν* (*κατ' ἐμοῦ*), *κρᾶσιν* (*τοὐμόν*), *συναίρεσιν* (*παῖς*) — quatuor coniunctas, *ἔκθλιψιν καὶ κρᾶσιν* (*κἀγώ*), *ἔκθλιψιν καὶ συναίρεσιν* (*ἐμοὐποδύνει*), *κρᾶσιν καὶ συναίρεσιν* (*ὁ αἰπόλος*, *ᾡπόλος*), *ἔκθλιψιν καὶ κρᾶσιν καὶ συναίρεσιν* (*ᾡπόλοι*), quibus paria leguntur in Josephi Rhac. Synopsi c. XVIII 567 T. III ed. Walz., Moschopul. Opusc. p. 30 ed. Titz., Epimer. Cram. T. I 371, schol. Dionys. 697, Excc. Paris. post Gregor. 678., Drac. 157 sq., Mar. Victorinus I 20 p. 88 ed. Gaisford etc. Hanc praescriptionem sequens synaloephae nomine non de una aliqua harum affectionum utar, sed generatim de omnibus, singulas autem propriis designabo nominibus. Nec tamen omnes scribendo exsequar, sed eas modo, quibus vocales eiusdem vocis coartantur. Omittetur igitur primum elisio, tum ea, qua vocalis prioris vocabuli opprimitur, *τόδ' ἐστί*, tum altera, quae hodie non incommode prodelisio dicitur, *ποῦ 'στί*, *dea 'st*, quarum illa apostropho signatur, haec coronide; deinde omnes synthetae

nisi quae ad unum idemque nomen pertinent velut Δαῖρα, οἶμαι. Quae non ita se habent, in aliud tempus differentur. Hic vero prae ceteris duae enarrandae sunt synaloephae species, synaeresis et crasis, quas grammatici incuriosius loquentes non raro commiscent, sed Choeroboscus Can. 157 et schol. Dion. Gramm. 698 probe discernunt ἡ συναίρεσις τὰ αὐτὰ φωνήεντα φυλάττει, πάϊς παῖς, ἡ δὲ κρᾶσις ἀλλοίωσιν ποιεῖ, νόον νοῦν. Hisce duabus intermiscetur synizesis sive synecphonesis, quae figuram vocis non mutat, sed sonum modo velut si ἀλλοειδής in tres cogitur syllabas, quod poetis facere concessum est. Primum igitur agetur de synaeresi et id coniuncte cum diaeresi. Namque hae affectiones persaepe inter se de principatu conflictantur.

PARS I.

De synaeresi et diaeresi.

CAP. I.

De diphthongis propriis.

§. 1. I. Inchoando sermoni aptissimum est nomen, quod Choeroboscus pro specimine synaeresis affert πάϊς παῖς. Hinc enim recta linea deducimur in bivium illud, in quo duae contrariae affectiones acriter et saepe aequo Marte concurrunt. Synaeresi patrocinatur grammaticorum pars maxima; Epim. I' 346. τὸ ἐντελὲς πάϊς κατὰ τὴν εὐθεῖαν, καὶ ἐν συναλοιφῇ παῖς, ἡ αἰτιατικὴ κατὰ συμπάθειαν πάϊν καὶ παῖν (sic), κωμικῶς δὲ ἡ κλητικὴ ὦ πάϊ ὦ παῖ [1]· ἡ γενικὴ καὶ δοτικὴ μοναχῶς παιδός καὶ παιδί· καὶ τὰ πληθυντικὰ ὁμοίως. Hoc valet universe; tres singularis numeri casus nominativo proximi apud poetas epicos Homero posteriores et nonnullos diversae aetatis Aeolice Ioniceve scribentes legun-

---

1) Corruptio aperta est, correctio difficilis. Si sumi licet comicorum aliquem ludibundum παῖν usurpasse, huic subnectendum erit adverbium κωμικῶς. Sed fortasse scribendum est πάϊν ἀντὶ τοῦ παῖν· κανονικῶς δὲ ἡ κλητικὴ κ. τ. ἑ.

tur, ad quos ille se non demisit; vocativus semel apud Homerum legitur metro sancitus *ὄλβιε Λαέρταο πάϊ* Od. XXIV 192. Atque non alia ratione nominativum admittit Wolfius; Bentleius vero, ubicunque versus patitur, bisyllabum praefert. Has criticorum dissensiones Spitznerus enarravit in singulari excursu VI ad L. II. Sed litigandi finis adhuc nullus repertus est, ac ne iidem quidem per omnia sequuntur idem. Bekkerus non solum in quinta thesi *πάϊς εἴης* et all. (cf. Rossbach gr. Metrik p. 24), sed etiam in quarta, sive dactylus sequitur, sive spondeus *πάϊς Ἠιονῆος* Il. X 435, *πάϊς ἡγήσαιτο* Od. VI 300, *φίλος πάϊς εἰλήλουθεν* XVI 337, sed constantiae solitae oblitus *παῖς Ἀμφιτρύωνος* Il. V 392 [nunc *πάις*], et Dindorfius in uno loco illo Odysseae *παῖς εἰλήλουθεν*, in altero *πάϊς ἡγήσαιτο*; in Hesiod. Opp. 50 pro *ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο* tacite *παῖς* supposuit; in Apollonii versibus, quos Wellauerus ad I 202 indicat, Merkelius diastasin reduxit, eademque antiquitus recepta est in Quinti I 98 *ἐῢς πάϊς Ἠετίωνος* et saepe alibi. Codices et editt. veteres plerumque dissident; grammaticorum testimonium nullum extat praeter illud Etym. Gud. 221. 26 *ἐῢς πάϊς· ἰδίωμα τῆς αἰολίδος διαλέκτου κατὰ διαίρεσιν ἐκφωνούμενα καὶ οὐ κατὰ κρᾶσιν· τὸ γὰρ ἐῢς εὖς ἐστιν ὡς τὸ πάϊς παῖς.* Pertinet hoc ad Il. II 819 *ἐῢς πάϊς Ἀγχίσαο*, quomodo Bekk. edidit pro vulgato *παῖς*, quod Spitznerus et Dind. adoptaverunt. De principatu utriusque vocis quaerentibus technici idem fere respondent; Herodianus de Genit. parag. 238. 24 *τὸ παῖς ἐκ τοῦ βαρυνομένου πάϊς συναλιφέν.* Choeroboscus Can. 173. 28 *ὀξεῖα καὶ βαρεῖα εἰς περισπωμένην συνέρχονται, πάϊς παῖς*, eademque opinione ductus Apollonius Pron. 115. 13 *πάϊς* confert cum *κόϊλος, πλόϊον* aliisque diaeresi Aeolica affectis, quam a communi dialecto secernit regula ab eodem tradita *οὐδέποτε εὐθεῖα διαλύεται*, v. Elemm. I p. 60. Cum illis igitur *πάϊς* propter frequentiam usus conferre veremur, sed potius ita statuimus, Graecos cuiusvis gentis et aetatis nomen illud non uno modo protulisse, sed quemque pro conformatione oris, alium pinguius loquentem *παῖς*, alium diphthongo in vocales suas diffluente. Communis quidem sermo disyllabo in totum abstinet, nisi forte genitivus *παίδων* ex *παΐδων* contractus est, ut vulgo sumitur:

τὸ λάων βαρύνεται, ὅτι ἐκ συναλιφῆς τυγχάνει τῆς λαάων· τοιοῦτο καὶ τὸ παίδων Epim. I 399. 28. Sed haec quoque nonnulli circumflexerunt, v. Herod. ad Il. XIII 103. In derivatis παιδίον, παίζω, παῖγμα divisionis vestigium nullum. Itaque etymorum exactores παῖς adnumerant monosyllabis δαῖς ἡ εὐωχία et σταῖς, de quibus in Parall. 80 dictum est. Hinc autem perspicitur eos nomina, quae ternarium excedunt, bisyllabis adiecisse. Hoc valet de nominativo incomperto, quem isti fingunt ex casibus obliquis voculatione diversa: δαίς καὶ δᾷς ἡ λαμπὰς παρὰ τὸ δαίω τὸ καίω EM. 244. 30, τῶν δαΐδων ἡ εὐθεῖα διαλέλυται πρὸς διαστολὴν τοῦ δαίς ἡ εὐωχία, καὶ ὅμως εἰ αὕτη ἡ εὐθεῖα δαΐς δᾴς λεχθείη ἐν προςγραφῇ τοῦ ι, διφθογγίζεσθαι λογίζεται Eust. 1571. 29. Quid doctissimi quique probaverint, docet schol. Od. I 428 δαΐς ὀξυτόνως ἡ λαμπάς, δάϊς δὲ βαρυτόνως ἡ μάχη, et Eust. l. c. Ἡρωδιανὸς παραδοὺς τὰ εἰς ας ὀξύτονα διὰ τοῦ δ κλίνεσθαι ἓν μόνον ἐκ τούτων εἰς αις φησὶ λήγειν τὸ δᾴς, unde colligitur, eum nomen hoc non aliter pronunciasse quam βάς, στάς iota muto sive adscripto sive subscripto. Adscriptum nonnunquam exhibent edd. antiquae: σὺν δαιδί Hippocr. de Nat. mul. p. 538 T. II Lips., τὴν δαΐδα ib. 555 et de Superfoet. p. 473 T. I etc., et Hermannus ipse Aesch. Eum. 1020 retinuit ἔνδαιδες, sed longe praevalet subscriptio et accentus is, quem postulat regula schol. Hes. Scut. 275 ἀπὸ τοῦ δαίω τὸ καίω δαΐς καὶ δᾴς ὀξυνόμενον, ὅτι τὰ ὀξυνόμενα ἐν τῇ συναιρέσει πάλιν ὀξύνεται. Perispomenon δᾶς (nisi scripturae error est) ab iis profectum videtur, qui hoc ex paroxytono δάϊς contractum putant ut παῖς ex πάϊς.

II. Synaeresi exemtum est diptoton δάϊς urbisque nomen Σάϊς et macroparalecta Θαΐς, Λαΐς, Ναΐς. Incompertus est nominativus Ἄϊς, quod ἀειδής *invisus* interpretantur cumque eodem verbo quo νῆις, ἀϊδνός, ἀϊδής, ἄϊδρις, ἀΐδηλος, ἀείδελος compositum putant [2]), hinc autem deflexum esse

---

2) Vossius ad H. H. in Cer. 347 scripturam codicis ἄδης defendens nomen Orci a verbo obsoleto ἅδω, χάδω (unde εὐρυχαδής) ductum esse statuit proprieque significare τὸν πολυχανδῆ sive πολυδέκτην, quomodo

Ἀΐδης, cuius prima vocalis in versibus heroicis et iambicis saepe producitur, v. Meinek. ad Choliamb. 143. Ex hoc igitur *ᾅδης* natum *κατὰ συναίρεσιν* addito simul spiritu ut *ἠέλιος ἥλιος* Eust. 16, 28. Hoc bisyllabum quia ab Homerica consuetudine alienum est, Hermannus vocativum pro spondeo in principio versus positum H. H. in Cer. 347 *ἀΐδη* scribendum, sed duabus syllabis pronunciandum censet, *Ἀϊδωνεὺς* vero Oed. C. 1560 tribus per synizesin hoc est ita, ut neque propria audiatur diphthongus, neque rursus impropria, sed utraque vocalis aures quodammodo attingat. Atque hac ratione etiam *αἴστος* Eum. 568, ubi in scandendo bisyllabum fit, scribendum putavit accentu in secundam vocalem translato, quo cavetur, ne cum Homerico *ἄϊστος* confundatur. Haec omnia ab una stirpe verbi *ἰδεῖν* profecta sunt; aliter composita, quae iota principale alpha negativo vel copulativo subiectum habent, interserunt consonam: *ἀνίερος*, *ἀνίκανος*, *ἄνισος*, *ἀνιδρωτί*, quod unum huiusmodi apud Homerum legitur praeter Aeolice auctum *αὐίαχος*.

III. Ad synaeresin nos revocat verbum per multos quasi ramos diffusum *ἀΐσσω*. Homerus trisyllabo utitur, alpha plerumque producto [3]), idemque constanter producitur in substantivis *ἄϊκες*, *ἀϊκαί* et in compositis *καταΐξ*, *τριχάϊξ*, *πολυάϊξ*, *κορυθάϊξ* adverbiisque *ἀΐγδην*, *ἀναΐγδην*, *καταΐγδην*. De iota dubium est. Ex eo, quod composita in *ῑξ* penultimam vulgo acutam habent, sequitur longum esse, sed Bekkerus et Dindorfius properispomenon reddiderunt *πολυᾶϊξ*, iota aut natura breve esse sumentes aut ex charactere, quia terminatio *ῐξ* breve habere traditur, v. Parall. 411. Hanc rationem, puto, sequutus Dindorfius nominativum quidem illum sic ut dixi notavit, infinitivum autem in quatuor locis non, ut ille, *ἐπαῖξαι*, sed *ἐπαΐξαι*, quia in hoc duae literae non in

---

Pluto saepe vocatur, posteriores autem *ᾅδης* substituisse iota licenter adiecto. Hoc effugio nihil opus erat, si statuisset etymon simplicius *ἅω*, *χάω*, unde *χάος* putatur, v. Rhemat. p. 6, et *ἀΐδης* ut a *πάω* (*πάομαι*) *Πολυπαΐδης*.

3) EM. 43. 1. *ἀΐσσω ὁ ποιητὴς πάντοτε μακρὸν ἔχει* — ex Philetae sententia, qui pro *ὑπαΐξει* in fine versus *ὑπαλύξει* posuit.

syllepsi positae sunt, sed in epiphora. Etymon non satis constat; si ἄω *spiro* ponimus, unde ἄηται et ἄϊκες *spiramina ventorum* sive *procellae*, iota ad paragogen pertinet, sive illud cum alpha in diphthongum propriam confluit, αἶγες *fluctus*, αἰγίδες, καταιγίδες, ἐπαιγίζειν, quae Eustathius 193. 39 coniuncte ad ἀΐσσω refert. Quomodo a πνέω profectum est πέπνυμαι, ita a synonymo ἄω (ἄημι) Homericum ἀΐσθειν spirandi significatione ad animum translatum, θυμὸν ἀΐσθειν fere ut ἄϊον ἦτορ *mens mihi aestuabat* Hom. et φρένες ἄηντο *animus agitabatur* Apollon. III 289 et ἀΐω i. q. αἴσθομαι, cf. Rhem. 334. Illud huc interpono propter criticos, qui Euripidem in versu antistrophico Herc. 772 (745) contractum ἐπᾴξειν metro gratificatum suspicati sunt. Idem iota non raro verbo, unde hic sermo fluxit, totum tollitur, praecipue in nomine stellarum, qui ἄττοντες sive διάττοντες vocantur; sed grammaticus, quem Schneiderus ad Plat. Civ. T. III 302 pro hac scriptura affert ἄττω ἀπὸ τοῦ ἀΐσσω, manifesto de Attico ᾄττω loquutus est. Alii contra αἴσσω scribendum putant vocali non subscripta, sed in serie literarum posita, ut Blomfieldius Agam. 96, Matthiae Rhes. 788 (774) neglectu regulae, quae diphthongum $\overline{\alpha\iota}$ ante sigma geminatum poni negat, Parall. 36. Hi mihi videntur τὰ ἀκίνητα κινεῖν [4]).

IV. Ad verbi ἀΐσσειν similitudinem accedunt quae in $\overline{\iota\zeta\omega}$ exeunt, primum δαΐζω, cuius participium finxit Pindarus δεδαιγμένος quadrisyllabum, cumque hoc Buttmannus II 141 not. confert futurum δαίξω Aesch. Ag. 195 (212); sed Hermannus revocavit veterem scripturam δαΐξω. Certissimum est Cycni epitheton ab eadem stirpe ductum ξενοδαΐκτης in cantico Euripidis, v. ad Aj. v. 445 [5]). Ne δαίζω primitivum, δαΐζω dissolutum dicamus prohibet Herodianus: οὐδὲν εἰς $\overline{\zeta\omega}$ λῆγον πρὸ τέλους ἔχει τὴν $\overline{\alpha\iota}$ ἀλλὰ μόνον τὸ παίζω, v. Rhem. p. 82. — Synaeresi contrariam diaeresin introducit Eusta-

4) Ab eodem fonte repetunt nomen quadrupedis αἴξ sive αἶξ παρὰ τὸ ἀΐσσω κατὰ συναίρεσιν EM. et avis αἰετός aliaque motum celerem procellae instar significantia, unde facilis ad aestum animi transgressio, qui proprie θυμός vocatur ἀπὸ τοῦ θύειν τὸ ὁρμᾷν. Αἰητοῦ nomini Aratus 313 applicat verbum σχεδόθεν δέ οἱ ἄλλος ἄηται.

5) Diphthongi $\overline{ᾳ}$ vestigium nullum.

thius 1076. 20 et 1821. 44 ἐκ τοῦ ῥαίειν κατὰ διάλυσιν καὶ παραγωγὴν τὸ ῥαΐζειν γίνεται, ἀφ' οὗ καὶ ὁ θυμοραϊστής ἀναλόγως τῷ κυνοραϊστής· ὡς γὰρ δαίω δαΐζω, οὕτω ῥαίω ῥαΐζω. Utrumque saepius legitur in exitu versuum: θυμοραϊστής, θυμοραϊστέων, κυνοραιστέων. Semel adnotatum est Il. XVI 414 θυμοραϊστής τετρασυλλάβως καὶ βαρυτόνως Γλαῦκος φησὶν, ἵν' ᾖ θυμοραίστης· ἀλλὰ κακῶς· ἀντίκειται γὰρ τὸ θυμοραϊστέων B. L. οὐδέποτε γὰρ τὸ ῥαῖσαι εἶπεν ἢ διασυλλάβως· πῶς οὖν τὸ θυμοραϊστέων διεῖλε; Vict. Antiquus auctor haec, nisi fallor, sic scripsit: Γλαῦκος — θυμοραίστης· οὐδέποτε γὰρ ὁ ποιητὴς τὸ ῥαῖσαι ἄλλως εἶπεν ἢ διασυλλάβως· πῶς οὖν τὸ θυμοραϊστέων διεῖλε; Verum est, quod ille de verbo ῥαῖσαι dicit, unde ἐῤῥαίσθην Hom. et a similibus ἐπαίσθην, ἐπταίσθην, ἐκναίσθην (διεκναίσθην Aristoph.), quorum nullum dirimitur, a δαίω τὸ καίω ἐδαίσθην[6]). A ῥαίω autem legitime compositum est βοοῤῥαίστης Tryphiod. accentu eodem, quo ἱματιοκλέπτης, λαθροδήκτης atque tot alia substantiva in της simplicia et composita, v. Parall. 448, atque hunc Glaucus etiam Homericis illis asseruit non uno illo, opinor, loco, de quo scholl. nos admonent, sed (nisi canonis obliti sunt) omnino omnibus.

Verborum in αζω exeuntium alia alpha breve habent, φράζω, alia longum, κράζω, unum diphthongum propriam παίζω, nullum impropriam praeter paragoga illa, quae, ut Herodianus dicit, πρὸς τὸ α τὸ ι γραφόμενον ἔχουσι: σφαδαΐζω, τεραΐζω, ματαΐζω, v. Rhem. 222. Horum unum dupliciter scribitur, ματάζειν saepius, perraro ματαΐζειν, unde substantivum ματαϊσμός, nusquam vero contractum ματᾴζω [v. p. prox.]. Etenim vocabulis, quorum primitiva αι in paralexi habent, diphthongus ante iota natura manet integra ματαιίζω, ἀλκαιικός, sed vulgo comitem remittit. Hoc autem facto alpha modo porrigitur: Ἀχαϊκός, ἀρχαϊκός, ἐλαΐνεος, alias breve restat: Πειραϊκός μετὰ συστολῆς τοῦ α, v. Meinek. ad Com. Fr. T. IV 538, ληναϊκός Anthol. App. LXVIII. 6, *Bardaicus* Ju-

---

6) Euripides Heracl. 914 δεινᾷ φλογὶ σῶμα δαισθείς (Hercules) Elmsleius recte ad δαίω *uro* repetit, Buttmannus ad thematicum δαίω, quod paragogo δαίνυμι cessit, sed huius tempora passiva non extant.

venal., *Phocaicus* Ovid. verbumque ἀναρχαΐσας Anthol. VII 6. Synaeresis nullum horum attingit, sed nonnulli huc revocant nomen patronymicum a proprio Πείραιος via directa derivatum, de quo Herodianus ad Il. IV 228 τὴν εὐθεῖαν τοῦ Πειραΐδαο ἐν τέσσαρσι συλλαβαῖς προφέρεται (Aristarchus vel alius quis) καὶ οἱ ἄλλοι, Τυραννίων δὲ τρισυλλάβως λέγων, ὡς ὅτι οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχει πρὸ τέλους διεσταλμένον τὸ ῑ ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντος οἷον Πανθοίδης, Βοηθοίδης, Πηλείδης· ὑπὲρ δὲ τοῦ τετρασυλλάβως ἀναγινώσκειν ἔχομεν ἐκεῖνο λέγειν, ὡς ὅτι ἐντελές ἐστι τὸ κατὰ διάλυσιν τοῦ ῑ, καὶ ὅτι οὐκ ἔχομεν τοιοῦτό τι πατρωνυμικόν, ὃ κατὰ σύλληψιν ἐξηνέχθη τοῦ ᾱ καὶ τοῦ ῑ πρὸ τέλους. Synaeresis testimonium profert EM. 797. 10 Φοιβᾷδαι ἔχει τὸ ῑ, ἀπὸ γὰρ τοῦ Φοιβαΐδαι ἐστί, quo nomine Phoebaei cuiusdam posteri significari videntur. A Φοίβαιος igitur, si rem ad calculum vocamus, primo gradu proficiscitur Φοιβαιίδης ut a Δίκαιος proprium Δικαιίδης in Inscr. v. Ross *von den Demen in Attica* N. 160. Corp. Inscr. I 1340. 42, dehinc subtracta diphthongi vocali subiunctiva Φοιβαΐδης ut Πειραΐδης. — De deminutivis idem 240. 1 ἀπὸ τοῦ κεφάλαιον παραγωγὴ γίνεται κεφαλάδιον, σπήλαιον σπηλάδιον χωρὶς τοῦ ῑ· οὕτως οὖν καὶ γραῖα γράδιον· ἀλλ' ἐπεὶ ἡ παράδοσις ἔχει τὸ ῑ, εἴπωμεν αὐτὸ σὺν τῷ ῑ γράφεσθαι, et sic plerumque scribitur cum iota, ἐλάδιον vero sine eo*), et verbum quoque ματάζω, pro quo Hermannus in Aesch. Ag. 961 ματᾴζω scripsit *ex grammaticorum praecepto.* Huic simile ὡρᾴζομαι Meinekius ad Com. Fr. Vol. II 557 Eupolidi et Aristophani metri gratia pro ὡραΐζομαι substituit, idque rectius quam Blomfieldius ad Aesch. Pers. 476 p. 44 ed. Lips. ὡραίζομαι, nam in magna copia similium verborum ληναΐζω, συρμαΐζω etc. diphthongus αι ante terminationem nunquam conspicitur. — Idem valet de adiectivis in κος paragogis [7]), sed

7) Hinc longe distant aparagoga Μίθαικος, Φάλαικος, Πάταικος, de quo erravi in Proll. 325 mendosa scriptura deceptus ut Bredovius quoque Dial. Her. 179.

*) *V. infra cap. II* §. 1, *vol. I p.* 280 *et* 463, *Phryn.* 39 *sqq.*, *Parall.* 229.

de his alia exsistit controversia, utrum Attici ἀλκαικός scripserint, quod Phrynichus expresse affirmat, an ut plerumque scribitur, ἀλκαϊκός. Illud fortasse proprium fuit veteris Atticismi, alterum aetatis delicatioris duarum vocalium ι ι concursum fugientis. Hermannus ad Nubb. 821 nihil decernere audet, sed ipsa in urbe Athenarum alios haec aliter pronuntiasse suspicatur. De diphthongo αι certum est quod modo dixi, eaque non magis convenit adiectivis in νος exeuntibus, κάλλαιον καλλάϊνος etc., cuius generis unum profert schol. Vict. Il. XIII 612 ἐλάϊος παρὰ τὸ ἐλαία καὶ ἀττικῶς ἐφηρέθη τὸ ι ὡς Πειραΐδης, Ἀλκαΐδης, cui simile Φιλαΐδαι demus Atticus. In pure terminatis nullum serpit diastasis indicium praeter quadrisyllabum Θηβαΐαι, quod Hermannus bis in tragicorum versibus strophicis edidit ad Phoenn. 665. A nominibus, quae alpha longum in penultima continent, haec litera incorrupta transit ad andronymica hinc derivata Ἀρχιλαΐδας, Νικολαΐδας, sed eadem contrahitur Νικολᾴδας cum feminino numeri pluralis Νικολᾴδες in Machonis Fragm. p. 497 T. IV, quod olim Νικολαΐδες scribebatur contra metrum, nunc sic ut ἐλᾴδες, Κωπᾴδες [8]). Masculinum Ἀγελάδας, sive cum λαός compositum est ut Ἡγέλεως sive cum Dorico λαία i. q. λεία, unde Minervae epitheton ἀγελείη, certe iota natura insitum habet sed in scribendo neglectum. — Nominum in ιτης exeuntium normam constituit Stephanus: Ἀμυκλαΐτης ὡς Θηβαΐτης, eodemque modo scribuntur Ἐλαΐτης χαμελαΐτης, quibus dissonum σπηλαιίτης nunc correctum est. Iota constanter producitur nec ferendum quod Jacobsius Anth. XIII 18 pro Ὑλαΐδαι βασιλῆες poni voluit Ἀμυκλαΐται, sed praestat Ὑλλεΐδαι*) vel Ὑλλιάδαι id est Heraclidae ab Ὕλλος denominati ut Βαττιάδαι a Βάττος. — In declinatione nusquam ad synaeresin recurritur extra dativos γήρᾳ, κέρᾳ etc., de quibus in Dissert. de Apocop. cap. V §. 1.

---

8) Ἀμυκλᾶδες Bekkerus edidit in Poll. VII 88, cf. Buttm. T. II 434. Pro ἀμυκλαΐζων Theocr. XII 13 Meinek. scripsit ἀμυκλαϊάζων cum diastasi ex ἀμυκλαιάζω, quod si legeretur, consimile foret novitio γενναιάζω.

*) *Correxi quod nolentem scripsisse credo* Ὑλλαΐδαι. *De altera forma* Ὑλλιάδαι *disput. in Proll.* 479 *ex.*

V. Cum πάϊς παῖς schol. Dionys. Gram. 698. 5 consociat ἀΰω, αὔω tanquam paria. Sed haec temporibus divisa suut, praesens bisyllabum est ut αὐδή, futurum distrahitur ἀΰσω, cujus alpha breve est, ypsilon longum ut in ἀϋτή. Pro ἀΰει *clamat* Pind. Isthm. VI 36 nunc substitutum est aptius ἄϊει. Αὔω *sicco* speciem non mutat, sed adiectivum hinc propagatum duplici modo scribitur αὐσταλέος καὶ κατὰ διάλυσιν ἀϋσταλέος Eust. 1866. 36, quod semel legitur apud Hom. et Theocr. Verbum βαΰζειν *baubari* Joannes de Ton. 32. 23 ab interiectione βαῦ βαῦ repetit omissis punctis diacriticis, quae temere abiecta sunt in aoristo βαῦξαι Tzetz. ad Lyc. 77, καταβαῦξαι relegavi Rhem. p. 82. Φεύζω, quod aoristo ἔφευξα praeponitur, fortasse non magis in usu fuit quam κρίζω et alia onomatopoetica. Praesens ancipitis figurae largitur Apollonins Adv. 538. 9 παρὰ τὸ οἰοῖ τὸ οἴζω ἐστὶ καὶ κατὰ διαίρεσιν τῆς διφθόγγου ὀΐζω, ὀϊζύω, quibus affine habetur tragicum δυσοίζω liberius fictum et multa huiusmodi affectu loquentis praecipitata. Praeter haec duo tantum verba barytona diphthongum ante ζω habent παίζω et δανείζω, neutrum mutationi opportunum. Αἴζω statim ab origine formam accepit modulatiorem αἰάζω.

§. 2. Frequentius vocales et ordine et sono sibi proximae ε et ι vel in diphthongum coeunt vel indidem dissolvuntur. Syllabae primae exemplum Herodianus Mon. p. 41 (14. 10) benigne commodat οὐδὲν εἰς ος λῆγον δισύλλαβον βαρύτονον (ἀρσενικὸν) τῇ ει παραλήγεται ἀλλὰ μόνον τὸ Νεῖλος, Νέϊλος γὰρ λέγεται. Hic igitur nisi Νῆλος scripsit, ut Lehrsius suspicatur, veriorem esse statuit vocem trisyllabam in dialectis, ut aliae multae, servatam atque hinc cecidisse bisyllabam; quod tenuiores quidam de compositione dicunt, illo vix dignum habeo; hyperdisyllabum in praesens nullum occurrit praeter κροκόδειλος et adiectiva composita εὔειλος, θρασύδειλος etc. Cognitionem nostram fugit nomen plurale tantum quod Hesychius affert: ἔϊα λέγεται καὶ δισυλλάβως εἶα, et Arcadius 119 εἶον εἰς τὸ εἶναι (ἰέναι) ἐπιτήδειον. Novimus modo ἤϊα et bisyllabum ᾖα, quod nunc bis in exitu versuum Homericorum legitur. Ex etymo fictum est Κέϊος καὶ κατὰ κρᾶσιν Κεῖος Choerob. Orth. 232. 4, ex hoc autem, si

opus est, *Κήϊος* producitur, ut *Τήϊος*, cui Stephanus affingit prototypon *Τέϊος καὶ Τεῖος*. Eiusdem pretii sunt *Κέϊος* et *θέϊος*, unde idem 192. 4 et 219. 18 bisyllaba nata putat. Nec fidem facit ille pronominis Orth. 246. 10 *εὑρεθῆναι καὶ κατὰ διάστασιν δέϊνα καὶ κατὰ συναίρεσιν ὁ δεῖνα*, de quo alibi disserui Elemm. I 576 sq. A nominibus tertiae declinationis *Δίας* et *Θείας* EM. 271. 5 discernit primae *τὸ Δεΐας καὶ Θεΐας ἰσοσυλλάβως κλίνονται*, sed testem non adhibet. Iterum Choeroboscus l. c. p. 268. 1 *οὐδέποτε τὸ σκ ἐν συλλήψει ὄντα ἔχουσι τὴν ει προηγουμένην χωρὶς μιᾶς λέξεως καὶ ταύτης ἀμφιβαλλομένης, Ἡρακλεΐσκος, Ἡρακλεῖσκος*. De verbis huc referunt *εἴω*, *εἶτα κατὰ διαίρεσιν ἐΐω καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ε ἴω* EM. 475. 55. Horum omnium auctores perleves, causa levissima est. Sed iam intervenit verbum ab Herodiano bis disputatum Il. XI 798 et XVI 41 *ἴσκοντες Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφειν, ἐπεὶ ἐν ἑτέροις τὸ κατὰ διαίρεσιν αὐτοῦ ὁρᾶται ἐΐσκω λεγόμενον· Ἀλεξίων δὲ διὰ τοῦ ι μόνου συνεσταλμένου· κἀγὼ δὲ τούτοις συγκατατίθεμαι τὰ διὰ τοῦ σκω ῥήματα μὴ δύνασθαι ἔχειν πρὸ θέλους δίφθογγον ἐκφωνουμένην ὅτι μὴ τὴν διὰ τοῦ υ, πιφαύσκω*. Huius praecepti plus semel mentionem habui alibi ob alias rationes, v. Elemm. I. p. 57 sqq., hic autem repetendum duxi non tam propter id, quod de diaeresi verbi trisyllabi dicitur, quam quia nonnulli Homerum, ubi bisyllabo indigeret, non *ἴσκω* scripsisse statuerunt, sed *εΐσκω* per synizesin, qua effugitur insolentia diphthongi ab Herodiano notata. Verum huc ille animum non advertit. — Os christianum resipiunt substantiva cum *θεός* composita *ἀθεΐα*. *διθεΐα*, *πολυθεΐα*, *φιλοθεΐα*, quae quia nunquam contrahuntur, a nostra causa remota sunt, neque huc pertinet simplex *θέϊνος* in Inscr. Cret. inventum, v. Ahr. Dor. 87, cuius sonus recinit ex metusiasticis *κτέϊνος*, *μελέϊνος* etc., Parall. 338, *ἀρεϊκός* Themist. Or. XIII 165 B., quo elegantius sonat *ἀρηικός* Georg. Progymn. p. 565 T. I Walz. Verum hic iam me ad syllabas paragogicas delatum esse video. Adiectivorum possessivorum distractio, quae proprie tribuitur dialecto Aeolicae, nonnunquam etiam in canticis tragicorum vel antiquitus recepta vel a criticis adoptata est numeros

dactylicos captantibus, ut Hermannus Ἀργέϊος scripsit Sept. 112 et Hec. 475 Nauckio trisyllabum tuente; Τηρέϊος introduxit Wellauerus Suppl. 58 probatum ceteris. Patronymica in ειδης synaeresi assignat Epim. I 347 Πηλεΐδης Πηλείδης, ἐπείπερ ἀνεφάνη τὸ ε ἐν τῇ γενικῇ τῶν πρωτοτύπων, sed poetae variant et non convenit inter criticos, velut Hermannus in epodo Iph. A. 223 Πηλεΐδας edidit Elmsleii monitu, cui Ἐρεχθεΐδαι placuit Med. 806, Θινεΐδας Rhes. 906 omnes praeter Kirchhof. (899), Ἀτρείδας vulgatum Agam. 119 dispunxit Blomfieldius, nec improbat Herm. Ad Jph. A. 223 et Med. 819 Matthiae Elmsleium Πηλεΐδης scripsisse adnotat, quod *haec forma metro dactylico convenientior sit, sed vix opus esse.* Idem ad Herc. 781 *Hermannus,* inquit, Π ε ρ σ ε ΐ-δ ο ς, *qua forma Pindarus saepius utitur, tragici non item.* Illud apud Pindarum non legimus, sed saepe masculina huius ordinis Κρηθεΐδας P. IV 271, Οἰνεΐδαι Isthm. V 39. Ab Homero Πηλεΐδης et similia abiudicari iam supra dictum est *), nec complacitum est id genus poetis hunc sequutis. Sermo communis, qui hanc terminationem ad andronymica transtulit, Ἡρακλείδης, Μνησιθείδης etc., dialysi abstinet. Neque ea afficit appellativa in εια excidentia; nam quod in EM. traditur 461. 56, pro ἀνδρία nonnullos scribere ἀνδρεία. — εὕρηται γὰρ καὶ κατὰ διάστασιν ἀνδρεΐα, hoc Aeolicum videtur ut Μήδεϊα Sapphicum. Ἀνδρεΐζεσθαι Bekkerus in Ind. Anecd. 1323 ex Olympiodoro protulit, usitatius vero est ἀνδρίζομαι ut γυναικίζομαι.

In vocabulis, quae hic proposuimus, iota epsilo subiunctum breve est, longi exempla quaedam praebet Stephanus 176 Ἐλεΐτης καὶ Ἑλείτης ὁ τὸ Ἕλος οἰκῶν, Ὠρεός, Ὠρεΐτης καὶ Ὠρείτης, quibus accedit appellativum scriptura ancipiti EM, 604. 43 ἀπὸ τοῦ ὀρεύς ὀρέος (ὀρέως) ὀρεΐτης καὶ ὀρείτης, quo significari videtur *monticola.* Praeter Βορυσθενίτης apud Herodotum modo Βορυσθενείτης legitur per

---

*) *Herodiani testimonio (v. supra p. 10) „incredulus" Bekkerus* „versu *magistro diphthongos dissolvit,"* Πηλεΐδης, Ἀτρεΐδης *cet.*

synecdromen, ut Stephano videtur, modo *Βορυσθενείτης*, quod solum probat Bredovius Dial. Her. 190.

Hinc iam degredior ad substantiva primae declinationis quae ab adiectivis in *εης* ortum habent, unum cum verbo *δέομαι* connexum, alterum cum nomine *τὸ δέος*. Illius generis constantissima sunt *ἔνδεια* et hoc infrequentius, sed Atticis aeque probatum *ἔκδεια*, nec minoris auctoritatis *σιτόδεια* sive, ut veteres Attici dixerunt, *σιτοδεία* et triplici variatione *ὀλιγόδεια*, *ὀλιγοδεία*, *ὀλιγοδεΐα*, in quo epsilon verbi thematicum firmiter haesit, in ceteris confluxit cum iota, quod ad terminationem pertinet. A nomine vero exstitit *ἄδεια* longe celebratissimum et quod ex uno Suida enotuit *περιδέεια*. *Ἀκλεΐη* pentametrum claudit in Leonidae Epigr. Anth. IX 80 et *εὐκλεΐην παρέχοις* Append. n. 215. [Vol. I 242 sq.]

In flexu vocabulorum duae quae hic tractantur literae non concurrunt praeter dativos tertiae declinationis. Hos Homerum dupliciter terminare docet Epim. I 22, EM. 136. 12 *αὗται αἱ δοτικαὶ ἐὰν μὲν ἔχωσιν ἐπιφερόμενον σύμφωνον, διαιροῦνται Διομήδεϊ Πάλλας* (Il. V I), *εἰ δὲ φωνῆεν, οὐ διαιροῦνται Σῷ θάρσει ὅ τ' ἐμόν* (VI 126), *ἂν μὴ κωλύῃ τὸ μέτρον ὡς τὸ Χαριζομένη πόσεϊ ᾧ* (V 71). *Τινὰ δὲ καὶ χωρὶς μέτρου παρήλλακται οἷον Ἡδέϊ οἴνῳ* (Od. X 519). Vocabulum dativo subiunctum utrum a consona oriatur, an a vocali, nonnunquam nihil referre mox ostendemus. Neque ea nota Herodianus utitur eo loco quo de *ἔγχεϊ χαλκείῳ* Il. V 856 disserit, sed causam diversae figurae partim in metro, partim in modulatione numerorum positam esse indicat: *εἴρηται περὶ τῶν τοιούτων δοτικῶν ποτὲ κατὰ διάστασιν ὡς νῦν, καὶ ποτὲ κατὰ συναλοιφήν, καὶ ὅτι τὸ μέτρον πολλάκις αἴτιον καὶ τὰ ἀντικείμενα, καίτοιγε τοῦ μέτρου μὴ ἐμποδίζοντος ὡς τὸ Πλήθει πρόσθε βαλόντες* (XXIII 639). Metrum alibi diastasin flagitare, alibi synaloephea, dictu nimis triviale erat; quis enim ignorat illa Jovis epitheta *κελαινεφέϊ Κρονίωνι* et contrarium *κὰδ δ' ἷζον πὰρ Ζηνὶ κελαινεφεῖ, αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς* Il. XXI 520, *ὑπερμενέϊ Κρονίωνι* sexies repetitum. et cum synaloephe *Διὶ ῥέξαντες ὑπερμενεῖ ἱερὰ καλά* XI 727? Verum ille fortasse etiam hoc sibi quaerendum putavit, utram poeta praetulerit in locis

eiusmodi, ubi necessitas illa non intercedit. Atque huc eum progressum esse Lehrsius sumit pro enclitico ποτέ — ποτέ tacite substituens πότε — πότε, quae quaestio tanto doctore haud dubie dignior. Ad hoc autem iudicandum ille duas rationes habuisse videtur, modulationem rythmorum et consensionem codicum paradosis scholicae testem. In principio igitur versuum divisionem praetulit, ἔγχεϊ χαλκείῳ non semel lectum sed octies cum eodem epitheto, et alia cum aliis, sive spondeis sequentibus ἕλκεϊ μοχθίζοντα II 723, πένθεϊ δ' ἀτλήτῳ IX 3, κάλλεϊ τε στίλβων III 392, κάλλεϊ καὶ ἔργοισι XIII 432, sive dactylis ἄστεϊ καὶ τεκέεσσι Od. VIII 525; sed ante vocales reliquit bisyllaba Ἄργεϊ ἐν ἱπποβότῳ, στείνεϊ ἐν αἰνοτάτῳ, χείλεϊ ἐφεσταότες spreta elisione, cui Didymus suffragatur Il. XX 259, ubi vulgo legitur σάκει ἤλασεν ἔγχος, sed ille διαιρετέον τὸ σάκεϊ καὶ ἰακῶς τὸ ἔλασ', quae Aristarchi sententia fuisse putatur. Synaeresis Herodianus unum affert specimen, quod facile ad solitum revocari poterat correpta ante πρ vocali ut ὅντινα πρῶτον ἴδηαι et all., silentio autem transmissit χήτει τοιοῦδ' ἀνδρός, quod edd. vett. bis exhibent Il. VI 463 et XIX 324, sed nunc punctis diacriticis signatur. Eadem Wolfio praeeunte superposita sunt nomini proprio Πηλέϊ ὃς περὶ κῆρι XXIV 61 pro Πηλεῖ, quod Hofmannus Quaest. Hom. 57 et 84 de exsilio revocavit. Simillimum Πορθεῖ γὰρ τρεῖς παῖδες XIV 115 nemo in suspicionem adduxit et ex professo tuetur schol. Vict.: οὕτως δισυλλάβως. Duplici testimonio firmatum est ὄψει δ' οὔτ' ἄρ πω σὺ ἴδες Il. XX 205 et Od. XXIII 94, quod convenit cum ὕβρει, ἀγύρει, δυνάμει, sed non eadem necessitate devinctum est. Utramque rationem miscuit Il. XVII 329 κάρτει*) τε σθένεΐ τε πεποιθότας ἠνορέῃ τε πλήθεΐ τε σφετέρῳ, quorum unum σθένεϊ synaloephen non fert. Controversum fuisse μάντει εἰδόμενος XIII 69 indicat schol. Vict.: οὐ διαιρεῖ ὡς τὸ αἴδρεϊ, unde cognoscimus eum μάντεϊ ἐειδόμενος legisse in libris. De secundo pede

*) *Sic in mscr., at in progr. Condit. Pruss. regn. XVIII Jan.* 1857 *p.* 4: „Et πλήθει ipsum dissolutum est Il. XVII 329 κάρτεΐ — πλήθεΐ", *sicut Wolf., Dind., Bekker, (in ed. I) scripserunt, hic in ed. II* κάρτει *et* πλήθει.

οὐ μὰν Τυδέϊ γ' ὧδε IV 372 nulla praecepta dant; tertium dissolvi versus heroicus omnino non patitur; de quarto ὑπεραέϊ ἶσος ἀέλλῃ XI 297 Herodianus idem decernit quod de primo τὸ ὑπεραέϊ ἐν διαστάσει ὡς εὐσεβέϊ, idemque vulgo servatur δῶκ' Ἀτρέϊ ποιμένι λαῶν II 105 multisque aliis locis: Ἄργεϊ I 30, II 108, XV 372, εὐώδεϊ III 382, πολυηχέϊ IV 422, ἐπὶ εἴδεϊ Od. XVII 454, τείχεϊ Il. XXI 277, XXII 463 et septies regestum ἔγχεϊ ὀξυόεντι, nusquam ἔγχει, quod Heynius subdidit Bentleii obsequio hiatum defugientis minime deformem; nec tamen propagavit veterum edd. lectionem αἴδρεϊ φωτὶ ἐοικὼς III 219, quam Herodianus uno verbo exterminavit αἴδρεϊ προπαροξυτόνως. Spondeos ante clausulam est ubi ferre cogamur, sed unice probamus plus decies inventa νηλέϊ χαλκῷ, νηλέϊ θυμῷ et his consentanea ἀκραέϊ, ἄνθεϊ, Ἄργεϊ, ἔγχεϊ, εἴδεϊ, ἕλκεϊ, ἔρνεϊ, ἤδεϊ, κάρτεϊ, σπεῖνεϊ. Itaque Herodianum suspicor scripturam Ionicam Homero vindicasse exceptis omnibus quae metro reluctantur et paucis quibusdam quae inter ἀντικείμενα refert.

§. 3. Sermonem longum excipit brevior de vocalibus, quae in adiectivo ἐΰς et adverbio εὖ conveniunt. Εὖς monosyllabum Et. Gud. 221. 22 ex ἐΰς contractum esse opinatur ut παῖς ex πάϊς; sed nusquam legitur; mendosam Herodiani scripturam εὖς pro σεύς, quae et me decepit in Parall. 92 et Dindorfium in Thes. s. h. v. p. 2441 A, tacite correxit Lehrsius. Adiectivum neutrum usus vertit in adverbium εὖ, quod epici saepe dissolvunt, sed quaeritur quousque; Georg. Curtius et huius laudator Doederlinus Gloss. Hom. I 179 ὄφρ' ἐῢ εἴπω, οὐδ' ἐΰλείμων, νηῦς ἐΰεργής malunt et edd. veteres [ac Bekk. ed. II] etiam syntheta ἐΰπεπλος, ἐΰπηκτος, ἐϋπίδακος etc., quae Friedemann. de Pentam. 293 et Spitzner. ad Il. II 661 merito reprobasse videntur, cf. Geppert. *Ursprung der hom. Gesänge* T. II 27 sq. Ante duas consonas scribitur pro metri conditione εὔδμητος et ἐΰδμητος etc., sed nonnulli diaeresin adoptant tantummodo ad numeros accelerandos, v. Hermann. ad H. H. in Ap. 36, quam rem iam olim in disceptationem venisse ostendit schol. Od. VI 155 αἰὲν ἐϋφροσύνῃσιν ἰαίνεται — γράφ. ἐν εὐφρ· κακῶς· οὐδέποτε γὰρ Ὅμηρος ἀδιαιρέτως τὴν εὐφροσύνην φησὶ τὸ ὀνοματικὸν, τὰ γὰρ

.ἐπιῤῥήματα διαφόρως. Hunc Buttmannus putat in tribus locis, quibus vocales contractae sunt, reperisse non contractas, ut codd. in uno illorum exhibent, in altero Bekk. et Dind.; tertius X 465 θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ scholiastae illi non repugnat, si regulam circumscripsit addito εἰ μὴ διὰ μέτρου εὐχρηστίαν. sic enim productio effugitur non necessaria. Proprio Εὐφροσύνη Homerus non utitur, sed Hesiodus, et hoc quoque ad Homerum transfert Muetzellius Theog. p. 94. Quum adiectivum in ευς monosyllabum nullum extet, ratum habemus quod in EM. 388. 15 traditur παρὰ τὸ ἐΰς ἐῢ καὶ ἐν συναιρέσει εὖ. Alii diverse sentiunt, et Apollonius quoque dubitat Adv. 614 τὰ εἰς ῡ λήγοντα ἐπιῤῥήματα ὀξύνονται, μεταξύ, εὐρύ (scr. εὐθύ), τὸ γὰρ ἐῢ (sic) ἴσως ἀπὸ διαιρέσεώς ἐστι τοῦ εὖ, ἢ τάχα παράλογον ἔχει τὴν τόνωσιν. Sed de accentu dicetur alibi. — Cetera diaeresis vel synaeresis exempla minimum auctoritatis habent velut γᾶς Τεῢθραντιάδος Anth. III 2 et μὴ σκεΰὴν ὀλέσῃς V 242, utrumque in altero pentametri hemistichio, atque ne haec quidem liquido scripta; vanumque est commentum schol. Od. III 316 τηΰσιος dici pro τεῦσιος, hoc autem διαλύσει ἐκ τοῦ τεύσιος. — Terminationem ευς discerpi non permittitur, nec probatur trisyllabo Latino *Orpheus*, de quo disserit C. Schneiderus in Gramm. I 75. Demetrii oratoris cognomen quadrisyllabum *Phalereus*, quo Phaedrus versum iambicum conclusit, suspicio est non Graecum Φαληρεύς esse, sed adiectivum Φαλήρειος correpta dipthongo; casibus obliquis, quos Reisigius Gramm. p. 110 huc interponit, nihil efficitur.

§. 4. Ad proximum par vocalium transgredientes itidem initium capessimus a syllabis principalibus. Οἶς et φθοῖς natura bisyllaba esse Herod. ad Il. III 198 probat eo, quod monosyllaba in οις omnino nulla extent [1]) et Homerum quoque ὄϊς dicere, non οἶς nisi efflagitante metro. De hoc dissentit Aristarchus, poetam ob metrum solum usurpasse τοῖσι δ' ὄϊς λάσιος Il. XXIV 125, ἔνθ' ὄϊν ἀρνειόν Od. X 527, sed si optio data esset, revertisse ad usum loquendi sibi pa-

1) Bisyllaba appellativi generis duo sunt ξοΐς et κόϊ, quod Attice dicitur κόϊξ. [Phryn. p. 83.]

trium hoc est Atticum. Atque hac persuasione edidit *ὅς τ' οἰῶν μέγα πῶϋ* Il. III 198 pro *ὀΐων*, *μῆλ' οἶές τε καὶ αἶγες* Od. IX 184 pro *ὄϊες* et sic, puto, in aliis locis, quorum diversa lectio a schol. adnotata est ut in Vict. ad Il. XV 373 *τὸ ὄϊος τινὲς δισυλλάβως* et IX 207 *ὄϊος ὡς πόλιος*. Dativus natura sua excluditur: *οὐδέποτε δοτικὴ ἑνικὴ μονοσύλλαβος ἐκφωνεῖ τὸ ι* EM. 203. 3. Num Aristarchus appellationem Atticam eandem propriam et nativam duxerit, non liquet. Si regula valet *ἡ εὐθεῖα οὐδέποτε διαλύεται*, nomen illud ab initio bisyllabum fuit. De syllepsi consentiunt atticistae; alteram scripturam nostri critici ne Xenophonti quidem concedunt, quamvis ad Ionismos proclivi, v. Poppo ad Cyrop. I 4. 7 et Kuehner ad Memm. II 7. 13. Ex illorum praecepto Mehlhornius Gramm. p. 170 not. Athenaeum quoque *τοὺς φθοῖς* pro vulgato *φθόεις* scripsisse putat. Tertium quod atticistae subiungunt *οἰστός* Kruegerus post alios Thucydidi restituit II 75, Stallbaumius Platoni Legg. VII 795 A. Adiectivum *οἰστός*, *οἰστέος* diaeresi intentatum, quippe prosae familiarius. — Nomen heroicum *Ὀϊλεύς* L. Dindorfius in Thes. extra carmina non magis ferendum exstimat quam *Ὀϊκλῆς*, quod Bekkerus ne Diodoro quidem et Pausaniae condonat. — Voces poeticas *ὀϊζύς*, *ὀϊζύω*, *ὀϊζυρός* natura diphthongum habere *παρὰ τὸ οἰοί* Apollonius docet Adv. 538, quo loco interjectionem *οἴ* (*οἰοῖ*) significari cognoscimus ex EM. 619. 56 *Ἀπολλώνιος λέγει ὅτι ἔστιν οἴ ἐπίῤῥημα· ἐκ τούτου γίνεται οἴζω, ἐκ δὲ τούτου οἰζύω, καὶ κατὰ διάλυσιν ὀϊζύω* [v. p. 12]. Nomen solitarium *προίξ* sive *προῖξ* EM. apud Jones bisyllabum esse refert [Parall. 105 sq.], exemplum vero nullum proditur, sed haud rarum est *καταπροΐξεσθαι*, quod Phrynichus castigat p. 169, v. adn. — Verbum in *οιω* barytonum unum est *οἴω*, *οἴομαι*, v. Rhem. 22, sed hoc quoque Homerus, si lex carminis iubet, ad diastasin revocat, quam illi stirpitus innatam esse indicium praebet Latinum *opinor*. — Urbs Priami ab Homero bis ambitiosius vocatur *πόλις Τροίη* per appositionem ut Latine *urbs Roma*; id Aristarchus *Τροΐη* scripsit tanquam adiectivum possessivum, *urbs Troiana*, cum affectione duplici *συστολῇ καὶ συναιρέσει*, v. Elemm. I 450, et hoc diu praevaluisse Herodianus testatur: *Τροΐη Ἀρίσταρχος τρισυλ-*

λάβως καὶ ἡ παράδοσις, cuius unicum indicium in cod. Ven. Il. I 129 unusque suffragator Nitzschius ad Od. XI 510, quod contra Duentzerus monet adiectivum Τρϊος non extare de Zenod. 92. Nomen absolute positum trisyllabum est metri causa in Scolio XVI et XVII; producta vero vocali Τρωΐα et contractis literis Τρῴα Pind., v. Schneidew. ad Ol. II 82; Τρωΐας τείχεσι Aesch. Choeph. 358, sed hic Hermannus sine libris posuit adiectivum Τρωΐοις a masculino Τρώς derivatum.— Appellativorum unum est χροΐα Callim. in Lav. 28 pentametrum finiens. Iota paragogicum auditur in substantivis in ια, quae ab epithetis in οος profecta sunt synaeresi contrariis: δυσήκοος, ἀνήκοος, ἀξιήκοος — δυσηκοΐα, εὐηκοΐα, κακοζοΐα, colliquescit vero in altero genere contrahi solito εὔνους — εὔνοια, σύῤῥοια etc. Sed haec compages dissolvitur rursus a versificatoribus, primum ubi necessarium est ut in exitu pentametri: εὐπνοΐη Anth. XII 7, εὐπλοΐη IX 9, εὐνοΐη Append. n. 318, ἐλαφροσσοΐη VI 253 et saepe etiam aliis locis, ubi dactylus gratius sonat ut εὐπλοΐη Callim. H. in Dian. 230, Nonn. IX 87, εὐνοΐη Anth. Plan. N. 348, δυσπλοΐη VII 603 [2]), quod genus non raro more usitato scribitur, et nonnunquam libri discordant ut in Il. IX 362 in Rom. [Bekk.] scriptum est εἰ δέ κεν εὐπλοΐην. Quae extra poetas inveniuntur, suspecta sunt velut πολυχοΐα Theophr. H. Plant. I 14. 4 Aldus sine punctis dedit; rectius erat πολύχοια, ut πολύνοια, φυλλόῤῥοια, sed et χρυσοχοΐα legimus apud Suid. s. Ἀέτιος et saepius οἰνοχοΐα, v. ad Phryn. 493, sed in Dionis Chr. Or. LXXI 4. 378 R. (727 Dind.) codd. plerique puncta omittunt; ubique autem οἰνοχοεία scribendum videtur, hoc enim nomen non effusionem vini sed munus pincernae significat ut ἡνιοχεία aliaque munerum vocabula. Pro χρυσοχοείοις Athen. V 193 D. temere subrepsit χρυσοχοίοις; officina rectissime appellatur χρυσοχοεῖον ut οὐλοχοεῖον, quod iure restituitur Hesychio, et λιθοξοεῖον typo periectico, unde non longe abest ὁμακοεῖον, sed id quoque in ὁμακόϊον abiit. A προχοΐς declinatum est προχοΐδες Xenoph. et Athen., sed gentilicii Εὐβοΐς (ut Τηλεβοΐς) casus obliquos poetae tragici si versus concedit con-

---

2) Ἀχροΐη enotavi ex Anth. VIII 209 et Εὐβοΐη XIV 96.

trahunt: *Εὐβοῖδα χώραν* etc. — Deflexa a substantivis verba in *ιζω*, vocales syllabatim disparant: *χροΐζω, ῥοΐζω, φλοΐζω* quod cum nominibus *φλοϊσμός, περιφλοϊσμός* Theophrasto H. Pl. III 16, IV 15. 1, V 1. 1 ex Urb. restituit Wimmerus a Schneidero interpolata. Sed ab adiectivis profecta utroque inclinant; *ἀθροΐζω* metri ergo protulerunt Archilochus aliique iambographi et epici, Atticorum nullus, nam *ἠθροϊσμένος* Eur. Iph. A. 263 (267) pars est fabulae subditiva, nec stetit Dindorfii coniectura Arist. Avv. 254. Homerus hoc verbo omnino non utitur. Duo nata sunt ab adjectivis multiplicativis, quorum unum *ἁπλοΐζομαι* e Xenoph. et Dione Cass. attuli ad Phr. 616, sed pro *διπλοΐζω* Eum. 996 Hermannus trisyllabum posuit metro necessarium; ignotum est *τριπλοΐζω* unde idem finxit *τριπλοισμός* Antig. 851. Nomina vestium *ἁπλοΐς* et *διπλοΐς* omnibus probata sunt, sed longius productis synaeresis supervenit: *ἡμιδιπλοίδιον* Arist. Eccl. 318 versus lege adstrictum; hoc et *διπλοίδιον* Bekkerus Poll. VII 49 praetulit dispunctis; *βοίδιον* nunc legimus in Lucian. D. D. aliisque locis, quos attuli ad Phr. 87 sq., *προχοίδιον* Poll. VI 92, Strab. XVII 1. 38 p. 412 (1132), utrumque secundnm Eustath. 1400. 63 *προχοΐδιον καὶ κατὰ συναίρεσιν προχοίδιον ὡς βοίδιον.* Hoc nobis in memoriam revocat nomen Spartani *Βοΐδας* et parasyntheta *Ἱππονοΐδας, Δαμοθοΐδας* etc. hisque antiquiora sed ab usu abalienata patronymica *Λητοΐδης*[3]) et a nominibus secundae declinationis *Βοηθοΐδης, Πανθοΐδης*, quod Euripides Rhes. 28 in carmine strophico divisit et, ut nonnullis veterum [et Bekkero] placuit, Homerus quoque. — Vocis inflexae species singularis consistit in dativis nominum in *ῶ* et *ώς* exeuntium, si quidem Homerus in fine hexametri sic ut Gerhardus sibi persuasit *αἰδόϊ εἴκων* scripsit. Probant hoc Buttm. §. 49 not. p. 183 et Mehlh. p. 176, non improbat Kruegerus P. II 1 p. 41, sed trium, quos sequimur, editorum nullus, neque novit Herodianus, quem Choeroboscus Can. 332 ita loquentem facit: *οὐδέποτε εὑρίσκεται ἐν χρήσει τρισύλλαβος δοτική*, quodque

---

3) Sic etiam Latini *Latoides* non *Latoedes* ut *Damoetas*. *Λητοΐδης* trisyllabum in principio versus Theogn. 1120 Bergkius e cod. opt. contra morem.

hic addit Pindarum *Πυθόϊ* usurpasse, id pro usu communi et Homerico certe nihil valet. Curatius haec disserui in Rhemat. 290 adn. 3.

In hoc amplo catalogo nullum inest, in quo $\overline{o}$ micro iota longum accedat, idque Hermannus de Em. Gr. Rat. p. 42 omnino fieri posse negavit, omnes diphthongos literam quae ultima est brevem habere dicticans; atque hac ratione colligit nominis bisyllabi *Οἰλεύς* vocalem initialem mutae instar habitam esse praesonante iota, cui illam extrinsecus supervenisse certe ii crediderunt, qui *Ἰλεύς* scripserunt addito etymo *ἀπὸ τοῦ ἵλαος*, v. Elemm. I 85. Praeter hoc herois nomen iota longum cum $\overline{o}$ colliquescit in nonnullis barbaricis, quae Stephanus promit duplici modo scripta *Βουτώ Βουτοΐτης ἢ Βουτοίτης ὡς τῆς Σαβοῦς Σαβοΐτης καὶ Σαβοίτης* et *Ψεβώ Ψεβοΐτης*, codd. *Ψεβοίτης* etc. [Proll. 384]; sed distincte sonat in Graecanicis *Εὐβοΐτης* Strab., *Ἱπποθοΐτης* Paus., item in communibus *ὀλιγόϊνος*, et e contrario *τρίγοιπος*. Dativo *ὀΐ* similem sonum habuisse interiectionem Ionicam *ὀΐ* cognoscimus ex Aristophanis lusu Pac. 928 (933), ubi Didymus adnotat iota ab Ionibus produci. Ad nos solum pervenit monosyllabum plerumque dativo pronominis personalis praemissum, ab Aeschylo vero aliquoties absolute positum aut circumflexo tono Pers. 673 et 974, quomodo Hermannus scripsit, aut, ut vulgo fit, acuto.

$\overline{Ov}$ figuram diphthongi habet, sed potestatem simplicis vocalis. Literae $\bar{o}$ et $\bar{v}$ nonnunquam se contingunt in synthesi (*ὀλιγόϋπνος*), sed nunquam contrahuntur. Itaque alio vertimur.

§. 5. De diphthongorum sexta multiplices sunt cautiones et scrupuli. Primum Choeroboscus Dict. 123 $\overline{υι}$ in fine vocabulorum consistere posse negat: *τὰ εἰς* $\overline{υς}$ *ὑποκοριστικὰ οὐκ ἔχουσι τὴν δοτικὴν εἰς* $\bar{ι}$ *ἀνεκφώνητον λήγουσαν, τῷ Διονῦ, τῷ Καμμῦ, τῷ Δαρδῦ· οὐδέποτε γὰρ ἡ* $\overline{υι}$ *ἐν τέλει λέξεως εὑρίσκεται· ἐν γὰρ τῷ νέκυι κατατεθνειῶτι* (Il. XVI 526 et 565) *οὐκ ἔστιν ἐν διφθόγγῳ τὸ* $\bar{υ}$ *καὶ τὸ* $\bar{ι}$, *ἀλλὰ ἐν τῷ μέτρῳ κατὰ συνίζησιν μετροῦνται εἰς μίαν συλλαβήν.* Illud hypocoristicum genus, quod in Dissert. *de substantivis in* $\overline{ας}$ *exeuntibus* illustravi in Wolf. Anall. III 52, monoptoton est et ab hoc tractatu alienum. *Νέκυι* et quinque compares dativi, qui

apud Homerum leguntur, ante Wolfium signis notabantur disiunctivis metro luxato: *οὗτος δὲ θρήνυϊ πρυμνὸν βάλε* Od. XVII 504, *οὔποτ᾽ ἐνὶ πληθύϊ μένεν* XI 514 et *εἰ δ᾽ αὖ με πληθύϊ δαμασσαίατο* XVI 105, *ὀρχηστύϊ καὶ ἀοιδῇ* XVII 605, et in pede ultimo *ἰξύϊ* V 231, *διζύϊ* VII 270, et quod Hesiodus addit Theog. 333 *Φόρκυϊ φιλότητι μιγεῖσα*, sed id quoque correctum est; mansit vero trisyllabum in principio versus 270 *Φόρκυϊ δ᾽ αὖ Κητώ* et apud posteriores *λιγνύϊ καὶ καπνῷ* Apoll. II 1008, *ἀχλύϊ θεσπεσίῃ* Quint. II 582, *νηδύϊ μὲν πόσιος* Opp. Cyn. I 346, quibus dactylus non minus convenit quam spondeus, idemque probatur ante spondeum *διζύϊ μοχθίζοντες* Apoll. IV 192, et graviore etiam ratione sustentatur *ἐν νηδύϊ χαλκός* Il. XX 486, quomodo schol. legi testatur pro nunc recepto *πνεύμονι* [1]). Sex superius allatis grammatici sic opitulati sunt, ut duas ultimas vocales raptim pronunciando ad speciem unius syllabae redàctas esse sumerent manente utriusque sono proprio, quo praetextu diphthongus evitatur. Alii hoc repudiato versus illos hypermetros esse statuerunt, cui opinioni addictus Hephaestio p. 115 ed. Gaisf. Homericum illum *ἐπὶ δὲ ζώνην βάλετ᾽ ἰξύϊ* subridicule *δολιχόουρον* appellat. — Hactenus dictum de versibus, in quibus vox diphthongo proxima consonam in principio habet. Nulla vero tricandi copia datur, ubi subsequitur vocalis. Cuius generis duo sunt loci constanter scripti, unus Hesiodi Theog. 823 *ἐπ᾽ ἰσχύϊ ἔργματ᾽ ἔχουσα*, alter elisione defensus in H. H. in Apoll. 210 *Ἴσχυ᾽ ἅμ᾽ ἀντιθέῳ* *). Fluctuat vero scriptura Pind. Ol. XIII 121. Hic libri optimi praebent *γένυϊ* sequente in altero versu *ἵππον*, unus Aug. *γένυ᾽* cum apostropho, quo *υ* breve relinquitur, edd. vett. *γένυ*, ut in schol. antiquo scriptum est, novissimae *γένυι*. Et hoc Hermannus quoque amplexus est, qui alio tempore *πληθῦ* scripsit Opusc. III 72 ultima circumflexa, quo indicavit ypsilon natura breve produci subsidio literae ei involutae, quae

---

1) Illud, nisi fallimur, unicum est dativi integri apud Homerum exemplum. Dativum *ἰχθυῖ* unde Buttmannus §. 50 adn. 1 sumserit nescio, nec indicat Boeckhius ad Pind. Not. Crit. p. 425.

*) *In progr. Cond. Pruss. regn. XVIII Jan.* 1857 *p.* 10 *additum:* „nisi hic *Ἴσχυι* scribere libet omissa apostropho“, *omiss. in mascr.*

cum alpha brevi in diphthongum contrahitur: σέλᾳ, γήρᾳ, sed quia ypsilo subscribi nequit, contractio cognoscitur ex sola ectasi vocalis comite suo destitutae; quod imitantes parciores quidam iota dativorum quoque in ᾱ exeuntium compendifecerunt: σέλα πυρὸς αἰθομένοιο, ut est in cod. Vat. Theog. 868, et hoc modo etiam γένυ [v. Diss. VIII cap. V §. 1.] Qui γένυϊ maluerunt, aequalitatis rationem sequuti sunt hos casus apud poetas non aliter scribendos esse putantes quam ut vulgo fit in sermone soluto. Ceterum nulla pars orationis in ῡι exit praeter adverbia Aeolica πήλυι i. q. τηλοῖ etc.

Haud aequiore animo ferunt diphthongum consonae in eadem dictione praeeuntem, sive ea syllabam finit, sive orditur. Illud vetat Choeroboscus de Ton. 409. 15, EM. 775. 23 τοῦ υἷος, υἷι ἡ εὐθεῖα οὐ συναιρεῖται· οὐδέποτε γὰρ μετὰ τὴν ῡι ἐπάγεται σύμφωνον, nec refelli potest; nam quod pro μυῖνδα aliquoties irrepsit bisyllabum, nauci non est. Ac Romanum quoque hominem *Quintum* Graeci aliter appellare non possunt quam Κόϊντον literis diductis vel Κύντον, v. Wanowski Antiqq. Rom. 21. — Ante consonam proximae et continentis syllabae pro ῡι substituitur ypsilon simplex in deminutivis, quae Theognostus affert Can. 121. 25 μῦς μυός μυΐδιον καὶ ἐν συγκοπῇ τοῦ ῑ μύδιον· τοῦ γὰρ ῡ καὶ ῑ συναιρεθῆναι μὴ δυναμένων διὰ τὸ μηδέποτε τὴν ῡι (sic) ἐπὶ τέλους λέξεως μετὰ συμφώνου εὑρίσκεσθαι, ἐξέπεσεν. Syncopae quidem hic nullus locus datur: synaeresin arguit quantitas antepenultimae, quae in hoc nominum genere longa est, ἀφύδιον Aristoph. Frgm. T. II 1152, βοτρύδιον Alex. Fr. T. III 462, ἰχθύδιον in multis comicorum locis [2]), cf. Elemm. I 282 [Proll. 358]. Cum his Buttmannus §. 28 adn. 3 p. 106 componit optativos, quos grammatici eodem revocant quamvis falso nomine syncopae usi, ζευγνύμην, δαινῦτο etc. v. Elemm. I 347. Ante alias terminationes nulla fit contractio: δυϊκός, ἐμπυϊκός, αἱμοπτυϊκός, πιτύϊνος, οἰσύϊνος, ὑΐζω, κνΐσκω, ἐμπυΐσκω etc.[3]).

2) Corripitur hoc a poetis novitiis Anth. XI 405 eadem licentia qua γέφυρα, λάγυνος etc., v. Jacobs adn. 26. Synaeresis illa non adhibetur vocabulis, quae literam Pythagorae in syllaba principali positam habent: πτυΐδιον, ὑΐδιον, συΐδιον.

3) Inter ῥύσκομαι et ῥυΐσκομαι, διαρρυΐσκομαι nulla intercedit societas.

II. Hinc ad ultimum quasi fabulae actum progredimur, in quo producuntur vocales diphthongum excipientes. Exempla aliquot huiusmodi producit Choeroboscus loco illo, quo υἷις contrahi negat ἐπεὶ οὐδέποτε μετὰ τὴν υι δίφθογγον σύμφωνον εὑρίσκεται (ἀλλὰ μόνον ἐπιφερομένου φωνήεντος) οἷον Ἅρπυια, μυῖα, υἱός de Ton. 409. 2 et paria Dict. 781 [4]). Sed hanc literarum iunctionem nonnulli morosiores removere conati sunt vel discissione vel exemtione. Illam reprobat Herodianus Quaest. in Cram. Anecd. T. III 251 πλημμελοῦσιν οἱ διαιροῦντες τὸ μυΐα, ὑΐός· τὸ γὰρ ι μετὰ τοῦ υ ταττόμενον οὐδέποτε διαιρεῖται, ἀλλὰ τῷ υ συνεκφωνεῖται· οὐκοῦν αἴθυια, Ἅρπυια τρισύλλαβα, μυῖα δὲ καὶ υἱός δισύλλαβα, idemque sentiens schol. Dion. 802. 3 reprehendit eos qui ἐν τῷ μυῖα, υἱός τὸ ι περισπῶσι. Atque hoc modo Cl. Rutilius accusativum *Harpyias* in exitu pentametri posuit, v. Schneider. Gramm. I 287. Plerique vero id ne scribi quidem ab omnibus tradunt: τὰ εἰς υιος λήγοντα δύο ἐστὶν, υἱός καὶ γυιός· ταῦτα δὲ οἱ Ἀττικοὶ ἄνευ τοῦ ι γράφουσι Theogn. 49. 30, quibus Photius adiungit feminina μυῖα καὶ γράφεται καὶ λέγεται ἄνευ τοῦ ι καὶ δισυλλάβως παρὰ τῶν Ἀττικῶν, Zonaras participia ἑστηκυῖα, τετυφυῖα, ad Phryn. 40 [5]). Atque hanc scripturam aliquando per ludos literarios divulgatam atque etiam actis publicis communicatam fuisse testatum faciunt epigraphae Atticae, in quibus ὑός, ὑοθεσία etc. leguntur non raro, v. Franz. Epigr. p. 166. Quin apud Homerum ipsum, si brevi opus sit syllaba, ὑός scribi oportere Nauckius sibi persuasit Aristoph. 53 not. Cum Attica, quae vocatur,

4) Verba uncis inclusa adieci propter ea quae sequuntur.

5) Quod haec participia interdum per οι scribuntur, librariis tribuendum videtur recentioribus υ, υι et οι eodem sono proferentibus. Reapse tamen convenit cum terminatione generis masculini et neutrius, in quibus ο sonus auditur (τετυφώς, τετυφός) et a Choerobosco 832. 20 repetitur altius: τετυφυῖα καὶ τὰ ὅμοια οἱ Ἴωνες διὰ τῆς οι λέγουσι. eademque confusio in aliis dialectis, v. Keil. Anall. 163, nec rara in sermone communi ψοῖαι et ψυῖαι, Phryn. 301, πατρυιός πατροιός, τρίττοια ἡ θυσία, quod Theognostus 103. 11 inter proparoxytona in οια refert. Aeolicum τυῖδε nihil aliud est quam τοῖδε, τῷδε intellectu adverbiali ut τῇδε, ταύτῃ, quare regulae non repugnat.

consuetudine convenit Elmsleji sententia ad Oed. Col. Argum. p. 83 ed. Oxon. diphthongum in quaestione positam in eadem voce nec ante consonam stare posse neque (quod huc pertinet) *ante vocalem*, quare ὑϊδοῦς scribendum esse et ὑΐδιον pro υἱιδοῦς et υἱίδιον. His similia μυιίδιον et θυιίδιον *mortariolum* teste carent. Adiectivum γυός, quod Theogn. cum ὑός componit, apud Atticos neque sic neque aliter scriptum deprehendimus. Substantivum generis neutri, quod plerique omnes prototypi loco habent, cod. Harl. in Od. VI 140 sine iota exhibet, γύων pro γυίων, cujus formam sequuntur composita δεξιόγυιος, ὑψίγυιος, ἐνίγυιος etc. et verba Homerica γυιοῦν, ἀπογυιοῦν; cum altero vero ἀμφίγυος consertum putatur, et ad hunc modum etiam verba illa saepe imminuuntur, v. Heyn. ad Il. XIII 147. Quo intellectu Sophocles ἀμφίγυοι dixerit, Elmslejo ad Oed. C. 1493 incertum videtur: *fortasse*, inquit, *γείτονας significat*, nempe a masculino γύης sive γύα, atque hinc etiam Graeci antiquiores duxerunt nomen nauticum γύαια id est σχοινία τὰ πρυμνήσια, quae etiam ἀπόγυα et ἐπίγυα vocantur Suid., Hes. Haec in — γεια demutanda esse iam diu credi desitum est, nuperque novum accessit scripturae pristinae argumentum ex tabulis Atheniensium navalibus, unde Boeckhius ostendit illa nomina antiquitus per υι scripta, postea autem iota sic ut in ἑστηκυῖα omissum esse, v. *Urkunden über das attische Seewesen* p. 162, quod idem Heynius l. c. Homerico ἀμφίγυος accidisse putavit *diphthongo usu loquendi abolita*. Primitivum γύης non raro γυίης scribitur, et id quoque admittit Valckenarius ad Phoenn. 645: excepto, *si versus brevem postulat syllabam*. At equidem dubito an longa nunquam postuletur. Brevis recinit ex synthetis τετράγυος, πεντηκοντάγυος. Γύης autem sive γύη cum neutrali γυῖον naturae quodam vinculo contineri veteres consentiunt, neque non suspicari licet partes agri discripti ac limitati vocari γυῖα id est *membra* et cum significatione certae mensurae γύας *iugera;* ipsumque γυιός sive γυός concedendum est pro ἄγυιος sive λιπόγυιος dici; de ὑπόγυιος nemo dissentit, et id quoque obliterata notione propria saepissime sine iota scriptum est. — Nomen ambiguae potestatis adiicit Arcadius 97, 23 τὰ διὰ τοῦ υια δισύλλαβα προπε-

ῥισπῶνται: μυῖα, θυῖα. Hoc vel idem est ac plurale illud quo Strabo utitur Βάκχαι καὶ Θυῖαι, vel proprium mulieris nomen, quae Liberi patris orgia instituisse fertur, Θυία sive potius Θυῖα Paus. [Agl. 285]; Bacchae ipsae vulgo vocantur Θυιάδες παρὰ τὸ θύειν πλεονασμῷ τοῦ ι EM. 457. 19. Illud non raro θυάς, *thyas* scribitur omissa vocali, quae sine ulla necessitate adiecta est verbo in diastasi: αἱ δ' ὅτε μὲν θυΐωσι H. H. in Merc. 558, sed libri variant θύσωσι et θυΐσωσι, Hermannus tacite θύϊσωσι, quartam ab extrema syllabam acuens, quo synizesin significasse videtur. Θυάς qui scripserunt, fortasse iota sub ypsilo sic ut in μῦα delitescere aut quia ῡ in verbo θύω producitur, non necessarium crediderunt. Sed nostri critici illam scripturam sine dubitatione damnant. Arbor odorata vulgo θύον vocatur, v. Nitzsch. ad Od. V 59, Latini feminine *thyiam* appellant iota inserto; in Theophr. I 9. 3 codd. et edd. vett. θυΐα exhibent, nostrae θυία, sed in altero loco III 4. 2 θύεια. Haec cum verbo sacrificali cognata putantur. Ignotam originem habet mortarii nomen, cuius triplex scriptura, vulgatissima θυεία, cuius prima syllaba brevis est, tertiam longam esse ostendit accentus sat constans, nisi quod Choeroboscus Orth. 220 proparoxytonon praebet. Pro eo in comicorum locis codd. plerumque θυΐα exhibent, quod Meinekius universe Atticis vindicat in Com. ed. minore Addend. p. X, cf. Vindicc. Strab. 237. Bisyllabum non indagavi praeter dativum θυίῃ apud Andromachum in hexametro, v. ad Phryn. 165, quod ex θυΐα natum videri potest. — Ignotum est θυΐς, cuius genitivum Damocrates usurpavit ἐκ τῆς θυΐδος εἰς ὑαλοῦν ἀγγείδιον[6]), cui Hasius in Thes. θυΐδος substituit neglecto altero metri vitio in secundo hemistichio σμύρναν εἰς θυΐδιον, quod Bussemakerus in Poet. Bucol. et Didact. editione Paris. P. II p. 123 v. 49 emendatius scripsit θυείδιον. Hoc Atticum est ut Choeroboscus l. c. tradit a θυεία derivatum, quod proprie *tudem* significare videtur, fortasse a themate θύω *tundo*, unde Dionysius tyrannus pistillum, qui vulgo ὕπερος et δοῖδυξ dicitur, transnominavit θυέστην.

---

6) Vulgo editum ἀγγεῖον, quod scribae potius imputandum quam poetae quamvis impolito.

Hinc traducimur ad illud vocabulorum genus, in quo iota non ad substantiam nominis ut in γυῖον, μυῖα, sed ad paragogen ιος, ια etc. pertinet. Hic primum in mentionem venit substantivum ab adiectivo syntheto propagatum, de quo EM. 462. 22 relatu digna promit adiunctis disparilibus: παρὰ τὸ φυή εὐφυΐα εὕρηται καὶ εὐφύεια παρ' Ἀλέξιδι καὶ παρὰ τὸ τύχη διὰ τοῦ ι εὐτυχία καὶ εὐτύχεια παρὰ Σοφοκλεῖ, et p. 399, 37 εὐφυΐα ὤφειλε διὰ διφθόγγου γράφεσθαι ὡς ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐσεβής εὐσέβεια, ἀλλὰ τὰ παρὰ τὸ φύω σύνθετα διὰ τοῦ ια γράφεται ἀφυΐα καὶ εὐφυΐα, cf. ad Phr. 493. Pari indiligentia Choeroboscus quoque Orth. 182 diversas nominum species miscet: εὐφυΐα διὰ τοῦ ι· τὰ γὰρ προπαροξυνόμενα διὰ τῆς ει, αὐθαδία καὶ αὐθάδεια, συνηθία καὶ συνήθεια. Εὐφυΐα est apud Theophr., Polyb. et citeriores et huic congruentia plurima ἀφυΐα, διφυΐα, διχοφυΐα, κακοφυΐα, μεγαλοφυΐα, νεοφυΐα, ὀδοντοφυΐα, ὀρθοφυΐα, πτεροφυΐα, ῥιζοφυΐα, σαρκοφυΐα, τριχοφυΐα, quorum nullum Atticae dialecti limen intravit, vix ullum a poetis politioribus admissum est, sed Gregorio condonamus συμφυΐα in carmine, v. ad Phr. 493, et Josepho Rhac. in Synops. Rhet. T. III 476 lin. 36 versum iambicum huc deducenti, quo ypsilon contra fas producitur. Εὐφυΐα trisyllabum si testem haberet, dicendum foret, iota paragogicum cum ypsilo thematico coaluisse per synaeresin fere ut θυΐα θυία. — Terminationem ια ypsilon antecedit in nomine, cuius Eustathius meminit 1950, 63 τὴν νεκυίαν τινὲς μὲν κατὰ τὴν μυῖαν γράφουσι, τινὲς δὲ κατὰ τὴν ὀξύαν. Illa feminina est adiectivi νέκυιος positio, sed substantive dicitur de rhapsodia Homerica, quare proparaxytonon facere malui sicut alia carminum elogia Εὐρώπεια, Ὀρέστεια, Ὀδύσσεια, Ἡράκλεια, Λυκούργεια, quibus grammatici hunc accentum nominatim attribuunt, in libris nostris saepe neglectum. Δύϊος a δύη, ut videtur, derivatum Theognostus affert; ex Aeschyli cantico relegatum est. Genitivus pluralis βοτρυΐων legitur in Anthol. cum punctis minime necessariis sicut olim πηχύϊος scribebatur et νηδύϊος, v. Elemm. I 438. — Ab his syntheta, quae ad Phryn. 494 addidi, δίφυιος, δεκάφυιος, differunt, quod haec ypsilon a verbo acceptum habent; utrinque autem distat ἴδυιος, πατρυιός, μητρυιά, quibus

tota diphthongus insinuata est sicut femininis *ἅρπυια*, *αἴθυια*, *ἀγυιά*, quod recte ab *ἄγω* repeti videtur [Parall. 377.], proprie *ductum* significans eodem genere translationis ut *ῥύμη tractus*. Ceterum illud quoque saepe *ἴδυος* scribitur ut gentilicia, quae Stephanus apponit: *Αἴγυς τὸ ἐθνικὸν — Αἴγυος, Δίρφυς — Δίρφυος*. nam horum etiam penultima longa esse videtur; sed brevem habet *σιπύη*, unde *ὁμοσίπυος* conflatum est. Cum *σιπύη* mensura convenit *κωδύα* amphimacrum in iambo Damocratis p. 30 ed. Harles. et *ὀξύη* apud Euripidem Heracl. 727, ubi non arbor significatur, sed hasta, quam Theognostus Can. 106. 17 aliter appellari tradit: *τὰ διὰ τοῦ $\overline{υα}$ — διὰ τοῦ $\overline{υ}$ ψιλοῦ γράφονται, οἷον ὀξύα τὸ δένδρον, τὰ γοῦν ἐξ αὐτοῦ κατασκευασθέντα διὰ τοῦ $\overline{η}$, ὀξύη*, fabricatorum nomine significans *ἔγχεα ὀξυόεντα τὰ ἐξ ὀξύας ὡς Ἀρχίλοχος Ὀξύη ποτᾶτο* Porph. ad Il. VI 201 [7]). Tum continuo subdit: *οἰσύα, κωδύα, καρύα, ἰξύα* [8]), *σικύα, ἰγνύα, ὀρύα· Ἀρίσταρχος συστέλλει τὸ $\overline{α}$ καὶ ἐκτείνει τὸ $\overline{υ}$ καὶ προπαροξύνει ὥς φησιν Ἡρωδιανός*, quae res suspicionem praebet scripturae diversae; nam Aristarchum de nomine ignobili *ὀρύα* loquutum esse parum veri simile est, sed fortasse illud, quod in principio articuli positum est, rectius *ὄξυα* vel *ὄξυια* ut *ὄργυια* scribi censuit; Goettlingius de Acc. 157 hoc praeceptum ad proxime antecedens transfert apposito schol. XIII 212 *ἰγνύη ἰωνικῶς μετέβαλε τὸν τόνον, ἐπεὶ τὸ ἀκόλουθον ἰγνυά ἐστιν*, quo loco Lehrsius in Arist. 313 tacite corrigit *ἴγνυα*; ille vero *ἴγνυια*, auctoremque metabolae Aristarchum facit; equidem Homerum fuisse arbitror.

Nominum igitur regionem peragrantes sat multa animadvertimus scripturae controversae documenta. Jam vero Theognostus nos ad verba devocat p. 149. 3 *τὰ διὰ $\overline{υιω}$ σπάνια, ἀλυίω, μεθυίω, ὀπυίω*. Primum horum cum *μυῖα* componitur Epim. I 272. 32 *ἀπὸ*

---

7) In iisdem Theophrasti libris arbor, quae a foliis acutis denominata dicitur, modo *ὀξύη* vocatur Hist. III 3. 8, III 6. 8, III 10. 1, III 11. 5, V 1. 2, modo *ὀξύα* III 10. 3, V 4. 3, et obliqui in edd. vett. nonnunquam per *ει* ut adiectivum *ὀξεῖα* III 10. 13.

8) Hoc ignotum est, fortasse ex dittographia natum. Interim novimus alia varie figurata: *σίκυς σίκυος σικύα, ὄστρυς ὀστρύα, σιπύς σιπύα, ἰγνύς ἰγνύα, τριττύς τριττύα*. Haec pluribus enarravi ad Phr. 302.

τοῦ ἀλύω πλεονασμῷ τοῦ ι γίνεται ἀλυίω ἡ δ' ἀλυίουσ' ἀπεβήσετο Il. E 352. Hic et tribus aliis locis libri ad unum omnes ἀλύειν praebent ypsilo brevi, semel vero porrigitur in exitu versus Od. IX 398, et hic nonnullos diphthongum praetulisse auctor est Eustathius 1636, 23 τῶν παλαιῶν τινες προςγράφουσι τὸ ι καθὰ καὶ ἐν τῷ ὀπυίειν· οὐ μὴν ἐστιν ἀναντίῤῥητον. His promptius erat ἀλύσσειν proponere; nam hoc Homerus ipse utitur; sed nullo remedio opus erat, nam illa syllabae mediae mutabilitas aliis quoque concessa est: ἡμύω, ποιπνύω, ἱδρύω etc. Apud tragicos uno modo ἀλύω scribitur ypsilo longo; diphthongi vero vestigium usque quaque nullum, neque erit qui hoc eo explicet, quod Attici eam vocalibus praemittere defugerint. Μεθυίω ab Arcadio in catalogo isoteleutorum praetermittitur nec unquam in lucem prodit; sed fieri potest, ut poeta aliquis audentior aliquando ad hoc brevitatis remedium decurrerit. Verbi, quod tertio loco proponitur, forma duplex viget, poetica ὀπυίω, altera scriptoribus familiaris ὀπύω, atque huic convenit etiam futurum ὀπύσω semel lectum apud Aristoph., quod nulla causa est cur ab ὀπυίω declinatum dicamus omisso propter adiunctionem consonae vocali hypotactica. Ceterum hoc a prioribus differt ea re, quod illis nomina antecedunt ἄλυς, μέθυ, hoc autem nullum primitivum habet praeter opinabile οἴφω, cui adhaerent substantiva οἰφόλης et ὀπυόλης [Rhem. 41]. Verborum bisyllaborum unum θυίω legimus in H. H. Huic simile φυίω EM. Aeolicum appellat, sed huius dialecti nota vacant syntheta δεκάφυιος, δίφυιος et τρίφυιος, quae ubi edd. vett. sine iota exhibent, nunc correcta sunt, v. Phryn. 494. Qui illud omiserunt, fortasse exempla supra exposita μυῖα, υἱός sequuiti sunt. — Nomen παραφυάδες a Nicandro usurpatum ypsilo producto excusatur arsi, ipsumque verbum, quocum compositum est, apud hunc poetam et suppares penultimam longam habet. — Synaeresi vero vocalis optativi characteristica, iota dico, abolita videtur in φύη Theocr. et gemino δύη, quod Bekkerus Homero pro subiunctivo δύῃ substituit; Thierschius vero p. 379 δυίη, Matthiae p. 672 φυίη, quorum neutrum opus est. Eadem ratione iota supprimitur in verbis paragogis, quae Choeroboscus designat p. 774, ubi optativum diphthongos in penultima

habere docet αι͞, ει͞, οι͞ χωρὶς τῆς τετάρτης συζυγίας τῶν εἰς μι· ταῦτα γὰρ οὐ παραλήγονται τῇ διφθόγγῳ, ζευγνύην γὰρ καὶ ὀμνύην χωρὶς τοῦ ι͞· καὶ λέγει ὁ Ἀπολλώνιος ταύτην τὴν ἀπολογίαν, ὅτι τὸ ζευγνύην καὶ πηγνύην καὶ ὀμνύην προσθέσει τοῦ μ͞ παθητικὰ γίνεται, ζευγνύμην καὶ τὰ λοιπά, ἐπειδὴ μετὰ τὴν υι͞ σύμφωνον οὐχ εὑρίσκεται ἐπιφερόμενον· ὃ οὖν εἶχον ἀποβάλλειν ἐν τοῖς παθητικοῖς, προαπέβαλον ἐν τοῖς ἐνεργητικοῖς. Τούτου οὖν χάριν τὰ εὐκτικὰ οὐ παραλήγονται διφθόγγῳ. Ex postremis verbis cognoscitur Apollonium de successione consonarum idem sensisse quod complures alios, quos nominavimus, librique nostri confirmant neque non ratum habet Buttmannus §. 107 adn. 36 p. 519, cf. §. 58 s. v. υἱός. Sed quod quidam ne vocales quidem post diphthongum υι͞ inferri posse concedunt, id ei ignotum fuisse ostendunt quae antecedunt, quum dicit hanc scripturam ab optativis passivis per anticipationem quandam translatam esse ad formam activam. Simplicius dictu est hunc modum utrobique ex analogia aliorum verborum diphthongum habere, sed iota, quia ab ypsilo non tanto soni discrimine distat, quanto ab α͞, ε et ο, cum eo in monophthongum υ͞ confluxisse. A natura vero acceptum habent nomina μυῖα, ἄγυια etc., quae qui sine iota scripserunt, nihil aliud causae habuere quam quod vocalem aures suas fugientem ne scribendam quidem putarent; sed reiiciuntur a Theognosto Can. 102 τὰ διὰ τοῦ υια͞ βαρύτονα ἀπαρασχημάτιστα διὰ τῆς υι͞ γράφονται μυῖα, Εἰλήθυια, ὄργυια, cui convenit ὀργυιόεις apud Nicandrum eodem modulo quo δακρυόεις, neque offendit correptio diphthongi vocali praemissae, sed libri ὀργυόεις praebent probatum Meinekio et Ottoni Schneidero ad Ther. 216. De voce ὑός, cuius hic meminit, duplex est dubitatio. Si prior syllaba longa est, synaeresis incessit; si brevis, iota radicitus evulsum est, aut quia in loquendo non expromitur, aut quod abest a verbo φύω, id enim vulgo pro etymo habetur. Huic si syllaba longa opus, nonnulli addiderunt vocalem auxiliarem, quae saepissime producendo epsilo adhibetur (τρείω, πνείω) et bis etiam ypsilo (ἀλυίω, μεθυίω). — Eodem adminiculo auctum est periecticum μυιών in Christodor. Ecphr. 236 et in multis codd. Il. XVI 315, sed μυών con-

sensu omnium sustinetur in Apollon. et Theocr. versibus producto ubique ypsilo, quod in obliquis primitivi μῦς casibus breve est, v. Spitzner Prosod. Graec. 97.

Haec disputatio opinione longius processit propter singularem diphthongi ῡι naturam. Nam quum ceterae nulli subiectae sint regulae, haec propriis regitur finibus. Primum enim nunquam vocem finit praeter dativos poetice contractos πληθυϊ πληθυῖ, quibus aequiparantur duo Latini *cui* et *huic*, si monosyllabi fiunt. In dictione autem media refugit a vicinia consonarum et ne ante vocales quidem sedem undique tutam habet, sed saepe ad ῡ simplex redigitur vel exaeresi literae hypotacticae, μῦα, vel diastasi, μυῖα proparoxytonon ut πότνια. Latini vocalem in consonam vertere solent: *Maja, Troja, Herpyja*, quam tropen uberrime tractavit C. Schneiderus in Gramm. Lat. At vero quod quidam de nostris contendunt, apud Graecos quoque iota nonnunquam vicem consonae obtinuisse, quae hodie jod nuncupatur, negat Henrichsen adversus Blochium disputans in libro *Ueber die neugriechische Aussprache* p. 117, et id rectius, ut videtur. Graeci enim nomina Romanorum propria proferentes elementum Latinum reddunt vernaculo iota: Γάϊος, Πομπήϊος, cf. Walowski Antiqq. Rom. p. 54, idemque Latini in vocibus Graecanicis saepe substituunt[9]): Τήϊος *Tejus*, Λάϊος *Lajus*, sed nulla re probatur, illos haec pronunciasse more Romano Τήιος bisyllabum, Πομπήιος trisyllabum. In hanc corruptionem Graecia postuma delapsa est lenocinante soni utriusque affinitate. Quemadmodum enim *g* litera in nonnullis Germanicae regionibus liquidius sonat: *Jott* pro *Gott*, sic inolevit μύγα pro μυῖα in Epim. I 272 et apud alios huius farinae scriptores, quos Du Cangius citat, cf. Mullach *Grammatik der griechischen Vulgärsprache* p. 141. Id illi μύja scripturi erant, nisi hoc signum literaturae Graecae deesset.

Adhuc nihil diximus de quantitate diphthongi ῡι. Ea a longo inde tempore adnumeratur impropriis. Sed contrarium demonstrant dativi illi Homerici πληθυῖ etc., qui quum ex duabus brevibus ῠ et ῐ contracti sint, sequitur ῡι diphthon-

9) Saepe, dico, non semper propter *Aeetes, Aeacus, Achaeus* etc.

gum esse propriam. Eandemque esse mensuram ypsili in nominibus primae declinationis cognoscitur ex Charisii verbis I c. 2 p. 3 „*si vocalem brevem sequitur i litera, vice consonantis posita est: Harpyja*“, quo exemplo ceteri quoque Institutionum grammaticarum auctores utuntur. Hisque assentientes ypsilo nominis *μυῖα* non lineolam imponimus ut Thierschius §. 15. 2, sed lunulam brevitatis indicem.

Cap. II.

De diphthongis impropriis.

PROOEMIUM.

Diphthongorum huius ordinis vocalem secundam non pronunciari distincte affirmat Choeroboscus Can. 101. 8 *οἱ μὲν γραμματικοὶ λέγουσιν ὅτι τὸ ῑ τότε εὑρίσκεται ἀνεκφώνητον, ἡνίκα εὑρεθῇ ἢ μετὰ τοῦ ᾱ μακροῦ ἢ μετὰ τοῦ η̄ ἢ τοῦ ω̄ ἐν μιᾷ συλλαβῇ· οἱ δὲ μουσικοὶ λέγουσιν ὅτι ἐκφωνεῖται μὲν, οὐκ ἐξακούεται δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῶν μακρῶν φωνηέντων*, et Zonoras leviores auctores sequutus p. 1765 *τὸ ῑ ὅτε ἐν μιᾷ συλλαβῇ φωνήεντι (μακρῷ) ὑποτέτακται, ἐξαιρεῖται ὅλως οἷον μυΐα* (hoc accentu), *ὑός, πεποιηκυΐα, κλάειν καὶ τὰ ὅμοια· ὁπηνίκα δὲ ἐν συλλαβῶν διαζεύξει φωνήεντι ἕπεται, γράφεται μὲν, οὐ συνεκφωνεῖται δέ: Καδμῇδα, Κωπᾷδα, Νηρῇδα.* Huius praecepti partem priorem ultro missam facimus. Nam *κλαίω*, unde ille *κλάω* Atticum factum putat, alpha breve habet, v. Rhem. p. 10, *ὑός* alii primitivum esse statuunt, *υἱός* epenthesi auctum. Sed plus momenti in sequentibus, quorum ultimum pro specimine synaeresis proponunt Josephus Synops. 568, Moschopul. Opusc. c. V 30, isque addit *καὶ ὅταν τὸ πλῆρες τῆς γραφῆς φυλάττηται, φυλάττεται καὶ ἡ δύναμις, ἐνδεῖ δὲ μόνον ἡ τῶν συλλαβῶν ποσότης· τοῦτο δὲ γίνεται ἐπὶ μόνου τοῦ ῑ, ὃ καὶ προσγράφεται μὴ ἐκφωνούμενον.* Iota cum vocali contractum non audiri quidem, sed tamen adscribi Herodianus ostendit Mon. p. 142 (40. 16), quum dicit nominum bisyllaborum ge-

neris masculini in $\overline{\tau\eta\varsigma}$ nullum esse oxytonon praeter *κριτής*, nam ληστής natura trisyllabum esse pro ληϊστής — *διὸ ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ι.* Hoc igitur exactiores apposuerunt quamvis inauditum — *καθ' ὑπόμνησιν* scripturae integrae.

---

§. 1. Quum de vocabulis haud paucis incertum sit, utrum alpha a natura insitum habeant an eta, diphthongi quoque $\bar{ᾳ}$ et $\bar{ῃ}$ nonnunquam eodem loco tractandae erunt, quod et Appollonius aliquando fecit Adv. 567, ubi adverbio ῥᾴ iota asserit, quia per apocopen ex ῥᾳδίως ortum, hoc autem ex ῥαϊδίως factum sit ut *Λάϊος Λᾷος καὶ λάϊον λᾷον.* Adverbio illi et toti huic familiae convenit ῥᾴτερον apud Pindarum, cui *Λᾷος* quoque tribuitur, v. Boeckh. Ol. VII 60. A trisyllabo quae derivata sunt *Λαΐειος, Λαϊάδης, Laiades* iota custodiunt integrum. Pro etymo Eustathius 862. 56 λήϊον ponit; paulo probabilius videtur λᾶος *lapis*, unde λάϊγξ et λάϊνος unumque coartatum λᾷνος, quod Jacobsius ad Anthol. Pal. p. 911 *a malo versificatore profectum* dicit. His succurrit tertium λαός, unde et *Λαΐδας* repeti potest et composita, quae Meinekius Del. 114 huc refert, *Νικολαΐδας, Ἀρχελαΐδας* et breviata *Νικολᾴδας, Φιλολᾴδας*, quibus librarii iota, quia non ad aures pervenit, nonnunquam subducunt [Path. I 280, supra p. 11]. Sic saepissime scribitur nomen nobilis statuarii *Ἀγελάδας*, sed hoc dubium est idemne significet, quod Plutonis epitheton *Ἀγέλαος* sive *Ἀγεσίλαος*, an potius conveniat cum Minervae cognomine *Ἀγελείη* id est ληῖτις. Ab Jonico ληός profectum est λήϊτον τὸ δημόσιον, quod idem λῇτον scribitur, et verbum ληιτουργεῖν i. q. λειτουργεῖν. Communem formam sequitur nomen ancipitis merismi νεολαία. Id grammatici ad unum omnes substantive interpretantur νέος λαός Suid. etc. vel τὸ ἄθροισμα τῶν νέων schol. Lucian. Phal. I §. 3 p. 155 Jacob., schol. Eurip. Alc. 103, Theocr, XVIII 24. Quemadmodum autem ex πολὺς λαός componitur πολυλαΐα (Phryn. 493), ex δέκα νᾶες item δεκαναΐα, sic ab illis duobus debebat νεολαΐα [Parall. 228], et fuisse, qui ita dicerent, cognoscitur ex Photii verbis νεολαίαν τὴν νεότητα τετρασυλλάβως οἱ Ἀττικοί; sed pentesyllabum non legitur

ne in prosa quidem, nedum *νεολᾳα*. Alterius merismi exemplum unicum est Eurip. Alc. 135 *δουπεῖ χεὶρ νεολαία γυναικῶν*, idque prae altero probatur ab Hermanno: „*ipsa forma docet νεολαία adiectivum esse*". Non dubitem equidem, quin *ὁ τοῦ νέου λαοῦ ὢν* dici possit *νεόλαος*, quod quodammodo confirmat Photii glossa *Νεόλεως ἔφηβος*, sed quomodo hinc ad *νεόλαιος* perventum sit, parum liquet. Ceterum loci Euripidei scriptura ambigitur. — A *λαός* una litera distat *ναός*, unde derivata sunt *νάϊος* et *ναΐδιον*, nulli affectioni obnoxia; sed dubitationem iniicit Minervae Delphicae epitheton *Προναία*, num significet *τὴν προναίουσαν* sicut eiusdem loci incolae dii hominesve *σύνναιοι* nuncupantur, an dea sacellum templo antepositum quasi *πρόναον* incolens dicta sit *προνάϊος* sive *προναΐα* sicut *προβώμιος*, syllabisque contractis *προναία*, quomodo libri exhibent in Aeschyl. Eumen. 21 et Inscriptiones ab Hermanno huc adhibitae, qui iota vocali longae, ut mos fert, subscripsit ut Pindarico *Λᾳος*. — Cum *λαός* et *ναός* prosodia conveniunt andronymica *Εὐπαΐδας* Thucyd. et *Πολυπαΐδης*, quod olim in Theogn. Gnom. scribebatur *Πολυπαίδης* iota contra regulam non supposito sed apposito, quasi cum *παῖς* compositum sit. — Cum *Λάδας* in Parall. 78 contuli *Γράδης*, quod Herodianus in Anecdot. Oxon. III. 232 directe patronymicum apellat, *τὸν γὰρ υἱὸν τοῦ Γρᾶ σημαίνει*, sed cum potestate patronymica amisit etiam iota. Fixum vero est deminutivo *γρᾴδιον* non solum in nostris libris, sed etiam in paradosi, quam attestantur grammatici, v. Elemm. I p. 280, et in versibus distincte auditur, unde synaeresis trisyllabi cognoscitur. — Cum his complectar adiectiva, quae etymologi primitivo *δάϊς*, *δήϊς* subiiciunt, *δᾳος*, quod Hermannus Aeschylo Choeph. 618 metri causa substituit, hisque annexa *δῃοῦν*, *ἀδῇος*, *δηάλωτος*, *Δηάνειρα*, quibus editiones veteres nonnunquam iota detrahunt, partim asyncreta, *μενεδαΐον ἵππον* in exitu versus Anytae Epigr. XVI et nominativum proprii *Μενεδαῖος* Thucyd. III 10, qui nunc accentum in antepenultima accepit sicut *Θρασύδαιος* in Demosth. Coron. 324 et aliis locis. Sed saepe etiam properispomenon: Athenae. VI 249 C, *Ἀριδαῖος* Diod. XIV 24, Strab. XVII 8. 794, Pausan. I 6. 2, cf. Parall. 229. — Adiectivum his subnexum *δάϊος* sive *δήϊος*, quod

glossographi καυστικός interpretantur, cogitationem traducit ad verbum urendi vastandi δαίω, unde non solum δᾴς et δαλός arcessitur, sed etiam syntheton, quod nostrae causae propius, Πούρδαιον μαγειρεῖον Λάκωνες Hesych., hoc est πυρδάϊον sive πυρδαεῖον, atque adiectivum πυρδαής idem significans quod πυρκαής sive πυρικαής. Huius casus obliqui in versibus dactylicis alpha necessario longum habent: πυρικαέας ἄνδρας Maneth., quod Meinekius Del. 113 Leonidae Tarent. reddidit pro πυρικαιέος substracto fulcro inutili, quo vacat πολυκαεῖ ὄγκῳ in alio eiusdem epigr., neque ferunt substantiva hinc emanantia ἡλιοκαΐα, λυχνοκαΐα etc. ad Phryn. 523. His omnibus et congeneri πυρκαεύς consuetudo communis alpha breve ut nostri lexigraphi assignasse videntur conveniens Homerico πυρκαΐη. Singulari vero synaeresi Euripides in tertia trimetri dipodia anapaesti evitandi causa trisyllabum posuit ἑπτὰ πυρκαιὰς νεκρῶν.

Verbis δαίω, καίω sono simillimum γαίω ex usu effluxit citius, quam ab ex ornatoribus linguae in varias figuras et paraschematismos diductum esset. Hinc tamen Aristarchus vocativum βουγάϊε natum putavit ad denotandum hominem rustice exsultantem; alii βουγήϊε scribentes hoc nomine proprie βοῖν ἐργάτην significari tradunt, quem alii γαῖον sive γάϊον vocari testantur. — Sine radice crevit Laconicum χαΐα in Aristophanis versibus, ubi Lacaena loquitur; hinc χᾶος contractum dici posset, sed ex uno illo Theocriti loco merito sublatum est; syntheton in codicibus Aeschyli omnibus scriptum est βαθυχαῖος, sed critici respectu strophae βαθυχάϊος supposuerunt. — E gentiliciis huc adscribendum est Maeonum nomen, quos Graeci vulgo Μαίονας, Homerus Μῄονας et Μηΐονας vocat ἐκφωνηθέντος τοῦ ι, eosdemque Heraclides a nonnullis Μήονας appellari tradit more Boeotorum eta pro αι ponentium, Eust. 365. 27. — De alio huius numeri nomine Herodianus Il. IX 605 vel suam vel aliorum sententiam exponit: λόγος ἐστὶν ὡς πᾶσα εὐθεῖα ἀρσενικοῦ ὀνόματος ἐν τῇ τελευταίᾳ δύο ἔχουσα φωνήεντα ταῦτα ἐκφωνεῖ χωρὶς τοῦ Θρᾷξ. Hunc Atticum, ut vocant, accentum auctores tonici praeferunt oxytono Θρᾴξ, utrique autem iota adscribi quidem, sed non enuntiari docent, v. Parall. 99 et 541. Id

igitur pro brevi habuerunt, sicut est apud Homerum in casibus trisyllabis *Θρήϊκες*, ipsumque nominativum non *Θρήϊξ* ut quidam posteriorum scripserunt, sed *Θρῆϊξ*, unde nascitur monosyllabum — *πέπονθεν οὖν τὸ Θρᾷξ (Θρᾶξ) συναίρεσιν* Epim. I 204. — Minervae epitheton *Πυλαῖτις* Lycophr. 356 sive ab appellativo *πύλη* ductum, sive a proprio *Πύλαι*, incertum habemus utrum ex *Πυλαΐτις* contractum sit (neque non fieri potest, ut poeta ipse sic scripserit syllabis disparatis), an Aeolice diffictum ut *μαχαίτας* pro *μαχητής*, cf. Ahrens. Aeol. 96.

§. 2. Diphthongorum impropriarum secunda nascitur ex synaeresi vocalium $\bar{\eta}$ et $\bar{\iota}$, de quibus duplex proseritur quaestio, una de quantitate vocalis suppositae, altera de eta, nativumne sit an ex epsilo conversum. Utriusque disceptationis occasionem praebet nomen Homericum, quo alimenta sive cibaria significantur non solum hominum: *νηὸς ἐξέφθιτο ἤϊα πάντα*, sed etiam ferarum: *λύκων ἤϊα πέλονται*, hic longo $\bar{\iota}$, illic brevi; hinc autem translatum putatur ad fruges frugumque calamos, spicas, paleas, quibus pecora pascuntur: *ἠΐων θημῶνα τινάξῃ* Od. V 368, quod quia metro repugnat, sunt qui mutent in bisyllabum *ᾔων*, quo Pherecrates pro spondeo usus est. Verum veterum nonnullos hoc loco *εἰΐων* scripsisse colligitur ex glossa Hesychii *Ἔϊα λέγεται καὶ δισυλλάβως εἶα· ἐπισκεπτέον δὲ εἰ ταὐτόν ἐστιν ἤϊα καὶ εἶα· ὅταν γὰρ τὸ* $\bar{\eta}$, *βρῶμα σημαίνει, ὅταν δὲ τὸ* $\bar{\epsilon}$, *χόρτον*, id est pabula. Hinc coniecturam duxerunt *ἤϊα* sive contractum *ᾖα* proprie viatica significare a verbo *εἴω, εἶμι* derivatum, latius autem edulia. Synaeresin quamvis probabilem exterminant Passovius et Geppertus in libro *Ursprung der homerischen Gesänge* T. II p. 5, ille poetam synizesi usum esse statuens, quae utriusque vocalis sensum quendam auditoribus relinqueret, quare etiam *ἤιων* scribit acuta syllaba prima, alter violentior iota elisione tollit. Tertium quiddam proponit Nitzschius ad Odyss. V 368, iota non vocalem esse sed consonam remotis punctulis, idemque existimat de duobus adiectivi *δήιος* casibus pari interpretantium aestu iactatis. De genitivo *θώρηκας ῥήξειν δηΐων* Il. II 544 Eustathius 282. 30 adnotat *οἱ παλαιοὶ ἀξιοῦσι δηΐων ἀναγινώσκειν δίχα ἐκφωνήσεως τοῦ* $\bar{\iota}$, quo modo syntheta *δηάλωτος*, *Δηάνειρα* ver-

bumque Homericum δηοῦν pronunciamus iota cum eta mixto. Sed licet etiam hoc corripere sicut Hesiodus nomen Δηΐων protulit Fragm. LXX, sed hic producta syllaba secunda. Utraque ratio convenit ad ceteros locos, in quibus omnibus syllaba prior in thesi posita est [1]) γνῶ δ' ἄνδρας δηΐους Il. X 358, ἄνευ δηΐων XIII 556, αὐτάων δηΐους XII 264 et all. Sententiae eorum, qui in his quoque iota pro consona valere volunt, officiunt ea, quae in fine superioris capitis de diphthongo υι dicta sunt. — Tertium ἠών, quod Plutarchus in vita Homeri c. XI pro specimine synaeresis affert, Thomas iure Atticis assignat; Homerus integro utitur, quo Apollodorus I 9. 21 et nonnulli eiusdem ordinis relabuntur, v. Wagner ad Alciphron. I Ep. 1. Ceterum etymologi hoc nomen ab eodem verbo eundi repetunt, unde illud plurale tantum ἤϊα, v. Elemm. I 65 [et 71]. — Huic simillimum λήϊον, quod aliqui ad λεία referunt, nunquam componitur praeter Doricum λᾷον, λατομεῖν. — Substantivorum in ηΐς exeuntium unum antiquitus enotatum est Epim. I 229 παρὰ τὸ κλείω κλείς καὶ ἐν διαλύσει κλεΐς καὶ ἐπαυξήσει κληΐς, ὅπερ σεσημείωται ἐκτεῖνον τὸ ι. Τὰ γὰρ εἰς ις θηλυκὰ ὅτε καθαριεύουσι, συστέλλει αὐτό: Βρισηΐς, Χρυσηΐς, Νηΐς (a νέω νήχομαι), quibus accedunt ληΐς epicum et δηΐς thematicum. Praesens κλῄω Ionicum est, Attica vero, quae Photius affert, κλῇσαι οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι καὶ κλῇδα· οὕτως οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης et cetera huius amplae prosapiae, de quibus omnibus exquisite et abundantur disputavit Ellendtius in Lexico Sophocl. T. I 965. Ληΐς id est λεία mutationis expers; sed poetae contrahunt verbi hinc ducti formas, ἐλῄσατο Anthol., λελῃσμένη Eurip., sermo autem solutus λῃστής et hoc ita constanter, ut altera forma librariis tribuatur. Eta non primitivum, sed ex epsilo conversum esse non solum synonymon illud probat, quod pro etymo habetur, sed etiam participium verbi, δῶρα λεϊζομένη Anthol., et adiectivum hinc declinatum, cuius duplex forma intra tres versus Homeri ocurrit, una ineunte versu ληϊστοὶ μὲν γάρ τε Il. IX 406, altera exeunte οὔτε

1) Nihil contra valet δηΐου ἐκ πολέμοιο in primo versus pede quater repetitum.

λεϊστή. Itaque hoc λεΐζω primigenii loco habendum erit; hinc sequuta est ectasis ληΐζω, postremo synaeresis λῄζω, quod non ex se cognoscitur, sed ex derivatis λέλῃσμαι, λῃστής. — Haec triplex variatio apparet in tribus verbis, quae grammatici conferunt: ἀπὸ τοῦ κλέος κλεΐζω καὶ κληΐζω καὶ κλῄζω ὡς χρέος χρεΐζω χρῄζω· τὸ δὲ κλῄδων (hoc accentu) οὐκ ἔχει τὸ ι, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ κληΐζω, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ καλέω (κλέω) κλήσω. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν Etym. Gud. 294. 46, ubi adverbium κλῄδην aut per oblivionem omissum aut in κλῄδων corruptum est. De hoc contra dicit schol. Od. IV 317. ἀπὸ τοῦ κλέος κλεΐζω κλεϊδὼν καὶ κληδών· μένει δὲ τὸ ι προσγεγραμμένον. Sic enim ante hanc memoriam scribebatur in plurimis tragicorum locis, in quibus iota nunc deletum est consensu tacito, sed stabili et iusto; nam ut a πρέω (πρήθω) πρηδών, a κτέω (unde κτείς) κτηδών, a σπάω σπαδών (σπάσμα), sic a κλέω κληδών, cui similia multa attuli ad Aiac. p. 169. Sed nullum omnium iota ante terminationem habet. In ipso Homeri loco κληηδόνα legitur, mendosius vero in libris nonnullis κληϊδόνα, unde fluxit illa scholiastae adnotatio parum deliberata. Verbo disyllabo utitur Homerus κλείω κλέομαι, contractum κλῄζειν, κλῇσαι tragici frequentant. Usitato κλείω consentaneum est κληΐω, sed nihil habet quo probetur praeter aoristum Homericum κληῖσαι. — Quartum addit EM. 815. 4 χρῄζω ὅταν τὸ δέομαι σημαίνῃ, ἔχει τὸ ι, ἀπὸ γὰρ τοῦ χρέος χρεΐζω καὶ τροπῇ χρηΐζω καὶ κατὰ συναίρεσιν χρῄζω· ἐπειδὰν δὲ σημαίνῃ τὸ χρησμῳδῶ, ἔστιν ἄνευ τοῦ ι καίπερ τῆς ἐτυμολογίας ἀπαιτούσης τὸ ι· παρὰ τὴν χρείαν γάρ ἐστιν· ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σημαίνοντος τὸ δέομαι ἔχει τὸ ι. Verbo noto et obvio χρῄζω recte iota subscribi ostentui est Ionicum χρηΐζω et χρηΐσκομαι, quibus poetae utuntur epici. Pro χρᾷν si dicitur, quod multo rarius fit, res in dubium revocatur. In Eurip. Hel. 536 Ald. iota adiicit, neque praecise damnat Hermannus, sed veretur tamen, ne discrimen illud significationis a grammaticis excogitatum sit. Ac dubito an χρηΐζειν sive χρῄζειν nunquam idem quod χρᾷν *vaticinari* significet; χρῄζει, quod Matthiae ad Hel. l. c. hoc intellectu Oed. C. 1426 positum affirmat, alii verius *postulat* interpre-

tantur subscripto iota eodemque modo *χρῄζων* Choeph. 337 (328) et 803, quod schol. perperam *χρησμωδῶν* exponit. — Cum substantivo *χρεία*, cuius ille meminit, cohaerent adiectiva *χρεῖος*, *χρήϊος* et *ἀχρήϊος κτητικὸν ἀπὸ τοῦ ἀχρεῖος κατὰ ἔκτασιν τοῦ ε καὶ διάστασιν τοῦ ι* EM. 182. 45. Huius accentum disceptat Herodianus ad Il. II 269 *παρὰ τὸ χρεία ἄχρειος προπαροξύτονον οἱ Ἀττικοὶ ἀναλόγως, παρὰ γὰρ τὸ χρεία*, Homericam vero tonosin ortam videri posse *κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ ἀνδρεῖος, Ἀργεῖος*. Veri similius videtur *ἄχρειος* lege compositionis accentum retractum habere, *ἀχρῆος* vero non compositum esse, sed ex Ionico *ἀχρήϊος* contractum ut *ἀδήϊος ἀδῆος*. In Atticorum libris ubique *ἀχρεῖος* scribitur ut *ζαχρεῖος* Theocr. XXV 6, sed hoc Meinekius proparoxytonen fecit. — Iisdem fere gradibus crevit adiectivum a Stephano relatum *Γῆ ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν, ἀφ' οὗ τὸ γέγειος κτητικὸν πλεονασμῷ τοῦ γε, ἢ παρὰ τὸ γήϊος, ἀφ' οὗ καὶ τὸ γηΐτης ὁ αὐτόχθων καὶ τὸ γήϊνος μετουσιαστικόν. Γέγειος* alii *ἀρχαῖος* interpretantur, quia antiquissimi cuiusque terrae incolae iidem habentur autochthones, sed origo vocis prorsus incerta; stirpem manifestam, sed testem nullum habet *γεῖος*, quod Hermannus ab Aeschylo Suppl. 825 scriptum arbitratur, nihiloque notius est asynaereton *γέϊος*, v. Elemm. I 449 [et 283]; *γέϊνος* damnat Phrynichus 97, *γήϊος* Arcadius 40 cum *δήϊος* et *νήϊος* comparat, usitatum vero est *γήϊνος*. Praetereo duo adiectiva a similibus principiis diverse deflexa *Κεῖος Ceus* et *Τήϊος Teius* [Vol. I 532 et 414 n. 2, supra p. 12], sed subvenit *λεῖος*, unde nonnulli nomen vestis levidensis ductum putant; Eustathius 1146. 58 *οἱ Ἀττικοὶ ληΐδιον τετρασυλλάβως, περὶ οὗ Τρύφων φησίν, ὡς ἔστι λεῖον, ἐξ οὗ παραγωγὴ διὰ τοῦ διον λείδιον διὰ διφθόγγου καὶ ἐκτάσει λήδιον σὺν τῷ ι ὡς ἥκαζον, ᾖδειν. Φιλήμων δὲ παροξύνει ὡς τὸ σταμνίον. Δίδυμος δὲ καὶ αὐτὸς οὕτω δοξάζων φησίν, ὡς ἄλογος ἡ προπαροξυτόνησις τοῦ λήδιον· αἱ γὰρ διὰ τοῦ ιον παραγωγαί, εἰ δακτυλικαί εἰσι, πρὸ μιᾶς ἔχουσι τὸν τόνον παιδίον, ῥᾳδίον· τὸ γὰρ δ τοῦ πρωτοτύπου ἐστίν· ἀπὸ γοῦν τοῦ λῆδος μὴ ἔχοντος τὸ ι γεγονὸς τὸ ληδίον οὐκ ἂν ἔχοι τὸ ι*, additque Dores *λᾶδος* dixisse, cui convenit *ληδίον*. Ahrensius vero Dor. 142 illis *λαῖδος* attribuit ut Hesychius scriptum

habet, sed Schmidtio ad Didym. p. 342 mendosum videtur. Paradosis, ut ait Eustathius, iota recepit; certi nihil habemus. — Deminutiva potestas lucidius apparet in *γείδιον*, unde *γηΐδιον* processit ectasi Ionica, et Attice contractum *γῄδιον*, v. Elemm. I 281 [et 463]. — In hoc universo vocabulorum genere duo sunt singularia; unum quia eta non ex epsilo productum, sed ab origine ingenitum habet, hoc est *δῇος*, alterum substantivum *κλῄς* ea re, quod iota in obliquis casibus protenditur idemque apud Atticos cum eta in unam syllabam confluit sicut in paronymo *γῄτης* Soph. Trach. 32, quod nuper e cod. receptum est, v. I 283. Cum *κλῄς* igitur parum apte conferuntur paragoga *Ὑψηΐς*, *Νηρηΐς*, *γενηΐς* etc., quorum iota per omnes casus breve est et saepissime contrahitur excepto primo; nam *Νηρῄς*, quod technici ponunt, Choerob. 172. 26 et 239. 12, Theognost. 4. 4, mihi nusquam indagatum est; huic simile *κερχνῄς*, quod critici Aristoph. Avv. 304 et 1181 pro *κερχνηΐς*, quia bisyllabo opus, substituerunt, incertum reddit codex *κερχνίς* exhibens et schol. *κερχνηΐς οὐκ ἀναγέγραπται ἀλλὰ κέρχνη*, quod non legimus, sed saepius *κερχνίς* in codd., v. Schneider. et Jac. ad Aelian. p. 405 *). Nereidum vero nomini peculiaris est mutabilitas syllabae secundae *Νηρηΐς καὶ Νηρεΐς* Thom., quorum alterum a sermone Attice temperato remotum habetur, sed poetae epici inferioris ordinis, si syllaba illa in thesin cadit, vocalem longam mutant in brevem: *Νηρεΐδες δ' ἀνέδυσαν* in principio hexametri Mosch. II 114, *Νηρεΐδες δέ* in exitu Non. XLV 340 etc., v. Elemm. I 261 adn. 39. Alii vero eta servant integrum systolae ope nisi, v. Jacobs ad Anthol. 212. Attici cum iota contrahunt. — In egressu huius consultationis adiiciam aetatis nomen ab ignoto fonte delapsum nullique allatorum prorsus simile: *ἠΐθεος* et, ut poetae scenici loquuntur, *ᾔθεος*, cuius synaeresis in confessum venit; de *αἰζηός* magnopere dubitatur, v. Elemm. I 439 sq.

Inclinamentorum verbalium, in quibus $\bar{\eta}$ et $\bar{\iota}$ proxime concurrunt, duo sunt. Unum est temporum, quae augmentum habent *ἤϊσκε*, *ἤϊκτο*, *ἤϊξε* verbumque tertiae declinationis

*) *Vid. Proll. p. 476 et de toto genere p. 468 sqq.*

ἤϊον, sed hoc etiam contrahitur ᾖον, ᾖσαν. — Alterum constat ex optativis quibusdam perfecti passivi, qui vocalem modi huius characteristicam gerunt sed eam diphthongo involutam, vix ut ad aures perveniat: ἀπὸ τοῦ μέμνημαι τὸ εὐκτικὸν μεμνῄμην, μεμνῇο, μεμνῇτο EM. 578. 51, τὸ μεμνῄμην ἀνάλογον εὐκτικὸν κατὰ τὰ κέκλημαι κεκλῄμην καὶ τὰ ὅμοια Eust. 1374. 1, uterque Herodianum, ut videtur, sequuti, qui in Il. XXIII 361 allata triplici scriptura μεμνέωτο, μεμνῷτο, μεμνῇτο addit τὸ ἀνάλογον διὰ τοῦ η προσκειμένου τοῦ ι παρ' Ἀριστοφάνει· ἐν ἑτέροις μέντοι ἐντελῶς περὶ τοῦ σχηματισμοῦ διέλαβον. Prima persona μεμνῄμην Il. XXIV 745 olim sine iota scribebatur et μεμνῇσθε Andocid. de Myst. 18. 30 (70. 30 R.), addidit vero Bekker p. 124 §. 141 et alteri κεκλῄμεθ' ἄν Aristoph. Lys. 253 Brunckius. [Vol. I 426.] De utroque dixerunt alii alias, novissime Schneiderus ad Plat. Civit. T. II 263. A similibus perfectis, quae multa sunt, κέχρημαι, τέτμημαι etc. nullus optativus ductus videtur. Sed rite subsequitur aoristos secundos quum aliorum verborum tum duorum in easdem syllabas ῄμην ut verba in μι exeuntium, atque haec iota nunc adscriptum habent, nunc subscriptum: βλεῖο (ut θεῖο) schol. Aristoph. Ach. 236 affert ex Il. XIII 288, sed duo codices βλῆο, id est βλῇο probante Clarkio, eoque exemplo Brunckius bis Aristophani reddidit ἐμπλῄμην et ἐμπλῇτο contra codices, sed acceptum plerisque.

§. 3. Duas vocales, quae in ηΰς, πρηΰς etc. se excipiunt, sermo communis non facile admittit nisi contractas et id solum in augmento verborum τὸ η καὶ τὸ υ ἐν μιᾷ συλλαβῇ οὐκ ἔστιν ἐπινοῆσαι χωρὶς εἰ μὴ ἐν κλίσει ῥήματος: ηὕδων, ηὔχουν Apollon. Adv. 560. Hinc autem argumentatur de particula, quam hoc loco ex professo tractat: ἀναγκαίως οὖν ἡ διάστασις τοῦ ἠΰτε, et huic apponit Homericum γρηῦς ex γρηῦς diductum, hanc enim germanam esse nominis formam probari genitivo γρηός, nam a bisyllabo fieri debuisse γρήϋος ut γέννος. Apollonius igitur in duobus Iliadis locis, ubi nunc ex Aristarchi sententia εὖτε i. q. ὡς scribitur, praetulit ηὖτε, quod Didymus ad III 10 in duabus editionibus politicis inveniri tradit, idemque Buttmannus Homero vindicare anniti-

tur. In Theocr. XXII 49 *ἕστασαν ἠΰτε πέτροι ὀλοοίτροχοι* Valckenarius et Meinekius posuerunt trisyllabum, quo servatur productio syllabae proximae; ceteri epici, si illud metro repugnat, praeferunt *εὖτε*, v. Koechly ad Quint. Proll. p. LXXXIII et Ott. Schneider. ad Nicandr. p. 89. In Anacreontis Fragm. pro *δ᾿ ἠὖτε* nunc conserte scribitur *δηὖτε*, id autem, sive ex *δὴ αὖτε* compositum est, sive simplex ex *δεῦτε* conversum, huc non convenit, quippe Aeolicum. Epicam vero particulam ille natura bisyllabam esse statuit ex *ἧ τε*, ut plerique omnes sentiunt, conflatam interiecto ypsilo, sed poetas soni emendandi causa modo vocales discordes in duas syllabas distraxisse *ἠΰτε*, modo eta mutasse in epsilon *εὖτε*, qua ratione nonnullos Ionica *γρεῦς* et *νεῦς* explicuisse suspicor, [Vol. I 477 et Diss. VII P. III C. II ex., Parall. 92.] cf. Meinek. Del. 157. — Utriusque affectionis meminit Herodianus de genetivo Aeolico *Ἄρευος* disputans de Genit. Parag. 237 T. III verborum ordine paulum turbato, sed intellectu facili *ἡ ηυ δίφθογγός ἐστι κακόφωνος* [1]) *καὶ ἐν κλίσει μόνον ῥημάτων θέλει ὁρᾶσθαι, ἀλλὰ περὶ τὴν ἀρχὴν θέλει τρέπεσθαι, ὡς τὸ γραῦς τροπὴν παθὸν γέγονε γρηῦς — — καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιῤῥήματος τοῦ ηὖτε· τούτου γὰρ ἣ διαίρεσις γέγονεν ἠΰτε ἣ τροπὴ εὖτε.* Atque tropen attribuit etiam nomini dei, quod quum Homerus per $\bar{\eta}$ declinet *Ἄρηος*, accedente litera Aeolica *Ἄρηυος* dicendum erat, sed Alcaeus *Ἄρευος* praetulit, *ἵνα ἀποστῇ ἡ κακοφωνία τῆς διφθόγγου.* Substantivi formam principalem fuisse *γραῦς* confirmant paragoga *γραΐς, γραυίς, γραπίς τὸ γῆρας τεττίγων καὶ ὄφεων καὶ τὸ ῥυσσόν* [2]) et epitheta coloris *ravus*, *gravastellus*. Tertium diastasis exemplum producitur Epim. I 182, EM. 440. 14, unde illa Apollonii edictio syllabatim resonat, *κανὼν γάρ ἐστιν ὁ λέγων, οὐκ ἔστιν ἐπινοῆσαι — — ἀναγκαίως οὖν ἡ διάστασις τοῦ ἠΰτε ὁμοίως τῷ γρηΰς καὶ νηΰς.* Hoc cur ille omiserit ratio duplex reddi potest; aut enim

1) Grammatici diphthongorum genera describentes tres numerant *κακοφώνους*, *ηυ ἐν τῷ ηὗδα, ωυ ωὐτός, υι υἱός* schol. Dionys. Gramm. 803 et al.

2) Cuticula rugosa, quae lacti insidet, Latine *senecta* vocatur, Graece *γραῦς* sive *γρηῦς τὸ ἐπιπολάζον τῷ γάλακτι παρὰ Νικάνδρῳ* EM. Similiter *anus* transfertur ad inanimata: *anus testa*, *anus charta* [Parall. 112.]

γρῆϋς sive γρηῢς[3]) ad rem demonstrandam satis esse putavit aut νῆϋς bisyllabum non invenit; et inveniri praecise negat Eustathius 1936. 1 τὸ γρηῦς ταὐτὸν μέν ἐστι τῷ νηῢς κατὰ προφορὰν, οὐ πάντα δὲ ἔχει ὡς ἐκεῖνο· τοῦτο μὲν γὰρ διαλύεται, ἡ δέ νηῢς οὔ. Sed contrarium pronunciat 1409. 27 τὸ ναῦς Ὅμηρος διαλύσας καὶ τὴν παραλήγουσαν ἐκτείνας νηῢς ἔφη κατὰ τὸ γραῦς γρηῢς. Hoc Homerus saepius vel, ut illi volunt, concinnitatis gratia vel potius propter metrum in duas dirimit syllabas, alterum nunquam nisi forte Il. XXIV 396, Od. XII 166, XVI 322 dispondei vitandi causa νῆϋς εὐεργής scripsit; sed huius lectionis vestigium nullum, correptio diphthongi insolita est. Idem offendit criticos in exitu versus positum in Moschi Id. II 104 οἷά τε νηῢς*) nec consentiunt libri, sed Meinekius et hoc toleravit et in pede ultimo scazontis Choliamb. Anon. Fragm. V 170 poni voluit. Ceterum ναῦς antiquius esse Ionico colligitur ex etymo νάω τὸ νήχομαι, v. Parall. 124 adn. 6. — Adiectivo masculini generis ἠΰς fidem derogavi in Parall. 93, cf. Nauck. de Aristoph. 53.; neutrum non contrahitur, nam κηὖ in Theocr. IV 31 κηὖ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω adverbium est ex καὶ εὖ conflatum crasi fortasse Dorica, alioqui insolita nec omnibus placita; nam libri nonnulli praebent hoc ipsum κεὖ sive κ' εὖ, sed credimus Herodiano Alcmanem ταύσιος dixisse, Homerum τηΰσιος κατὰ διάστασιν καὶ τροπήν, v. Elemm. I 133, etsi non dissolutum τηύσιος teste caret. Ab Atticorum auribus quantum haec diphthongus abhorreat, vel hinc patescit, quod pro πρηϋμενής potius πρευμενής dicere maluerunt quam πρηυμενής. — Vocales $\bar{\eta}$ et $\bar{\upsilon}$ sermo communis ne in diversis quidem syllabis committit praeter aviculae nomen κῆϋξ, quod, si versus monosyllabum poscit, vicarium habet κήξ, et pro-

---

3) Oxytonon fecerunt Bekk. et Dind. probante Thierschio §. 181 p. 282; Buttmannus §. 28 adn. 6 iure praefert properispomenon γρῆϋς, v. Ott. Schneider. ad Nicandr. Alex. 91 p. 153.

*) *In infima pagina adscriptum:* ἠΰτε τις νηῦς Oppian. Hal. I 123. [*II* 126.] *In progr. XXIII Jun.* 1857 *p.* 8 *de hoc loco sic disputatur:* (νηῢς) Moscho II 104 exemtum est, sed probabiliter Chol. An. Frgm. V 176 in fine scazontis a Meinekio scriptum est. Grammaticus vero, quem ad Mosch. II 104 testem citat, non de νῆϋς loquitur sed de γρῆϋς.

prium Κῆϋξ, v. Parall. 101 sq. Haec vero vox facticia est ut multa avium nomina κίκιῤῥος, κόκκυξ, κακκάβη, quod genus verborum non hominum arbitrio regitur, sed observatione naturae.

§. 4. Diphthongum ῡι inter proprias retuli. Eius, quae sequitur, exempla duo sunt a grammaticis varie disputata, unum gentilicium Τρωικός καὶ ἀποβολῇ τοῦ κ Τρώιος τοῦ τόνου ἀναδιδομένου Etym. Gud. 535. 55, sed haec apobole res commenticia est; Τρώϊος et Τρωϊκός interdum quidem inter se commutari possunt, sed natura tantum differunt, quantum ἡρώϊος et ἡρωϊκός. Homerus ipse campum Troianum πεδίον Τρωϊκόν nuncupat et saepius δούρατα Τρώϊα XIII 262 etc. accentu, ut mos et ratio iubet, in antepenultima posito. Quod autem in EM. 770. 37 in fine longae et confusae expositionis additur Τρῳούς (hoc accentu) ἀντὶ τοῦ Τρωϊκοὺς ἄνδρας καὶ ἵππους, de viris errat; hos enim Homerus neque Τρωούς apellat neque Τρῴους, sed Τρῶας in numero plurali, singulari, quo Virgilius utitur *Tros Rutulusve*, solum regem appellans. Quae sequuntur verba ἢ ἵππους referenda sunt ad ἵππους Τρωούς XXIII 291, quem accentum enotavit Herodianus Τρωούς ἀνεγνώσθη ὡς πολλούς, is autem diastolae causa introductus videtur, ut Trois regis equi, quos poeta hoc loco celebrat, distinguerentur a caballis Troianorum. Discrimen hoc indicat dubitatio illa de V 222 οἷοι Τρώϊοι ἵπποι —, schol. Τρώϊοι κοινόν, εἰ μὴ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἥρωος λάβοιμεν, sed funditus ignorat Apollonius in Lex. Τρώϊοι ἵπποι ἀπὸ Τρωὸς τοῦ ἥρωος, neque nobis sat fundatum videtur. Feminina positio accentum in ultima accepit, sive substantive dicitur Τρωαὶ ἅλις ἦσαν III 384, Τρωαί τε καὶ Τρωῇσι XXII 434 et saepe alibi idque sine dubio a masculino Τρώς sive Τρωός derivatum motione sexuali, sive adiective positum est Τρωαὶ ἵπποι XVI 392, Τρωῇσι κυσί XVII 127, XVIII 179. Hoc epitheton Bekkerus ab absolute posito distinxit supposito primae vocali iota, quod synaeresis exigit, cumque eo facit Lebrsius ad Herod. l. c. p. 327, Dindorfius vero neutri generi concessit [1]). Atque hoc discidium

---

1) Bisyllabum illud Τρωούς (ἵππους) nonnulli, ut Heynius refert, plene scripserunt Τρωΐους, vel ut iota debitum oculis redderent, vel quia

gliscit in paragogis tertii ordinis, quorum notissimum est *Τρωάδες*, sic enim Homerus mulieres Troianas appellat, ubi *Τρωαί* vel hiatum affert non necessarium: *Τρῶες καὶ Τρωάδες Ἕκτορ' ἰόντες* XXIV 704, aut spondeum pro dactylo in quarto pede: *Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους* XXII 105, VI 442, VII 297, et hoc loco potissimum enotescit scribarum haesitatio. Editiones aliquot veteres *Τρωΐδες* praebent, pars codicum *Τρῳάδες*, alii idem sed sine iota, quorum nihil ratione caret. Nam a *Τρώς*, quod explicando plurali *Τρῶες* cogitatione praeformatur, prompte fluit *Τρωΐς*, ut a *δμώς δμωΐς*, *ἥρως ἡρωΐς*, et id Stephanus pro germana nominis substantivi propagine habet: *τὸ ἐθνικὸν Τρώς, τὸ θηλυκὸν Τρωΐς καὶ Τρωϊάς*, sed testem non suggerit [Proll. 464 sqq.]. Alterum saepius legitur, modo ut est, modo contractum *Τρῳάδες* sive *Τρωιάδες* iota non subscripto, sed, ut mos antiquus servaretur, adscripto, sicut trisyllabum *δμωΐδες* Maneth. II 276 olim scribebatur *δμωιάδες*. Ab urbis nomine ducendum erat *Τροιάδες*, sed praevaluit primitivum *Τρώς*, unde paragoga *Τρώϊος*, *Τρῷος*, *Trous*, *Τρωϊάς*, *Τρῳάς*, quibus discrepans urbis nomen tropae Boeoticae tribuitur, v. Elemm. I 450, Ahrens. Aeol. 193. In fabulis tragicorum nonnulli *Τρωάδες* scribunt sine ῑ ut Henr. Stephanus Aj. 819, Barnesius Hel. 588 (582), Matthiae Troadd. 288, sed iidem multo saepius subscribunt nullo certo, ut videtur, consilio, sed acceptum a prioribus; et codices ipsos inter se dissensisse nonnullis locis adnotatum est ut Eur. Hec. 61 pro *Τρωάδες* in aliquot libris *Τρωιάδες* hoc est *Τρῳάδες*, nam trisyllabum esse patet. — In commentariis historicorum frequentissimum est nomen regionis Homero ignotum *ἡ Τρωάς* Xen. Anab. V 6. 12 (24) urbiumque in hac sitarum *ἡ Τρωὰς Ἀλεξάνδρεια* Polyb. V 111. 3, *ἐς Κολώνας τὰς Τρωάδας* Thuc. I 131, ut nunc est, pro *Τρωιάδας*, quod et codices plerique praebent, id autem pro *Τρῳάδας* valet, et hoc recepit Bekkerus, idemque Lachmannus Act. Apost. XV 11, ne memorata quidem lectione tralaticia, quam exprimit Latinum *Troas*. Haec in aliis voluminibus disserui latius [Diss. III cap. IV §. 4 sqq.]

---

trisyllabum pronunciari vellent correpta vocali prima ut *Τρωΐα* urbis nomen interdum pro anapaesto accipitur. [cf. Proll. p. 20 n. 20.]

A gentilicio Τρῷος, quod ex Τρώϊος contractum est, diversum facimus ὑπερώϊος, quod Eustath. 1409. 46 cum πατρῷος et μητρῷος componit, non inepte, opinor. Quemadmodum enim ab ἕτερος producitur ἑτεροῖος, ita non illicitum habemus fingere adiectivum ὕπερος et inde propagatum ὑπεροῖος, hinc autem per ectasin ὑπερώϊος pentesyllabum στιχθέντος τοῦ προσγεγραμμένου ῑ καὶ εὐθὺς ἐκφωνηθέντος ut πατρώϊος, postremo ὑπερῷος iota subscripto, quod Eustathius l. c. et 272. 13 cum λῷον confert. Verum interest, quod hoc ω̄ in syllaba prima habet, illud in paragogica, cuius generis Homerus unum exhibet metro datum ὑπερῷος, ceteris iota integrum relinquit, Ἀχελώϊος [2]), πατρώϊος, μητρώϊος, πρώϊος praeter possessivum Τρῳός, quod grammatici a gentilicio Τρώϊος discernunt. Inferiores poetae illa ad metrum dirigunt; sermo communis contracta praefert praeter πρώϊος, quod unus Aristophanes in πρῷος mutavit arborum proventus praecoces designans, quos alii πρωΐμους appellant, v. comment. ad Vesp. 262 [Phryn. 52]. Primitivum est adverbium temporis, quod idem dupliciter scribi solet: πρῴ παρ' Ἀττικοῖς ὀξύνεται, ἐπεὶ ἐκ τοῦ πρωΐ ὀξυνομένου κατὰ συναίρεσιν γέγονεν Joann. Accent. p. 32. 6. Stirpis loco censetur praepositio πρό, unde uno addito tempore procrevit πρώ et ad significationem adverbialem evectum πρωΐ, πρῴ. Huic proximum est πρώϊος et adverbium hinc deflexum: ἀπὸ τῆς πρό γέγονε προΐα καὶ ἡ αἰτιατικὴ προΐαν καὶ ἐκτάσει πρωΐαν καὶ ἰωνικῶς πρωΐην καὶ κατὰ συναίρεσιν πρῴην Theognost. 154. 34, quibus Epim. I 398. 24 continuo addit καὶ ἔχει τὸ ῑ, cuius vestigium relictum est in schol. Il. XV 470, sed quia a significatione adiectivi descivit, plerumque non habet. [v. Diss. VII P. III C. I §. 2 s. fin., Diss. VIII C. I §. 2. s. fin., cf. Prolegg. p. 360 in.]

2) In Hes. Theog. 340 Φᾶσίν τε Ῥῆσόν τ' Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην docti quidam asyndeto offensi correxerunt Ἀχελῷόν τ' ἀργ., quos contra Goettlingius „*haec contractio non decet antiquum poetam*". Hic nescio an adiectiva supra dicta spectaverit, quae a certis substantivis derivata sunt intellectu diverso; fluvii vero nomen substantivum est metaschematismo triplici Ἀχελῶος vulgo tritum, v. Popp. Thucyd. Proll. T. II 145, vocali auctum Ἀχελώϊος et hinc contractum Ἀχελῷος, in quo Sophoclis, Euripidis et Thucydidis libri consentiunt, nec recte repugnat A. Matthiae in Lex. Eurip. In Hes. l. c. copula aegre caremus. [Vol. I 454 sq.]

In declinatione nominum duo casus occasionem disceptandi attulerunt. Horum unus est dativus nominis ἥρως, de quo Aristonicus ad VII 453 ἥρῳ Λαομέδοντι — ἡ διπλῆ ὅτι δισυλλάβως ἥρῳ, de quo loco duplex fertur sententia; aut enim ἥρω scribendum esse ἀπὸ κλίσεως ἀττικῆς (ut γέλω) EM. 437. 55, aut ἥρῳ subscripto iota contra canonem a Choerobosco 258. 1—15 per hanc occasionem repetitum ἥρωϊ οὐ συναιρεῖται, ἵνα μὴ εὑρεθῇ δοτικὴ εἰς ἀνεκφώνητον λήγουσα τῆς γενικῆς περιττοσυλλαβούσης. Haec regulae exceptio Aristarcho probabilior visa quam Atticismus, cuius nullum in illo nomine quamvis frequenti vestigium apparet [v. Diss. VIII cap. V §. 1.]; nam accusativus ἥρω, quem Thierschius commendavit, receptus non est. — Dativo illi accedunt casus duales pronominis personalis, EM. 609. 45 τὸ νῶ καὶ σφῶ σὺν τῷ ι̅ γράφουσί τινες κατὰ συναίρεσιν, ἀλλ' ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ ι̅, nimirum quia id a numero duali omnino abhorret. Accentus autem causam reddit Herodianus ad V 219 ὅτι οὐδὲν δυϊκὸν εἰς ω̅ λῆγον περισπᾶται. Is igitur sic ut Joann. Acc. 23 synaeresi patrocinatur, contrariumque, quod ei tribuitur schol. ad I 574 τὸ σφώ προπερισπώμενον φησιν Ἡρωδιανὸς οὐκ ἀπὸ τῆς σφῶϊ, Lehrsius huc direxit: οὐ προπ. φ. Ἡρωδιανός· δυϊκὸν ἀπὸ τῆς σφῶϊ, qua correctione tollitur Buttmanni dubitatio Lexil. I 49. Apocopen aliis placitam reiicit Apollonius Conj. 491. 9. Bisyllaba antiquiora esse hoc facilius persuadetur, quod iota perstat in derivatis νωΐτερος, σφωΐτερος, sed miramur tamen insolentiam terminationis. [v. Dissert. VIII cap. I §. 2.]

De dissographia verborum quae dici possunt, grammaticis accepta referimus: τὸ σῴζω, πλῴζω σὺν τῷ ι̅. εὕρηνται γὰρ ἐν διαιρέσει τρισυλλάβως Theogn. 142. 23. Σῴζω et ceteri temporis praesentis modi leguntur non raro, et saepe critici nostri literam fugitivam e codicibus revocarunt quamvis damnatam Didymo, cui trisyllabum σωΐζω ignotum fuisse apparet; neque nobis occurrit, sed convenit sane glossematico ἀπεσόϊζε Hesych. aptiusque videtur etymo σαόω ut πλώω πλωΐζω, cuius terminatio paragogica est ι̅ζω. Πλῴζω non reperitur, sed testem habet EM. 677. 25 πλόος πλοΐζω καὶ κατὰ ἔκτασιν πλωΐζω καὶ κατὰ συναίρεσιν πλῴζω ὡς (χροΐζω)

χροΐζω, χρώζω, quo auctore Porsonus in Eurip. Med. 497 κέχρῳσμαι scripsit. Praetereo alia, quae passim adnotata sunt [Vol. I 445 sq.]. — In declinatione verborum animadvertimus diaeresin augmenti verbo οἴγνυμι concessam: ὤϊξε, ἐξεφωνήθη τὸ ι προσγεγραμμένον schol. Od. III 392, ὠΐγνυντο κατὰ διάστασιν EM. 820. 37, ἀνωΐχθησαν Nonn. VI 250.

PARS II.

De crasi vocalium.

CAP. I.

De vocalibus iisdem.

§. 1. Alpha duplex saepissime conspicitur in verbis contractis declinationis secundae, de quibus dedita opera egi in Dissert. de diectasi, Rhemat. 175 sqq., non ita saepe in nominibus. In his modo pro duobus brevibus ponitur unum longum, modo contra fit. Illuc referuntur κέρα ἐκ κεφαλῆς — τὸ ᾱ μακρὸν ἀπὸ συναιρέσεως ἢ μᾶλλον ἀπὸ κράσεως ὡς κρέατα κρέαα κρέα τὸ ᾱ μακρόν· τὰ γὰρ δύο ᾱ εἰς ἓν μακρὸν κίρναται schol. Hephaest. p. 6 (7), κρέα ἀντὶ τοῦ κρέαα κράσει τῶν δύο ᾱ εἰς ἓν μακρόν Choerob. 389, δέπα ἠδὲ τραπέζας — ἐκτατέον τὸ ᾱ schol. Od. XV 466. Nec minus dilucide Choerob. 15, EM. 552 ἔστι δὲ λᾶας, οὗ ἡ γενικὴ λάαος καὶ λᾶος, et Herodianus Il. XII 462 λᾶος προπερισπαστέον· ἀπὸ γὰρ εὐθείας πέπτωκε δισυλλάβου καὶ ὤφειλε τρισυλλαβεῖν ἡ γενικὴ, συναλοιφὴν δὲ λαβοῦσα βαρύνεται. Horum nonnulla vel ad syncopen vel ad apocopen transferuntur, sed in plerisque crasis manifesta [v. Vol. I p. 231 sq. cf. p. 260]. Ubi vero pro uno ᾱ duo in conspectum veniunt, multiplex exsistit dubitatio; primum utrum ambo brevia, an alterutrum longum sit. Sin illud, res ad pleonasmum redit, quo haud cunctanter refero vocabula in Dissert. de prosthesi p. 20 proposita ἀάσπετος, ἀάσχετος etc. Idem alpha pleonasticum mihi agnoscere videor in verbis φαάνθη, κεκράανται

et in verbalibus φαάντερος, ἀκράαντος, quae Buttmannus futuris macroparalectis φανῶ, κρανῶ subiicit; sed potius ex infinitivo brachyparalecto πεφάνθαι iudicanda et ideo ab ὁράᾳ et similibus verbis contractis seiungenda sunt, quae in illo opere tractavi. In his enim alpha longum brevi postpositum nihil de pondere suo remittit, quare haec diectasis propria dicenda est. Et huc referendos duco casus obliquos κράατος, κεράατα, τεράατα. Illud enim non a κρᾶας[1]) derivatum videtur, quod Buttmannus fingit, sed a monosyllabo κράς, quod probatur accentu obliquorum κρατός, κρατί. Κεράατα qui dixerunt nescio an κέράτα amphibrachy ante oculos habuerint, quod poetae tragici et complures post eos receperunt. Et ad hunc modum fortasse alii etiam τέρατα pronunciarunt penultima producta non ulla contractionis suspicione afflati, sed quod alpha nominum in $\overline{\alpha\varsigma}$ $\overline{\alpha\tau o\varsigma}$ exeuntium natura anceps saepe produci audirent, sicut duo in $\overline{\alpha\rho}$ solent στέατος, φρέατος[2]). Hic adversarium quidem habemus Buttmannum, qui antiquiores poetas alpha breve longo non alia conditione subiunxisse putat, quam si hoc e contractione natum esset §. 54 adn. 2. Ac valet hoc de verbis perispomenis secundae declinationis. Sed haec ratio vereor ut recte transferatur ad pauca illa nomina, quae quia alpha longo breve postpositum habent, diectasi inversae adscribimus. — Ab his omnibus diectasis propriae et impropriae generibus differt diaeresis, qua alpha longum in duo brevia dissolvitur. Hanc tacito nomine significat Herodianus Mon. 42. 22 (148 L.), ubi a nominibus disyllabis in $\overline{\alpha\tau\eta}$ exeuntibus unum differre dicit τὸ ἄτη ἐκτεῖνον τὸ $\overline{\alpha}$, idem vero a Callimacho proferri τρισυλλάβως ἐν συστολῇ τοῦ ᾰ. disyllabum autem cur producatur, a se alibi disseri. Hinc patet, eum ἄτη non nativum putasse, tunc enim causa disserendi nulla erat, sed affectione aliquapiam corruptum, hoc est, nisi fallor, crasi τῶν δύο $\overline{\alpha\alpha}$, quae integra emergunt in verbo ἀάω, et hinc transfluxere in nomen

1) Vulgo κράας scribitur; properispomenon poscunt casus obliqui κράατος etc.

2) Blomfieldius in Praef. Pers. p. XXVIII (p. XXIV Lips.) κερᾶτα scribit quasi ex κεράατα contractum, sed ubique proparoxytonon est. Illa, quae olim ad Buttm. p. 311 adnotavi, nunc circumscribo.

anapaesticum ἀάτη. — Vocis Hipponacteae ἀγῆς penultima longa arguit complexionem, ut Quintilianus vocat, duarum vocalium syntheti cuiusdam ἀαγῆς, quo hominem δυσαγῆ significari statui [Parall. 161 sq.], quem *piacula nulla resolvent;* Meinekius vero ad Hippon. Frgm. VII 96, scripturae quamvis testatae diffisus, ἐναγής corrigit. Easdem literas, sed diversam mensuram habet adiectivum Homericum ἀαγής, de quo Arcadius loqui videtur loco corrupto 23. 16, ubi nomina in γης bisyllaba gravari dicit Μέγης, Γύγης, Σάγγης[3]), Μόργης addita exceptione τὸ μέντοι ἀργής ἐπιθετικὸν ὥσπερ καὶ τὸ ἀγής σύνθετον ἀπὸ τῆς γῆς ὁ μὴ κλώμενος, quae interpretatio ostendit, haec sic scribenda esse: ἀγής (id est ἀαγής) σύνθετον ἀπὸ τῆς ἀγῆς, quae est crasis legitima similisque adiectivi ζαής, quod praetermitto, quia nunquam aliter dicitur. De hoc dixi in Parall. 158. — De aliis vero scripturae diversitas incertum reddit, quorsum referri oporteat. Sic schol. Od. V 129 ἄγασθε ὡς δύνασθε τοῦ δευτέρου ᾱ συστελλομένου. δύναται δὲ καὶ ὡς η.... οἶδε γὰρ αὐτοῦ καὶ τὸ κατὰ διαίρεσιν (ἠγάασθε v. 122). Illa vox integra est, ἀγᾶσθε, ut nunc scribitur, rite contracta; ἀγάασθε vero, quod in lemmate scholii legitur (metro, ut nunc est, contrarium), ex hoc distracta ut ἐράασθε. — Et de Λᾶ urbe quaeritur, num a principio sic nominata sit, an Λάα. Illud sumit Stephanus: Λᾶ πόλις· ταύτην Ὅμηρος διαλύσας φησὶν „οἵ τε Λάαν εἶχον“, et schol. Il. V 585 Λάαν πόλιν χρὴ μονοσυλλάβως εἰπεῖν· ὁ δὲ ποιητὴς διὰ τὸ μέτρον διεῖλεν, qui nisi Λάα pro pyrrhichio acceperunt, syllabam ultimam solo ictu productam putantes, parum proprie locuti sunt; nam dialysis sive diaeresis potius vocatur monophthongi in duas vocales breves dissolutio. Et heroem urbis eponymum alii prius Λᾶν, postea Λάαν dictum esse crediderunt κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ, alii primigenium Λάας in Λᾶς transisse κατὰ κρᾶσιν Epimm. II 388. 26. — Praeter hoc duo novimus nomina propria sic affecta: ὥσπερ Ναυσικάα κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο αα Ναυσικᾶ γίνεται, οὕτω ἀπὸ τοῦ Ἀθηναία ἀποβολῇ τοῦ ῑ γίνεται Ἀθηνάα καὶ κράσει Ἀθηνᾶ EM. 24. 43, τὰ κρέα ἀπὸ τοῦ κρέαα, καὶ

3) Hoc multis modis corrigi potest: Τάγης, Γάγγης, Δράγγης.

κρέα ὡς Ναυσικᾶ Choerob. 389. *Ἀθηνάα* hodie non legitur nisi in carmine Dorico, correpta penultima, sed hinc nomen deae usitatum repetitur in Lexico Herm. §. 70 p. 329 *ἡ Ἀθήνη κατὰ παραγωγὴν ἐλέχθη Ἀθηναία· ἐξελόντες δὲ οἱ ὕστερον τὸ ι Ἀθηνάα εἶπον· τοῦτο μὲν οὖν ἄχρηστον εἴασαν· κρᾶσιν δὲ ποιησάμενοι Ἀθηνᾶν καλοῦσι περισπωμένως.* Contractum *Ναυσικᾶ* apud Pausaniam legitur. — Appellativum addit Eustathius 1944. 8 *Αἴλιος Διονύσιος λέγει, ὅτι ἐλαίας καὶ ἐλάας Ἀττικοὶ τὸν καρπὸν ἔλεγον καὶ ἐλᾶς δισυλλάβως.* Hoc docti Alexidi restitutum eunt, v. Meinek. ad Com. Min. II 756. — Iam in Parall. p. 7 attuli nomen duplex Lagi regis *Λᾶγος* et *Λάαγος*, quae si ex analogia aestimamus, trisyllabum pro recto et incolumi accipiamus necesse est ut *Λάαρχος*, alterum pro mutato ut *λαγέτης;* contrarium vero, si ad usum respicimus communem, quem grammatici plerique in designandis biformibus observitant.

Vocabula, quae a propria specie quoquo modo deflexa eam vel nunquam recuperant ut *ἡ σᾶ, τὰ σᾶ*, vel certe in usu publico constanter detrectant ut *βεβᾶσι*, cuius incorrupta forma soli utuntur poetae epici, huiusmodi igitur vocabula affectorum nomen coloremque amiserunt.

§. 2. Manifestior est crasis duorum *εε*, eiusque species circumferuntur duae, quas Choeroboscus Can. 217 discernit: *ἡ αἰτιατικὴ τῶν εἰς ευς πληθυντικῶν διὰ τῆς ει μόνως λέγεται, οὐ διὰ τοῦ η, ἐπειδὴ οὐδὲ ἐν τῇ εὐθείᾳ ἐστὶ γνησία ἡ κρᾶσις ἡ τῶν δύο εε εἰς τὸ η.* Huius specimen est dativus nominis *σπέος*, cuius quum duae primores vocales in *ει* contrahi possent, *σπέεϊ σπεῖι*, hoc *σπεῖι* aurium judicio reprobatum est, v. Parall. 24, proque eo placuit duas posteriores contrahere *σπέει* ut *δέει* et cetera in *εος* neutra. Sed id quia metro reluctatur, Homerus in *σπῆι* mutavit *κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο εε εἰς η καθάπερ Ἡρακλῆος* Choer. de Ton. 417. 15. Hanc mutationem alii metathesin vocant, alii tropen. De utraque crasi ille iterum iterumque sermocinatur subiectis veterum scriptorum exemplis, quae sine dubio omnia ex Herodiani diatribe *περὶ παθῶν* excerpsit. Haec igitur ex ordine enarrabo initio sumto a vocabulis, quae vel diphthongum vel monophthongum in syllabis principalibus acceperunt.

Huiusmodi unum a Choerob. Orth. 255. 26 affertur: *παρὰ τὸ ῥέειν γίγνεται ῥέεθρον καὶ κράσει ῥεῖθρον*, quam paulo post *συναλοιφήν* vocat. Ad illud nomen, quod in soluto sermone binas syllabas nunquam egreditur, accedit poeticum *τὰ κλεῖα* Hesiod. — In synthetis, quorum pars posterior epsilon principale clitico antepositum habet, nonnunquam diphthongus cum monophthongo certat ut Il. V 525 *ζαχρειῶν ἀνέμων*, quod veteres *χρειωδῶν, εὐχρήστων* interpretantur tanquam ex *ζαχρεέων* conflatum. Sic autem in codd. et edd. pristinis scriptum est probante Thierschio §. 193 p. 102. Ceteri Wolfium sequuntur *ζαχρηῶν* scribentem, quod in duobus aliis locis epitheton est pugnatorum acrium, quare schol. Il. XIII 684 *παρὰ τὸ χράω χραύω*. Hic si *ζαχρεής* pro primitivo habetur, dubium fit, utrum *ει* ex duobus *εε* compositum, an iota extrinsecus adiectum sit, quod grammatici nonnullis aliis tribuunt, primum illi quinquies repetito *ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο*, de quo schol. ad XXI 1 *ἀπὸ τοῦ εὐρεύς κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ι ἢ ἀπὸ τοῦ εὐρεής εὐρεέος καὶ κράσει εὐρεῖος*. Nominativus *εὐρεύς* contra analogiam fingitur; genitivus *εὐρεέος* duplici modo contrahi potest *εὐρεῖος* et *εὐρῆος*, quod codd. aliquot hic et bis alibi exhibent XIV 433, XV 265. — De his quidem nihil amplius dicitur, sed de similibus habemus gravissimorum auctorum iudicia. Primum a Didymo relatum ad Il. XII 318 *ἀκληεῖς Λυκίην κάτα κοιρανέουσιν*, his verbis *ἀκλειεῖς· οὕτως (αἱ κοιναὶ) ἀκλεες* (sine accentu)· *ὁ δὲ Ἀρίσταρχος**) *κατὰ συγκοπὴν ὡς τὸ δυσκλέα*, et continuo post *οὕτως ἀκλεες* (sine accentu) *αἱ Ἀριστάρχου καὶ αἱ χαριέστεραι*, quorum partem priorem M. Schmidtius cum Villois. omisit, in altera *ἀκλέες* scripsit. Syncopen Aristarchus si non appellavit, at certe significavit, a primitivo *ἀκλεέες* profectus, cui epsilon secundum exemtum putavit. Quum vero *ἀκλέες* metro repugnaret, facere non potuit, quin epsilo primario iota adiectum esse statueret. Tum ad X 281 *δὸς ἐϋκλείας ἀφικέσθαι* duplex exstat adnotatio, una Aristonici: *ἰακὸν τὸ συστέλλειν εὐκλείας καὶ δυσκλέα· οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι τὰ τοιαῦτα*

---

*) *Ita diligenter correct. in mscr.; tamen nescio an parum consulto. Schol. Bekk.: οὕτως. ἀκλεες ὁ Ἀρίσταρχος —. V. Path. I* 265 *(262—266).*

altera Herodiani: εὐκλεῖας προπερισπαστέον· ἐκ γὰρ τοῦ εὐκλέας ἐγένετο κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ῑ· οἱ δὲ ἐκτείνοντες ἄνευ λόγου ἐκτείνουσι. Aristonici verba iis, quae de Aristarcho dicta sunt, non repugnant. Herodianus posthabito tetrasyllabo, cuius exemplum deest, Homerum putavit animum retulisse ad usitata ἀκλέα, ἀγακλέα, εὐκλέα, atque his, si quando opus esset, iota inseruisse: εὐκλεῖας, quo syllaba ᾰς brevis relinquitur. Hoc enim est, quod a Lehrsio dissentiam, qui illum non προπερισπαστέον scripsisse statuit, sed περισπαστέον. Quod si qui fecerunt, nominibus in ευς exeuntibus nixi sunt, quae vocales finales εα contrahunt: ἀγυιέας καὶ κατὰ συναίρεσιν ἀγυιᾶς Steph. etc., aut finxerunt nominativos ἀκλεεύς, δυσκλεεύς etc., quorum fictores designavi in Parall. 235, aut etiam accusativum pluralem εὐκλειᾶς sumserunt singulari Attico εὐκλεᾶ per synecdromen quandam assimilatum esse. Hos igitur omnes patet rationem qualemcunque sequutos esse. Sed fuerunt etiam, qui syllabam ας, ut Herodianus dicit, extenderent ἄνευ λόγου. Hos igitur εὐκλείας scripsisse necesse est, quod Od. XXI 331 unus Rob. exhibet consonanti antepositum, complures vero in Il. l. c. sequente vocali; quae res nonnullos permovit, ut alpha producerent, quod sola arsi effici potuit. Duplicem viam monstrat EM. 392. 22 εὐκλεής· ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν τοὺς εὐκλεέας καὶ κατὰ συναίρεσιν εὐκλείας (hoc acc.) ἢ ἀπὸ τοῦ εὐκλέας ἐπενθέσει τοῦ ῑ. Synaeresis nomine significat crasin duorum εε in ει, εὐκλεέας εὐκλεῖας accentu gravi cum acuto in circumflexum, ut solet, coeunte. Cum hac autem synaeresi saepe certat ea, qua duo εε in eta mutantur, unde natae sunt illae multiplices scripturae vicissitudines: ζαχρηῶν, ἐϋῤῥῆος, ἀτρῆες, quod in Parall. 235 adjunxi [1]), et quae proxime ante allata sunt ἀκλῆεις etc., quod genus crasis Eustathius 907. 54 et alii tropae nomine distinguunt, eaque in uno genitivo ἀγακλῆος per omnes libros divulgata est eadem constantia, qua corrivalis in adverbio ἀκλειῶς, ceteris huc illuc nutantibus. Iam collatis grammaticorum sententiis quatuor nobis obversantur

1) Hic addi poterat pro ἐϋρρεῖος ποταμοῖο Apollinar. Psalm. CVI 67 in ed. Paris. scriptum esse ἐϋῤῥῆος.

horum adiectivorum figurae, una integra in εεες εεας, qua Homerus non utitur, tres affectae, una syncope, altera synaeresi, tertia epenthesi. Syncopae sive exaeresis exempla plurima extant in numero singulari, ἀκλέα etc., pluralis antiquissimum reperio εὐκλέας Pind. Ol. II et Simonid. Epigr. Anth. VII 301, proximum ἀγακλέας Antimach. Frgm. LVII, ἀκλέες Callim. Del. 295, atque vix alium auctorem habuerunt illi, quos Eustathius 669. 3 producit: τὸ ἀκλεές ἐπίῤῥημα εἶναί φασιν, ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὡς ἀγακλέες κατὰ ἔλλειψιν τοῦ ἑνὸς ε. Sed ἀκλεές illud adverbium esse inter omnes constat. Syncope cum epenthesi consociatur, si εὐκλεῖας illud pro εὐκλεέας dictum accipimus epsilo extrito, iota addito. Crasis vel duo εε prima in ει sive η miscet, εὐκλεῖας, vel secundum cum tertia vocali, sive ε sive α, εὐκλεεῖς, εὐκλεᾶς, quorum syllabae mediae, quia versus illi longam poscunt, iota inseritur, unde nascitur affectio conduplicata, quam proprio nomine κρᾶσιν ἐπένθεσιν appellare possumus. His autem variis flexibus quantum operae insumserint veteres doctores et quo successu, ostendere non supervacaneum duxi. Quae praeterea Spitznerus in Exc. XXII de adiectivis a nomine κλέος ductis disserit, lectu perdigna, sed non huius instituti sunt.

Diaeresin, cuius adhuc nulla facta est mentio, nonnulli invenire sibi visi sunt in syllaba verborum quorundam principali: τὸ εἴργω οἱ παλαιοὶ ἀναλογώτερον κατὰ διάλυσιν εἶπον ἐέργω Choerob. Orth. 182. 41. Εἴργω nunc Homero exemtum est supposito trisyllabo, cuius prima vocalis prostheticis adnumeratur, v. Elemm. I 58. — Ἕεμαι et κέεμαι, quae idem producit, non verba sunt, sed verborum themata [Rhem. 191, infra cap. II §. 2 II A]. Prorsus unicum est dialysis exemplum illud, quod schol. Dion. 797 affert, τὸ η ἀναλύεται εἰς δύο εε: δῆλον δέελον Sic etiam Aristarchus illud explicuit cumque eo nonnulli Ithacae epitheton contextum esse coniectarunt: εὐδίελον (εὐδείελον) ἀντὶ τοῦ εὐδέελον εὔδηλον Apollon. Lex. Hom., sed reiecti sunt [Proll. 106].

Adhuc sermo versatus est in regionibus, quas poetae possident. Sed de syllabis finalibus scriptores quoque soluti in consilium adhibendi sunt. Casuum nominalium unus in εε duplex exit, dualis nominum, quae genitivum in εος mittunt;

hoc autem Attice in η mutari Ioannes docet Acc. 14. 22 τὸ ταχέε, πήχεε, πρέσβεε εἰς η συναιροῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι, et Choeroboscus de Ton. p. 440. 29 auctorem citans Aristophanem, cuius in exemplaribus circumflecti dicit πρεσβῆ (Arist. Frgm. Vol. II 1198), et ex eodem poeta refert adiectivum τὼ περικαλλῆ, praetermisit vero τὼ ξυγγενῆ, quod critici in Avv. 368 pro ξυγγενέε [2]) scripserunt. Eta autem non a natura profectum esse colligitur ex eo, quod dualis tres tantummodo vocales finales recipit, α, ε et ω, Dionys. Gramm. 632. 17. Compluscula huiusmodi Choeroboscus passim commemorat et Theodosius Can. p. 979. 8, p. 980. 15, vel lecta in libris veterum, vel ad analogiam ficta. Adiectiva trigenera ille contrahi negat, οὐ γὰρ λέγομεν τὼ ἡδέε ἡδῆ p. 230. 20, excepto uno τραχέε, nam id semel contractum esse ab Ione tragico, sed alio modo: τὼ τραχεῖ. Hanc diphthongum paucis quibusdam substantivis reservat p. 164. 15 ἐν τοῖς δυϊκοῖς τὰ δύο εε εἰς η κίρναται — σπανίως δὲ καὶ εἰς τὴν ει, οἷον ταρίχεε ταρίχει, πόλεε πόλει παρ' Αἰσχίνῃ τῷ σωκρατικῷ ἀττικῶς, unde patescit in sequentibus p. 165. 15 οὐδέποτε εὐθεῖα εὑρίσκεται εἰς δίφθογγον λήγουσα. Διὰ τοῦτο οὐ κίρνανται τὰ δύο εε εἰς τὴν ει. Πρόσκειται ἐν ἀρσενικοῖς διὰ τὸ ταρίχει, πόλει, ἅπερ οὐκ ἀντίκειται ἡμῖν, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἀρσενικὰ ἀλλὰ θηλυκά, ἄλλως τε καὶ σπάνια, ἅτινα οὐκ ἔῤῥονται (ἐῤῥίωνται) εἰς κανόνα aut post ἀλλά excidisse verba τὸ μὲν οὐδέτερον, τὸ δὲ θηλυκόν, aut potius illum pro ταρίχει scripsisse τὰ ῥάχει i. q. δύο ῥάχεις *duae spinae* sive *dorsa montis parallela.* Plane praeteritur nomen illud in Anecd. Bekk. 1130 et 1190 εὑρίσκεται καὶ ἡ ει: τὼ πόλει παρὰ τῷ Αἰσχίνῃ etc., ex quo cognoscitur, in Choerob. 337 ἡ εὐθεῖα τῶν δυϊκῶν ἔστιν ὅτε συναιρεῖται: τὼ βασιλῆ, τὼ πόλη παρ' Αἰσχίνῃ scribendum esse ἔστιν ὅτε συναιρεῖται εἰς η: βασιλῆ, σπανίως δὲ εἰς ει: πόλει. Hoc autem modo librarii in hoc verboso commentario saepius alucinati sunt vocabula ex alio loco in alium transfundentes. Itaque improbamus G. Dindorfii sententiam, qui in Thes. T. VI 1348 A Aeschini et promiscue Atticis πόλη tribuit, etsi

2) Pro ξυγγενῆ Choeroboscus 440. 15 affert εὐγενῆ.

grammatici hanc terminationem Graecis generatim adscribunt: Δημοσθένη, βασιλῆ, πόλη Choerob. 230. 27 et all. locc.[3])

Nominativos adiectivorum plurales in εες exeuntes poetae epici non contrahunt nisi metro cogente: πρηνεῖς, ἐπιδευεῖς et apud eundem Homerum πρηνέες, ἐπιδευέες. Excepta sunt duo adiectiva νηλιτής sive νηλητής et ἀσκηθής. Illud est in clausula ter repetitum καὶ αἳ νηλιτεῖς εἰσι contractione supervacanea, quae nonnullos eo adduxisse videtur, ut aut νηλίτιδες scriberent aut νηλιτέες, quorum illud in lemmate scholii ad Od. XIX 498 et in Addit. Suidae s. Νηλιτῆς legitur, alterum apud Hesychium Νηλιτέες ἀναμάρτητοι*). Ἀσκηθής saepius legitur, sed casum nullum ex se propagat praeter nominativum pluralem semel positum in excessu versus: ἀσκεθέες καὶ ἄνουσοι pro ἀσκηθέες, ut veteres statuunt, per systolen. Ne illi, quod coniecturae proximum erat, ἀσκηθεῖς corrigerent, obstitit trium spondeorum antecessio (νηῶν πημάνθη ἀλλ'-). Wolfius ἀσκηθέες suasit adhibita synizesi, quam reiicit Thierschius §. 193 p. 302. Origo vocis ita alte abstrusa est, ut in neutram partem quidquam decernere audeamus.

Pronomina personalia ἡμέες et ὑμέες, quae olim apud Herodotum legebantur (v. Bredov. Dial. Her. 282.), Apollonius Pron. 118 nusquam reperit praeter Parthenium ἀπὸ ποιητικῆς ἀδείας. — Substantivorum unum disceptatur in Il. XI 151 ἱππεῖς δ' ἱππῆας, ὑπὸ δέ σφισιν ὦρτο κονίη, quod Heynius reiecit: *„prorsus insolens forma in poeta Ionico, debebat esse ἱππῆες vel ἱππέες"*. Illud Bekkerus recepit omissa in sequentibus particula δὲ, vulgatum retinuerunt Spitznerus et Dindorfius. Nominativo ἱππεῖς subvenit vocandi casus ὦ βασιλεῖς Hesiod. Opp. 248, quanquam is quoque ab Hermanno impugnatur. Sermo solutus variat pro aetate scribentium; apud scriptores minus delicatos, quos ad Phr. 69 indicavi, offendimus ἱερέες, φονέες et adiectivum ἡμισέες Arriano tritum, v. Ellendt. T. I 285. Haec diaeresis parum defenditur te-

---

3) Forma nativa est Ἰσοκράτει τῷ ῥήτορι Theon. Prog. V p. 210 in Walz Rhett. T. I. In πόλει Thucyd. consentiunt omnes codices.

*) *v. Bekk. ad π 317 scrib. νηλείτιδες. Ἀσκηθέες idem ξ 255.*

stimonio quamvis gravi, quo utitur Antiatticista in Anecd. Bekk. p. 98 *Πλάτων Θεαιτήτῳ* (169. B) *Μυρίοι Ἡρακλέες καὶ Θησέες*, id enim tanquam enorme quiddam exsignant. Attici gentilicia vel ut vulgo in $\overline{\epsilon\iota}$ contrahunt vel in diphthongum impropriam *Δωριῇς*, vel in vocalem simplicem *Δωριῆς*, hoc autem ex Ionico *Δωριῆες* compactum putant, ut *Μεγαρῆς* Thucyd. ex *Μεγαρῆες*. Atque hanc gentiliciorum scriptionem criticorum plerique approbant, iota, quod in codd. et edd. saepissime suffigitur, haud timide expungentes: *Δωριῆς, Θεσπιῆς* etc. perinde ut appellativa *χαλκῆς, νομῆς*, v. ad Aj. v. 188. De hac triplici nominativorum conformatione habemus Choerobosci praeceptum in EM. 473. 38 *ἡ εὐθεῖα τῶν εἰς* $\overline{\epsilon\upsilon\varsigma}$ *κυρίων τὰ δύο* $\overline{\epsilon\epsilon}$ *εἰς τὴν* $\overline{\epsilon\iota}$ *κιρνᾷ μόνως, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ κυρίων παρ' ἡμῖν μὲν εἰς τὴν* $\overline{\epsilon\iota}$, *παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὸ* $\overline{\eta}$: *βασιλέες βασιλεῖς, βασιλῆς ἀττικῶς*, et paullo strictius in Can. 217. — Vocativi singularis unum subdam, sed maxime memorabile exemplum nominis in $\overline{\eta\varsigma}$ proprii *ὦ Ἡράκλεες*, quo tragici utuntur, cum similibus *Ἐτεόκλεες* etc. *Ἡράκλεις* usu communi sancitum tertiumque *Ἥρακλες*, quod interiectionis vim habet, v. Phr. 640. — Nominibus hisce adiungenda sunt verba, de quibus docte disserit Heraclides apud Eustathium 1892. 40 *τὸ παρ' ἡμῖν ἔπλει καὶ ἔῤῥει παρὰ τοῖς Ἴωσιν ἔπλεεν ἔῤῥεεν τεμνομένης τῆς διφθόγγου, παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσιν, ὧν τῇ διαλέκτῳ καὶ οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται, τὰ δύο* $\overline{\epsilon\epsilon}$ *εἰς* $\overline{\eta}$ *συναιρεῖται: ἔπλην, ἔῤῥην*. Illa Attica quae dicitur terminatio quam saepe a scriptoribus minus scrupulosis neglecta sit, ad Phr. 222 et ab aliis demonstratum est, non solum in imperfecto, sed etiam in imperativo, cuius duplicem speciem Homerus uno conclusit versu Il. X 249 *μήτ' αἴνεε μήτε τι νείκει*. Idem pro $\overline{\epsilon\epsilon}$ substituit $\overline{\eta}$ in tertia persona plusquamperfecti *ᾔδη*, in quo libri concordant, sed id Choeroboscus 562 sq. negat convenire cum dialecto Homeri propria: *Ἀριστάρχειόν ἐστι τὸ ἁμάρτημα· ὁ γὰρ Ἀρίσταρχος εἰδὼς τοῦτο τὸ ἰδίωμα τῆς νέας Ἀτθίδος ὑπάρχειν, λέγω δὲ τρίτον προσώπον, οὐκ ὤφειλεν ἐᾶσαι παρὰ τῷ ποιητῇ ὄντι τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος*, cf. EM. 419. 10, ex quo colligere videtur, Aristarchum *ᾔδει* scribere debuisse. Ad eandem tropen pertinet imperfectum *κνῆ*, si id pro *κνέε* (*ἔκνει*)

positum est, v. Rhem. 27 sq., et duales eiusdem temporis ἀπειλήτην, quod Herodianus tropae adscribit, et cetera, quae ad Buttm. II 255 adnotavimus; δορπήτην, quod Bekkerus introduxit, a Dindorfio relegatum est, sed constat eta infinitivorum πενθήμεναι etc.

§. 3. Conflictio duorum ῑι Latinis perfrequens quam ingrata fuerit Graecorum auribus, facillime cognoscitur ex dativis nominum, quae genitivum in ῑος habent. In his enim duae extremae vocales aut in unam longam contrahuntur (πόλιος πόλι), aut in penultima pro iota recipiunt epsilon (πόλεϊ), de quo Herodianus[1]) ad Il. III 219 οἱ Ἴωνες τούτων τῶν γενικῶν τὰς παραληγούσας προφέρονται διὰ τοῦ ῑ, τὴν δὲ δοτικὴν διὰ τοῦ ε̄, οὐχὶ δὲ διὰ τοῦ ῑ διὰ τὸ κακόφωνον. Μάντιι trisyllabum, quo Heynius et Spitznerus ad XIII 69 utuntur, nemo dixit, nec simile quidquam, sed aut μάντι aut μάντεϊ, unde factum est commune μάντει literis ε̄ et ῑ in diphthongum contractis. Quae mutatio etsi ad quaestionem de vocalibus brevibus P. I cap. I §. 2 p. 15 sqq. pertinet, tamen hoc loco coniuncte cum prima et secunda specie tractanda est. Prima illa apud Herodotum ceteras numero exemplorum ita superat, ut nonnulli ubique tenendum arbitrentur μάντι, πόλι, v. Bredov. p. 266. Homericorum certissima sunt tria illa, quae Choeroboscus de Ton. 417 affert Θέτι, μάστι, μῆτι, in quibus libri conspirant; sed de κνήστι Il. XI 640 adnotat Eustathius τινὲς διὰ διφθόγγου γράφουσιν, et hanc codices aliquot praestant XXIV 18 ἐν κόνει ἐκτανύσας pro κόνι, quod sine differentia scriptum est Od. XI 191. Diphthongus redit in quinque sequentibus ἀγύρει, ὕβρει, ὄψει, πόλει, πόσει [Bekk. ἀγύρι etc.], sed duo postrema, si versus poscit, ad nativam formam revocantur: χαριζομένη πόσεϊ ᾧ, quod EM. 136. 17 metro effectum dicit, eademque necessitate expressum αὐτόθ' ἐνὶ πτόλεϊ λίπετ' ἀνήρ Il. XXIV 707; sed id nonnihil offensionis habuisse indicat scriptura editionum veterum quamvis improbabilis αὐτόθι εἰνὶ πόλει λίπετ' —. Nunc receptae convenit μάντεϊ εἰδόμενος versum inchoans XIII 69, quo in pede alibi leguntur spondei μῆτι, κνῆστι, [Bekk. μάντι] et illi simile adiectivum ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς. Haec

1) Herodorum appellat Eustathius 407. 42.

inaequalitas nobis molestior non aliena est poetae, quem veteres dialecto mixta usum esse perhibent. Unum crasi restitit *Διΐ*, sed id quoque Pindarus monosyllabum fecit, sicut est in vetere epigraphe Dorica, contra regulam quidem, qua excluduntur dativi tertiae declinationis monosyllabi [2]), sed idem accidit syntheto *Διίφιλος ὡς Ἀρηίφιλος καὶ κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο ῑι εἰς ἓν μακρὸν Δίφιλος* Choerob. Orth. 192. 16. Sic est in Latino *Diphilus.* Quod vero Plato dicit Crat. 399 A, alterum ῑ exemtum esse, redarguit productio syllabae primae, eademque ratione probatur, *διιπετής* non cum integro *Διΐ* compositum esse, sed cum corrupto sic ut *διοπετής* vocali connexiva ō in ῑ longum mutata, cuius locum interdum obtinet diphthongus: *διοτρεφής Διειτρέφης*, v. Parall. 23.

Cum Homerico *Θέτι* EM. 448. 25, Drac. 46. 17 propter crasin *τῶν δύο ῑι εἰς ἓν μακρόν* conferunt Anacreonteum *νῆνι*, cui conveniens genitivus Ionicus non reperitur, sed *νεήνιδος*, eademque repugnantia utriusque casus apud Homerum ipsum *Θέτι* et *Θέτιδος*, non *Θέτιος*. Sed hoc Pindarus suppeditat una cum *μήτιος*, quod Photius s. *Μέμφιδος* Ionibus tribuit. — Nominum in *έτις* exeuntium speciem solitam repraesentat *κυνηγέτιδι* Anth., deserit vero Dianae cognomen, quod illi apposui ad Phryn. 429, *τῇ Ἀρχηγέτι* Aristoph. Has dativi terminationes in alia causa attuli Elemm. I 292. — Pari cura cautum est, ne in casibus rectis eaedem literae bis continuo audirentur: *βιβλίδιον, ἱματίδιον, ὀφείδιον, πολείδιον*, v. Proll. 394 [Path. I 281 ex.]. Tum in adiectivis *ἀπὸ τοῦ Χίος Χίιος καὶ κατὰ κρᾶσιν Χῖος ὥσπερ δίιος δῖος, Θέτιι Θέτι* Epim. II 275. 14, cui Stephanus s. *Χίος* apponit *μήτι* et *μάστι*. Lubrica est Hermanni correctio Agam. 968 *ὑγιΐας* pro *ὑγιείας* nec fidem facit quod addit: *de ὑγιΐα dubitare non sinunt ἱερία et tot alia utramque formam habentia*, nam horum nullum iota duo constipat. *Μελΐνος* e vitio natum esse ostendi in Elemm. I 283; a similibus arborum nominibus *ἀρία, φυλία, μορία* nulla ducuntur metusiastica; a *λευκόϊον* debebat *λευκοΐινος*, sed receptum est *λευκόϊνος*. Antiquae memoriae syntheton est

2) Similis antinomia intercedit inter *κιΐ*, quod Buttmannus §. 43 in paradigmate exhibet, et *κί*. Equidem neutrum inveni.

παλίωξις iota longo propter crasin τῶν δύο ῑι Choerob. Orth. 249. 1.

Hactenus de nominibus. In optativo ἀποφθίμην et φθῖτο iota modi huius characteristicum sub thematico iota ita alte delitescit, ut nunquam in conspectum veniat. — Regulam vitiat verbum imitativum ἰΐζειν, quo Dioscorides usus est fortasse ambignitatis vitandae causa, quia ἴζειν et ἰάζειν diversum intellectum habent [1283]. Certam vero et inexpugnabilem sedem haec epallelia habet in vocabulis quibusdam, quae cum partibus orationis indeclinabilibus composita sunt, primum iis quae praepositiones διά et περί in principio habent διιέναι, περιιέναι, περιίσχειν etc., quae sermoni soluto consueta neque unquam elisione interpolata sunt praeterquam apud comicos, quos περιόντες pro περιιόντες usurpasse docent critici Angli ad Vesp. 1020. In tragicorum fabulis unum his simile reperitur, sed nonnullis suspectum περιιδεῖν Oed. T. 1505. Praepositiones ἀμφί et ἀντί non solum a poetis amputantur, v. Elemm. I 290, sed ubivis, ut ἡμί quoque in ἡμίαμβος, quod ante alias vocales omnes syncopen recusat; contraria διίαμβος, τρίιππος infirmantur novitate auctorum [v. Diss. VIII C. I §. 2 n. 1]. Sermo civilis quantopere ab hoc genere iotacismi abhorreat, ex adverbiorum imitativorum conformatione cognoscitur; nam quum omnia iota in penultima habeant: δωριστί, λυδιστί etc., alpha acceperunt ἰαστί, Διαστί, χιαστί.

§. 4. ο̅ο vocales quam facile coalescant, promtissime cognoscitur ex substantivis secundae declinationis bisyllabis, quae nescio quo auctore ὁλοπαθῆ vocantur. Horum quinque subministrat Homerus: θρόος, νόος, πλόος, ῥόος et χνόος, quorum unum semel metri causa contraxit νοῦς, Attici vero in sermone civili omnesque curate scribentes non illa solum, sed etiam μνοῦς, χοῦς et tria, quae Herodianus Mon. 14. 35 inter perispomena refert, κνοῦς, χροῦς, φλοῦς, omisso χλοῦς; χροῦς ille Ionibus tribuit; σοῦς eodem loco additum incertum est nomen sit an vocabulum. Hesychius addit χλοῦς et πνόος non contractum. De illo tamen inopinato intercedit EM. 677. 1 τί δήποτε γόος καὶ χλόος μὴ ἐποίησε γοῦς καὶ χλοῦς ὥσπερ πλοῦς καὶ νοῦς; sed rationem huius discrepantiae poscendam esse negat: καὶ φαμέν, ὅτι τὰ ἁπαθῆ οὐκ εἰσὶ διηνεκῆ· ὅθεν

οὐδεὶς ἐγκαλεῖ τοῖς ἀπαθέσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον ὑπὲρ πεπονθότων ἀπολογοῦνται. Sed alio loco 452. 55 pro exemplo non contracti vox supponitur longe diversa: διὰ τί, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ πλόος γράφεται πλοῦς, μὴ καὶ ἀπὸ τοῦ γόος γοῦς καὶ θοός θοῦς, et quaestionem solvit eo, quod utrumque propria quadam nota distinctum sit; nam a nullo illorum derivari verbum in $\overline{αω}$ perispomenon, a γόος vero γοᾷν, et quod ad θοός attinet, id esse unicum nomen bisyllabum in $\overline{οος}$ acuto sono finitum, sed gravari rursus in syntheto: Πάνθοος Πάνθους, quae cuncta a Choerobosco mutuatus est 244. 22. De γόος quod dicit, non universe valere probant verba χλοᾷν (nisi hoc a χλόη repetimus) et χνοᾷν, sed haec tamen insolentiora sunt, quam quae cum γοᾷν conferri possint. Γόος igitur et, quod illic quoque restituendum est, θοός unica sunt bisyllaba in $\overline{οος}$. Hoc θοός Herodianus 41. 29 accentus causa adnotandum putavit: τὰ εἰς $\overline{ος}$ καθαρὰ τῷ $\overline{ο}$ παραληγόμενα φιλεῖ βαρύνεσθαι: κόος, σόος, νόος, χνόος, γόος, πλόος, ῥόος, θρόος· διὸ καὶ τὸ ζόος παρ' Ἐπιχάρμῳ οἱ πλείους ἐβάρυναν. ὁμοίως καὶ τὸ σόος. τὸ θοός ἀντικρὺς ὀξυνόμενον μονῆρες· τὰ δὲ αἴτια τούτων ἐν ἑτέροις δηλοῦμεν. quidnam causae commentus sit, suspicari licet ex Choerobosci loco affecto 245. 8 μόνον τὸ θοός ἐκ πάντων τῶν δισυλλάβων τῶν διὰ τοῦ $\overline{οος}$ ἀπὸ μόνου τοῦ $\overline{θ}$ ἤρξατο· τὸ γὰρ θρόος ἔχει τὸ $\overline{ρ}$ μετὰ τὸ $\overline{θ}$. Eorum, quae Herodianus l. c. composuit, primum κόος dubium est utrum appellativum sit, quod Lehrsius subiicit, an nomen insulae, de quo mox. Crebra vero sunt syntheta diverse scripta, ἀντίξοος, δορυξόος — ξους, quae cum ingenti multitudine similium coacervavi eorumque flexus lubricos in omnibus casibus gradibusque explicui primum ad Phr. 143 [234], tum propter multiplicem crasis et syncopae synemptosin in Elemm. I 316. Crasis apud Homerum duo exempla sunt, unum certum χειμάῤῥους, quod metro datum est, alterum coniectura quaesitum εὔξους, qui nominativus non legitur, sed hinc profectum esse oportet casum secundum ἐΰξου δουρὸς Il. X 373, si quidem sic ut criticorum nobilissimi scribimus acuta penultima; Ptolemaeus vero ἐϋξοῦ scripsit, contractionem in genitivo natam putans nominativo integro ἐΰξοος, quo Homerus uti

assolet; synizesis εὔξοον, quam edd. ante Wolf. exhibent, illi nullam mentionen faciunt. — In parte synthetorum priore substantiva, quae hic attigimus, non inveniuntur praeter duo νουθετεῖν et νουβυστικός, quibus Nonnus affinxit non contracta νοοβλαβής, νοοσφαλής, et πλουδοκεῖν a Cicerone, ut videtur, fabricatum, et ab alio nomine βουθυτεῖν, βούνομος etc., quae epici posteriores pariter ad integritatem revocant: βοοσσόος, βοοκλόπος — Adiectivorum simplicium, quae bisyllabiam excedunt, duo gradum servant, ὁλοός et ὄγδοος. quod Homerus ne metro quidem urgente contraxit Od. VII 261 ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοόν μοι ἔτος. sed potius synecphonesi usus est; nec quisquam offendit praeter Dindorfium; is enim [etBekk.] δὴ ὀγδόατον edidit duobus vocabulis per synaloephen iunctis. Pro aetate et indole scriptorum variant ἄθροος et δίκροος, quod nonnulli cum verbo (κρόω) compositum putant ut ὀρνιθοκόος, θυοσκόος, πυρκόος. Plurisyllaba nulla sunt praeter quae ab uno verbo audiendi ducta sunt ἀνήκοος, βαρυήκοος etc. Haec autem tot locis confirmantur, ut contracta suspicionem effugere non possint, qua facile liberatur ὀξυήκους Galen. de Med. p. Locc. III 644 T. XII [1]) et si quid simile incidit; τοῖς ὀξυηκουστάτοις Sext. adv. Phys. I. c. 65. 566, quod Bekkerus p. 406, 26 inoffensus transmisit, fortasse relinquendum est scriptori memoria dissimilium εὐνούστατος, εὐπνούστατος etc. in errorem inducto. — Denique diphthongus illa interdum nascitur ex compositione vocum, quarum una ō in exitu, altera in principio habet. Id certissime constat de praepositione πρό quae quum elidi non possit, crasin subit non solum apud poetas scenicos: προὐφείλειν Eur.[2]), προὐμόσας Aesch., quae videri possunt metro concessa esse, sed etiam προὔπτον apud Thucyd., quanquam idem cum aliis πρόοψις dixit et προορᾶν, unde EM. φρουρός (ut ἐπίουρος) factum esse sumit, et φροῦδος e πρόοδος vel potius πρὸ ὁδοῦ γενόμενος. — Aliae orationis partes in sermone poetico vocalem

---

1) In Thesauro perperam affertur ex T. XIII 404. Rectum πολυήκοος legitur in proximis.

2) Matthiae p. 153 cum alia admiscet a causa alienata tum mendosum προὐφειλες Vesp. 3, quod Elmsleius correxit.

interdum servant: λευκοόπωρος, vulgo remittunt: λεύκοφρυς, unum miscet Λυκόοργος Λυκοῦργος, utroque enim modo eundem hominem appellat Homerus Il. VI 130 [Λυκόεργος cum digamma Bekk.] et Nonnus quoque XX 152, 181. Ancaei vero pater Λυκόοργος vocatur ab Apollonio I 164, II 118, ubi a prima manu epsilon superscriptum est ad indicandum Λυκόεργον, atque sic etiam unus Vind. exhibet et plures in oraculo de Lycurgo Spartano Herod. I 65. Id antefert quidem Thierschius §. 184 n. 12, nihil dubitans, quin Λυκόεργος in Λυκοῦργος contractum, ex hoc autem Λυκόοργος distractum sit contra regulam τὰ διαιρούμενα εἰς ταὐτὰ διαιρεῖται, ἐξ ὧν καὶ συνίσταται Choerob. 862. Quae regula non labefactatur exemplo Herodoteo διπλέη, quod Buttmannus §. 60 adn. 8 ex διπλῆ diectasi quadam Ionica factum dicit, nam a διπλόος ducendum fuisse διπλόη. Et dicitur quidem ita, sed substantive tantum ut ἁπλόη quoque, adiectiva autem errore quodam viae assimilata videntur materialibus χρυσοῦς, χρυσῆ etc., et sic Homerus ipse διπλῆ τριπλῆ, τετραπλῆ, etsi masculine dicit διπλόος. Denique διπλῆ scriptum est alio loco, v. Bredov. 248 ult. Naturae proximum est Λυκόοργος, unde Λύκοργος fit recisa vocali connexiva, Λυκοῦργος contracta, atque hoc aptius viri nomen quam Λυκόεργος sive Λύκεργος, quomodo neminem dictum novimus, sed multos Λυκόφρων, Λυκομήδης etc. Simplici ὀργή Homerus quidem non utitur, sed multa sunt apud eum syntheta simplicibus destituta. — In declinatione nominum $\overline{oo}$ geminatum unus ostendit casus secundus tritoclitorum in $\overline{ους}$ exeuntium βοός, ῥοός, χροός etc. Quod Choeroboscus 273. 3 de uno horum praecipit τὸ βοός οὐδέποτε κιρνᾶται, valet de omnibus et huius ordinis vocabulis et iis quae scriptores inerudit huc transfuderunt: τοῦ νοός, τοῦ πλοός, Phryn. 453. — Substantiva in $\overline{ω}$ et $\overline{ως}$ excurrentia a Graecis unquam in $\overline{οος}$ deflexa esse negat universe Buttmannus §. 49 adn. 3, Mehlh. §. 171 not., spreta grammaticorum auctoritate, qui Λητόος Σαπφόος ab Ionicis dici affirmant, Choerob. 332. 14 et al., sed infirmantur eo, quod Herodotus ipse constanter contractis utitur, v. Bredov. 236. Idem vero Choerob. in alio libro mihi inaccesso, quem Ahrensius in Dial. Dor. 238 memorat, Doriensium nonnullos sic

loquutos esse testatur, nixus fortasse Dorico ἀόος, quod Pindaro iam diu restitutum est. Hoc autem obtento nihil obstat, quominus ἠοῦς affectis adiiciamus. Dialecti communis auctori Machoni minime convenit Καλλιστόος, quod Casaubonus metri causa proposuit assensores nactus Dindorfium et Ahrensium 511, rectius vero Meinekius Anall. 313 Καλλιστίου. — Genitivos secundi ordinis a principio in οο finitos esse, ipsumque Homerum ὅο et δήμοο dixisse concedimus precantibus; sed quia nihil simile legitur, consuetos exitus in numero affectorum referri rationes eae, quae nobis sequendae sunt, non patiuntur. — Quae in paradigmate verborum proponuntur, ἐχρύσοο, χρυσόονται, scholae figmenta sunt. De voce Democritea νοῦνται iterata opera dixi in Rhem. 21. Λοῦμαι si apud scriptores populariter loquentes legimus, non dubitamus pro λούομαι accipere; de incognitis dubium, utrum hinc contraxerint, an ex obsoleto λόομαι. Utrosque discernit schol. Arist. Plut. 657, quo iam Buttmannus usus est in Ind. Anom. 236: ἐλοῦμεν ἀπὸ τοῦ λόω ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλούομεν — ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ ἐλούομεν, non per syncopen, ut hic dicit, sed crasin [ad Buttm. II 7, Path. I 275, 321 (Phryn. 189)].

Οο nonnunquam in ω verti iam prosodiae Homericae explicatores disseruerunt, primum Herodianus ad V 887, ubi ζώς a nonnullis male circumflecti ostendit: μόνον γὰρ τὸ σῶς ἐστι περισπώμενον μονοσύλλαβον εἰς ως, γεγονὸς ἐκ τοῦ σόος, ὡς οἴεται Φιλόξενος, ἢ ἐκ τοῦ σάος, ὅπερ κρεῖττον. Tum schol. Vict. XXII 332 ἔφης σῶς ἔσεσθαι — τινὲς ἐκ τοῦ σόος, ἀλλ' ἔδει σοῦς, τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σάος· Ἀλκαῖος δὲ (v. Matthiae ad Fr. VII p. 17) καὶ τὰ δύο οο εἰς ω συναλείφει, quibus quae subiuncta sunt verba nihil sani continent, sed Alcaeum suspicor pro χοῦς usum esse Dorico χῶς, quod grammatici cum Homerico βῶς componunt, sed huius alia ratio est [Parall. 87]. Σόος (ut illuc revisam) et σῶς apud Homerum saepe in eodem versus pede leguntur, sed illud in duobus casibus, et femininum quoque σόη, monosyllabum autem, quod in sermone communi sine consorte dominatur, in uno nominativo; σῶος, quo nonnulli recurrunt, ille ignorat et σάος quoque, unde Butmannus σῶς fluxisse putat, praeter comparativum, v. infra p. 76 et cap. II §. 7. De χρόος et χρώς du-

bitatur, utrum eorum deformatum sit et quo modo, synaeresi an diaeresi. Causam dubitandi attulit Il. XIII 191, ubi nunc genitivus legitur Herodiano placitus οὐ πῃ χροὸς εἴσατο, veterum vero nonnulli nominativum asciverunt de scriptura discordes, utrum χρόος scribendum sit, quod Didymus Aristarcho assignat, an χρώς, ut Zenodotus [Bekk.], quae sola nominativi species noscitur; bisyllabum producunt grammatici: χροῦς ἐστιν, ὅθεν τὸ χρόος (scr. χροός) καὶ (ἡ δοτικὴ) χροΐ καὶ μεταβολῇ τῆς ου εἰς ω χρώς ὡς βοῦς βῶς παρὰ Δωριεῦσι Orion. p. 166. 22. Id igitur adscripsit declinationi tertiae, secundae vero schol. Il. XIV 255 Κόων ἔνιοι διὰ δύο οο ὡς σόον διαλύσει καὶ χροός (scr. χρόος) εἴσατο. De nomine proprio consentit Stephanus: Κῶς λέγεται καὶ Κόως καὶ Κόως καὶ Κόος διὰ δύο οο. Et cum hoc idem ethnographus comparat Ἄθως εἴρηται καὶ Ἄθοος ὡς Κῶς Κόος, καὶ κατὰ συναίρεσιν Ἄθους [I 472]. Trisyllabo Ἄθοος Arcadius 42. 13 apponit ducis Thracii nomen Πίροος id est Πείροος Ἰμβρασίδης Il. IV 520 in principio versus et Πείροος ἥρως II 844 in exitu, quod Heynius hoc loco restituit pro vulgato Πείρως ut suavius, nec quisquam repugnavit. De Il. XX 484 ἀμύμονα Πείρεω υἱόν Aristonicus indicat, dubitatum esse, idemne significetur, an alius eiusdem gentis ductor: Πείρεω ὁμοίως τῷ Μενέλεω· ἡ γὰρ εὐθεῖά ἐστι Πείρεως· ἐν ἄλλοις δὲ Πείροος λέγεται καὶ Πείρως — ἄδηλον δὲ εἰ τοῦ Θρᾳκός ἐστιν ἢ ἑτέρου τινὸς ὁμωνύμου. Illud sibi persuasit Thierschius §. 184 n. 19. Aristarchea scriptura EM. 138. 3 utitur ad probandum genitivum similem eiusdem auctoris Ἄρεω XVIII 100 οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς εὐθείας τῆς Ἄρεως τοῦ Ἄρεω ὡς Πείρεως Πείρεω. Sed et illud diverse exprimitur: Ἄρεως sive Ἄρεος et, quod palmam fert, ἀρῆς. De nomine hominis barbari nihil statutum habemus. Quod Duentzerus Zenod. pag. 53 suspicatur, Homerum Πειρέος scripsisse a recto Πειρεύς omnium minime probabile est *).

---

*) *In programm. Condit. Pruss. regn. XVIII Jan.* 1858 *p.* 9 *adiectum est:* „Alia personarum Homericarum nomina ambigua composuit Friedlaender in Dissert. de Homonymis p. 542" *in Jahn Jahrbb. für Phil.* 1855, *iterat. in: Zwei Homerische Wörterverzeichnisse Supplem. III eorund. annal. ann.* 1861 *p.* 814 *sqq.*

Faceta est Eustathii coniectura 63. 3, ut σῶς ex σόος, ita πρῶρα ex πρόορα extitisse, et adiuvatur quodammodo audaci Aeschyli metaphora Suppl. 697 καὶ πρῷρα πρόσθεν ὄμμασιν βλέπουσ' ὁδόν, sed nemini serio in mentem veniet [v. infra cap. III §. 5].

Cap. II.

De vocalium diversarum ex duabus syllabis in unam confusione.

§. 1. Primo loco memorandum est alpha privativum cum epsilo contractum in adiectivo ἀέκων, quo Homerus per omnes casus et numeros circiter decies utitur sed diverse fingit in duali: τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην, pro quo codd. nonnulli ἀέκοντε praebent, idque Heynius Bentleium sequens Il. V 366 ubique scribi iubet, sed improbatur [probat. Bekk.]; femininum ἄκουσα, quod in H. H. in Cer. versum inchoat, Vossius Atticismis huius poetae adnumerat. Eadem particula soni modo productione cognoscitur in adiectivo, quod Herodianus de Dichron. 297. 15 attigit: τὸ ἀργός ἐκτεινόμενον ἐκ τοῦ ἀεργός ἐστι συναληλιμμένον, sed Homero ignotum est. — Post hunc in lucem emersit eodem modo compositum ἀχήν (ut ἀπτήν) Theocr., unde Hesychius substantivum ἀχηνία repetit, sed Hermannus ad Agam. 400 refutat eo, quod illud alpha longum habet, et mihi quoque ἀχηνία simplex videtur ut ἀχάνεια, quicum non literas solum aliquas ut ἀχήν communes habet, sed etiam significatum vacuitatis. — Simplex ἆθλον legitur in pede primo Od. VIII 160 libris conspirantibus, sed Muetzellius ad Theog. p. 40 hinc ἄεθλον profert per synizesin, idemque Il. XXIV 734 probat ἀεθλεύων, quod Wolfius praetulit contracto, et Boeckhius quoque in Nott. Crit. Ol. VII 63 Pindaro et hoc vindicat et similia ἀέκων, φαεννός. Haec et cetera contractionis exempla Callimachum verborum novorum captatorem pellexisse videntur, ut vices verteret atque ἅμμα diffingeret in ἄεμμα insolita utique dialysi usus [Vol. I 414]. — Atticorum scriptorum usu celebratum est adverbium ἄρδην, et id alpha, ut Herodianus

tradit Dichr. 297. 20, producto vel vi crasis vel ab ortu, siquidem a themate macroparalecto derivatum est, quae dubitatio etiam ad adiectivum ἀρσίπους sive ἀερσίπους pertinet. Ab eadem stirpe profectum est ἀερτάζω, quo etymorum coniectores utuntur ad explicandum nomen Λαέρτης hoc est ὁ λᾶας ἀερτάζων, quod memoratu indignum ducerem, nisi idem Λάρτιος diceretur quasi per misturam, v. ad. Aj. v. 1. — A recto δαήρ, quod cum Homero intercidit, declinatus est genitivus bisyllabus δαέρων in principio hexametri Il. XXIV 769. — Alpha thematicum cum epsilo clitico coalescit in infinitivo verbi bisyllabi ἄμεναι *satiare*, quod Eustathius perperam syncopae tribuit [Path. I 268, et 384]; huic affine verbum dormiendi [ad Buttm. II 124, Techn. 4] pro metri ratione variatur νύκτα μὲν ἀέσαμεν et νύκτ' ἄσαμεν, v. Thiersch. §. 168. 3. — Nomen participii simile φαέθων a poetis Latinis nonnunquam ad bisyllabum reductum est scriptura duplici *Phaeton* et *Pheton*, v. Cort. ad Lucan. II 413. Cervae epitheton *aeripes* Diomedes IV 5. 166 (249 P.) interpretatione falsa pro exemplo *episynaloephae* affert, quam a synaloephe distinguunt, hanc enim dicunt duarum vocalium concursionem, quarum altera eliditur ut *atque ea*, illa vero „*unam syllabam fieri ex duabus, quum aeripedem quinque syllabis dicere debeamus*". — Sed de verbis adiiciendum est hoc amplius, ea, quae alpha breve in prima habeant, ab epicis in imperfecto cum ε finali non contrahi ἄε, λάε, φάε, ἔχραε etc., v. Rhem. 165 et 167, sed contrarium fieri derivatis, quae in futuro vocalem longam accipiunt: ἐτίμα, quae poetae epici nunquam in integrum restituunt ne hiatus quidem vitandi gratia, nedum spondei duplicati vel triplicati: ἐτόλμα ἐνὶ — Od. XXIV 162, φοίτα ἀνὰ — Il. XIII 760, πάντας ἐνίκα Καδμείωνας XXIII 680 [Καδμεΐωνας Bekk.] etc., et sic in ceteris flexibus: αὔδα ὅτι φρονέεις, μνᾶσθαι, ὁρᾶσθαι etc. Haec igitur affectorum nomen exuerunt sicut nomina quoque in ας in duali posita κέρα et si quid simile. — Pro alpha consuetudo communis eta recepit in quatuor verbis, quae in compendiis proponuntur. His propria et meraca Atthis accumulavit tria abradendi et abstergendi verba κνῆν, σμῆν, ψῆν, v. ad Phr. 61, Ellendt. Lex. T. II 976. Horum primum apud Homerum legitur in exitu versus Il. XI 639 ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρόν, pro

quo Aristarchus in ecdosi alterutra κνίε posuit vel spondeos fastidiens, vel quia Homero eiusmodi imperfecta nulla concederet nisi verborum iu ̄μι eorumque, quae inter duas coniugationes divisa sunt [p. 58 ex. sq.]; cuius generis unum praebet Homerus κίρνη in medio versu Od. XIV 78, ubi Ernest.: *in al.* κίρνα, et XVI 52, quicum convenit πίτνα Il. XXI 7, ἐκίρνα vero in extremo ter in Odyss. sine discrepantia scriptum. Parum vero inter veteres convenit, utrum κατέκτα scribendum sit (alpha producto) a themate κτάω, an κατέκτη, v. ad Buttm. p. 13 [Diss. VIII C. I § 2]. Imperfectis verborum reduplicatorum in ̄η desinentibus grammatici apponunt imperativos, quos vocant Atticos: τοῦ κρήμνημι ὁ παρατατικὸς ἐκρήμνην, ἐκρήμνη καὶ τὸ προστακτικὸν κρήμνη EM. 537. 39, quod cum similibus πίμπρη, πίμπλη ab Homero alienum est, sed verborum bisyllaborum unum hoc deflexit τῆ, quod antiqui idemtidem cum πίμπλη conferunt, neque omittunt verbum monosyllabum ζῆν, quod ille totum ignorat: ζάω ζάει καὶ κατὰ κρᾶσιν δωρικὴν ζῇ, τὸ παρατατικὸν ἔζαε ἔζη καὶ τὸ προστακτικὸν ζῆ, ὡς τάω ἔταε τῆ schol. Od. IX 347, Epim. I 181, schol. Od. VIII 477, cf. Rhem. 28 et 130. Τάε (si haec est monosyllabi origo) fingitur sicut personae secundae dualis, quae usitatis in ̄ατην et ̄ητην praescribuntur. Huius secundi generis Epim. I 191 tria affert Homerica: προσαυδήτην, φοιτήτην, συλήτην, omisso quarto συναντήτην, quae grammatici Dorice pronunciata dicunt sic ut ὁρῆτο pro ὁρᾶτο, v. Elemm. I 378. Sed haec missa facimus.

̄Αε et ̄αυ non raro commutantur in vocabulis ex eadem radice natis, idque grammatici sic interpretari solent, alterum germanum, alterum ex eo contractum esse. Et ad hoc probandum utuntur exemplis partim ambiguis, partim ineptis, cuiusmodi haec sunt in EM. 170. 56, Epim. II 335. 6 ἀπὸ τοῦ ἀήρ ἀέρα γέγονε κατὰ κρᾶσιν αὖρα ὡς γρᾶες γραῦς καὶ νᾶες ναῦς [1]). De primo illo nihil amplius dici potest, nisi ἀήρ et αὖρα communi niti fundamento. Duorum monosyllaborum, quae sunt huius figurae unica, EM. 598. 14,

1) His scholl. Il. I 133 abutuntur ad demonstrandum adverbium αὔτως *frustra* ex ἀέτως contractum esse.

unum αἱ γραῦς Buttmannus quoque §. 50. 4 contractum esse putat; sed hic nominativus, quem Atticistae reiiciunt, ad casum primum reflexus videtur, cuius vocali principali ypsilon sese applicuit sicut vau in Latino *ravus*, *gravastellus* *). Alterum a nostro proposito abhorret eo, quod νᾶες, νάεσι non eiusdem dialecti sunt atque αἱ ναῦς, ταῖς ναυσί. — Duo verba, quae his similem speciem gerunt, veterum quidam duplicitur affecta esse constituuut: Ἡρωδιανὸς λέγει τοῦ αὔω (ἰαύω) ὁ ἀόριστος αὖσα καὶ διαλύσει καὶ τροπῇ τοῦ ῡ εἰς ῑ ἄεσα ὥσπερ καὶ τὸ αὔξεται ἀέξεται EM. 464. 34. Hoc si cum Latino *augeo* et Gothico *auka* conferimus, principalius videri debet, quam poeticum ἀέξω, quo Homerus utitur solo; nec tamen, puto, ignoravit alterum, sed versibus suis aptius reperit, qua ratione Hesiodus ad ηὔξετο compulsus est. — Contrarium schol. Pind. Ol. VII 70 decernit de adiectivo cum verbo composito φαυσίμβροτον φαεσίμβροτον· τὸ ε̄ καὶ τὸ ᾱ εἰς τὴν ᾱυ δίφθογγον συνεῖλε. Poterat idem Homerus facere metro incolumi, sed praetulit alterum, etsi φαέσω non dicitur, sed φαύσω a praesenti φαύω (ἐπιφαύω), cui ῡ mature increvit. Hoc autem si ita se habet, diphthongus dissoluta est non mera dialysi, sed mixta cum trope, quomodo Herodianus l. c. ex αὖσαι primum ἄϋσαι, tum ἀέσαι factum esse ait ῡ in ε̄ mutato; sic servatur regula: diphthongos non in alias vocales dirimi quam unde compositae sunt. Ceterum nostri technologi aoristum ἄεσα, ἇσα ad praesens ἀέω referunt adhibita systole, v. Rhem. 191. — Ad synizesin spectat genitivus spondaicus, qui versum Homericum orditur Il. XXIV 769 δαέρων ἢ γαλόων. Bisyllabum *Phaeton* antea disputatum est.

Ᾱη in η̄ mutatur non solum in Dorico ἀδών, ἀδονίς, sed idem fieri sumitur in duabus dictionibus ad communem usum expositis. Sic certe Phrynichus in App. 22 ἀδολεσχεῖν ἀπὸ τοῦ ἄδην — ἢ ἀπὸ τοῦ ἀηδοῦς· οἱ γὰρ Ἴωνες τὴν ἀηδίαν συναλείφοντες τρισυλλάβως γράφουσι· διὸ καὶ ἐξετάθη. Nominis ἀδία memoria non exstat; sed de verbo congermano loquitur schol. Od. I 134 ψιλωτέον τὸ ἀδήσειε· ὅταν γὰρ ἐν συναλοιφῇ τὸ ψιλούμενον ἐν ἀρχῇ φωνῆεν ἐπικρατήσῃ, καὶ

*) cf. p. 43.

τὸ πνεῦμα ἐπικρατεῖ. Hic igitur ex ἀηδῆσαι factum putavit, idque complures ratum habuere; alii substituunt τὸ ἄδος, quod aliquanto probabilius, sed difficultate neutrum vacat, v. Rhem. 306 et adn. ad Buttm. 99. — Eiusdem fere momenti est δαίμων, quod Archilochus pro δαήμων scripsit, et vulgus grammaticorum daemonas ipsos ita nominatos putat παρὰ τὸ δαίω τὸ γιγνώσκω ἢ παρὰ τὸ μερίζω, sed contractionis nomine abstinent.

$\overline{Λο}$ in varios mutatur sonos, primum in $\overline{α}$ in nominibus quibusdam cum λαός compositis, unde non solum Λαοδάμας, sed etiam Λαοθένης, Λάκριτος, Λαχάρης, quae sic ut dixi composita esse apparet ex Atticis Λεωδάμας, Λεωσθένης, Λεώκριτος. Easdem vero vocales in $\overline{αυ}$ mutatas ostendit non solum plebeium λαυκαίκτης, quod verbis Plautinis reddere possumus *scurra urbanus, deliciae popli*, sed etiam heroicum Λαυμέδων, quod nuper Lycophroni redditum est 179, et Latinum *Laudamia*, quod Weichertus de Poet. Lat. Rell. 488 cum similibus affert, hisque congruunt alia urbium mulierumque vocabula: Λαοδίκη, Λαδίκη, Λάνδίκη, *Laudicea*, sed Boeoticum Σαύμειλος potius a Σώμηλος originem habere videtur. Sed quod EM., 579. 20 de eodem illo nomine in altera syntheti parte posito dubitat Μενέλας καὶ Λορύλας ἀμφίβολον εἴτε συγκοπῇ εἴτε κράσει τοῦ $\overline{α}$ καὶ $\overline{ο}$ ὡς ἔλεξα, ἐπιμία, scientiores, quos Ahrensius nominat Dor. 199, sine dubitatione crasi Doricae assignant [Vol. I 315]. — De iis, quae cum tritoclito λᾶς iuncta sunt, disputari potest, velut de λατόμος, utrum, ut veteres sciscunt, a recto λᾶς derivatum sit, an a genitivo λᾶος λαοτόμος, λατόμος. A genitivo certe pendet famosum *lautumiarum* nomen [ib. p. 304 ex.]. — Ad haec grammatici, quos legimus, non devertunt, sed quaestio habita est de tribus Homericis, quorum unum simplex, duo composita, illud $\overline{αυ}$ in principio habet, reliqua in exitu: ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ταναόποδος γίνεται ταναύποδος κράσει τοῦ $\overline{αο}$ εἰς τὴν $\overline{αυ}$, σημαίνει δὲ σύροντα τὸν πόδα [2]), οὕτω ἀπὸ τοῦ ναῦς ναός γίνεται ναόφι καὶ κατὰ κρᾶσιν „ναῦφιν ἀμυνό-

---

2) Haec interpretatio magis ad σαράπους convenit et maxime ad σαραίπους, si quis ita dixit ut μαραίπους χωλαίπους.

μενοι“ ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν νεῶν ἀποσοβοῦντες EM. 598. 21, cui assentit Spitznerus ad XIII 700; Buttmanno vero §. 56 p. 200 placet syllabam *φι* primitivae *ναυ* appositam esse; quarum rationum neutra ex analogia aestimari potest; nam *γραῦς*, praeter quod nullum simile exstat, paragogae expers. Syntheton illud quomodo figurandum fuerit, ostendit *ταναόδειρος* Aristophaneum, sed patebant aliae viae: *ταναιμύκης, ταναήκης* sive *τανaηκής*, et quod cum hoc saepe certat *τανήκης* a verbo ductum ut *τανύπεπλος, τανυσίπτερος*. Non minor luxuriantis sermonis fertilitas clare elucet ex compositione adiectivi eodem modo terminati *ταλαός*: *ταλαεργός, ταλαπενθής, ταλαίφρων* et, id quod ad hanc quaestionem proxime pertinet, *ταλαύρινος* [cf. I 305, 314, 370]. Id Aristarchus simplex aut simplicis instar esse statuit significatione prorsus evanida ut *μελιήδης* et alia huius pleonasticae paragogae figmenta, ad Aj. 931 apposita: — *Τρύφων δὲ σύνθετον τοῦτο ἐκδέχεται παρὰ τὸ ταλαός καὶ τὴν ῥινόν ὁμοίως τῷ ταναύπους·* schol. Il. V 289. Hic si tria ultima verba eiusdem Aristarchi sunt, perspicuum est, hunc ypsilon utrique extrinsecus insinuatum putasse, id quod Eustathius 548. 30 de altero illorum traditum invenit: *ταλάρινος καὶ πλεοιασμῷ αἰολικῷ τοῦ υ ταλαύρινος ὡς ἄρηκτος αὔρηκτος*. Hoc merum est digamma, cuius ille, puto, hic nullam mentionem fecit, pleonasmo contentus, quo crasin enormem effugit. — Huc duo accedunt, unum adiectivum *ἀολλέες καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ α καὶ ο εἰς α μακρὸν καὶ ἀποβολῇ τοῦ ἑνὸς λ ἀλέες καὶ ἀλές ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Χωλιάμβοις* (V p. 156) EM. 59. 47 [Vol I 266]. Alpha breve habet huic affine *ἅλις* *confertim*, longum *ἀλίζω*, quod ille fortasse ex *ἀολλίζω* contractum putavit.

Plus turbarum concitavit vox rubiginosa, cuius duo casus in Iliade leguntur: *ὄαρων ἕνεκα σφετεράων* et *ἀμυνέμεναι ὤρεσσι*, utriusque autem et derivatio disceptatur et declinatio et scriptura quoque. Genitivum schol. Lips. V 486 inconsiderate refert ad verbum *ἀείρειν*, non simplex illud, quod omnes norunt, sed compositum: *ἔστι ῥῆμα ἀείρειν τὸ ὁμοῦ εἴρειν, ὅθεν ὄνομα ἄορ* etc., cui adstipulantur Heynius et Spitznerus ad XV 680. At vero alpha copulativum, quod ille in animo habuit, verbis barytonis omnino non praeponitur. Nec

probatur hoc illo versu *ἐκ πολέων πίσυρας συναείρεται ἵππους.* Hic enim non *συνείρειν* id est *συνάπτειν* significatur, sed *συνάγειν* sive *συναγείρειν*, idque ipsum indicat scriptura antiqua *συναγείρεται.* In altero loco Χ 499, ubi Ulixes equos Rhesi captos habenis inter se devincit, *σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι*, commode intelligi potest *συνῄρει comprehendit.* Plerique *ἀείρειν* thematico *ἄρω* subiiciunt duas complexo significationes, unam extollendi, quae ex derivatis *αἴρω*, *ἀείρω* cognoscitur, alteram aptandi, iungendi, unde tempora obliqua *ἤραρον*, *ἦρσα*[3]) et paragoga *ἀραρίσκω* etc. [cf. I 42, infra cap. III § 1]. Et huc nonnulli redigunt nomen, de quo hic agitur: *Ὧρος λέγει ὅτι παρὰ τὸ ὁμοῦ ἀρηρέναι γίνεται τὸ ὄαρ* (scr. *ἄορ*) *καὶ κατὰ ὑπέρθεσιν ἄορ* (scr. *ὄαρ*) *καὶ κατὰ συναλοιφὴν ὦρ* EM. 823. 40. Causam metathesis reddere conatur schol. Lips. l. c. *ἔστιν ὄνομα ἄορες — διὰ τὴν σύμπτωσιν πρὸς τὸ ἄορ τὸ ξίφος μετατεθὲν γέγονεν ὄαρες, ἐξ οὗ ὀαριστύς ἡ ὁμιλία, συναιρεθὲν δὲ ὦρ.* Symptosis exemplum hic fortasse assumsit ex Od. XVII 222 *αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας οὐδὲ λέβητας.* Id enim nonnulli *ξίφη* interpretantur, nihil offensi genere masculino, quod Hesychius hinc enotavit: *Ἄορας ξίφη ἀρσενικῶς*, alii *τὰς ἀπὸ τῶν ἀγώνων λαμβανομένας ἆθλα γυναῖκας.* A sententia neutrum abhorret[4]), sed amphibolia, cuius evitandae gratia ille vocales transpositas esse autumat, in ceteris locis elevatur verbis circumiectis, neque alibi vel gladius *ὄαρ* dicitur, vel mulier *ἄορ*, nisi forte ignotus auctor, quem Hesychius sequitur, *ἄορες γυναῖκες* usurpavit pro *ἄορες* per tropen. *Τὸ ἄορ* si ensem balteo suspensum indicat, servat memoriam verbi *ἀρηρέναι*, sed si, ut saepius fit, de stricto et erecto dicitur, ad alteram prototypi significationem, quae est extollendi, erigendi, revolvitur; idemque nomen dehinc ad alia

---

3) Homerico *ἐπῆρσα* accedunt *Ἐνῆρσε ἐφήρμοσε* Suid., *Κάταρσον κατάκλεισον* Hesych. et substantivum *πυλάρτης* Hinc differt tollendi verbum *ἦρα.*

4) Tertia est interpretatio ex adiuncto ducta *τρίποδες*, quia tripodes (*ἄπυροι*) et mulieres donorum Homericorum pretiosissima erant: *μέγα κεῖται ἄεθλον ἢ τρίπους ἠὲ γυνή* Il. XXII 164.

arma et insignia, quae quis manu praetendit, translatum esse quodammodo colligi potest ex epithetis (schol. Il. XIV 385, XV 256) δολιχάορος Minervae, χρυσάορος Cereris falciferae, Orphei χρυσάωρ dicti non a balteo, opinor, qui phormingi magis convenit, sed a cithara ipsa, quam prae se fert, sicut alii fidicines hinc χρυσολύραι denominati. Femininum vero, quod hinc natum creditur, arctius cohaeret cum ἀρηρέναι, unde proficiscitur societatis notio. Itaque omnes, qui aliis iuncti et adnexi sunt, vocari poterant ὄαρες, sed usus adstrinxit mulieribus, quae viro associatae sunt: γυναῖκες ὄαροι οἷον ὄαρες (scr. ἄορες) παρὰ τὸ συνηρμόσθαι Apollon. Lex., praecipue matronis, quae virorum quasi appendices et asseculae sunt: ὄαροι αἱ γαμεταὶ οἱονεὶ ὁμόαροι EM. 612. 45. Nec tamen dubitem, quin etiam concubinae et pellices hoc nomen adeptae sint, quae ipsae propter consortium lecti ἄλοχοι vocantur, nunquam vero servae, neque mariti ipsi, quibuscum poetae Latini nomen *coniux* communicant. Ἄορες femininum nullo certo auctore nititur, ὄαροι saepius nec apud Homerum solum legitur de colloquiis familiaribus sublato sexus discrimine, quod in derivatis ὀαρίζειν, ὀαριστύς pariter obteritur[5]). Sed feminas quoque ὄαρους vocatas esse Aristarchus collegit ex genitivo ὀάρων. Nam ex Aristonici verbis ἡ διπλῆ, ὅτι ὄαροι αἱ τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὁμιλίαι, νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ γυναικῶν, patescit eum hoc femininum ad eandem cum masculino declinationem retulisse, hoc est secundam. Alii propter discrepantiam intellectus ὠρέων scripserunt, quod ille aut ignoravit aut, quia in nullo antiquorum exemplarium invenit, aspernatus est; dativum autem huic aptum ὤρεσσι non necessarium habuit in ὀάροισι mutare, etsi vocalius erat, sed, ut videtur, metaplastis adnumeravit sicut Choeroboscus 348. 8 ἔστιν ὄνομα ὄαρος καὶ ὄαροι καὶ κατὰ μεταπλασμὸν γίνεται ὄαρες καὶ κατὰ δοτικὴν ὀάρεσι καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ ο καὶ α ὤρεσι, ὤρεσσι. Mi-

5) Ab ἄορ nihil derivatum, cum ὄαρ nihil compositum est. Schol. Pind. Isthm. V 51 (48) huc revocat Μέμνονα χαλκοάραν — τὸν χαλκῷ ὁμιλοῦντα τοῖς ἐναντίοις, sed rectius lexicographi nostri pro χαλκοάρας accipiunt, cui simile est χειράρης eiusdem poetae.

nimum auctoritatis habet ἀόρων in cod. Apollonii congruens eorum arbitrio, qui ἄορ primigenium, ὄαρ metathesi adulteratum putarunt. Hanc detrectantibus brevior patescit via, si ita dicimus, duas literas alpha et rho ad substantiam vocis pertinere, his autem antepositum esse omicron copulativum ut ὄζυξ pro ὁμόζυγος, v. Elemm. I 86, cui alibi $\overline{α}$ succedit: ἄλοχος, ἀκοίτης. In casu recto ὄαρ indictum fuisse indicium capimus ex Choerobosci verbis 345. 7 εἰς $\overline{αρ}$ οὐκ ἔχομεν θηλυκὰ εἰ μὴ τὸ δάμαρ, neque alius legitur numeri singularis casus, sed fictione grammatica nominativus ille fundamenti loco supponitur monosyllabo ὦρ. Hoc autem ne pro nativo et integro haberetur, obstitit enormitas catalexis [6]: εἰς $\overline{ωρ}$ οὐκ ἔχομεν θηλυκόν· βούλονται δέ τινες ἀναπλάττειν ἐπὶ τοῦ ὤρεσσι εὐθεῖαν ὦρ (hoc acc.) κατὰ κρᾶσιν τοῦ $\overline{α}$ καὶ $\overline{ο}$ (scr. τοῦ $\overline{ο}$ καὶ $\overline{α}$) εἰς $\overline{ω}$ ὥσπερ κρείττονα κρείττω, ὧν ἐστι καὶ Ἡρωδιανός Choerob. 347. 16. Crasis haec sive, ut Orus l. c. *) vocat, synaloephe transfluit ad verbum derivatum ὠρίζειν. Sed iam omnia, quae de ἄορ, ὄαρ, ὦρ dici possunt, plene ordinateque perscripta sunt.

Ad hanc nebulosam familiam vergit etiam epitheton, quo Homerus Scyllae pedes exornat δύο καὶ δέκα πάντες ἄωροι, ab interpretibus Graecis varie explicatum. Unus κρεμαστοί *penduli* reddidit, quo significantur pedes ex trunco corporis Scyllaei suspensi, ungulati nimirum ferarum ritu sic ut praedam arripere possint, bini unam [7]). Id Nitzschius

6) De feminino ἡ ἐέλδωρ, quod nonnulli ἐέλδω scribi volunt, alias dictum est [Parall. 219, Diss. VIII C. V § 2], v. Lehrs. ad Herodian. p. 111.

7) Ab eodem verbo ὄζοι ἀπήωροι Hom., id est ἀπαιωρούμενοι, Ἀστέρες οὐ πολλὸν ἀπήωροι Arat. 395, schol. ἀπηρτημένοι, Vossius minus recte ἄπουροι, quod ab illo tantum differt, quantum a σύνουρος *finitimus* συνήορος *comes*. Pro κόνις πηλοῦ ξύνουρος Aesch. Ag. 495 (473) Karstenius scripsit ξύνωρος ad significandum σύνορος. Sed correctio parum necessaria et in Hesychii glossa, quam apponit, Σύνωρον σύμφωνον ἢ συγγενῆ, illud non cum substantivo, quo τέτρωρον in Inscr. id est *quadrifinium* coniunctum est, sed ex συνάορος contractum ut τετράορον τέτρωρον, sed a verbo, unde lyra δαιτὶ συνήορος Odyss. i. e. *accinens* et συνάορος *coniux* Eurip. etc.

*) *In EM. l. supra l. 823. 40. Ceterum cf. Elemm. I 517 sq. (Parall. 78.)*

approbavit idemque mihi aliquanto lectius videtur quam *informes* Lehrsio placitum in *Populaere Aufsaetze* p. 77, id enim nullam figurae imaginem legentibus subiicit. Quod vero illi adiiciunt, Atticos quoque quadrupedum pedes priores, quia humeris laxius adhaerent, ἀώρους nominasse, praepostere colligitur ex Philemonis versibus F. LI a, ubi herus servum increpat, quod πόδας ἀώρους e macello auferre iussus attulerit ὀπισθίους. Hic enim loquitur glossarum affectator Lexiphanis similis et ob hanc cacozeliam a comico, ut opinor, derisus. — In decursu huius operosae consultationis occurrit Eustathius, qui insolito ἄρ aequiparat ὦλξ in omni memoria inauditum, subnixus ille accusativo incomparabili ὦλκα, de quo nihil aliud dici potest nisi usitatis ἄλοκα, αὔλακα via quadam abstrusa affictum esse, v. Parall. 111 [Vol. I 233]. In λξ omnino vox nulla desinit, v. ibid. 168. — Ab alia stirpe natum ἄωρος *somnus* in bisyllabum ὦρος abiit, v. p. 78 sq.

Eadem crasi contactum videtur adiectivum σῶς ἀπὸ τοῦ σάος Joann. Acc. 7. 31, nam quod hoc ipsum non legitur, minoris momenti est quam necessitudo, quae inter σαόφρων et posterius natum σώφρων intercedit. Sed non consentit scriptor synagogae in Anecd. Bekk. 347. 18 ὥσπερ ἀπὸ τῆς σῶος εὐθείας γίνεται σῶς μονοσύλλαβον καὶ ἡ αἰτιατικὴ σῶν, οὕτω ἀπὸ τῆς ζῶς (sic) ἡ αἰτιατικὴ ζῶν καὶ κατὰ σύνθεσιν ἀείζων [v. p. 65 et cap. II §. 7], et huic adiungunt ex eadem dialecto Attica repetitum ἀείνων, quod si in uno reperiretur genere neutro, crederet aliquis ex ἀεὶ νῶν corruptum esse, quomodo in libris scribi solet, v. Fritsch ad Rann. v. 146, sed saepe etiam ὁ et ἡ ἀείνως legimus, et verbo νάω Attici omnino non utuntur, sed adiectivum ἀείναος contraxerunt. Ἀείζως vero, quod Mehlhornius §. 142 d. huc trahit, alio pertinet [Parall. 88]. — Verba huius ordinis epici numeris accommodant per crasin: κατέκλων, v. Rhem. 165, quod in soluto sermone ita fixum est, ut pro lege valeat.

Haec de syllabis primariis sufficiunt; secundariae continentur terminationibus nominum verborumque, quas compendia scholastica in tabulis flexionis exhibent ordinate descriptas, quare hic duntaxat speciminis loco attingentur. Sic igitur sese habent genitivi primae declinationis, quorum ali-

quos indicavi in Elemm. I 256 apposito Herodiani iudicio: βῶ ἀντὶ τοῦ βόα ὡς Βορέαο Βορέω, quod schol. Il. XV 214 et Eust. 1013 minus apte explicant Ἑρμείω ἰωνικὴ συγκοπὴ τοῦ Ἑρμείεω καθὰ καὶ Βορέω ἐκ τοῦ Βορέεω δι' εὐφωνίαν. Tum in eodem casu nominum neutralium in ᾱο γήραος — ρως, tum in participiis ἑσταότες — ῶτες et in indicativo temporum historicorum πέρασν, ἐσκίασν, ἐφοίτων, ἐνώμων, v. Thiersch. §. 220 n. 71, in quarto pede ante dispondeum ἐείσω μυθήσασθαι Il. IX 645, ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων ἐείσαο διηρημένως [Bekk.], *quo versus volubilior decurrit*, Spitznerus ait, et in quinto μήσαο θυμῷ XIV 253, ὑπελύσαο δεσμῶν I 401, nec tamen ἐκτήσα' ἄκοιτιν Od. XXIV 193, sed cum crasi ἐκτήσω, quod Thierschius l. c. cum aoristo verbi barytoni μέγα κλέος ἤρα' ὀπίσσω Od. XXIV 33 consistere posse negat et iam Barnesius aequare studuit plene ἤρω scribens. Quod Od. XVIII 176 ὃν σὺ μάλιστα ἠρῶ ἀθανάτοισι γενειήσαντα ἰδέσθαι verbo circumflexo adscriptum est γράφεται ἤρω, dubium reddit, utrum illi, qui ita scripserunt, imperfectum esse voluerint: ἠράεο et omisso epsilo ἤραο ἤρω, an aoristum ἠράσαο, ἠράσω, tum sigma Ionice exemto ἠράω crasique iterata ἤρω, accentu propter exaeresin illam in primam remoto.

Cum ἐείσω Matthiae §. 206 p. 470 confert Il. XV 18 οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, sed hoc ad alium verborum ordinem pertinet, quem Choeroboscus Can. 882 indicat: τὸ ἐκρέμω οὐκ ἀπὸ τῶν εἰς ῶ· εἰ γὰρ ἦν οὕτως, ἐκρεμῶ εἶχεν εἶναι ὡς ἐβοῶ, quae repetit EM. 324. 7, Epim. I 171, paroxytonon autem ἐξαιρέσει τοῦ ᾱ ἰωνικῇ καὶ συναλιφῇ effectum tradunt.

Ā et ω si coartantur, vulgo ω̄ praevalet: γεγαώς γεγώς, sed in nonnullis nominibus vincit vocalis anceps, et hoc nonnullis antiquius videtur et verius, aliis contra. Gentis nomen triplex circumfertur Ἰάν, Ἴων, Ἰάων, quorum primum et accentum ancipitem habet et quantitatem. Arcadius illud adnumerat oxytonis in ᾱν exeuntibus Παιάν, Ἀλκμάν etc., quod neglexit Hermannus in adnot. ad Aesch. Pers. 925 (945) Ἴανες scribens, et hoc loco alpha ab Aeschylo correptum esse animadvertit; id enim poscit versus antistrophicus, sed

contrarium est Herodiani decreto de Dichr. 283. 10, masculinorum in $\overline{\alpha\nu}$ $\overline{\alpha\nu o\varsigma}$ exeuntium $\bar{\alpha}$ longum esse, quod apparet e casibus auctis *Ἀκαρνᾶνες, Εὐρυτᾶνες, Ἀτιντᾶνες* etc., et huc etiam *Ζυάνες* transformandum est, quod Goettlingius affert Acc. 63. Proparoxytoni, quod Hermannus posuit, unum simile novimus *Γίνδανες*, quod Herodoti codd. plerique oggerunt [cf. Parall. 190]. Illorum trium gentis Ionicae nominum quodnam antiquissimum sit, varie decernitur. Eustath. 954. 53 *Ἰάονες* dialysi Boeotica ex *Ἴωνες* transfiguratum existimat, Stephanus vero *ἐκ τοῦ Ἰάων τὸ Ἰάν*, sed fieri potest, ut eodem seculo ab aliis aliter appellati sint, cuiusmodi metaschematismi et paraschematismi cognoscuntur potissimum ex andronymicis. Haec Homerus uno modo terminat: *Ἀλκμάων, Ἀμυθάων, Λυκάων, Ἱκετάων, Ἀρετάων*, nusquam *Ἀλκμάν, Ἀμυθάν, Παιάν* aut aliud huiusmodi, gentemque Thessalicam non *Αἰνιᾶνες* vocat sed *Ἐνιῆνες*. Quantum licentiae alii huic generi tribuerint, prae ceteris ostendunt duo fabulosa nomina *τὸ Ποσειδῶν διαιρούμενον φυλάττει τὸ $\bar{\omega}$: Ποσειδάων Ποσειδάωνος· τὸ δὲ Τυφών* (sic) *συστέλλει: Τυφάων Τυφάονος* EM. 772. 38. Illud ab Homero ad ceteros epicorum propagatum est, unde contractum videtur trisyllabum, quod sermoni penitus infixum est. Huic Choeroboscus 299. 26 subiungit *Τυφῶν*, quod in libris saepe acuto finitur sono, sed circumflectendum esse docent Grammatici, v. Elemm. I 230 [cf. p. 278 n. 3 et 327 ex], idque convenit diaeresi, qua tonum retrahi dicunt, Rhem. 188. Volubiliorem formam adoptarunt Homero aetate proximi. Homerus ipse non *Τυφάονι* dixit, sed *Τυφωεῖ*. Duobus hisce Choerob. l. c. subdit syntheta *Ἀγλαοφῶν, Ἱπποκῶν, Δεξικρῶν παρὰ τὸ κρείω*, unde est nomen plenius *Δεξικρέων*. Hoc ad sequens caput pertinet; *Ἀγλαοφῶν* non dubium, quin eodem modo compositum sit quo *εὐφαής* et proprium *Εὐφάης*. Poeticum *Δημοφόων* sic ut *Καλλικόων, Ἱπποθόων*, quae Herodianus Mon. 10 (p. 27 L.) huc confert, diectasi tribuenda sunt, vulgo recepta *Δημοφῶν* etc. crasi [v. §. 5 IV]. Sed universum genus exposui in Proll. 40. — In exitu huius disquisitionis succurit simplex *Ἰαωλκός*, quo duo antiquissimi poetae usi sunt, et eodem accentu *Ἰωλκός* [Vol. I 405]. — Si nomen *ὦρος* in usu fuisse constaret, id ex *ἄωρος* coactum diceremus potius quam

ut EM. 117. 16 ἄωρος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ· ὥρος γὰρ ὁ ὕπνος. Καλλίμαχος ἦλασα ὦρον ἄπο, καὶ Σαπφὼ μέλας ἄωρος, sed corrigitur ἦλασ' ἄωρον, quod ab ἄω ductum videtur, unde ἀωτεῖν, ut a θέω, θάω (θεάομαι) θεωρός v. ad Aj. p. 404 not. 6 [Path. I 20]. — Πυλωρός et θυρωρός solita ratione composita sunt sine vocali connexiva, cuius in locum Homerus substituit alpha vicarium πυλαωρός, θυραωρός. — Δυσώδης et εὐώδης neque ex — αώδης, ut Choerobosco visum 436, confecta esse concedimus, neque syncopen passa, ut EM. 401. 28, sed consuetae ectasi attribuenda sunt ut πανώλης et similia. — Proprio Χρυσάωρ Hesiodus pro bisyllabo usus est per synizesin, sed mutat Muetzellius p. 94. Haec de positionibus rectis.

De vocabulorum flexu nihil memoriae proditum est praeter quod Gregorius dicit p. 577 τὰς ἀπὸ τῶν εἰς αι εὐθειῶν γενικὰς διαιροῦσιν οἱ Αἰολεῖς: Νυμφάων, μελισσάων, quibus similes genitivi secundae et tertiae declinationis νησάων, Κρητάων, Σειρηνάων ex ignotis poetis afferuntur in schol. Il. XIX 1, cf. Ahrens Dor. 229, atque hoc pleonasticum alpha Apollonius in Lexic. applicat nomini generis neutri: Ἐά τὰ ἀγαθά· σημαίνει δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ· παρεμπέπτωκε δὲ τὸ ᾱ διὰ τὸ μέτρον ὥσπερ βλεφάρων κυανεάων, et Eustathius 1363. 55 ad pronomen refert servato spiritu aspero: ἑόν τὸ ἴδιον, similiterque quae quis proprie possidet Latine *bona* vocantur. In illis vocibus, quas Gregorius memorat, vera et propria agnoscitur genitivi forma, cui supervenit contracta; quae dominatur in verbis τιμῶ, ἐτίμων [Vol. I 407].

§. 2. I. Epsilon cum alpha et eta varie sociatur, sive illud in syllaba principali positum est, sive post eam. Illo modo comparata sunt quatuor nomina primae declinationis, a quibus Herodianus operis luculentissimi initium duxit, γῆ, νῆ, πλῆ, Ῥῆ. Horum unum in communi usu positum est, cetera Ionica vocat, νῆ opiniosi quidam Homero ipsi gratificati sunt φάει νῆν ἀμφὶ σελήνην scribentes Il. VIII 555, sed a νέα νῆ processit νεάτη ἡ ἐσχάτη, κατὰ κρᾶσιν νήτη ἡ τελευταία χορδή schol. Soph. Aj. 1118. Nomen deae apud Homerum monosyllabum est, sed epsilon servat οὓς τέκε Ῥέα, quod nonnullis offensioni fuisse

ostendit librorum quorundam scriptura *οὓς τέκε Ῥείη* [1]), vulgatae vero calculum adiicit Herodianus Il. XV 187 *οἱ μὲν ἐκτείνουσι τὸ ᾱ, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπιῤῥήματος συστέλλουσιν, ἵνα δακτυλικὸν γένηται ὡς τὸ „πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα“* (III 237), *„ἀνδρόμεα κρέα“* (Od. IX 347), *„εἵσατο τεύχεα“*, quorum ultimum non legitur, sed *ἕπτατο τεύχεα* Od. XXIV 534. — *Τεάν* monosyllabum est Pind. Nem. IV 127.

Εα in *ᾱ* contractum esse nescimus; *μνᾶ* enim non ex Ionico *μνέα* ortum videtur, sed a verbo *μνάω* (Rhem. 7), illud vero a stirpe verbali, unde *μνεία* pendet. — E proximo accedunt substantiva declinationis imparisyllabae in *εαρ*, quorum unum designat Herodianus ad Il. IV 46 *τὸ κῆρι, οὐδέτερον ὅταν ᾖ, προπερισπᾶται· ἐκ γὰρ τοῦ κέαρι συνήλειπται.* Alterum subiungit Choeroboscus Can. 381 *ἔαρος καὶ κέαρος καὶ κατὰ κρᾶσιν ἦρος καὶ κῆρος*, et de Ton. 408 *κέαρος καὶ ἔαρος καὶ κατὰ συναίρεσιν ἤγουν κρᾶσιν ἦρος καὶ κῆρος.* De hoc contrarium iudicat Terentianus de Metris L. II v. 653 *magis nativum esse.* Utrum verius sit, neque ex etymo cognoscimus, quod Graeca lingua non praebet, neque ex aetate auctorum. Homerus uno genitivo usus est et hoc tribrevi *ἔαρος*, Hesiodus vero *ἔαρ* et *ἔαρος* per synecphonesin extulit; adiaereton primum legitur in H. H. in Cer. 455, quod frustra attentat Schneidewinus ad Ibyc. 87. His addam *φρέαρ* a verbo *ῥέω* derivatum cum genito *φρητὰν ὡς στητῶν* Choerob. 461. 33, et deminutivo *φρήτιον*, alterum *στέαρ στῆρ, στῆρος* apud scriptores infacundiores; Homerus unum *στέατος* extulit modulo trochaico. Si valet regula *ἡ εὐθεῖα οὐ διαλύεται*, bisyllaba primitivorum loco duci oportet [Parall. 75]. — In *εας* unum exit *κρέας*, unde compactum *κρᾶς* Hesychius affert, sed non constat, cuius sit dialecti; *κρῆς* Doricum dicitur.

De prosapia verborum huc arcessitur imperfectum verbi substantivi, de quo longas ambages nectit Choeroboscus 866 primitivi loco ponens *εἶν*, hinc autem diphthongo *ει* in *η* mutata extitisse *ἦν* et omisso una cum *ν* iota ineffabili *ἦ*, quo Atticos proprie uti ait, Iones vero hoc dissolvere in *ἔα*.

---

1) Nemo *κρῆ* scribere sustinuit singulari *κρῆς* confisus, neque fuit qui *Ῥῆ* Pherecydeum Homero affingeret.

Eadem pressius et adstrictius schol. Plat. Symp. p. 37 B (258 Bekk.) et alii. Nobis satis est duas noscitare huius temporis formas, bibreve ἔα (ut ἐτίθεα), quo Homerus utitur metri gratia, et ἦ, quo Attici nonnunquam pro ἦν sive ἤμην. — Aoristum ἑάφθη Aristarchus ad ἕπω retulit ex εἵφθη natum ratus dialysi singulari, ut in EM. dicitur οὐ γὰρ εἰς ε̄ καὶ ῑ διελύθη οὐδὲ εἰς δύο εε̄, ἀλλ' εἰς ε̄ καὶ ᾱ. De his augmenti mutationibus diximus Elemm. I 56 sq. — Synecphonesis exemplum praebet participium ἐγχέας, *quod Anacreon et Xenophanes duabus extulerunt syllabis* Meinek. Delect. 192. Sed de partibus orationis declinabilibus satis.

Particularum unam nobis in memoriam redigit schol. Dion. Gramm. 967. 5 ἀπὸ τοῦ εἰ ἄν ἐγένετο ἐάν καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπεὶ ἄν ἐπήν ὡς κυνέα κυνῆ, quibus accedit ἐπειδάν, eaque omnia alpha longum habent sicut ἄν quoque ex ἐάν contractum, quod ipsum nunquam pro una syllaba accipitur, v. Meinek. ad Com. Frgm. T. IV 613. Homerum uno ἤν usum esse constat. — Alterum est adverbium, quod Herodianus homonymo Ῥέα subiicit; nam illud quoque quandoque monosyllabum fit: ῥέα μὲν γὰρ βριάει etc. retento epsilo praeter Aeolicum ῥά, quod nonnulli ῥᾷ scribunt *).

Hactenus de epsilo thematico. Sequitur secundarium, cuius par inconstantia. Ordinem declinationum sequenti prima sunt nomina propria in εας, ης ut Κισσέας καὶ κατὰ συναίρεσιν Κισσῆς Herodian. ad XI 223. Homerus celebrat Ποδῆν υἱὸν Ἠετίωνος, cetera duplicitur effingit, Ἑρμῆς saepius, semel Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν Il. V 390 [*cum Barn. et Thiersch.* Bekk. Ἑρμέη], quod quum Herodianus cum bisyllabo Αἰνέας componat XIII 541, sequitur pro spondeo

*) *Cf. Diss. VIII cap. VII. De iisdem his particulis nescio quo errore in alienissimum locum devenit haec disputatio:* „Ad partes orationis indeclinabiles si oculos reflectimus, primum in conspectum venit particula conditionalis ἐάν, quae dupliciter contrahitur: ἄν et ἤν. De his grammatici nihil amplius admonent nisi quod Suidas tradit, Thucydidem post ἤ potius ἐάν ponere quam ἤν, quo solo utitur Homerus, v. Klotz ad Devar. 451. Alterum est adverbium ῥέα — ῥᾶ, si sequimur scripturam Apollonio displicitam Adv. 566. 26 ἀφορμὴ τοῦ δίχα τοῦ ι γράφεσθαι ἐγένετο ἡ τοῦ ῥέα συναλοιφὴ τοῦ ε καὶ α εἰς μακρὸν α συνῃρημένων. Alii probabilius fingunt prototypon ῥαΐς, unde ῥαΐζω, ῥηΐδιον".

acceptum esse. — Eundem modulum habet venti nomen *Βορέης καὶ Ζέφυρος* versum inchoans IX 5. Hic Dindorfius edidit *Βοῤῥῆς* Herodoto familiare, v. Bredov. 217, sed vulgatum sequitur EM. 436. 37 *ὡς Ἡρέας Ἡρᾶς κατὰ συναίρεσιν, οὕτω βορέας βορᾶς καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ βοῤῥᾶς*[2]), quo sermo iuxta cum *βορέας* utitur. Unum eorum, quae post Homerum increbuerunt, affert 265. 12 *ἀπὸ τοῦ Δημέας γίνεται Δημεάδης καὶ κατὰ συναίρεσιν Δημάδης*, sed secum dissentiens *Πυλεάδης καὶ κατὰ συγκοπὴν Πυλάδης, Δημέας Δημεάδης Δημάδης*, quae si vera est originatio, alpha produci oportet, contra vero, si a *Δῆμος* ut a *Πύλος Πυλάδης*, cuius prosodia constat; syncopae suspicio hic nulla [Vol. I 254, cf. *Δημᾶς* et sim. Proll. 505, Phryn. 434]. — Altera classis complectitur feminina in *έα*, *έη γαλῆ, κωλῆ, ῥοδῆ* etc., illud ab ignoto principio ductum, ceterorum origo in promtu est. Haec autem partim substantiva sunt ex adiectivis facta, partim adiectiva. Illius generis sunt nomina pellium *κυνῆ, παρδαλῆ, λεοντῆ* etc. [Parall. 338 sq.], quorum uno utitur Homerus restituta forma nativa, hoc est *κυνέη*. Arborem fici quomodo appellaverit, dubium est; pro *συκαῖ* Od. VII 116, XI 590, XXIV 341 nunc *συκέαι* scribitur, ut Barnesius iussit, mensura eadem; sed nominativum singularem *συκῆ* Bekkerus retinuit Od. XXIV 246 a Dindorfio dissentiens, nullo ad metrum discrimine, nisi quod prima vocis syllaba contra quam in ceteris in thesi posita est. — Alia crasis modo intercedentis, modo cessantis exempla subministrant scriptores Homero posteriores, quos enumeravi ad Phryn. 78. Synecphonesis apparet in bisyllabo *Νεμέα*, quod Meinekius affert Delect. 199. — Alterum genus constat ex adiectivis materialibus. Horum duo Homerus praebet integra *ἀργυρέη* et *σιδηρέη* Od. IV 293, sed hoc trisyllabum est Hesiod. Theog. 764 per synecphonesin, qua *χρυσέη* bisyllabum fit apud utrumque poetam, ut nunc quidem scribitur; editiones veteres *χρυσῆ* exhibent, et in suis libris ita invenit [? loc. corrupt.] Epim. I 443 *παρὰ τῷ ποιητῇ εὕρηται τὸ μὲν ἐντελὲς ἰωνικῶς „Δῶκεν δὲ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ“* (Od. VI 79), *τὸ δὲ κατὰ συναλιφὴν „Οὐδ' εἰ*

2) Sic et Attico *στεῤῥός* epsilon decessit, rho accessit [v. Vol. I 252].

χρυσῇ Ἀφροδίτῃ" (Il. IX 389). Hic igitur a synaloephe, quam nos crasin vocitamus, distinguit τὸ ἐντελὲς χρυσέῃ, et hoc fortasse nonnulli plene et integre pronuntiari voluerunt ypsilo correpto, quod Goettlingius ad Hesiod. Scut 199 fieri posse praecise negat, sed posterioribus concedendum videtur, v. Spitzn. Prosod. 110, Ellendt. Lex. Sophocl. T. II 970. In Il. XVIII 222 ὄπα χάλκεον Αἰακίδαο Zenodotus terminationem masculinam in femininam χαλκέην pervertit. Contractionis vestigium nullum, sed praevalet apud Atticos et in hoc nomine et in similibus, quae undique comportavimus ad Phryn. 207 *). — Eorum, quae metusiastica dici non possunt, unum synizesis ditioni subiectum est ἀργαλέη οὐδέ ποτ' ἐσθλή Hesiod. Opp. 640. Hermannus Elem. Metr. 52 dubitat, utrum tres primores syllabae integre pronunciandae, quarta cum vocali quae sequitur colliganda sit, ut saepissime ἢ οὐ, μὴ οὐ. neque contra valet, quod Goettlingius opponit de hypostigme pausae indice, qua synaloephen impediri putat; nam illa haud raro interponitur dictionibus synaloephe copulatis **). Verum tamen simplicior videtur prior ratio. Crasin autem ne advocemus, prohibemur eo, quod adiectiva in αλεος exeuntia non contrahuntur praeter quae pelles significant παρδαλῆ, ἰξαλῆ etc. —Ὀρνιθέη κεφαλή Arat. 272 incertum est, utrum iota breve habeat, ut saepe primitivum ὄρνις in casu recto, an epsilon mutum.

Declinatio secunda nullum subministrat causae nostrae complementum praeter ὀλοπαθῆ ὀστᾶ, κανᾶ, ὧν ἡ κρᾶσις ἐν τῇ εὐθείᾳ τῶν ἑνικῶν ἐγένετο Choer. Can. 161, EM. 489. 19. Hoc plus emolumenti praebent casus obliqui tertiae declinationis, de quibus alii alias disseruerunt sparsim et intercise omissisque veterum iudiciis, quae hoc loco reponam. Nominum in ευς non purum tria affert Herodianus de Genit. 238 T. III τὸ Τυδῆ καὶ βασιλῆ παρ' Ὁμήρῳ κατὰ συναλοιφὴν καθάπερ Κηφέα Κηφῆ. Βασιλῆ Homero Hesiodoque ignotum primum invenitur in oraculo apud Herod. VII 220, alterum extat Il. IV 384 ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν. Atque huic schol. XV 339 comparat Μηκιστῆ δ'—, aut enim duas vocales terminales

*) V. dissert. de orthogr. Gr. inconst. §. 2.

**) V. epilog de interpunct. cum encl. et synal. coni. §. 5.

ε̄ et ᾱ more Dorico in η̄ contractas esse: *Τυδέα Τυδῆ*, aut terminationi Ionicae, quae eadem epica sit, detractum esse alpha: *Τυδῆα Τυδῆ*, additque *τινὲς δέ φασι κἀκεῖνα μὴ κατὰ συναλοιφὴν εἶναι ὡς „Ἀχιλῆ ὤτρυνε, Πηλῆ ἱκέτευσε“*, quorum exemplorum prius nescio unde sumserit, alteri (XVI 574) [Bekk.] Spitznerus et Dindorfius contra Thierschii sententiam apostrophum reddiderunt in libris omnibus custoditam ut saepissime *Ὀδυσῆ'*, atque sic etiam ille scripsisse videtur *μη κατὰ συναλοιφὴν τοῦ ε̄ καὶ ᾱ, ἀλλὰ κατ' ἔκθλιψιν τοῦ ᾱ* [v. Diss. VIII cap. V §. 2.]

In ευ̅ς̅ purum quae exeunt Herodianus ab Atticis in alpha contrahi docet de Dichron. 291. 17 *χοᾶ, Ἐρετριᾶ, Πειραιᾶ*, et Harpocratio p. 4. 14 *τὸ ὁλόκληρόν ἐστιν ἀγυιέας καὶ κατὰ τὴν ἀττικὴν διάλεκτον ἀγυιᾶς καθάπερ Μηλιᾶ καὶ παραπλήσια λέγουσιν ἐν συναλοιφῇ*, et Jonnes de Acc. p. 20. 30 *Ἐρετριέας Ἐρετριᾶς κατὰ συναίρεσιν περισπῶνται παρ' Ἀθηναίοις* [3]), quos ipsos aliquando inter se dissensisse colligitur ex librorum fluctuatione perpetua.

Nominum in η̅ς̅ accusativum poetae posteriores non aliter terminant quam ut vulgo fit: *ἀγχινεφῆ, ἀρτιπαγῆ, ἡδυφαῆ, ἡμιθανῆ, θηρομιγῆ, κοιλοφυῆ, μουνογενῆ* et sic etiam Apollonius *τῷ δ' ἄρα νηκερδῆ* II 482 et *ἅρπην εὐκαμπῆ* III 1388 syllaba ultima sub ictu posita, Homerus vero dactylum praetulit non solum in quinto pede: *νηκερδέα βουλήν*, sed etiam in quarto: *εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ*, raro ille crasi usus: *ἀκραῆ Ζέφυρον* Od. II 421, quod iterat Orph. Arg. 1155, et *αἰνοπαθῆ μαλακόν* Od. XVIII 201 summo utrumque codicum consensu. Et ad hoc exemplum Dindorfius in Il. XXIV 267 pro *πρωτοπαγέα πείρινθα* resumsit *πρωτοπαγῆ*, et Hermannus Opusc. VI P. I 165 regulam condidit, si longa syllaba antecedat, terminationem integram ε̅α̅ servatam, post duas vero breves in η̄ contractum esse et propterea *Τυδέα* scribi oportere et *φιλομμειδέα, Μηκιστέα*, sed *ἀφρογενῆ, κυπρογενῆ* in Hesiodi locis. Sed hoc est incerta incertis probare. Ante vocalem poetae antiquiores alpha elidunt potius, quam ut

---

3) Pura et non pura confundit schol. Arist. Nubb. 1238 *τὸ χοῦς εἰ περισπᾶται, ἀπὸ τοῦ χοεύς ἐστιν· χοῆς γὰρ ὤφειλεν εἶναι ὡς ἱππῆς.*

crasin admittant: *νεοαρδέ᾽ ἀλωήν* Il. XXI 346, *μενοεικέ᾽ ἐδωδήν* Od. VI 76, *εὐειδέ᾽ ἀνῆγες* Il. III 48; ante consonam Homerus, ut modo dixi, *πρωτοπαγέα*, Callimachus in exordio versus heroici *δημεχθέα χελλῶνα*, de quo Choerob. Can. 134. 25 *μετρεῖται κατὰ συνίζησιν τουτέστι τὸ ε̄ καὶ ᾱ εἰς μίαν συλλαβήν.*

Iam veniam ad pluralia. Accusativos in *εας* exeuntes Homerus modo syllabatim profert, *ὁολλέας*, *θήλεας*, *ὠκέας* etc., modo, si metrum poscit, compressis vocalibus, *πελέκεας*, *ἀσινέας*, *πολέας*, quod Aristarchus contracto *πολεῖς* praetulisse dicitur, v. Spitzner. ad I 559, et nuper receptum est locis compluribus; tripliciter vero scribitur substantivum *πόλεις* et eadem mensura *πόλεας* et quod Bekkerus et Dindorfius receperunt *πόλιας* [v. §. 4]. — De vocabulis consuetis huc referendum est, quod Choeroboscus tradit 169. 12 *τὸ Δημοσθένεις οὐ γέγονε κατὰ κρᾶσιν ἀπὸ τοῦ Δεμοσθένεας· τὸ γὰρ ε̄ καὶ ᾱ κίρνανται εἰς η̄: τείχη, βέλη, ἀλλ᾽ ὁμοφωνία ἐστὶ τῆς αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν πρὸς τὴν εὐθεῖαν.* — Pronominum personalium primum dupliciter modulatur Homerus: *ἡμέας τοὺς ἄλλους* in principio versus Il. VIII 211 et *ἡμέας αὐτούς* quasi trisyllabum saepius in pede quinto, nusquam vero Atticum *ἡμᾶς*, quod nonnulli ex Ionico *ἡμέας* contractum esse statuerunt, idque Apollon. Pron. 126 non improbat, sed cum *Εὐβοᾶς* et ceteris pure terminatis conferri posse negat [I 241 et 421]. — Frequentissima Homero sunt neutralia in *εα*, quae si metrum excedunt, alpha ante vocalem eliditur: *κήδε᾽ ἐφῆπται*, *τεύχε᾽ ἄριστα* evitata crasi, cuius duo tantum obrepunt exempla in schol. BL. ad Il. II 423 collata: *τὸ κνίση Ἀρίσταρχος οὐδετέρως ἀκούει καίτοι εἰπὼν οὐδὲν ἀδιαίρετον εἶναι τῶν εἰς ο̄ς ληγόντων οὐδετέρων παρ᾽ Ὁμήρῳ κατὰ τὸ πληθυντικόν, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸ τεμένη ἀδιαιρέτως εἴρηκεν, οὕτω καὶ τὸ κνίση.* Huic opponitur, neutrum *τὸ κνῖσος* ab Homero alienum esse, neque id illo loco in nostris libris legitur, sed femininum. Hoc igitur circumscripto unum relinquitur trisyllabum *τεμένη νέμεται* Od. XI 185, quod Dindorfius retinuit, a Bekkero desertum. Utriusque scripturae meminit schol. Harl. *τὸ τεμένη σεσημείωται ἀδιαιρέτως ἐξενεχθέν· Ἀρίσταρχος τεμένεα.* Hesiodus usum

Homericum sequitur, sed Apollonius, Aratus, Nicander et suppares saepissime excedunt ἄνθη, βένθη etc. scribentes *contra antiquorum consuetudinem* Hermannus ait ad Orph. 822, sed non perpetuo; Quinto Koechly ἕλκε' ἀκειόμενος vel sine codd. vindicat et τεύχε' ἐπιβρομέουσιν IX 221, v. Praefat. p. LII. De his nihil certi habemus; nam et librarios credibile est plus semel a terminatione prisca improvide aberrasse ad eam, cui in usu loquendi audiendique assueti essent, neque adeo mirandum, poetas ipsos nonnunquam huc esse relapsos. Homericorum carminum concinnatores crasin ne in clausula quidem versuum facile admiserunt; pro χάλκεα τεύχη Il. XXII 322, quod Wolfius ex editionibus veteribus propagavit, Bekkerus ex uno libro ascivit τεύχεα. Huic Herodianus, ubi de 'Ρέα disputat, apponit Πολυδεύκεα neglectis similibus Διομήδεα IV 365 et θεοειδέα III 450, cuiusmodi pauca apud recentiores reperiuntur: ὁμομήτριον υἱέα Maxim. Catarch. 186, ἐνδήμοισι προσηνέα Leonid. L. VII 440 [4]). Huiusmodi versus nonnulli hypermetris contribuerunt alpha finale non solum oculis, sed auribus quoque perceptum esse sumentes, alii fortasse duas voces, quarum una versum finit, altera inchoat, synaloephae vinculo iunctas esse: Διομήδε' || ἑσταότ' IV 365, θεοειδέ' || ὀφθαλμοῖσι III 27, 450; sed infringitur haec ratio interpositione consonae: θεοειδέα· || θάμβησαν δέ XXIV 483. Itaque acquiescimus in synizesi.

De verbis promuntur pauca: οἱ Ἀττικοὶ τὸ ε καὶ α οὐ συναιροῦσιν εἰς α, ὅτε μὴ καθαρεύει τὸ ε ὡς ἐπὶ τοῦ ἱέασι ἱᾶσι, ἀλλ' οὐκέτι τιθᾶσι Apoll. Pron. 126. De his verborum in μι personis tertiis Choeroboscus 861 affert Apollonii et Herodiani decreta contraria, quorum neutrum sectamur, sed potius ita censemus, neque τιθεῖσι ex τιθέασι contractum, neque hoc ex illo distractum esse, sed utrumque ex τίθενσι (τίθεντι) procrevisse νῦ litera modo in ι, modo in α abeunte [cf. cap. II §. 5 II]. — Diphthongum ει in εα, hinc in η translabi docent plusquamperfecta: ἀντὶ τοῦ ἐκεχήνειν οἱ

4) Μεγιστέα sive Μεγιστῆ, quod Jacobsius ad Anthol. p. 221 et alii huc referunt, in cod. Μεγίστην scribitur probatum Meinekio Vindic. Strabon. 243.

Ἴωνες κατὰ διάλυσιν κεχήνεα καὶ ἐκεῖθεν οἱ Ἀθηναῖοι ἐκεχήνη κατὰ κρᾶσιν τοῦ ε καὶ α εἰς η ὡς τεύχεα τεύχη Choerob. 602, EM. 386, et per eosdem gradus ab ᾔδειν primum ᾔδεα, hinc ᾔδη deducit additque de imperfecto ἔα quae supra retulimus.

Ab his omnibus seclusum habemus substantivum generis neutrius, cuius duae vocales extremae εα in η corrumpuntur in dativo Δέλητι (hoc accentu) δελέατι Hes. et deminutivo δελήτιον, quod ex Sophrone affertur, cf. Parall. 75. Haec cum bisyllabis concinunt, quibus supra usus sum, φρέαρ etc.

Εη in η transit in coniunctivis quorundam verborum barytonorum in εω, μὴ ἐγχῇς Arist. Vesp. 616, ἐὰν δῇ et alia, quae propter syncopae speciem proposui in Elemm. I 243. His simile ἤνπερ κῆται nostri critici in duobus Homeri locis receperunt pro κεῖται, quod qui defundunt, subiunctivum interdum ad indicativi formam recidisse rentur ut ἐὰν δεῖ, ἐὰν ζεῖ, v. Reisig. Coniect. in Aristoph. 44 et Dindorf. Thesaur. T. II 1036. – Adiectivorum unum huc convenit θεουδής, siquidem id cum verbo timendi, quo ἀδεής, compositum est, epsilo vel exciso vel contracto, v. Elemm. I 242. De νηλής ἀνελήμων brevi post *).

II A. Τὸ ε καὶ ο τριχῶς συναιροῦνται ἤγουν κίρνανται, εἰς τὴν ου παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις οἷον εὐσεβοῦς, παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσι καὶ Ἴωσιν εἰς τὴν ευ: Ὀδυσσεῦς, Ἐρέβευς, σπανίως δὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὴν ει: πλεῖν, δεῖν Choerob. 157. Postremis in Elemm. I 474 adieci propria Κλειγένης, Πλεισθένης **), nec muto sententiam, licet refragetur Mehlhornius p. 91. His comparatis Matthiae §. 240 p. 597 κεῖμαι ex κέομαι natum statuit, veteres vero a verbo commenticio κέεμαι repetunt, Epim. I 196. 3, aut anadromen causantur, hoc est personam tertiam κεῖται quasi exemplar fuisse, ad quod ceterae fingerentur [v. supra p. 55]. Praeterea Choeroboscus Orth. 241. 9 Νείλεως παρὰ τὸ Νεόλεως κατὰ

---

*) *p.* 254. *Adn.*: „Epici νηλής, νηλέϊ etc., prosa ἀνηλεής, ἀνηλέητος ut ἀλής." *I* 266.

**) *et adiectiva* ὀρεινόμος, ἐλείχρυσος, θερειγενής *cet. ib. p.* 473, 476 *(*468*) et multo ante Parall.* 456 *n.* 1 *(cf. Phryn.* 686*).*

κρᾶσιν ὡς πλεῖν etc. [I p. 475]. Certiora desunt. Sed omnium, quae de etymo adiectivi ζείδωρος excogitata sunt, veri simillimum videtur παρὰ τὸ ζεά ζεόδωρος, Elemm. I 304, vel a ζειά ζειύδωρος et omissa vocali connexiva ζείδωρος.

B. Easdem vocales poetae saepe in $\overline{ευ}$ contrahunt, primum in genitivis pronominum: τὸ τοῦ κατὰ διάλυσιν γίνεται τέο, συναλειφόμενον δὲ τεῦ ὡς ἐμοῦ ἐμεῦ, σοῦ σεῦ Epim. I 400. 2. Pronomen tertiae personae, si monosyllabo opus, uno modo scribitur εὖ ut Il. XIV 427 οὔτις εὑ ἀκήδεσεν, non ἕ', neque magis σέ', ἐμέ', sed vel σεῖ', vel sine apostropho μνήσῃ ἐμεῦ ὅτι μοι Od. VIII 462, quam inconstantiam Bekkerus [ed.I] et Dindorfius non gravate tulerunt, Thierschius vero §. 164. 11 b elisionem undique exterminat[5]). Ante consonam legitur μή σευ νῦν ἔτι πατρός Il. XXI 475 in thesi positum, sed καί σευ φίλα γοῦναθ' ἱκάνω Od. XIII 231 et al. in arsi. — Verborum duo in memoria versantur νέομαι νεῦμαι et θρέομαι θρεῦμαι, illud epicis celebratum, ab Homero inde usque ad postremos, praecipue in participio μετανεύμενος Nonn. XXIX 7, Mus. 205, διανεύμενος Marc. Sid. 76. — Continuo sequuntur nomina. Arcadius 130. 20 inter accusativos monosyllaborum circumflexos refert θεῦν τὴν θέσιν (scr. θεόν) κατὰ κρᾶσιν, sumtum illud ex Callimachi hymno Dorico; nominativi meminit Herodianus Mon. 6. 9 τὸ δὲ θεύς ἐν συναλοιφῇ ποιητικόν. Id non legimus, sed syntheta θεύμοροι Pind., θευμορίη Apollon., θευφορίη Dioscor., quibus similia sunt virorum nomina propria Κλεύνικος, Κλευδίκη, Κλεύμβροτος, quod in Anthol. App. CCXL in principio versus restituitur, etsi in eodem versus loco Κλεοσθένης retinetur Epigr. Append. CCXXVII. Pro Attico πλεῖν Herodotus et ceteri Ionice scribentes πλεῦν dixerunt, Homerus vero πλέονες in primo pede Od. XVIII 247 διὰ συνιζήσεως τῆς $\overline{πλεο}$ schol. Hephaest. 183. — Cum verbo νεῦμαι schol. Il. XVIII 136 non aptissime confert virorum nomina, quae in declinatu diphthongum in syllaba secundaria acceperunt: νεῖμαι ὡς

5) Herodianus, quem huius scripturae testem citat, de genitivis Thessalicis (χαλκοῖο) loquutus est, unde non sequitur, eum ἐμεῖ' etc. repudiasse; haec enim $\overline{ε}$ in paralexi habent, illa $\overline{ο}$.

Διογενεῦς, *Ὀδυσεῦς*. Horum primum Gregorius 298 dialecto Doricae adiudicat, Homero ignotum est[6]), altero semel utitur in extremo Odysseae libro 398, et hic quoque Harl. praebet Atticum *Ὀδυσσέως*, v. Spohn. de extr. Odyss. parte p. 155. Genitivum *Ἰδομενεῦς*, quem EM. eidem adscribit dialecto Doricae, Herodianus suspectat Il. XIII 424 *Ἰδομενεύς τινὲς περισπῶσιν ἀντὶ τοῦ Ἰδομενοῦς, ἄμεινον δὲ εὐθεῖαν εἶναι*, et hanc tuetur librorum consensio. *Πηλεῦς*, quod Gregorius 178 Doricum appellat, Bekkerus in Cens. Wolf. Homero ipsi tribuebat, apud hunc nusquam invenitur, sed pro eo non contractum *διογενὴς Πηλέος υἱός* Il. I 489 et iisdem fere verbis XVI 21 et XIX 216 libris concordantibus praeter schol. *Πηλέως* (sic) *Πτολεμαῖος, οἱ δὲ ὑπομνηματισάμενοι. ἰακῶς*, hoc est, puto, *Πηλῆος* [script. a Bekk.] correpta vocis proxime instantis diphthongo, ut Barnesius quoque voluit et postea Thierschius, idque Nauckius adeo scriptura exprimendum arbitratur de Aristoph. 53, sed summo iure praefertur synizesis cum in isto nomine tum in simili, quod bis versum orditur *Μηκιστέος υἱὸς Ταλαϊονίδαο* II 566 et XXIII 678, et hic quoque codices aliquos obsedit scriptio Attica [*Μηκιστῆος* Bekk.]. Quomodo Ptolemaeus haec scripserit, *Πηλέως* an *Πηλέος* arbitrandi potestas nulla datur. — In nominibus in *ος* neutralibus dominatur crasis: Choerob. 392 *παρ' Ὁμήρῳ οὐδέποτε ἡ γενικὴ τῶν εἰς ος οὐδετέρων εἰς ους καταλήγει, ἀλλ' ἢ εἰς ευς: Ἐρέβευς ἢ ἐντελῶς: βέλεος, τείχεος, ἄχεος· δύο δὲ μόνα ἐποίησεν εἰς ου: δείους καὶ σπείους, οὐ διὰ τὸ μέτρον, ἀλλὰ διὰ τὴν κακοφωνίαν*, cf. Parall. 25, quorum si auctorem quaerimus, coniecturae proximus est Herodianus. Tria regulae contraria *θάρσους* Il. XVII 573, *θέρους* Od. VII 118, *Ἐρέβους* XI 37 codicum ductu emendata sunt. Quaestio fuit de Il. III 10; Aristarchus scripsit *εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι — ἐν ἐνίαις δὲ τῶν ἐκδόσεων ἐκ πλήρους ἐγέγραπτο „ηὖτε ὄρευς“ παρὰ τὸ εἰωθὸς Ὁμήρῳ· ἐκ πλήρους γὰρ παρ' ἕκαστα γράφει ὄρεος.* Hoc fortuitum videri potest; nam in ceteris locis, qui multi sunt, bisyllabum

6) In Il. IX 106 *ὅτε, διογενές, Βρισηίδα κούρην χωομένου Ἀχιλῆος ἀπούρας* nonnulli scripserunt *διογενεῦς κατὰ συναίρεσιν καὶ τροπὴν ἀντὶ τοῦ διογενέος*. Hoc fortasse in scholio illo lacunoso significatum est.

ὄρευς metro validissime repugnat, neque licet ὄρεος scribere per synecphonesin, nam ea ab hoc genere genitivorum aliena est, v. Buttmann. Lexil. II 229. Homericum usum continuavit posterior aetas: κήδευς Nicand. Ther. 2, θέρευς Quint IV 441, v. Koechly ad II 602, et alia quae Muetzellius collegit Theog. 62, sed non constanter: πελάγους Arat. 1024, χάους Quint. III 756, δίψους Oppian. Cyneg. I 299, quibus nemo obviam ivit. — Nominum in ις non plus uno huc deductum est: τῆσδε πόλευς ἵνα σοι Theognis 774, quod controversiae expers, sed v. 1039 (1043) pro φυλακὴ δὲ πόλευς φυλάκεσσι μελήσει et aliis aliorum locis certant πόλεως, πόλεος, πόλιος, v. Sturz. ad Emped. v. 365 et Karsten. v. 389. — Item unum adiectivum in ης et id quoque varians; nam pro τηλοπέτευς ἀγέλης in Apollonidae Epigr. Anthol. VI 239 apud Suidan s. h. v. vulgo legebatur τηλοπέτους, codd. vero tres τηλοπέτευς et inter lineas τηλοπέτεος. Analogiae convenientissimum est τηλοπέτευς sive potius τηλοπετεῦς, siquidem nominativum adiectivi τηλοπετής accentu distinguere intendimus a substantivis ὠκυπέτης etc., quanquam sic scripta rursus incidunt in similitudinem eorum, quae cum πίπτω cohaerent, διοπετής, χαμαιπετής [7]).

Verborum flexus perlustranti primum sese offerunt imperativi formae passivae, quarum meminit Epim. I 161 ἔρχεο ἰωνικῶς καὶ συναλοιφῇ ἔρχευ ὡς πίθευ (scr. πείθευ), ὄρσευ, et p. 215. 27 ἵζου καὶ κατὰ διάλυσιν ἰωνικὴν ἵζεο καὶ δωρικῶς ἵζευ. Forma dactylica propria est pedi quinto: ἔνθεο, σύνθεο, ἀποαίρεο, μείρεο, etc. etc., sed eadem cernitur in quarto: ἄζεο Φοῖβον Il. V 830, χαρίζεο Od. XIV 387, χάζεο Il. V 440, in primo: ἔγρεο Τυδέος υἱέ X 159, ἔλπεο δειδίξεσθαι XX 432, σκέπτεο XVII 652, ἴσχεο Od. XXII 356. In his omnibus syllaba verbi ultima in thesi posita est sequente consona. Ante vocalem vero obtinet crasis: ἔρχευ, ἐγὼ δέ Il. VI 280, πείθευ [8]), ἐγὼ δέ XIV 235, φράζευ, ὅπως

7) Haec in libris saepe confunduntur ut Suid. Ὠκύπτερον ταχυπέτη codd. ταχυπετῆ.

8) Hoc Homerus saepius utitur, πίθευ si legeretur, accentu congrueret cum ἕλευ Il. XIII 294, in quo libri et hic discrepant et Hesiod. Theog. 549, ubi Goettlingius accentum Atticum infert.

Od. XIII 376, XVI 257, quae in primo pede leguntur; in quinto *ἵζευ ἐμεῖο* Il. III 162, in tertio *ἵζευ ἰών* VII 115. Duobus in versibus ultima ictum habet et post se consonam *ἀλλ' ὄρσευ πόλεμόνδε* Il. IV 264 et *αὐτὴ νῦν φράζευ σὺ λόχον* Od. IV 395. In illis, quae allata sunt, contracta et non contracta alternant sine ulla codicum discrepantia, sive dactylus succedit, sive spondens. Sed si vox proxima vocalem in principio habet, saepe omicron abiicitur: *μὴ ψεύδε' ἐπιστάμενος* Il. IV 404, *παύε'. ἔα δὲ χόλον* IX 260, *εὔχε' Ἀθηναίῃ* Od. IV 752. Eodem modo decurtatur secunda imperfecti passivi persona: *ἦ μὲν δὴ πρίν γ' εὔχε' ἀρηιφίλου* Il. III 430, *ἔκλε' ἐπ' ἀνθρώπους* XXIV 202, sed plene *ἔπλευ ἄριστος* IX 54, XVI 29, XXIII 69, 891, *ῥύσκευ, ἔχες δ' ἀλόχους* XXIV 730, ubi Barnesius, nescio unde, *γράφεται ῥύσκε'*. Huic contraria est Hermanni sententia ad Orph. p. 723 *ἔρχε', ἐγὼ δέ* non magis ferendum esse quam *'Οδυσῆ' ἐνὶ οἴκῳ* „*vehementer enim secum ipsi pugnassent poetae Graeci, si formas vocabulorum ob id ipsum inventas, ut locum deficientis in versu syllabae explerent, rursus decurtare quam communibus uti maluissent*". Verum *ἔρχεο* non poetice fictum, sed prototypon est, idque illi, ubi bisyllabo opus, more Dorico contraxerunt, nonnulli vero primitivi memores epsilo in thesi posito elisionis signum adscripserunt; *'Οδυσῆα* non ex *'Οδυσῆ* productum, sed ex communi *'Οδυσέα* natum dicitur per tropen. Synizesis exemplum singulare est *πολλὸν ἐδεύεο* Il. XVII 142 in fine versus*), sed ea interdum afficit imperfectum activum *ἄφρεον δέ* multaque similia a Kruegero collecta §. 34. 3 adn. 2, quorum unum *ἐφόρεον δμωαί* Od. XXII 456 Choerilus Frgm. IV 130 commutavit cum contracto *ἐφόρευν*, sed Homero pro *ἐγὼν ἐλόευν καί* — Od. IV 252 ex Harl. substitutum est *ἐγὼ λόεον*. Participia ille contrahit praeter *ἀελπτέοντες*, quod Valckenarius nimio constantiae studio adaequavit ceteris *κἀλεῦντες* etc.

C. Hinc decedimus ad tertiam crasis speciem $\overline{\epsilon o}$ in $\overline{o v}$. Nomina secundae declinationis simplicia, quae in syllaba prima epsilon habent $\bar{o}$ brevi antepositum, ambas vocales servant illibatas excepto uno omnium augustissimo. Hoc est

*) *Od. XXIV* 323 *ἀλλ' ἴσχεο κλαυθμοῖο in secunda arsi.*

θεός, quod quia tragici interdum in principio dipodiae secundae pro monosyllabo ponunt, Porsonus ad Or. 393 colligit veteres Atticos id libenter contraxisse. Sed potius statuendum est, duas breves syllabas confluxisse in unam sive longam sive brevem; brevis est Pind. Pyth. I 107 (56) *Ἱέρωνι θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι*, quicum Hermannus contulit Praxillae versum dactylicum *ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμόν*. Hunc autem Hephaestio refert ad eam synizesis speciem, qua *δύο βραχεῖαι συλλαβαὶ εἰς μίαν παραλαμβάνονται*, et hanc contra ponit Homericae *νέα* (id est *νῆα*) *μέν μοι κατέαξε*, qua *δύο βραχεῖαι εἰς μίαν μακράν*, cf. schol. 152 Gaisf.[9]). Crasin vero manifestam reddunt composita *Θουφάνης*, *Θουκυδίδης* etc. et ordine inverso *ἔνθους*, unde *ἐνθουσιάζω* derivatum est analogiae infestum sed auctoritate maiore. — Cum andronymicis illis congruit Atticum *νουμηνία* [Phryn. 148]. Sed Neoptolemi nomen ubi ad tres redit syllabas, *Νουπτόλεμος* scribendum esse apud tragicos, verissime negat Hermannus, neque magis admittit *Νεπτόλεμος*, sed potius statuit „*epsilon audiri quidem debere, sed ita ut in πόλεως aliisque vocibus ita correptum, ut non sit syllabae loco*". Cum illo herois nomine Buttmannus §. 28 adn. 14 coniungit Homericum *ἐννεόργυιος*, quod Ernestius *ἐννούργυιος* scribere malebat, alii forsitan *ἐννόργυιος* optaverint omisso epsilo ut *ἐννῆμαρ* [cf. I 253 sq. De Buttmanno error.]. — Verum hoc nos traducit ad alteram classem, quae syllabam secundariam variat. Huius specimen insigne praebet nomen *ὀστέον*, quod Moeris Attice contrahi docet *ὀστοῦν*, Leonidas Tar. in *ὀστεῦν* contraxit, neque defuerunt, qui vocalem totam eximerent, *τὰ ὀστά* brevi ultima opudOppianum et syntheta *ὀστολόγος* etc., v. Elemm. I 249. Duplicem duorum syngenicorum figuram dialecto discernit EM. 16. 15 *ἀδελφιδοῦς*, *θυγατριδοῦς ἀπὸ τοῦ ἀδελφίδεος*, *θυγατρίδεος γέγονε κατὰ συγκοπήν*, *οὐχ ὥς τινες λέγουσι*, *τὸ ἐναντίον ἀπὸ τοῦ ἀδελφιδοῦς ἀδελφίδεος· οὐδέποτε γαρ εὐθεῖα διαλύεται*, quod edictum ex Herodiani scriniis depromtum esse cognoscitur ex iis, quae de *πάϊς παῖς* dicta sunt [p. 5]. Accentum horum nominum ille in

9) *Τεός* illud ex confesso syllaba brevis est, *θεός* anceps.

ultima positum esse dicit e charactere adiectivorum materialium χρυσοῦς etc.[10]), de quibus supra locutus sum. Odysseae proprium est substantivum ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν. — Nominum, quae epsilon in casibus obliquis asciscunt, maxime notabile est ἄστυ ob genitivum synizesi interpolatum ἄστεος, quem Euripides El. 300 in confinio dipodiae primae et secundae posuit πρόσω γὰρ ἄστεος οὖσα; quare a Porsono ad Or. 393 cum monosyllabo θεός confertur; plerumque vero tragici spondei loco utuntur Attico ἄστεως, cf. Bernh. Matthiae Lex. Eurip. I 434. Crasis hic nulla supervenit. Sed πῆχυς genitivum triplicem peperit πήχεος, πήχεως πήχους, sed hic damnatus a Phrynicho. Par abundantia adiectivi ἡμίσεος, ἡμίσεως, ἡμίσους, cuius testes sat multi sunt [ad Phryn. 246 sq.], sed parum probati Herodiano in Excc. ad Phryn. 452, qui adiectiva in $\overline{υς}$ exeuntia contrahi omnia negat. — Eadem lege ὄφις et cetera in $\overline{ις}$ circumscribit EM. 770.

Verba perispomena epici aut non contrahunt aut ita contrahunt ut Iones solent exceptis paucis, quorum vetustissimum est ἀνεῤῥίπτουν ἅλα Od. XIII 78, de quo nihil adnotatum reperio, sed pro τείχε' ἐπόρθουν Il. IV 308 e codd. repositum est ἐπόρθεον. Posteriores utraque utuntur diphthongo, sed tenuiore rarius: ἀντιτοροῦντα H. H. in Merc. 283, quod Hermannus contra codices mutavit, ὁμάδουν Apollon. III 1304 et a barytonis ἀμείβου Phocyl. Nuth. 44, σέβου 217, ἐφέπου Theognis 217 etc.

D. $\overline{Εο}$ in $\overline{η}$ mutatum probat particula πλέον πλήν, unde πλημμελής compositum, quare Iamblichus in Nicomach. Arithm. p. 43 tanquam synonyma iungit πλημμελής τις ὢν καὶ πλεομελής Etenim quod plus est superatque, idem est ἔξω τοῦ μέλους sive ἐκμελής, *extra modulationis normam*, ut H. Stephanus interpretatur [Vol. I 223 sq.] [11]). Νήπλυτος id est νεόπλυτος Bergkius Anacreonti tribuit Fragm. XX correctione probabili.

---

10) Cf. Goettling. Accent. 68. Eadem synemptosis produxit κάνεον κανοῦν, quod natura adiectivum videtur a κάννη sive κάννα derivatum ut ἱρέα ἱρεοῦς.

11) Diu credita aspernatus Hartungius Particc. II 30 πλήν idem quod πέλας esse asseverat.

III. ε̅ et ω̅ non possunt aliter contrahi quam in ω̅. Id raro fit epsilo stirpi infixo, ut est in duobus propriis, quae Herodianus Mon. p. 9. 32 (p. 25 L.) accentus causa apponit, *Δεξικρῶν* et *Ἑρμοκρῶν* ambo cum obsoleto *κρέω*, *κρείων* iuncta unde *Δεξικράτης*, *Ἑρμοκράτης* pendent. Simplex *Κρέων* ubique plene scribitur, sed quasi una syllaba pronunciatur in Soph. Ant. 156, si sequimur veterum editionum scripturam a Dindorfio renovatam. — De participio *ἐκπνέων* Aesch. Ag. 1493 (1461 Herm.) idem dubitat, utrum synecphonesi factum sit bisyllabum an crasi *ἐκπνῶν* ut *ἐὰν δῇ*, *ἐὰν κῆται*, sed hos scopulos enavagavit Hermannus *ἐκπνεύσας* scribens. Sed certum huius modulationis documentum praebet participium in principio versus *πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον* Od. I 183, tertium *δέων* Aristophanes contraxit *ἀναδῶν* Plut. 589, sed hoc a verbo ad contractionem proclivi. — Nominum tertiae declinationis duo epsilon vocali antepositum habent, id in synthesi interdum vel totum amittunt: *κρωδαίτης ὁ δαιτρός* Hesych., cuius facillis correctio [1254], vel obscurius promunt: *κρεωπώλης* trisyllabum in Machonis versu; idemque fit in Homerico *ἦμος δ' ἑωσφόρος εἶσι* Il. XXIII 226, quo poeta semel utitur simplici *ἕως* abstinens, et id quoque evitari poterat omissa particula adversativa ut in schol. XXIII 1 scriptum est. Dactylicum Pindaro restituit Hermannus Opusc. T. VII 172 a Schneidewino receptum. Feminum *χρεώ* apud Homerum pro una syllaba valet. — Genitivum *θεῶν* poetae promiscue huc brevitatis redigunt, quare non recte confertur cum nominatico *θεός*, de quo supra dictum est*). — Adverbiorum unum *νεωστί* imminuitur trochaei instar obtinens Eur. Iph. A 601. — Plus turbarum dedit coniunctio *ἕως*. Metricos, qui versum Homericum *ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε* procephalis adnumerarunt, Tzetzes Exeg. p. 60, Eust. 80. 43, manifestum est epsilon syllabatim enuntiasse. Sed quia hoc

---

*) *In schedula quadam inscripta: Fortass. addenda cum alia multa partim ita exarata vix ut legi aut certe intelligi possint, nullo accentu aut spiritu notata pleraque, tum hoc legitur:* „*Πότνα θεῶν* Eur. Bacch. 367. — Epici et tragici *θεων*, Goettl. Theog. 44 — *Θεῶν* monosyll. non Hom., sed H. in Cer. 55, ubi Voss. ex Hesiod. Th. —". *Indidem sumta alia quaedam suis locis inserui.*

artificio post primam vocem nullus est locus: τὼ δ' ἕως μέν ῥ' ἐπέτοντο Od. II 148, ἤσθιε δ' ἕως ὅ τ' ἀοιδός XVII 358, alii ad synizesin praeverterunt, quo nomine Trichas 44 illud ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε explicuit duabus primoribus syllabis spondei partes tribuens. Verum haec ratio parum convenit Od. VII 280 νῆχον πάλιν ἕως ἐπῆλθον. Hermannus hoc loco et similibus εἷος olim scriptum fuisse suspicatur per metathesin quantitatis. Haec docti varie disserunt, v. Elemm. I 529. In Sophocl. Ai. 1117 pro ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ Hermannus mecum scripsit ἔστ' ἄν, alii ἕως ἄν, et nonnunquam dubitatur, utrum librarii has particulas commutaverint an scriptores ipsi eas natura easdem esse statuerint, quod de quibusdam ostendunt Poppo Comm. ad Thuc. VIII 1 et Mehlhorn. ad Anacr. Od. IV 6. Hic recte scriptum est ὡς ἔτι ζῶ, sed Quinto iure restituitur vox Homerica, v. Koechly ad I 195, cf. Goettling ad Hes. Theog. 831. — Verborum unum huc refertur in EM. 350. 31 ἡ μετοχὴ ἐών καὶ κατὰ συναίρεσιν ὤν, et mox τὸ ἐών ἐντελέστερον τοῦ ὤν [Vol. I 64], quo Homerus semel utitur in accusativo ὄντα, quem suspectum habet Hermannus ad Orph. pag. 824, et subiunctivo ὦσι Od. XXIV 491, Il. XIV 274 improbante Vossio, qui ne Arato quidem v. 902 ὦσι concedendum putavit; sed editores nihil novarunt, neque offendit quemquam inconstantia similium βῶσι Od. XIV 86, κτέωμεν XXII 216 et eodem syllabarum numero στέωμεν Il. XI 348, θέωμεν Od. XXIV 485, quibus in locis editiones veteres et codices nonnulli στέομεν, θέομεν, κτέομεν exhibent [I 426].

Epsilon mobile in penultima habent periectica, quae Atticistae sine eo scribi iubent: ἀνδρών, παρθενών etc. [Phryn. 166]. Dicatalectorum vetustissimum est χαλκεών, cuius accusativus legitur trisyllabus χαλκεῶνα Od. VIII 273 [Vol. I 418]. — Cum topicis hisce Arcadius propter communitatem accentus componit nomen mensis Ποσειδεών; deus ipse Ποσειδῶν dicitur, circumflexa ultima per crasin, qua omissa Ποσειδέων scribitur barytonum in cod. Hes. Theog. 732, idque Goettlingius reposuit. — In numero adiectivorum, quae declinationi Atticae adscripta sunt, reperitur ἵλεως bisyllabum Eur. Hel. 1016 (1005), λεωφόρος trisyllabum Rhes. 884,

λεώφιλος in Archil. Fr. CXC (LXXIII) ter repetitum et ordine inverso Μενέλεως apud tragicos. — Litem faciunt genitivi declinationis primae Ionici. Hodie deserta est metricorum quorundam opinio, Πηληιάδεω ita pronunciatum esse, ut vocales η et ι in unam coeant syllabam, epsilon autem suum proprium sonum retineat, v. Trichas p. 44, neque id confirmari potest vetere lectione Od. XXIII 322 ἠδ' ὡς Ἀΐδεω δόμον ἤλυθεν, nam hic nunc ex Harl. receptum est ἠδ' ὡς εἰς Ἀΐδεω, quo vocalis huic terminationi propria ad consuetum redit. Incolumem servavit Callimachus in pentametro νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή Fr. CXCII. Sed saepius fit antecedente vocali praesertim iota: Σμερδίεω Simonid. Anth. VII 25, γαλαξίεω, cf. Elemm. I 256, post epsilon vero abiicitur: Βορέω etc., v. Bredov. Dial. Herod. 219 *). — Genitivorum pluralium varia pro cuiusque habitu conformatio. In substantivis pure exeuntibus epsilon cum vocali finali contrahitur: παρειῶν, κλισιῶν, quomodo nunc quidem scribitur pro κλισιέων, et vulgo in H. H. in Cer. 313. Anteeunte consona Homerus epsilon per synizesin effert: ὀθονέων, ἐφετμέων, θυρέων et sic πυλέων quoque excepto Il. VII 1 ὣς εἰπὼν πυλέων, ubi trisyllabum est, quod Thierschius exemplo ambiguo ἐξ ἀρέων μητρός adversus Bentleium defendit. Crasin subiit ῥιζῶν Il. XXI 243, nec mutavit Dindorfius, Bekkerus vero cum Spitznero ῥιζέων contra codices. Nemo sollicitavit δμωῶν Od. XIX 120 et Σκαιῶν, quod natura adiectivum est. Pariter controversa sunt adiectiva. Oxytona quidem in feminino genere accipiunt epsilon synizesi obscuratum: αὐτέων Il. XII 424, πολλέων II 131 etc., eodemque Thierschius revocavit ἀργεννῶν XVIII 529 obsecundante Bekkero; intactum adhuc ἱερῶν ἀπὸ πηγέων H. H. in Apoll. 263, σκολιῶν δὲ δικῶν (sic) Hes. Opp. 264, sed apud Homerum ipsum Il. V 818 nuper Aristarchi auctoritate ἀλλ' ἔτι σέων μέμνημαι ἐφετμέων subditum est pro σῶν, simile masculino pronominis interrogativi ὤ μοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω; Od. VI 119, XIII 200 a

---

*) *E numero* „fortasse addendorum" *huc pertinet:* „Θάλεω accentu retroacto Buttmann. §. 52 p. 226 (Ἴδεω Hom., Μίδεω Herod.), sed repugnat Βορέω".

nominativo indicto τέος, unde dativus ὅτεῳ Il. XII 428, qui nunc ex Zenodoti sententia receptus est pro ὅτῳ *).

Barytonorum unum sine cuiusquam dissensione sic scriptum est Il. XV 656 νεῶν τῶν πρωτέων, at vero schol. A γράφεται πρώτων καὶ προτέρων καὶ πρωτέων, alter πρωτέων κατὰ συνίζησιν· μέμφεται δὲ Διονύσιος· οὐ γὰρ τὸ πρώτων περισπᾶται. Ergo si πρωτῶν diceretur, ille non improbasset πρωτέων. Hinc autem sequitur, eum epsilon ex ῶ circumflexo natum putasse. Nam ut έω in ῶ contrahi solet, ἐὰν βέω, βῶ, ita promtum fuit ῶ in έω distrahi vocali brevi, quae monophthongo involuta est, in integrum restituta. Atque hac ratione veteres vulgo explicant νυμφέων et similia [1]) mox dicenda. Haec vero non convenit sequente ω atono, quare ille neque πρωτέων admittere potuit neque alia feminina adiectivorum trigenerum, quae libri Herodoti legentibus passim obiiciunt: ἀλλέων παιγνιέων I 94, ἐκεινέων et similia a Bredovio collecta, μεσέων νυκτῶν Anon. Scaz. F. III 134 Mein. Vossius vero non veritus est in Arat. 1064 θεσπεσιέων scribere eodemque modo apud Callimachum et Appollonium ἀλλέων νήσων scribi iussit ad H. H. in Cer. 363. Veterum si qui ita scripserunt, recordatione substantivorum ducti sunt, quae epsilon innatum habent: κρηνέων, ναυτέων. Homericorum adiectivorum unum bis repetitum ἱππείων ὁπλέων Thierschius circumflectendum putat quippe ex ἱππειέων contractum, sed approbatorem non invenit, v. Spitzner. ad XI 536. Accentum tralaticium tenent grammatici, qui huius dictionis mentionem fecerunt, non scripturae causa, sed propter abusionem; namque Homerum, si de corporis partibus animantium vivorum loquatur, non epitheton possessivum apponere, sed genitivum substantivi, quare hic, ubi equi currentes significantur, non ὁπλαὶ ἵππειαι dicendum fuisse, sed ἵππων [2]). Hoc autem exemplo nonnulli usi sunt

---

1) Universe schol. Hermog. de Id. c. XI 889 T. VII P. II διαίρεσίς ἐστιν, ὅταν λέξις περισπωμένη εἰς δύο διαιρῆται: πυλῶν πυλέων.

2) Aratus de sidere loquens 487 ὁπλαὶ ἵππειαι, sed alibi ἱππείη κεφαλή, κητείη κεφαλή.

*) *E schedula ea, quam supra demonstravimus, huc transferendum est illud:* „Aliter schol. Od. II 114 τῷ, ὅτεῴ τε πατήρ — ἐκ τοῦ ὅτῳ

ad interpretandum Il. III 273, ubi inde a longo tempore vulgatum est *ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνεν τρίχας*, sed nonnihil dissensionis fuisse prodit schol. B. C. *τινὲς ἀρνέων, ἵν' ᾖ ὡς ἱππείων ὁπλέων.* Hi igitur *ἀρνέων* pro *ἀρνείων* positum esse statuerunt exemto iota ut *βόεος*, *κύνεος* etc. Quis ita censuerit, docet schol. A. verbis ab Aristonico, ut adhuc creditum est, sumtis, sed vix integris: *Ζηνόδοτος γράφει ἀρνέων ἐκ κεφαλέων· ἀπὸ δὲ τῶν κατὰ τὴν ὀρθὴν ληγόντων εἰς $\overline{ες}$ οὐ γίνονται τοιαῦται διαιρέσεις, ἀλλ' ἀπὸ τῶν εἰς $\overline{αι}$· εἰ δὲ ἄρνες, ἀρνῶν.* Sed longe diversam illi sententiam tribuit Epim. I 239, EM. 507. 17, Gud. 318. 3 *κανὼν ἐστιν ὁ λέγων τὸ κτητικὸν ἐπὶ τῶν σωματικῶν μερῶν λαμβάνεσθαι κατὰ τεθνηκότος*[3]*· διὸ καὶ μέμφονται Ζηνοδότῳ· κτητικῇ γὰρ ἐχρήσατο φωνῇ ἐπὶ ζώντων ἀρνῶν.* Haec ante dictis ita graviter repugnant, ut in principio scholii Aristonici verba excidisse, is autem sic fere scripsisse videatur: *Ζηνόδοτος γράφει ἀρνέων, ἐπιθετικῶς ἀντὶ τοῦ ἀρνείων· κακῶς δέ· κανὼν γάρ ἐστιν — ἄλλοι δὲ ἀρνέων προσηγορικῶς ἀπὸ τῆς ἄρνες εὐθείας· ἀλλ' ἀπὸ τῶν εἰς —*[4]. Hinc cognoscimus, illum *ἀρνέων* sive adiectivum sive substantivum aequaliter damnasse unumque admisisse *ἀρνῶν* Aristarcheum, quod confirmant cetera Homeri exempla *χηνῶν*, *χειρῶν* etc. Diaeresis nominum huius formae ille vestigium nullum praebet, nam quod schol. ad Il. IX 327 adnotant *δάρων γράφεται καὶ ὠρέων* a nominativo *ὦρες*, iam diu in oblivionem venit; unum Hesiod. Theog. 235 *θεμιστέων*, pro quo Junt.

διεκρίθη (διῃρέθη) ὡς τὸ ὅτου". *cf. Elemm. I 422. Bekker Od. l. l. et Il. XV* 664 *ὅτεῳ*, *Il. XII* 428 *ὁτέῳ*.

3) Inculpata sunt *ἵππος Ἀγαμεμνονέη*, *νηῦς Νεστορέη* etc., sed contra regulam Callimachus *χεὶρ Πολυδευκείη* dicit et al., v. Anecd. Cram. T. IV 329.

4) Ad lacunae suspicionem accedit scripturae mendum, quod Duentzerum in Zenod. 73 fefellit, ab Aristonici editore tacite correctum p. 87. Quod in EM. ult. subscriptum est *τὸ ἀρνέων οὐκ ἔπαθε πλεονασμὸν ἀλλὰ συναίρεσιν* (scr. *διαίρεσιν*), accipi debet de omnibus. Vere abundat epsilon in adverbiis, quae epici metri gratia huc dilatant, *ἀψοφέως*, *προφρονέως*, Elemm. I 419. Hinc illud differt, quod genitivis Ionicis natura insitum est, synizesi obnoxium, tertiumque a synecdrome, ut dixi, profectum.

utraque proparoxytonon supponit; alterum ignoti auctoris ab Herodiano proditum addidi in Elemm. I 424 [ad Buttm. II 337] *γερόντων καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε γεροντέων*, hisque similia in Herodoti et Hippocratis libris, sed suspecta Bredovio 253 *ἀλωπεκέων* sive *ἀλωπέκεων*, *μυριαδέων* etc. Diversum genus immiscet Apollonius Pronom. 111 B, tria nomina *νυμφέων*, *ναυτέων*, *ὀρέων* uno complexus diaeresis nomine[5]). Sed differt; nam duo priora nomina sermo civilis nunquam non contrahit, ultimum raro. De diaeresi quod dicit, theorema scholae est. Verius dicitur *νυμφέων* integrum esse, *νυμφῶν* crasi corruptum. Sed grammatici speciem sequentes vocabulorum flexiones in unum receptas praeponunt remotioribus tanquam germanas et proprias affectis. Et hac ratione ille *νυμφέων* ex *νυμφῶν* diductum esse ait epsilo, quod in circumflexo $\overline{\omega}$ delitescere sumitur, in integrum restituto. Atque hanc quasi evolutionem populariter diaeresin vocant. Inde vero per synemptosin quandam translatum videtur ad genitivos tertiae declinationis bisyllabos ut *χηνῶν χηνέων*, postremo ad eos, quorum ultima gravatur: *ἀλωπέκεων*. *Ὀρέων* ab Apollonio huc illatum ad diversum genus pertinet, quod epsilon declinationis lege per omnes casus propagat. Et hoc poscunt Atticistae: *ἀνθέων ὁμοίως τοῖς παρὰ Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί· οὕτω δὲ καὶ βελέων, ὀρέων καὶ ἕτερα πλείονα* Suid. et al. ad Phryn. 454. Eodem modo epici scribunt, sive metro necessarium est: *ἀχέων μεγάλων*, *μελέων* etc., sive dicis causa: *τευχέων*, *νεικέων*, *κερδέων* exclusa crasi, quae hodie ne recentioribus quidem conceditur, v. Koechly ad Quint. VIII 397. — Alienissima vero est ab andronymicis et gentiliciis in $\overline{ευς}$: *Θησέως*, *Πενθέως*, quibus si metrum adversatur, synizesis succurit ut *Οἰνέως* in exordio pentametri Anth. App. IX 49 et saepissime apud tragicos. Antecedente vero vocali scriptura fluctuat: *τὰ εἰς* $\overline{ευς}$ *ἐὰν καθαρεῖον ἔχωσι τὸ ε, συναιρεῖται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις: Ἐρετριῶς, Πειραιῶς· ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ καθόλου* (scr. *καθαρεῦον*), *οὐ συναι-*

5) Hic *τὴν κατὰ διάστασιν διαίρεσιν* vocat significans fortasse eam, qua circumflexum $\overline{\omega}$ in $\overline{\epsilon\omega}$, unde contractum putatur, rursus dissolvitur, eoque nomine discernit a tralaticia illa, qua diphthongi dirimuntur in vocales, e quibus constant, $\overline{ει}$ in *εϊ*, $\overline{αι}$ in *αϊ*.

6*

ϱεῖται: βασιλέως Choerob. 211. 20, EM. 189. 50. De puris nonnulli dissentiunt: Ἐϱετϱιεύς κλίνεται Ἐϱετϱιέως καὶ Ἐϱετϱιῶς ὡς Στειϱιῶς Steph. De his saepius dictum est. Ex appellativis huc pertinet ἁλιῶς, quod grammatici ex Pherecrate (Vol. II 348) enotarunt; ex titulo Attico Bergkius addit Διὸς πολιῶς. A bisyllabo, quod omicron in penultima habet, proficiscitur genitivus χοῶς, quem Dindorfius defendit in Aristoph. Pac. 537, alii χοός praeferunt, v. Fritzsch. ad Thesm. 347 [Parall. 233 sq. (et 545)].

In verbis perispomenis in $\overline{εω}$ epici epsilon, si metrum excedit, synizesi elevant: ὁμαϱτέων Hom., νοέων bisyll. Hesiod. quod Hermannum Opusc. VI P. I 166 offendit propter vocalem epsilo praemissam, id autem displicuisse colligit ex eo, quod nec θεέων scribatur nec Βοϱέεω [6]). At quod duplex $\overline{εε}$ concurrere vetatur, non valet contra vocales diversae naturae; νοῶν nullus in illo loco codex praebet neque extat omnino in hoc genere crasis exemplum praeter θαϱσῶν in Il., quod quia unicum, corrigit Thierschius §. 221. 17 [Bekk.]. — Adverbiorum, quae ab adiectivis in $\overline{ης}$ ortum habent, item duplex extat apud Homerum forma, ἀτϱεκέως — ἀστεμφέως — νημεϱτέως — αἰκῶς, idque unicum fertur crasis specimen, quare adnotatur a schol. Il. XXII 336 αἰκῶς πεϱισπᾶται· ἔστι γὰϱ ἐκ τοῦ ἀϊκέως πεπονθός. In libris nulla est dissensio. — Sed caput rei consistit in genitivis, quorum partem haud exiguam protuli ad Buttm. 336, plures in compendiis afferuntur, unde pauca huc transscripsi additis grammaticorum praeiudiciis distinctisque vocabulorum generibus variis, nec omisi indicare, quo in versus loco unumquodque legatur et qua fide; id quod priores facere neglexerunt.

§. 3. Eta et alpha in unam confluxisse syllabam uno exemplo probant καϱήατι κάϱητι, nec tamen crasi imputant ut λᾶας λᾶς, v. Elemm. I 230, sed syncopae, quae ratio aliquanto probabilior videtur, certa dici non potest. — Accusativos nominum tertiae declinationis in $\overline{ευς}$ βασιλῆς, νομῆς apud Sophoclem et Xenophontem Choeroboscus Can. 217 ex

---

6) Eadem ratione tenentur κϱεῶν sive κϱειῶν Hom., χϱειῶν Hesiod. Opp. 404, σπείων (hoc accentu) H. H. in Ven. 264.

epicis in $\overline{\eta\alpha\varsigma}$ exeuntibus contractos esse docet, quo evitatur *κρᾶσις οὐ γνησία* hoc est vocalium dissonantium $\bar{\alpha}$ et $\bar{\eta}$ in $\bar{\eta}$ confusio. Haec contra naturam est, sed *γνησία* habetur, si duo $\overline{\varepsilon\varepsilon}$ in nominativo (*βασιλέες — λῆς*) in $\bar{\eta}$ coeunt, quod ipsum nihil aliud est quam $\overline{\varepsilon\varepsilon}$. Itaque nominativi in $\overline{\eta\varsigma}$ si iota subscriptum habent, ex $\overline{\varepsilon\varepsilon}$ contracti putantur cum ectasi epsili prioris: *νομέες νομεῖς νομῇς*, si non habent, synaeresi: *νομῆες νομῆς* [v. p. 57 sq.] — Eta syllabae principalis cum ea quae sequitur commixtum esse Fritzschius sumit ad Thesm. p. 611, App. in Ach. 887 *νῇς* reponens pro *νῆες* probante, ut ait, Hermanno. — Aliis vero vocalis $\bar{\varepsilon}$ interposita creditur: *ἥλιος καὶ κατὰ πλεονασμὸν ποιητικὸν ἠέλιος ὡς π ά ρ ι ο ς, ὠ υ ώ ς, τ ο ῦ σ τ ῆ τ ο ν καὶ μετὰ τῆς παρά π α ρ ά σ τ η τ ο ν, ἢ παρὰ τὸ ἕλη* Epim. I 183. 5, cuius verba literis diductis scripta ita corrigam: *ὡς Πείρεως, ἄεον, παρστήετον.* De illo Muetzellius ad Theog. p. 40 „*ἥλιος* inquit *prorsus quidem singulare in tota antiqua poesi nec tamen a Vossio recte impugnatum*“. De altero etymo dictum est in Elemm. I 414. *Ἐπηετανός* si ab *ἔτος* derivatum est, epsilon a natura acceptum habet, eta invecticium. Illud, si versus quadrisyllabum poscit, aut a vocali longa ita obruitur, ut vix adesse videatur: *ἐπηετανὸν αὐτὰρ ἔπειτα*, v. Goettling. Hes. Opp. 607, aut totum perit ut in Maximi versu 465 *ἐπητανὸν ὄλβον ὀπάζει.* Hic, nisi fallor, ita animum induxit, analogiam sequentibus dicendum fuisse *ἐπετανός*, sed metro poscente literam brevem productam esse: *ἐπητανός* ut *ἐπήρατος, διηνεκής* etc., sic autem producto poetas ad numeros explendos insinuasse epsilon pleonasticum, quod vocali longae plerumque praeponitur: *Κρεήτη* etc., v. Elemm. I 414 [435] [1]); sed idem postponitur in particula Ionica *ἠέ*, et quod Buttmannus §. 28 adn. 8 huic comparat *ἠέλιος*, nec dubito, quin versificatoribus licuerit ordinem vocalium invertere atque, si occasio tulisset, versum ita claudere: *ἐπεητανὸν ὄλβον ὀπάζει.*

Manifesta est crasis in casibus obliquis adiectivorum in $\overline{\eta\varepsilon\iota\varsigma}$ exeuntium *τιμῆντος, ἀργῆντα* etc. Sed durat adhuc

1) *Θεραπεύονται εἰς δακτυλικὸν μέτρον τα πολυβράχεα διὰ τροπῆς φωνήεντος ὡς τὸ θ ε η τ ό κ ο ς ἢ ἐπενθέσεως ἐ π ε τ α ν ό ς ἐ π η ε τ α ν ό ς* etc. Eust. 474. 17.

vetus controversia de nominativis perispomenis, quorum crebra mentio apud grammaticos, ἀργῆς, δαφνῆς etc., sed nullius nominativus legitur praeter τιμῆς, et id quoque Aristarcho tam insolens visum, ut in Homerico loco οὐκέθ' ὁμῶς τιμῆς ἔσεαι pro genitivo acciperet suffragantibus haud paucis. Inter adiectivi patronos controversia fuit, utrum τιμῆς scribendum sit sine iota, an potius τιμῇς utpote ex τιμήεις contractum. Hoc reiicit Herodianus, quia nullus nominativus generis masculini diphthongum impropriam in catalexi habeat, v. Elemm. I 342, sed hoc minime absterruit Wolfium, quin iota subscriberet, atque huic adstipulati sunt editores novissimi. Thierschius vero gramm. 199. 6 retinet pristinum τιμῆς intellectu adiectivi simulque suspicionem infert, ne hoc quidem in usum perductum esse Homerumque τιμήεις scripsisse, id autem quia pro spondeo auditur, pronunciasse cum synecphonesi [Cap. III §. 3].

$\overline{H}$ et $\overline{\eta}$ nullam inter se societatem ineunt; nam quod Arcadius dicit 25. 4 πλήρης βαρύνεται, πληήρης γάρ, forsitan πλεήρης scripserit, sed ne hoc quidem usitatum est, neque magis πλειήρης, unde EM. 676. 54 illud ortum dicit κατὰ συγκοπήν [Vol. I 339].

Coniuncte tractanda sunt $\overline{\eta-o}$ et $\overline{\eta-\omega}$. Analogiae fines longe excedit participium in Aeschyli Frgm. Laii CV (Fr. inc. XXV pag. 138 ed. Wagner) κεκμῆτι μαλκίων ποδί, quod Bekkerus intentatum reliquit, Nauckius Fr. CXVI tentamenti gratia κεκμηῶτι proposuit synizesin caucausatus tragicis insolitam, equidem in adnot. ad Buttmann. p. 212 s. κάμνω ἀκμῆτι ut Hipponax in Choliamb. Fr. p. 120 ed. Mein. ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ, eodemque delatus est Hermannus Fragm. inc. CCCCVI p. 404 [cf. Path. I 319]. — Synonyma sunt πρών et πρηών et commune utrique etymon, quod ex πρηνής *pronus* et aliis cognoscitur, sed utrumque fortasse seorsum eodem saeculo natum [I 432]. — Τιμήορος in τιμωρός contractum esse sine exemplo creditur; si primitivum fingimus τιμόορος, hinc consueto modo τιμουρός derivari potuit ut πυλουρός πυλωρός, quibus glossographi adiiciunt leviter deflexa πυλαυρός, πυλευρός [p. 79]. Haec iure pro synthetis habentur, sed ambigimus de τιμωρός eiusdemne

generis sit, an simplex ut *ἀλεωρά, κνέωρον*, quorum in accentu inconstantia huius terminationis propria est, v. ad Buttm. 406[2]) — *Πράν* a Theocrito usurpatum pro *πρώην* propter dialecti diversitatem omitto. — Particulam *μῶν* ex *μὴ οὖν* conflatam esse diphthongo $\overline{ου}$ in Doricum $\overline{ω}$ conversa, Apollonius et Herodianus consentiunt, v. Velsen. ad Fragm. Tryph. p. 36, idque simplicius est quam quod. in EM. 596. 26 dicitur *ἀπὸ τοῦ μή καὶ τοῦ οὖν ἀποβολῇ τοῦ* $\overline{η}$, sed compositionis memoria obliterata nonnulli *μῶν μή* invexerunt, v. Hermann. ad Viger. 765 [v. cap. III § 3 ex.]. — Cum *μῶν* schol. Dion. Gramm. p. 960 ineptissime confert *μῶρος* id est *μήωρος* scilicet. — Si apud Hesychium recte scriptum est *ξυνῆνες κοινωνοί*, a *ξυνός* non solum *ξυνήων* derivatum est, sed etiam *ξυνήν*, quod Dorice *ξυνάν* dicitur, v. Elemm. I 333.

§. 4. Particulam *ζά*, qua Aeoles pro praepositione *διά* usi dicuntur, critici pro hac ipsa in Theocriti carmine Dorico ponendam esse coniecerunt: *ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν*. Alibi hoc intellectu non invenitur nisi in compositis *ζάθεος, ζαμενής, ζάπλουτος*[1]) alpha, quod in Theocriteo *ζά* longum est, correpto et non eadem potestate, sed pro adverbio intentivo ut inseparabile *δά* et saepe Latinum *per*, quod utramque significationem complectitur [v. Pathol. I 202 sq.]. Nam quod G. Dindorfius in Thes. T. II 1006 in tribus Aristophanis locis *ζά* scribi iussit pro *διά*, non magis comprobatorem invenit, quam quod in totidem Aeschyli *κάρζα*, quod simplici illi EM. tanquam simile apponit; Hermannus vero ad Sept. 271 *καρδία* inquit *nec synizesi disyllabum fit et multo minus κάρζα scribendum*. Neque probationi sufficit disyllabum in pentametro Anth. App. n. 233 *ἄχθος ἔχουσα κραδίη*, quod Jacobsius p. 937 auctori recentiori condonandum censet. — Nihilo

---

2) Epim. II 265 *τιμωρός παρὰ τὸ τιμή καὶ τὸ ὠρῶ τὸ φυλάττω ἢ παρὰ τῷ τοῦ πυλωρός κανόνι* scr. *ἢ παρὰ τὸ ὁρῶ· ὀξύνεται τῷ τοῦ πυλωρός κανόνι*, de quo Goettl. Acc. 209. Et ad hunc etiam *τηλουρός* revocatum est, quamvis aliter compositum, sed non constanter.

1) Hoc etiam Herodotus utitur, ceteris poetae epici, rarius tragici, comici non usquam nisi in canticis; nam de *ζάκορος*, quod ex fragmentis affertur, perdubium est an cum *διά*, ut Buttmannus putavit Lexil. I 220, compositum sit.

plus efficitur Ammiani exemplo Anth. XI 146 pentametrum sic finientis: πεντάκι διακόσιοι, pro quo Planudes πέντε διακόσιοι scripsit, Hermannus Elemm. Metr. p. 55 imperitiae scriptoris imputat. — Idem Aesch. Ag. 112 pro ἀργίας Blomfieldii suasu ἀργᾶς adoptavit, de quo dubitationem movi in Proll. Path. 497 primum ob insolentiam nominativi in ᾱς, v. Elemm. I 343 adn. 25, tum quod hoc loco non splendidus (ἀργήεις) significatur, sed albus, ἀργίας sive ἀργός. Neque tamen mihi diffitendum est substantivorum masculinorum in ιας (μονίας, μυλίας) nullum synizesis manifestum esse; nam Τελευτίας in fine hexametri positum Anthol. VIII 426 poetae barbari est; neque minus hoc genus abhorret a contractione, nam plebeium κερατᾶς etc. a κερατίας differt significatione diminutiva, de qua dixi ad Phryn. 434 [cf. Proll. 506]. Et in aeque magno numero femininorum in easdem literas excidentium (Δηλιάς, ἠλιάς) nullum extat, in quo iota accelerata pronuntiatione propemodum obliteretur ut in Aeolico Πηλιάδα (μελίην) in Sotadae versu, quod tanquam solitarium quiddam enotatur, quare huc referri nefas. — Quae praeter illud aquilae epitheton in scenicorum versibus obveniunt, iam mutata sunt velut trisyllabum οὐρανία, v. Ellendt. Lexic. T. II 440, et alia, de quibus Karstenius ad Agam. 122 et 136 fervidius quam consideratius iudicat. In exitu septenarii iambici Arist. Eqq. 342 ἐμοῦ λέγειν ἐναντία, in quo omnes libri consentiunt, correctum est ἔναντα. — De Homericis Αἰγύπτιος, Ἱστίαια duae doctos distinent sententiae, aut iota synizesi interpolatum esse, quod Thierschius praefert §. 146. 8, aut positionem neglectam, Buttmann. §. 7 adn. 15. Certi nihil habemus. Πότνα scholiastae syncopae assignant, v. Elemm. I 285, ob nihil aliud quam quia frequentius est πότνια, et hoc ipsum Wolfius introduxit pro πότνα θεά, seu quia θεά pro monosyllabo sumsit, quod Nitzschius ad V 215 ab Homero abiudicat, seu πότνια pro bisyllabo. — Novitii poetae est μνᾶμα τόδ' Ἀπολλωνίας Anthol. App. CCXLIII, cui Jacobsius p. 989 Homericum accusativum πόλιας adaptat. Hic vero ex declinatione nominum in ις ιος iudicandus est. Homerus, si vulgatis stamus, tripliciter dicit, πόλεις ἀλάπαξε Il. IX 328, πόλεις εὖ ναιεταώσας II 648, et ante consonam πόλεις τ'

εὖ ναιεταώσας Od. VIII 574, cui Bekkerus *πόλιας* substituit, *πόλεις μερόπων ἀνθρώπων*, sed Od. VIII 560 *ἴσασι πόλιας καὶ πίονας ἀγρούς*, tertiumque trisyllabum *πρότεροι πόλεας καὶ τείχε' ἐπόρθουν* Il. IV 308, ut Aristarchus edidit pro *πόλιας*, quod nostri tenent, nusquam *πόλις**); sed haec terminatio cessit tribus aliis accusativis *ὄϊς*, *ἧνις* et *ἀκοίτις* in fine versus, v. Thiersch. §. 190, ut *τὰς παρακοίτις* Maneth. III 150, qui accentus ostendit, duas postremas vocales in longum *ῑ* contractas esse. Idem schol. Il. VI 94 et iisdem verbis EM. 432. 5 *παρὰ τὸ ἔνος ὁ ἐνιαυτός παρώνυμον ἔνις καὶ τροπῇ ἧνις, ἤνιος ἰωνικῶς· ἡ αἰτιατικὴ τὰς ἧνις συναλοιφῇ*. Generatim Draco p. 114, ubi de nominibus in *ῐς* agit, *ἡ αἰτιατικὴ εἰς ῐας συνεσταλμένως καὶ κατὰ κρᾶσιν εἰς ῑς ἐκτεταμένως καὶ εἰς ε̄ας κατὰ συστολὴν καὶ εἰς ε̄ις κατὰ κρᾶσιν ἐκτεταμένως*[2]). De hoc controversiam facit Choeroboscus Can. 861. 9 et 27 *τὸ ῑ καὶ ᾱ οὐδέποτε κιρνᾶται ὥσπερ τὸ ε̄ καὶ ᾱ· τὸ γὰρ τοὺς μάντις καὶ τοὺς ὄφις ἰωνικὰ οὐ γεγόνασι κατὰ κρᾶσιν ἀπὸ τοῦ μάντιας καὶ ὄφιας, ἀλλ' ὁμοφωνία ἐστὶ τῆς αἰτιατικῆς πρὸς τὴν εὐθεῖαν οἱ μάντιες, οἱ ὄφιες*, hoc est ad nominativum contractum *ὄφις, μάντις*, quod nominatim adiicitur in Excc. Anecd. T. IV 358. 15. Sed huius homophoniae non ita magnam curam habuit Herodotus, qui primum quidem casum uno modo terminat: *αἱ πόλιες, οἱ μάντιες*, quartum vero dupliciter in *ε̄ις* et *ῑς*, nisi Bredovio obsequimur per omnia contractas voces restituenti pag. 263 sq.[3]). Quomodo Graeci posterioris aetatis iota scriptura expressum metro adaequaverint, haud facile perspicitur. Ammianus, qui in Anthol. XI 146 pentametrum sic finivit: *πεντάκι διακόσιοι*, fortasse *ζακόσιοι* audiri voluit ut *ζά* praepositio pro *διά* Latinumque nomen

---

2) Brachycatalecta *οἱ κόρις* et *τοὺς κόρις*, quae Buttmannus §. 50 adn. 2 miratur, ludicri causa ficta sunt, v. Elemm. I 232.

3) Cum his Bastius ad Greg. 476 non recte componit *τοὺς ὄρνις*, quod Ionicum dicit Atticisque abiudicat probante Lud. Dindorfio in Thes. T. V s. h. v., dissentiente Guilielmo fratre, qui in Oed. T. 966 *ὄρνις* per omnes libros praeter unum propagatum non mutavit. Contra Bastium disputavit Ellendtius Lex. II 354.

*) *Quod Bekkerus scripsit ubicunque versus patitur, trisyllabum πόλιας.*

zeta pro *δίαιτα*, neque obstat, quod syllaba $\overline{\kappa\iota}$ ante $\overline{\zeta}$ non producitur, nam haec consona saepius vocalem brevem patitur; ceterum Planudes correxit *πέντε διακόσιοι*, Hermannus Elemm. 55 vulgatum imperitia auctoris excusat, Corinnae trisyllabum *διανεκῶς* ultro concedens.

$\overline{\iota}$ et $\overline{\epsilon}$ in nominativis nominum, quorum modo memini, in $\overline{\iota}$ contrahi auctor est Choeroboscus Orth. 267. 3 *παρὰ τὸ πόλιες, ὄφιες γίνεται πόλις, ὄφις.* His schol. Il. V 10 adiicit crasin syllabae primae: *ἱρεύς ἀπὸ τοῦ ἱερεύς συνήλειπται ὡς πόλιες πόλις.* *Ἱρός* et derivata poetarum scenicorum editores saepius in canticis scripserunt, v. Fritzsch. ad Thesm. 1068, Dindorf. Thes. T. IV et ad Aesch. Sept. 264, plerumque codices sequuti, et Dindorfius in colloquio quoque Soph. Oed. C. 16 ed. Lips. III, libros optimos antestatus, quorum nulla est apud Hermannum mentio [4]). Homerus utitur trisyllabis *πόληες* et *πόλιες* Od. XV 412, neque aliter *πόρτιες, ἴδριες, ἐπάλξιες,* Theognis 1020 *πρήξιες,* Apollon. I 85 *δύσιες* etc., Hesiodus vero Opp. 372 deflexit ad formam communem *πίστεις* e *πίστεες* contractam.

$\overline{\iota\eta}$ et $\overline{\iota\upsilon}$ non committuntur; $\overline{\iota o}$ vero huc referendum est propter genitivum iambi loco positum *προπάροιθε πόλιος αἰπεῖα* Il. II 811, nec assensum consecuta est Heynii correctio *πόλεος* [nisi Bekkeri], quamvis conveniens plurali *πόλεων*. In Empedocl. 365, ubi Sturzius *πόλιος* edidit pro *πόλεως*, Karstenius 278 et plerique antecedentium *πόλευς* Theognidis exemplo (776) posuerunt [v. p. 90]. — Ignotus est nominativus nominis heroici, de quo Arcadius 128. 20 *τὸ Θῶνος ἀπὸ τοῦ Θώνιδος καὶ Θώνιος ἰωνικῶς καὶ κράσει Θῶνος ἢ ἀπὸ τοῦ Θώνιος εὐθείας καὶ συγκοπῇ Θῶνος* verbis corruptis hoc, puto, significans nominativum aut *Θῶνις* esse, genitivum *Θώνιος* et hunc synecphonesi bisyllabum fieri ut Homericum *πόλιος*, aut *Θῶν τοῦ Θῶνος* exemto per syncopen iota. Aliorum sententias retuli in Parall. 73 [5]) [Path. I 292].

---

4) Choerob. Orth. 250 cum *ἱρός* absurde confert *πῖθι* quasi e *πίεθι* concisum.

5) In Theognosti loco, quem hic citavi, scribi oportet *διὰ τοῦ* $\overline{\nu\tau}$ *κλινόμενον ὡς τὸ σπῶντος.*

Syncopae exempla seu vera seu ambigua *Αἴθοπες* etc. examinavi Elemm. I 286 transmissis nominibus femininis in ᾱς et ῑας *Ἑλικωνίς*, *Ἑλικωνιάς* etc., v. Proll. 464, quae huius loci non sunt. — In futuro *βώσεσθε* et *σωπᾷν* Buttmannus in Ind. Anomm. T. II 130 iota absorptum putat [Elemm. I 276]. — *Λαρός* et *λιαρός* fortasse ab eodem capite ducta sunt significatione non admodum diversa [Rhem. 29 sq.].

§. 5. I. ο̄ et ᾱ plus uno modo contrahuntur. Primum in ω̄ in syllabis principalibus nominum: *βῶξ περισπᾶται, ἐπεὶ τούτου ἐντελέστερόν ἐστι τὸ βόαξ* Joann. Ton. p. 7. Etymon proponit Choeroboscus Can. 114 *παρὰ τὸ βοή βόαξ καὶ κατὰ κρᾶσιν βῶξ* (hoc acc.), nec dissentit Pherecrates hunc unum piscium a natura vocem accepisse affirmans [Parall. 109]. Hodie notus est *box* a grunnitu sive stridore quem edit [1]) denominatus, sed idem ab aliis *βόωψ* vocatur eodem sensu, quo *βοώπης*. — *Χόανος*, *χοάνη* Homerus et Hesiodus dixerunt, posteriores *χῶνος*, *χώνη* et *χωνεῦσαι*, v. Maetzner. ad Lycurg. 279, intellectu eodem vel non multum diverso, quod accurate demonstrat Schneiderus in Lexico. — Ficticium est *πρόατος*, unde EM. 692 usitatum *πρῶτος* per ambages repetit, quas Goettlingius explicat [Path. I 374]. Aeque ignoratur *σκόαρ*, quod Mehlhornius gramm. §. 142 not. 3 monosyllabo *σκῶρ* quasi fundamentum substruit, et similia *φόας* et *ὄας*, unde Choeroboscus 394 sq. *φῶς* et *ὦς* transformata dicit crasi adiungens metathesin. De his saepius disserit Eustathius, cuius verba excerpsi in Rhem. 313, et quod memoratu inprimis dignum, Herodiani auctoritatem interponit. De hoc tamen nihil compertum habemus praeter quod in Mon. p. 45 (14. 30) quatuor affert nominis *οὖς* vicissitudines: *οὖας*, *ὄας*, *ὦας*, nihil vero de *ἄος* et aeque ignoto *φόας* [I 227 et 404]. — Cum *ὄαρ* et *ὦρ* et derivatis, quae supra examinavi, Eustathius in longa adnotatione 932. 40 coniungit nomen proprium: *καὶ ὁ παρὰ Πινδάρῳ Ὀαρίων κατὰ κρᾶσιν*

1) Piscium vocalium, ut hodie vocantur, quorum unum novit Pherecrates, complures nominant Aristoteles et Athenaeus, alios aggregant physiologi huius et prioris seculi, v. J. Mueller Comment. *Ueber die Fische, welche Toene von sich geben*, in *Archiv fuer Anat. und Physiol. Jahrg.* 1857 *p.* 249.

Ὠρίων, ὅθεν καὶ συνωρίς καὶ τὸ τέτρωρον καὶ ἄρες αἱ γυναῖκες. Τούτων δὲ καὶ τῶν τοιούτων προϋπόκειται τὸ ἀείρειν. Pindaro nuper e codicibus restitutum est *Ὠαρίων duabus vocalibus primis*, ut Schneidewinus ait ad Nem. II 12, *in unam syllabam contractis*, hoc est per synizesin mixtis. De derivatione quod ille dicit, parum persuadet. Nam signum coeleste, de quo Pindarus loquitur, simulacrum quidem ensis gerit, propter quod *ξιφήρης* ab Euripide vocatur, *ensifer* sive *ensiger* ab Ovidio et aliis, sed heroem fabulosum, cuius nomen ad illud translatum est, ut ad alia astra *Perseus* etc., propterea quod *ἄορ* gestaret Orionem appellatum esse refellitur eo, quod haec armatura cuilibet bellatori convenit, illi autem ne ensis quidem attribuitur sed clava, Hom., Arat. 657. Itaque alii probabilius statuunt, eum ab urbe Hyria, in qua natus esse perhibetur, sortitum esse nomen varie scriptum: *Οὐρίων*, *Ὠρίων*, *Ὠαρίων*, *Ὀαρίων*, *Oarion* vocali prima modo producta modo correpta, nunquam vero *Ἀορίων*, quo labefactatur illa hyperbibasmi suspicio. Neque hoc auxilio Buttmannus usus est in Dissert. de Catasterismis [2]), sed novum quiddam comminiscitur, *Ὀαρίων* ex *Ἄρης* *Ἀρίων* ortum esse anteposito digamma, id quod mihi minus etiam quam illa ab *ἄορ* derivatio probandum videtur [v. Vol. I 408].

In casibus nominum nulla fit mutatio praeter accusativum *βόα* — *βῶ*. In exitu versus Il. VII 238 *νωμῆσαι βῶν* Didymus tradit Aristarchum sic ut vulgatum est scripsisse, Aristophanem vero *βοῦν*—*τινὲς δὲ ἔξω τοῦ ν βῶ καὶ μήποτε πιθανώτερον ἀντὶ τοῦ βόα.* — Hinc nos avocant accusativi nominum in *ω̄* et *ω̄ς*: *Λητώ*, *ἠώ* etc., quae Apollonius de Pron. 112 acui iubet quamvis ex *οᾱ* contracta, dissidet vero EM. 30. 4 *αἰδῶ περισπᾶται· οὐ γὰρ πτωτικὸν τὸ ω̄ ἀλλ' ἀπὸ κράσεως.* Formam integram *αἰδόα* et similes Homero asserunt ii, qui spondeum in quinto pede aegre ferunt, v. Muetzell. de Theog. p. 40 [3]).

---

2) *Ueber die Entstehung der Sternbilder* in Actis Acad. Berol. anni 1826 p. 57.

3) De hoc numerorum sufflamine dixerunt alii quantum satis; praeter eos, quos Mehlhornius citat gramm. p. 124, v. Thiersch. § 195 n. 47, Lehrs. Arist. 260, Elmslei. ad Med. 1131.

De crasi in verborum flexu grammatici tacent, sed G. Dindorfius Aeschylum Pers. 1024 pro imperativo ἐπιβόα devitandi anapaesti causa ἐπιβῶ scripsisse autumat; alii synizesi excusatum habent; Hermanno neutrum necessarium videtur recepto, quod in cod. Par. legitur, simplici βόα.

In compositione vocalis connexiva cum alpha subsequente plerumque in $\overline{\omega}$ transit: Ἱππῶναξ*) παρὰ τὸ Ἱπποάναξ κατὰ συναίρεσιν Choerob. Orth. 225. 33, Χειρόαναξ καὶ κατὰ κρᾶσιν Χειρῶναξ, Ἱππόαναξ Ἱππῶναξ Epim. I 444. 15 [Phryn. 674 sq.]. A Thucydide Spartanus ille constanter Πλειστοάναξ (hoc accentu) vocatur V 16, alius quidam in Inscr. Πλειστάναξ praetermissa vocali ut νεοάλωτος et νεάλωτος. Cum Χειρώναξ sive Χειρῶναξ Buttmannus §. 120 adn. 6 comparat αὐθάδης, cuius primitivum ponit αὐτοάδης et huic proximum αὐθώδης. Hoc quidem deficit, sed Αὐτώδης ἰδιογνώμων praebet Hesychius, idemque Apollonius Pron. 94 Ionice pro αὐθάδης dici significat [cf. I 303]. Hi igitur αὐθάδης et αὐτάρεσκος natura idem significare credunt. — Cum eodem verbo nonnulli nomen proci Penelopae copulatum putarunt, quos refellit Choeroboscus de Ton. 435 sq. τὸ Λειώδης λέγουσί τινες εἶναι σύνθετον παρὰ τὸ ἁδεῖν τῷ λαῷ, ἀλλ' ἔστιν ἁπλοῦν παραγωγὸν παρὰ τὸ λεῖος. Illi fortasse nomen Δημάδης in memoria habuerunt, cuius alpha si producitur, significatio cum syntheto illo congruit.

Num $\overline{\text{οα}}$ et $\overline{\text{ου}}$ commutari possint, varie disputatur, latissime a Choerobosco Can. 242. 21 οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν, ἀπὸ τοῦ τοὺς βόας γεγονέναι τοὺς βοῦς κατὰ κρᾶσιν· οὐδέποτε γὰρ τὸ $\overline{\text{ο}}$ καὶ $\overline{\text{α}}$ εἰς τὴν $\overline{\text{ου}}$ κίρναται ἀλλ' εἰς $\overline{\omega}$: βέλτιω κ. τ. λ. Ἀλλ' ὁμοφωνία τῆς αἰτιατικῆς πρὸς τὴν εὐθεῖαν· πᾶσα γὰρ εὐθεῖα πληθυντικῶν εἰς $\overline{\text{ες}}$ λήγουσα καὶ συνῃρημένη ἔχει τὴν αἰτιατικὴν ὁμόφωνον: οἱ ἰχθῦς τοὺς ἰχθῦς, οἱ ἡδεῖς τοὺς ἡδεῖς, οἱ κρείττους τοὺς κρείττους etc., atque his applicat 861—864 personam tertiam διδόασι διδοῦσι, de qua et similibus verborum in $\overline{\mu\iota}$ discordes duorum principum grammaticorum placita refert: Ἡρωδιανός φησιν, ὅτι κυρίως διαίρεσίς ἐστιν ἐν τῷ τιθεῖσι

*) De accentu v. Prolegg. p. 447. adn. 21.

τιθέασι, ζευγνῦσι ζευγνύασι· ὡς γὰρ ἐν ταῖς αἰτιατικαῖς τὸ ε̄ καὶ ᾱ εἰς τὴν ει̅ δίφθογγον συναιρεῖται καὶ ἐν τῷ ἰχθύας ἰχθῦς τὸ υα̅ καὶ ἐν τῷ βόας βοῦς τὸ οα̅, οὕτως ἐν τῷ τιθεῖσι τιθέασι ἡ ει̅ εἰς τὸ ε̄ καὶ ᾱ διῃρέθη καὶ ἐν τῷ διδοῦσι διδόασι ἡ ου̅ εἰς τὸ ο̄ καὶ ᾱ. De accusativis repugnat homophoniam nominativi causatus αἱ βόες τὰς βοῦς etc. De verbis apponit Apollonii sententiam, integris alpha insertum simulque penultimam correptam esse: τιθεῖσι τιθέασι, διδοῦσι διδόασι; synaeresin reiicit eo, quod εα non in ει̅ contrahatur, sed in η̄, οα non in ου̅, sed ω̄, neque magis probat dialysin, ὅτι τὰ διαιρούμενα εἰς τὰ αὐτὰ διαιροῦνται, ἐξ ὧν καὶ συνίσταντα velut Ξέρξῃ in Ionicum Ξέρξεα (Bredov. 228), quia eta pluralis βέλη contractum sit ex βέλεα. His nodis facile exsolvimur recepta opinione, pro ν̄ propter inconsequentiam literarum ν σ̄ substitutum esse alpha: τίθενσι—τιθέασι, δίδονσι—διδόασι, aucto syllabarum numero praeter ἴᾱσι, quo concursus trium vocalium prohibetur. Diphthongus ει̅ in τιθεῖσι eadem trope nata, qua in εἷς, τιθείς, ὀδούς etc. [v. p. 86 et p. 112].

Tertia crasis species per omnes casus adstricta est adiectivis multiplicativis: ἁπλᾶ, διπλᾶ, τριπλᾶ καὶ τὰ ὅμοια περισπῶσιν, ὑποπίπτει γὰρ τῇ ἰωνικῇ διαιρέσει οἷον διπλόα καὶ τὰ ὅμοια Phryn. App. 25. 11, Choerob. Can. 245. Syntheta vero servant ο̄: τυμβοχόα, πολύχροα etc.

II. ο̄ cum secunda vocalium contrahitur in nominibus paucis: σπάνιός ἐστιν ἡ χρῆσις τῆς βοῦς εὐθείας τῶν πληθυντικῶν· μᾶλλον δὲ αἱ βόες Choerob. Can. 242. 13. Thomas Aristophanem monosyllabo usum esse testatur, sed semel tantum et id metri coactu; in reliquiis eius non reperi, sed frequenter αἱ βόες ut χόες. Dativum Homerus dupliciter fingit βόεσσι et βουσί, quod solum sermoni soluto concessum est. — Pro legitimo εὖνοι Philemo Frgm. T. IV 65 usurpavit εὔνους κατὰ κρᾶσιν, ut in EM. dicitur. — Verborum contractorum tertii ordinis litera characteristica cum epsilo conflatur: χρυσοῦτε, ἐχρύσους. Barytonorum minor constantia; ἔλοε Homerus dixit, cui convenit imperativus ζόε, v. Rhem. 21, sed ἀπέλου Aristophanes Vesp. 118. A λόω productum est

λοέω per epenthesin ut κύω κυέω [4]), et hinc nonnulli λούω contractum censent, quod post Homerum in consuetudinem venit, aliis contrarium suadentibus: *τὸ λοέσσαι δοκεῖ μὴ ἐκ τοῦ περισπωμένου ἐνεστῶτος γενέσθαι τοῦ λοῶ, ἀλλὰ κατὰ διάλυσιν ἐκ τοῦ λοῦσαι· κιρναμένη γὰρ ἡ ου δίφθογγος ἐκ τοῦ ε καὶ ο εἰς αὐτὴν καὶ ἀναλύεται· ἔστιν οὖν τὸ πρωτότυπον λούω καὶ ἐν διαλύσει λοέω ἢ ἀνάπαλιν καὶ ἐξ αὐτῶν τὸ λοετρὸν καὶ τὸ λουτρόν, τὸ λόεσθαι καὶ τὸ λοῦσθαι* Eust. 1300. 60. — A praescripto ordine discedit futurum ὀμεῖται, pro quo ὀμοῦται dicendum erat vocalibus ο et ε post exemtionem consonae interpositae in ου contractis, sed analogiam superavit similis sonus verborum liquidorum *καμοῦμαι — καμεῖται, δραμοῦμαι—δραμεῖται* etc., v. Rhem. 163. — Dorismi speciem assimulant duo verba, unum Homericum, de quo Epim. I 402. 24, EM. 708. 38 *ἐσάου καὶ τροπῇ δωρικῇ τῆς ου εἰς ω ἐσάω καὶ (ὁ προστακτικὸς) σάω*, v. ad Buttm. 296, alterum Atticum: *τὸ ῥιγῶν ἀντὶ τοῦ ῥιγοῦν δωρικόν· τοῦτο κατακρατῆσαν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς* schol. Vesp. 446, Avv. 935. Ac nescio an bibliographi, qui apud Hesiodum pro *ἀρόμμεναι*, ut vulgo legitur, *ἀρώμεναι* scripserunt, id pro *ἀρούμεναι* positum esse crediderint, v. Elemm. I 268.

Sed latissime haec syllabae finalis corruptio vagatur per adiectiva in οεις, quorum nonnulla substantivorum vim adepta sunt: *πλακοῦς, πυραμοῦς, Ἀμαθοῦς, cerussa.* Adiectiva huiusmodi Florianus Lobeck in Quaestt. Jon. I p. 24 ex uno Homero quadraginta eruit hisque aggessit plurima ex ceteris epicis praetergressus propria, nec mentionem habuit crasis et synizesis. Illius quidem in Homericis nullum vestigium emergit, sed Hesiodus iu exitu versus posuit *θεῖόν τε Σιμοῦντα*, quod doctorum nonnulli ad Homericam formam redigendum putarunt, sed defendit codicum consensus, cf. Muetzell. p. 96. Femininum Euripides metro accommodat *Σιμοεντίς* et *Σιμουντίς*, quo alii quoque utuntur. Synizesis opinionem attulit adiectivum *φοινικόεσσα* in eodem versus loco scriptum Il. X 133, de quo Heynius sic loquitur: *Clar-*

4) Haec Buttmannus confert non ignorans *κύειν* recentius esse altero, de quo dixi in Parall. 556.

kius per quatuor syllabas esse efferendum monet, quia ῑ producta est crasi, quasi φοινικοῦσσα. Is igitur, quia nominis φοῖνιξ casus obliqui penultimam longam habent, idem de adiectivo valere putavit, eodemque modo Stephanus in Thes. excusat Theocr. I 58 ὦνον καὶ τυρόεντα μέγαν, quod confirmare videtur Draco 89 τυρόεις τὸ ῡ ἐκτείνει πανταχοῦ καὶ παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ, illumque ipsum versum adscribit; Porsonus Doricum τυρῶντα suasit; equidem ad Aj. p. 184 ostendi, vocabulorum nonnullorum syllabas longas in paragogis corripi ut in hoc ipso genere πνιγόεις, ἀλγινόεις, quae aliter versui heroico aptari non possunt[5]); ac si fluvius Troianus a cursu sinuoso denominatus est, id quoque pro exemplo systolae afferri potest. Cum hoc ethonographus contendit urbis nomen Ὀπόεις καὶ Ὀποῦς κατὰ κρᾶσιν, et Eustathius ὥσπερ πλακόεις καὶ συναιρέσει πλακοῦς καὶ Σιμόεις Σιμοῦς. Hoc Matthiae § 51 perperam ita interpretatur, trium vocalium extremam ῑ abiectam, reliquas in ου mutatas esse; sed iota non omitti solere patet ex verbis in οω, nam χρυσόεις non in χρυσοῦς contrahitur, sed in χρυσοῖς, et ex nomine Κάειρα Καῖρα etc. Itaque sic potius dicendum, ους substitutum esse pro duriore οεις, cuius speciem referunt casus obliqui οεντος, οεντι [cf. supra p. 86 et 110 et infra cap. III §. 5].

De compositis brevis est praeceptio: χειροεργός καὶ κράσει χειρουργός Epim. I 444. 10, sed ea singulari operi reservanda, quo universam synthesis doctrinam retractare conabor. Hoc loco subsistam in praepositione πρό, quae vocalem suam cum epsilo communicat, sive id radicitus infixum est, sive ex augmento natum: προὔχω, προὐννέπω, προὔφαινε etc. intermixta integre scriptis non solum apud poetas, sed ubique: προὔδωκα et προέδωκα etc. Substantiva duo tantum sunt: προὔνεικος et Doricum πρώγγυος, cum casu compositum unum προὔργου. — De vocabulis cum ἀπό et ὑπό coniunctis dubium est, utrum ου ex crasi habeant acceptum: ὑποεργός ὑπουργός, an ea forte superante me-

---

5) Τερμιόεις et φυκιόεις et τειχιόεις Homerus epenthesi literae ῑ huc aptavit.

moria affinium κακοῦργος, θεουργός etc. pro ὑπεργός (ut συνεργός) per synecdromen surrepserit ὑπουργός.

Num οε in ευ contrahi possit, pendet ex interpretatione Homericae vocis λωτεῦντα. Id nonnulli participium verbi λωτέω esse voluerunt ut καλεῦντες. Cui quum plures obstarent rationes, quas in Elemm. I 518 exposui, alii pro adiectivo λωτόεντα habuerunt, cuius duas vocales οε in εο transpositas, has autem in ευ conflatas esse. Missis ambagibus Didymus ad XII 283 Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ου, adiectivum, ut opinor, significans ut κνώδαλα πτεροῦντα Aeschyl., cui nihil opponi potest praeter quod Homerus de magno horum adiectivorum numero nullum exhibet contractum. Aristarcheam lectionem probavit Bekkerus, alteram Dindorfius. Tertiae cuiusdam scripturae per synizesin efferendae λωτόεντα nemo mentionem iniecit. Sed in Pindari loco libri optimi praebent trisyllabum φωνάεντα, quod in aliis φωνοῦντα *sonantia*, vulgo φωνᾶντα *sonora* scribitur.

III. οη in η conversum per omnes casus exhibent feminina adiectivorum multiplicativorum: ἁπλῆ, διπλῆ, cuius forma integra diastolae causa substantivo mansit. — Praeterea una vox huc aberrat et ea composita, quam nos quidem ex uno Aristophane cognitam habemus, sed grammatici saepius tractant: πρηγορεών ὁ λαιμὸς παρὰ τὸ προαγεῖραι τὴν τροφήν, ὡς Ἀπολλώνιος λέγει Zonar. 1572 et eodem modo Didymus in schol. ad Avv. 1113. Utrum vero ο μικρὸν ante eta exemtum, an cum eo in unam syllabam confusum putaverint, non patefaciunt. Syncopae quidem adververtatur regula Apollon. Adv. 586 τὸ πρό οὐκ ἀποβάλλει τὸ ο ἐπιφερομένου φωνήεντος, nam aut integra permanet: προέχω, aut contrahitur: προὔχω. Neque tamen vocabulum populari sermoni proprium scrupulosius taxandum videtur [Vol. I 296].

Pro οη simplex ω accipiunt tempora nonnulla verbi, unde nomen piscis βῶξ duci solet: βῶσαι Aristoph. et Cratin., ἐβώσθη Herod. cum derivatis ἀστυβοώτης Hom., ἐπίβωτος et περίβωτος Anth. Eadem forma haesit verbo ad significationem auxiliandi translato βῶσαι, quod Suidas interpretatur βοηθῆσαι, et hinc transfluxit ad βοηθεῖν ipsum vociferandi notione penitus exutum; Ionice certe βωθεῖν dicitur,

v. Bredov. 195 [Parall. p. 450]. — Verbum eiusdem coniugationis *νοεῖν* et nomina hinc derivata Herodotus et poetae omnium fere dialectorum ad hanc brevitatem redigere solent: *νῶσαι, νώσασθαι, νένωμαι, νῶμα,* v. Bergk. ad Anacr. p. 93, et composita quoque *ἀγνώσασκε* [6]) et *ἀλλογνώσας*. Perfecti illius mentio subitaria iniicitur in EM. 601. 20 *νένωται ἢ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η ἀπὸ τοῦ νενόηται ἢ ἀπὸ τοῦ νένωται κατὰ συστολήν· ἔστι γὰρ νῶ ῥῆμα τρίτης συζυγίας ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ νένωται καὶ παρ' Ἀνακρέοντι νενωμένος· καὶ πάλιν ὡς χρυσόονται χρυσοῦνται, οὕτω καὶ νόονται νοῦνται παρὰ Δημοκρίτῳ. Περὶ παθῶν.* Scita est haec expositio et auctore Herodiano dignissima, sed ad diversa capita spectans, quorum unum fuit *νένωται κατὰ κρᾶσιν ἀπὸ τοῦ νενόηται,* ceteris incuria librarii abscissis. Quod vero sequitur, *νένωται* vel ex syncope vel ex systole profectum esse, huc minime convenit, sed ad *νένομαι*, quod ille dubitat, utrum ex *νενόημαι* decurtatum dicat exciso eta, an ex *νένωμαι* correpto ω. Sed mox utraque ratione deserta cogitationem convertit ad verbum bisyllabum *νόω*, a quo recta via descendit *νένομαι* ut a thematico *πόω — πέπομαι*. De Sophocle et Anacreonte haud definiam, utrum *νένομαι* scripserint, an usitatius *νένωμαι*. Illud neque mihi ne in mentem quidem venit, quum primum hunc locum tractarem in Rhem. 20 sq., neque suboluit Hermanno, v. Wagner. ad Sophocl. Frgm. p. 251 et Nauckio p. 137, sed breviter notatum est in Elemm. I 330. — A verbalibus descendimus ad nominalia, quorum unum est numerale ab EM. 608. 19 huc illatum *νώσατο ἀπὸ τοῦ νοήσατο κατὰ κρᾶσιν ὡς ὀγδοήκοντα ὀγδώκοντα*, quod ab Homero acceptum posteriores poetae propagarunt. — Adiectivum *χλωρός* Eustathius 812. 59 parum dextre explicat *ἀπὸ τοῦ χλόη κατὰ κρᾶσιν τοῦ ο καὶ τοῦ η, ὁποίαν πάσχει καὶ τὰ βωστρεῖν* [7]) *καὶ τὸ βωθεῖν*. Promtior via est ad *χλοερός* [cf. Proll. 276]. — Homericum

---

6) Id nonnulli *ἀγνώσσασκε* scribunt imperfectum esse rati ut *ῥίπτασκε* et similia in Elemm. I 269.

7) Sigma se insinuavit etiam in aoristo *ἐβώσθην*, fixum vero est in *ἐχάσθην*.

βῶν Thierschius §. 195. 48 nihil aliud esse affirmat quam adiectivum βοείην substantive positum, quod poetae in βοέη mutant, hinc autem legitime βοῆ nascitur et geminata contractione βῶ. Sed sponsor neutri adest, nec piget opinionem retinere usu captam [v. p. 65]. — In magno numero nominum in $\overline{ο η}$ desinentium: Εὐνόη, Καλλιῤῥόη etc. unum animadvertimus huc egressum Ἀμφιρώ, Rhem. 327.

IV. $\overline{οω}$ in $\overline{ω}$ verti nonnulli sumunt in nomine regis Aegyptii, Θῶν scribentes velut contractum ex Θόων, quomodo Graeci quoque heroes vocati sunt. Sed Herodianus oxytonon Θών eodem loco refert cum χθών, πρών, κλών, quo crasis excluditur. De hoc dictum est in Parall. 73 [cf. supra p. 106]. Arcadius autem p. 12 hyperdisyllaba percensens tria eximit perispomena: Ἱπποθῶν, Ἱπποκῶν, Λαοκῶν, quae in libris et epigraphis saepe reperiuntur non contracta, cumque his nomen Atticae tribus Ἱπποθοωντίς [v. p. 78]. — Contractioni oppositam distractionem in medium introducit Epim. I 425 τὸ φόως οὐ διαίρεσιν ἔπαθεν ἀλλὰ πλεονασμόν· ἡ γὰρ διαίρεσις τὸν οἰκεῖον τόνον φυλάσσει: ἑώρων, ἑήνδανε, ὁ δὲ πλεονασμὸς οὐ φυλάσσει. Hunc pleonasmum distinguimus proprio diectasis nomine tum in verbis perispomenis: ὁρόω etc., de quibus alio loco exacte disseruimus [Technol. diss. X], tum in nominibus: βοώτης id est βούτης, θόωκος, αὐτοχόωνος etc. Atque in horum similitudinem incurrunt etiam nonnulla illorum heroicorum nominum, exempli causa Δημοφόων Δημοφῶν, Ξεινοφόων in Timonis versu et Christodor. Ecphras. 388 etc. a verbo φάω ut videtur, unde ἀμφιφῶν. Hinc proxime delapsum est Ξενοφάων, quod grammatici nomini usitato thematis loco subiiciunt, v. Prolegg. p. 40 sq. Id autem non ex usu sumtum esse colligitur ex Herodiani Mon. 10. 7 τὰ περισπώμενα ἐν πλείοσι συλλαβαῖς διὰ τοῦ $\overline{ο}$ λέγεται: Δημοφόων, Καλλικόων, Ἱπποθόων [8]), quod EM. 513. 31 ex Ἱπποθῶν factum dicit per diaeresin, sed credibilius est, illud per paragogen ab Ἱππόθοος processisse. Cum verbo, quicum ἀμυνοκῶν compositum est, cohaeret Εὐρυκόας μεγα-

8) Longe hinc distant simplicia, quae alpha longum in paralexi habent perispasi alienum: Ἀρετάων, Ἱκετάων, Ἑλικάων.

λόνους Hesych., et ex tribus feminini εὐρυκόωσα interpretamentis, εὐρυνώμενος (sic) ἢ πολυάστερος νὺξ ἢ πολλοὺς κόους τουτέστι κοιλώματα ἔχουσα primum nescio an εὐρύνοος *) scribendum sit; noctis vero stellatae epitheton *late lucentem* significare dixerim a verbo homonymo κέω τὸ καίω EM., ex quo θυοσκόος et λυχνοκῶσα ducta sunt; ad tertium referri potest, quod Euphorio dixit Κητὼ εὐρυκόωσα Meinek. Anall. p. 121 maris et deae marinae cognomina confundens fere ut Ἀμφιτρίτη ἀγάστονος [Proll. 41 n. 48]. Si primum illorum valet, Ἱπποκόων nihil aliud significat quam Ἱππόνοος. Sed ut omnium origo explicetur longe abest. Diectasis igitur (ne longum faciam) de substantia vocalis nihil limat; diaeresin autem vere et proprie appellamus, si longa in duas breves dissolvitur: ἆται—ἄαται, δῆλος—δέελος, Κῶς—Κόος. Sed de hoc plus satis. — Singularibus asserendum est verbum πρῶσαι, non simplex illud, quod cum πέπρωμαι cohaeret, v. ad Buttm. p. 283, sed syntheton, quod glossographi προῶσαι explicant vocali praepositionis licenter contracta potius quam elisa. — Pro mendoso προὔφειλες, quod Matthiae §. 51 p. 153 ex Arist. Vesp. 3 affert, restitutum est praesens [p. 63. n. 2]. — Verborum in $\overline{οω}$ conversiones ἐὰν χρυσῶμαι etc. praetereo, neque opus est admonere εὐνόως et εὔνως a diversis nominativis declinata esse. — Synizesis in hoc genere universo vestigium nullum praeter genitivum, quo Hesiodus versum orditur Theog. 983 βοῶν ἕνεκ' εἰλιποδάων, cui Muetzellius p. 38 fidem non abrogat, sed Goettlingius praeoptat crasin insolentem βῶν.

§. 6. Contractio vocalium $\overline{υα}$ et $\overline{υε}$ in $\bar{υ}$ propria est substantivorum casibus in $\overline{υας}$ et $\overline{υες}$ excidentibus et terminationibus quibusdam verborum in $\overline{υω}$ et $\overline{υμι}$. Utrumque genus technici conserte proponere solent. Sic Herodianus ad XII 286 πάντα γὰρ εἴλυται — προπερισπῶσιν, ἵνα ἐκ τοῦ εἰλύαται συναλοιφὴ ὑπάρχῃ. Οὐκ ἀήθης δὲ ἡ τοιαύτη συναλοιφή, εἴγε καὶ νέκυας φορέειν ἔφη, ἀλλαχοῦ δὲ ἐκ δὲ νέκυς οἴκων φόρεον. Et ad XXIV 1 λῦτο — εἰ παρατατικός, δύναται κρᾶσις εἶναι τοῦ ἐλύετο ὥσπερ

*) *Hoc Lobeckium voluisse existimo, non enim satis distincte scriptum est.*

ἰχθῦς, μῦς, ῥῦσθαι, quem sequitur Arcadius 196. 17 πᾶν δίχρονον ἐκ κράσεως ὃν ἐκτείνεται: οἱ νέκυς, οἱ βότρυς, ῥῦσθαι. Nunc de singulis referam, quae prisca schola tradidit, ac primum de verbis. Plutarchus de Poes. Hom. c. XII 487 T. XII ἀττικῶς εἴρηται τὸ ῥήγνυσι ῥέοντες Il. P 751, ζεύγνυσι, ὄμνυσι (his accentibus). Hanc Herodianus apud Choerob. Can. 861 κυρίως διαίρεσιν appellat, quae specie modo cum accusativo ἰχθῦς congruit et propterea ἡ δοκοῦσα συναίρεσις dicitur. Naturalis quidem terminatio est ῥήγνυνσι ut δίδονσι, sed quia νσ asymploca sunt, Dores sigma in tau mutant, ceteri ny in alpha. Et duorum verborum εἰλύομαι et ἐρύομαι tempora praeterita, quae consonam illam ante terminationem ται et το habent, eam vel abiiciunt vel in α breve convertunt: εἴλυνται, εἴλυται, εἰλύαται, in quibus libri ubique discrepant. — Hinc sermo procedit ad substantiva in υς υος, quorum ex magno cumulo Homerus triginta quatuor decerpsit, atque horum accusativos plurales posuit partim integros, partim corruptos, non solum ubi metrum poscit ut σῦς μὲν ἔθηκας, γραπτῦς ἀλεείνων et eadem ratione κλιτῦς, ὀφρῦς, Ἐριννῦς, sed etiam ubi non respuit: ἰχθῦς ἀγρώσσων in primo pede, γένυς, δρῦς, quae Thierschius indicat §. 191. 26 forte oblitus bisyllabi ἐκ δὲ νέκυς οἴκων φόρεον, quod schol. XXIV 665 cum optativo δαινύατο δαινῦτο componit. Zenodoto Il. II 4 πολῦς scribenti pro πολεῖς Aristonicus respondit μόνα τὰ εἰς υς μονογενῆ δύναται παρὰ τὴν ἔκτασιν ἢ συστολὴν ἑνικὰ καὶ πληθυντικὰ γίνεσθαι οἷον βότρυς βότρυς· nimirum quia adiectiva non per υος declinantur, sed εος. [Vol. I p. 233]. Neque neutralia in υ υος crasi apta habentur; δάκρυα bisyllabum apud Pindarum olim synizesi defendebatur, nunc δάκρη substitutum est ex δάκρεα contractum, v. Schneidewin. ad Scol. I 2. Illam nonnulli transtulerunt ad Homericum Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ aut υα vocales in unam syllabam coactas rati, aut ιῳ, plerique vocalem prioris vocabuli ultimam cum prima alterius consarcinandam putant. Sed de substantivis in υς adhuc addendum est, sermonem communem in universum pauca ad se recepisse partim derivata partim primitiva. Illa constant e solis numerabilibus: τριτύς, τετρακτύς, πεντηκοστύς, ἑκατοστύς, altero genere continentur sub-

stantiva diversa significatione et specie, quae si cum universa copia huius ordinis contenduntur, vix dimidiam partem aequant. Ambo autem conveniunt in flexu accusativi, nam quod Phrynichus App. 44 de uno illorum dicit *ἰχθῦς ἀττικώτερον ἤπερ ἰχθύας*, valet de omnibus; sed exteri non raro resumunt integros. Inter *ἰχθῦς* autem et *ζευγνῦσι* quid differat, Herodianus docet, illud synaeresi vindicans, hoc diaeresi apud Choerob. 861. 15.

Υε contrahitur in duobus vocabulorum generibus, quae modo absolvimus et a veteribus quoque uno modo explicantur: *τὸ λῦτο, εἰ παρατατικός ἐστι, κατὰ κρᾶσιν γέγονεν ἀπὸ τοῦ ἐλύετο ὡς ἰχθύες ἰχθῦς* EM. 572. 10, cumque eodem nomine schol. Il. XXIV 1 infinitivum *ῥῦσθαι* comparat. In verbis Homericis quanta sit librorum inconstantia et quam diversa criticorum iudicia, late expositum est ad Buttm. p. 6 sq. De substantivis nihil adnotare subvenit nisi scriptores Atticos nominativis integris paene saepius uti quam affectis, *πεντηκοστύες* Thucyd., *βότρυες* Xenoph., *ἰχθύες* Plat. etc. Dativos in *υσι* Herodianus apud Choerob. p. 115. 4 ypsilon breve habere docet *χωρὶς τοῦ μῦς — μυσί· τοῦτο γὰρ φυλάττει τὸ ῡ ἐκτεταμένον· Λαμβάνεται δὲ αὐτοῦ Ὧρος λέγων μηδαμῶς εὑρίσκεσθαι τὸ μυσὶν ἐκτεταμένον. Εὑρίσκομεν δὲ αὐτὸ ἔχον τὸ ῡ ἐκτεταμένον καὶ συνεσταλμένον ἐν τῇ Μυοβατραχομαχίᾳ.* Hic autem magnopere vereor, ne canonista turbas dederit. Herodianum scimus aliquando de nomine *λίς* eiusque mensura duplici disputasse appositis Antimachi verbis *λῖες μέν ῥα λίεσσι* Choerob. 181. 22, cf. Meinek. Anall. 63, atque huic schol. Il. XI 480 adiecit *ὡς μύεσσι*, id autem Choeroboscum decepit, *μυσί* ex *μύεσι* contractum natura ῡ longum habere. Sed huius prosodiae exemplum in hoc et similibus *δρυσί, συσί* etc. nullum extat; in Batrachom. v. 173. 174 *μυσί* bibreve est.

Ceterarum vocalium *υη*, *υο*, *υω* complexio rarissima. Quae antiatticista affert in Anecd. Bekk. 104. 9 *κύημα ἀντὶ τοῦ κῦμα*, a diversis praesentibus ducta sunt. *Θῦμα* a verbo *θύω*, *θύημα* *thus* a *θύος* potius significatione paullum discreta [I 329]. — *Θυλῆσασθαι* Poll. codd. nonnulli Dindorfio probatum, sed Bekkerus *θυηλῆσασθαι* retinuit. — *Βοτρυδόν* ad syncopen

retuli in Elemm. I 332, sed obstare videtur vocalis mediae longitudo. — Subiunctivos ὅπως μὴ σκεδάννυσι et μὴ σκεδάννυνται apud Platonem et ὅταν ἐπιδείκνυνται Lucian. Salt. §. 70, quos Buttmannus §. 107. 36 cum Bekkero properispomenos fecit, accentus codicum consensu confirmatus syncopae vindicat, quae $\bar{\upsilon}$ breve relinquit [cf. Vol. I l. l. ῥήγνυνται]. — In nominibus cum δρῦς compositis Graeci $\bar{\upsilon}$ connexivum modo integrum retinent: δρυοπαγής, modo abiiciunt, vocalem quae antecedit corripientes: δρυτόμος, ut saepe epici, v. Spitzner. Prosod. 97; aut etiam hanc producunt, v. ad Phryn. 697 [Pathol. I 307], sive arsi elatam, sive per crasin. — Ypsilon breve habet μυγαλῆ in thesi positum in Damocratis iambis v. 20 apud Galen. de Antid. XV 91 T. XIV, longum vero μυογαλῆ in principio versus Nicand. Th. 815. — In Il. XVI 321 pro στὰς πρόσθεν νέκυος in Harl. scriptum est προπάροιθε νέκυος, quod Clarkius synizesis nomine excusat, nec detrectat Thierschius §. 191. 25. — Eadem ratione usus Jacobsius ad Anthol. p. 938 δύω scripsit, duas syllabas in unam contractas esse statuens ut in Lucretiano *duellicus*. Monosyllabum δυοῖν Soph. Oed. T. 640 Hermannus defendit exemplo poetae Latini *duodecies* in principio hexametri ponere ausi. Numerale Graecum attingit EM. 294. 25 ἐκ τοῦ δύο καὶ τοῦ δέκα γίνεται δυοδέκατος καὶ κράσει δώδεκατος [Vol. I 327]. — Nomen *Electryon* et *Electryone* Hesiodus versibus suis aliter adaptare non potuit, nisi aut secundam syllabam corriperet aut tertiam et quartam unius instar haberet, quod certissime Euripides sibi permisit in genitivo Ἐρινύων, eodemque modo Pindarus γενύων pronuntiavit, quibus G. Dindorfius praefert perispomena Ἐρινῦν, γενῦν, cf. Schneidew. ad Pyth. IV 225.

§. 7. Ὠὰς et ὤατα propria sunt dialecti Doricae, usus recepit οὖς et ὦτα quasi contractum. Κῶας EM. 550. 12 e κώς (hoc accentu) pleonasmo prolatatum dicit huiusque monosyllabi unum citat testem Nicocharem comicum (Frgm. Vol. II 845), sed antiquitate longe anteit κῶας [Vol. I 404; cf. 227 et Rhem. 314]. — Ἐπωάζω ex ἐπώζω natum esse hoc magis dubium habemus, quod huic saepius iota subscribitur, idque rectius, ut videtur, etsi ἐπωίζω non legimus, sed simplex modo Ὠίζει ἐπικάθηται Hes. Ceterum utrique verbo

commune est, quod ultra imperfectum non declinantur. — Nominis proprii *Ὠρίων*, *Ὠαρίων* iam meminimus*). — Declinabilium exemplum notissimum praebet Prynichus Ecl. 158 *ἐπὶ τῆς αἰτιατικῆς τοὺς ἥρως λέγουσι δισυλλάβως*, cui adieci singularem *τὸν ἥρω* e Plat. Civ. III 391 aliisque inferioribus [Diss. VIII C. V §. 2]. — Eiusdem nominis casus primus pluralis pro *ωε* accepit *ω* abusione quadam poëtica, quam idem Phrynichus notat l. c. *οἱ ἥρωες τρισυλλάβως — ἅπαξ βιασθεὶς Ἀριστοφάνης ὑπὸ τοῦ μέτρου οἱ ἥρως εἶπε*, quod accuratius designat Choeroboscus Can. 258. 32 *Ἡρωδιανὸς φησιν, ὡς οἱ ἥρωες εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν εὕρηται κατὰ κρᾶσιν παρ᾽ Ἀριστοφάνει: οἱ γὰρ ἥρως ἐγγύς εἰσι* (Frgm. Vol. II p. II 1070) [Elemm. I 257 sq.] — Infinitivos *μῶσθαι* et *ῥῶσθαι* contuli in Rhemat. p. 26.

De *ωη* quae referuntur, incerta sunt: *τὸ πρῷν περισπᾶται, ἐπεὶ ἐκ τοῦ πρῴην* Joann. de Ton. 32 (cf. Ahrens Dor. 182). Hic adiectivi *πρώιος* accusativus est adverbialis; illud cum *πράν* Dorico et *πρίν*, *πρό*, *prior*, *pridem*, *pridie* cognatum [v. p. 47]. — Quod Eustathius dicit 746. 45 *ζωρὸν ἀντὶ τοῦ ζωηρόν* refellitur novitate vocis [Rhem. 286 n. 31].

Ωο et *ω* certant in duobus adiectivis *ζωός* et *σῶος*. Illud apud Homerum saepius legitur et quidem sic ut vulgo scribitur bisyllabum, semel metro cogente monosyllabum in primo casu *ἤ κε ζώς* sive *ζῶς ἀμενηνὸς ἔα* Il. V 887, ubi in uno Vindob. scriptum est *ζωός*; semel in quarto *αἴ κεν ζῶν πέμψῃς* XVI 445, ubi alterius scripturae indicia gliscunt: *Ἀρίσταρχος οὕτω μονοσυλλάβως· ἄλλοι δὲ ζωόν*, et sic exhibent editiones ante Heynium omnes profectum ab iis, qui duas vocales pro una syllaba acciperent. Bisyllabam igitur formam probarunt non solum aequalitatis causa, sed etiam quia primitivae similior et ideo poetarum vetustissimo convenientior videretur. Sic enim tradunt scholl. BC. *ζώς ἀπὸ τοῦ ζωός ἐστιν ἡ συναίρεσις, διὸ ὀξύνεται*, et Herodianus a Lehrsio correctus *ζώς ἐξ ὀξυνομένου, ὡς ὁ Ἀσκαλωνίτης φησί, γενόμενον δεῖ ὀξύνειν*. Alios idem sentientes memoravi in Elemm. I 301 [sq. et 472]. *Ζόος* sive *ζοός* quominus pro

*) *In infima pagina adscriptum: „ζωγρεία ζωάγρια". De Ὠρίων p.* 107 *sq.*

primitivo haberetur, impedivisse videtur testium novitas, quorum antiquissimum novimus Epicharmum [1]) ab Herodiano citatum Mon. p. 146 (41. 31). — Alterum adiectivum apponit Herodianus l. c. *μόνον τὸ σῶς ἐστι περισπώμενον — γεγονὸς ἢ ἐκ τοῦ σόος ὡς οἴεται Φιλόξενος ἢ ἐκ τοῦ σάος, ὅπερ κρεῖττον.* Tertiam sententiam amplectitur schol. Eur. Hec. 973 *σῶς ἀπὸ τοῦ σῶος κατὰ συγκοπὴν γίνεται σῶς· τὸ δὲ σῶς δωρικῶς σάος καὶ τροπῇ τοῦ ᾱ εἰς ω̄ σῶος καὶ ἐκβολῇ τοῦ ō σῶς*, qui quod de Dorismo dicit, planum fit ex schol. Hesiod. Scut. v. 1 *ἀπὸ τοῦ σέω τροπῇ δωρικῇ τοῦ ε̄ εἰς ᾱ σάω γίνεται, ἀφ' οὗ καὶ ὁ σάος, ἀπὸ δὲ τούτου συναιρέσει σῶς, καὶ σῶος ἔπειτα διαλύσει τοῦ ω̄ εἰς ω̄ο.* Fundamentum igitur esse putant *σάος*, quod obsedit libros quosdam Il. XVI 252 *διχῶς γράφεται καὶ σόον καὶ σάον* schol. A., ipsum vero non cognoscitur nisi ex ampla, quam produxit, subole: *ἡ σᾶ, σαοῦν, σαώτερος, σαόφρων*, sed duorum adiectivorum utrum ei propius sit, ambigi videmus. Buttmannus §. 61 adn. 3, Matth. p. 316, Mehlh. 190 ex *σάος* primum *σῶς* contractum, hinc porro adhibita diectasi *σῶος* porrectum esse statuunt. Atque huic coniecturae quodammodo opitulatur aetas testium. Etenim omnium antiquissimus bisyllabo, quantum nos quidem novimus, in totum abstinet. Nam quod Spitznerus refert, pro *ἀελπτέοντες σόον εἶναι* olim vulgo lectum esse *σῶον* quasi correpta vocali priore, id equidem in nulla editionum, quarum copia data est, reperi; nec magis hoc usi sunt poetae scenici; scriptoribus Atticistae solum pluralem *οἱ σῶοι* concedunt, quem Thucydidis codices omnes adversus L. Dindorfium tuentur. A verbo defectivo *σόω* (Rhemat. 21) primo satu ortum est *σόος* Homero frequentatum non solum metri causa, sed etiam ubi *σῶς* substitui potest, ut in Il. I 117 *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σῶν ἔμμεναι*, de quo Didymus *σῶν αἱ Ἀριστάρχου, οὐ διῃρημένως σόον, ἀλλὰ σῶν· συνᾴδει δὲ καὶ τὸ „νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος“* (Od. ε 305), *ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ διαιρεῖ „σόον δ' ἀνένευσε“* (Il. Π 252), cf. Nitzsch. ad Od. X 268. Quae si vera esset diaeresis, pro principali poni deberet *σοῦς*, quod non legitur nisi in syntheto *εὔσους* [v. p. 65 et 76].

---

1) Matthiae p. 317 lapsu calami Thucydidem appellat pro Theocrito.

— Nec satis apte nomine illo utitur Herodianus Il. VIII 557 *τὸ πρώονες διῃρέθη ἐκ τοῦ πρῶνες*, rectius Choeroboscus omicron ad pleonasmum refert, v. Elemm. I 471, ad diectasin, quod idem est, Buttmannus. — De *δμώς δμωός* et similibus quid veteres coniectaverint. l. c. relatum est. — In Od. VI 302 *οἶος δόμος Ἀλκινόοιο ἥρως· ἀλλ' ὁπότ' ἂν* — unus Vindob. *ἥρω* praebet, v. Nitzsch., ceteri *ἥρως*, idque scholl. pro vocativo *ὦ ἥρως* habent; longe vero aptior est genitivus *ἥρωος*, ut nunc scribitur, cuius vocalis media aut cum extrema per synizesin, ut Barnesius ait, coalescit, aut corripitur ut *πατρῴος* apud poetas Atticos [Tom. I 319 sq.]

Vocales, quae in *θωύσσω*, *ζωύφιον* se excipiunt, nunquam coeunt nisi in Ionicis *θωῦμα*, *τρωῦμα*.

Cap. III.

De coniunctione vocalium et diphthongorum.

§. 1. $\overline{A}$ cum $\overline{αι}$ in positione recta arctius copulatum non reperi; nam pro *μναῖος* in locis ad Phryn. 553 et Parall. 21 collatis rectius *μναα῀ος* scribitur. Sed speciem contractionis grammatici subiiciunt personis secundis duorum verborum in $\overline{μι}$ et totidem perispomenorum. De illis Choeroboscus Can. 879 *τὸ δύνῃ καὶ ἐπίστῃ κατὰ πάθος λέγουσιν (Ἴωνες) ὡς ἀπὸ τοῦ δύνασαι καὶ ἐπίστασαι δύνααι καὶ ἐπίστααι* (adde *καὶ τροπῇ τοῦ* $\overline{α}$ *εἰς* $\overline{ε}$ *ἰωνικῶς δύνεαι καὶ ἐπίσταιι*) *καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ* $\overline{ε}$ *καὶ* $\overline{α}$ (scrib. $\overline{αι}$) *εἰς* $\overline{η}$ *δύνῃ, ἐπίστῃ· καὶ μένει τὸ* $\overline{ι}$ *προσγεγραμμένον.* Et iisdem fere verbis 673 *δύνασαι καὶ κατ' ἀποβολὴν τοῦ* $\overline{σ}$ *δύνααι καὶ τροπῇ τοῦ* $\overline{α}$ *εἰς* $\overline{ε}$ *δύνεαι καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ* $\overline{ε}$ *καὶ* $\overline{αι}$ *εἰς τὸ* $\overline{η}$ *δύνῃ, καὶ μένει τὸ* $\overline{ι}$ *προσγεγραμμένον.* His adiiciuntur duo perispomena. In schol. Harl. ad Od. XI 221, ubi legitur persona tertia *δαμνᾷ ὡς κιρνᾷ*, ex improviso incidit mentio secundae ab hoc loco alienae: *ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης συνεδάμνα*, et paulo post *δαμνᾷ περισπωμένως ἀπὸ τοῦ δαμνῶμαι ὡς πειρῶμαι „πειρᾷ ἐμεῖο γεραιέ"* (Il. XXIV 390) *καὶ ἐκφωνουμένου τοῦ* $\overline{ι}$ *ὡς τὸ δύναι παρ' Ἀττικοῖς. Συνεδάμνα*, quod nusquam invenitur, mendose scriptum est pro *σὺ δάμνα* Il. XIV 199

σὺ πάντας δαμνᾷ ἀθανάτους [1]), sic enim vulgo legitur, sed nonnullos pro perispomeno dedisse paroxytonon colligitur ex schol. Vat. h. l. δαμνᾷ ὁμοίως τῷ „πειρᾷ ἐμεῖο", οἱ δὲ δώριον αὐτό φασιν ἀντὶ τοῦ δάμνασαι· οὕτως Ἀρίσταρχός φησιν (adde ὡς τὸ) ἐπίστᾳ, δύνᾳ· τὸ ὅλον δὲ ἐπίστασαι· Δάμνα si scribitur sine iota, tota syllaba recisa est, quo alpha breve relinquitur; longum efficitur synaeresi δάμνασαι δάμναι, δάμνᾳ et deinceps iota, quia ineffabile est, omisso δάμνα, quod in Harl. Ptolemaeo assignatur. Alterum huius heteroclisiae exemplum indicat schol. Soph. Oed. C. 767 (763) τί ταῦτα πειρᾷ; — βαρυτόνως ἀναγνωστέον, οὐ περισπωμένως· οὕτω Δίδυμος. Hic Schmidtius ad Didym. 241 adverbia transponenda putat περισπωμένως, οὐ βαρυτόνως, sed hoc nihil ad nostram quaestionem, quae est de verbo heteroclito πειρῶμαι et πείραμαι, illud pervulgatum, hoc ex omni memoria evulsum. Utrumque distinguit cod. Laur. πείρᾶι scribens accentibus duobus, quorum alter ad πείρα spectat, alter ad πειρᾷ. Gravis indicat personam secundam πείρασαι, cui si tres detrahuntur literae ultimae, alpha breve remanet, quod quia metro repugnat, barytonesis auctores πείρᾳ scripsisse oportet ex πείρααι contractum ut δύνααι δύνᾳ. Πειρᾷ qui praetulerunt, a ficticio πειράεσαι progressi sunt ad πειρᾶσαι circumflexa media more recentiorum ut κτᾶσαι, ἀκροᾶσαι, v. ad Phryn. 360, hinc autem πειρᾶ natum voluerunt sine iota per apocopen, quomodo nonnulli illud δαμνᾶ expedivisse videntur, plerique vero δαμνᾷ, πειρᾷ et cetera per crasin.

Alpha cum $\overline{\varepsilon\iota}$ connexum volunt in nomine deae Δαῖρα, quod ad proprium affectionum genus refertur in Exc. Paris. ad Gregor. 679, Anecd. Bachm. T. II 368 ἔκθλιψις συναίρεσις καλεῖται, ὅταν ἑνὸς φωνήεντος ἐκβληθέντος τὰ λοιπὰ συνάπτηται ὡς ἐν τῷ Δαῖρα ἀντὶ τοῦ Δάειρα ἐκθλίβεται μὲν τὸ $\bar{\varepsilon}$, τὸ δὲ $\bar{\alpha}$ καὶ $\bar{\iota}$ συναιρεῖται εἰς τὴν $\overline{\alpha\iota}$. Contrariam vero viam ingressi alii Κάειρα e Καῖρα, quod suo periculo

---

1) Mirum est, quomodo haec corruptio Porsoni et Buttmanni aciem effugerit. [cf. A. Lentz Philol. XVII p. 518 et infra Diss. de Apocope cap. VI.]

fingunt, natum censent, cf. Proll. 38 sq. Nobis de huiusmodi vocabulis iudicandi facultas non datur[2]). — Idem confitendum est de appellativo *Ζάειρα ἐπιβόλαιον* Phot., pro quo *ζείρα* dicitur, sed huius quoque origo abscondita. — Sed manifesto tenetur compositio adiectivi *ἀϊκής* et adverbii *ἀϊκῶς*[3]), quae critici tragicis pro bisyllabis attribuunt, v. Hermann. ad Prom. 473, ubi libri *ἀεικῶς* exhibent correpta media, et sic olim a nonnullis scriptum esse apparet ex schol. Il. XXII 336 *ἀϊκῶς οἱ μὲν δισυλλάβως αὐτὸ προφέρονται, οἱ δὲ συνεστάλθαι φασί.* sed systolen respuit tetrasyllabum *ἀεικέλιος* Eur. Andr. 131 et in epigr., quare hic quoque *αἰκέλιος* rescribitur. In substantivo vero *αἰκία* haec crasis ita irroboravit, ut *ἀεικία* sive *ἀείκεια* solis relinquatur poetis. — Atque hoc Eustathius p. 9. 29 et 1336. 60 componit duobus verbis poeticis: *ὡς ἀπὸ τοῦ ἀείρω καὶ φαείνω τὸ αἴρω, φαίνω γίγνεται, οὕτως ἀπὸ τοῦ ἀεικίζω καὶ τῆς ἀεικίας τὸ αἰκίζω καὶ ἡ αἰκία.* De contractione assentit EM. 789. 56 *ἀπὸ τοῦ φαείνω ἀποβολῇ τοῦ ε̄ καὶ συναιρέσει φαίνω ὡς ἀείρω αἴρω.* Optionem nobis dat schol. Il. IV 142 *φασί τινες τὴν Κάειραν διαιρεῖσθαι, οἱ δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ φαίνω φαείνω.* Ad iudicandum, utra via ii, qui primi his vocibus usi sunt, processerint, certae nobis rationes desunt. Buttmannus quidem in Indice Anom. II 311 *ἀείρω* Homero familiare bisyllabo antiquitate antecedere statuit idemque decernit de *φαείνω* et *φαίνω.* Alius dixerit a *φάω* eodem tractu duo verba producta esse, *φαίνω* et *φαείνω*, illud intus auctum ut *βαίνω, δραίνω,* hoc extrinsecus ut *ἀλεείνω, ἐρεείνω* [ad Buttm. II p. 312, Rhem. 138, Prolegg. 39]. — Tertium adnotat Choeroboscus in EM. 21. 9 tanquam eadem passum: *τὸ ἀείδω ᾄδω κράσει τοῦ ε̄ καὶ ᾱ εἰς ᾱ μακρὸν καὶ συναιρέσει τοῦ ᾱ καὶ ῑ εἰς τὴν ᾳ δίφθογγον.* Differt igitur a duobus illis, quae diphthongum propriam habent, *ᾄδω* vero

2) Quod Hesychius servavit *Κραρᾶ πέπονθε τὴν κεφαλήν* non substantivum est, ut interpretes sumunt, sed verbum *κραιρᾷ*. *Κάραι συκαῖ* Hes. scrib. *Κᾶραι* id est *caricae*.

3) Anecd. Bekk. 360. 26 *αἰκῶς δισυλλάβως ἀπὸ τῆς αἰκίας. Οὕτω Πλάτων*, sed apud hunc neque hoc neque alterum invenitur.

et ᾠδή Homero ignota primum in hymnis Homericis leguntur, v. Muetzell. ad Theog. 37. Etymon evanuit, sed cum verbis notis composita sunt ἀεικής et ἀειδής, quorum alteri poetae αἰκής substituunt, alteri ἀΐδης, et ex hoc nomen Orci ᾅδης ductum creditur proprie significans τὸν ἀφανῆ sive ἀΐδηλον, sicut Sophocles illum appellat [v. p. 6 sq.] — Illius simile Porsonus finxit ᾳκής iota alpha longo subscribens. — Temenicum Ἀμφιάρειον cum similibus quibusdam syncopae nomine protuli Elemm. I 230, cf. Parall. 29 adn. 25 [Phryn. 370.] — De verborum in $\overline{αω}$ contractione in $\overline{ᾳ}$ et $\overline{ῃ}$ et de iota vel subscripto vel omisso dicere supersedemus; qui σμᾶν, γελᾶν etc. sine eo scripserunt, tacito suffragio confirmant Choerobosci canonem p. 721 nullum infinitivum in $\overline{ν}$ exeuntem ante hoc habere ἀνεκφώνητον [Techn. 188 n. 9].

$\overline{Ααυ}$ a crasi abhorret; nam quod deus barbarus Τααυτό; idem Ταῦθος vocatur, nihil ad rem; neque huc convenit synaloephe ταὐτά.

Restat $\overline{αοι}$, quod in optativis verborum in $\overline{αω}$ desinentium contrahi grammatici docent: ὁράοιμι ὁρῷμι, ὁράοιτε ὁρῷτε καὶ πλεονασμῷ τοῦ $\overline{ο}$ ὁρόῳτε Eustath. 481. 39; κτῴμην σὺν τῷ $\overline{ι}$ ἀπὸ τοῦ κταοίμην EM. 542. 46, et hanc unam formam fert sermo numeris solutus. — Nominis huc redacti exemplum unicum est ᾠδή *), quod primum legitur in hymnis Homericis, nonnulli vero idem scribendum putant in Hesiodi et Pindari versibus, ubi ἀοιδή bisyllabum est, sed plerique defendunt non contractum, tres primores vocales per synizesin proferentes ut novissime Schneidewinus ad Nem. XI 23. — Nomen proprium idemque Mercurii epitheton Σῶκος, quod Homeri explicatores σάοικος interpretantur, sine dubio simplex est a verbo σόω, v. Rhemat. 285 [Proll. 323].

$\overline{Αου}$ in $\overline{ω}$ contrahitur in verbis iisdem, quae $\overline{αοι}$ in $\overline{ᾳ}$ mutant, et haec quoque diectasi amplificantur: ἀλόω διαίρεσίς ἐστι τοῦ ἀλῶ schol. Od. V 377.

§. 2. Praeter verba praedicta duo sunt genera, quorum secundae personae in $\overline{εαι}$ exeunt, barytona et circumflexa

*) *Haec verba:* „ὁρόῳτε Eust. — — unicum est ᾠδή“ *deleri velle se Lob. ipse significavit, sed quod in eorum locum substituatur nunc quidem nihil usquam comparet.*

primae coniugationis. Homericorum bene multa contulit Thierschius §. 221 n. 78, sed omisso loci, quo quaeque leguntur, indicio. Id autem ad nostras rationes magni momenti est, ex hoc enim solo cognoscitur, utrum syllabae finales integre pronunciatae, an contractae, an per synizesin contractis similes redditae sint. Plerumque quidem epsilon metro necessarium est, primum in exitu versus: *κείσεαι αὔτως* Il. XVIII 338, *εἴσεαι αὐτός* XXI 292 et iisdem verbis Od. II 40, *ἐπόψεαι αὐτός* Il. XIV 145, *κήδεαι οὕτως* Il. VI 55, *εὔχεαι εἴτως* XI 388, *κήδεαι υἷος* Od. XVII 397, *εἴρεαι ἄντην* Il. XV 247, *εἴρεαι ἥρως* X 416, quibus locis nemo spondeum optet, quem poeta in aliis quoque versuum partibus, ubi ad metrum nihil interest, dactylo posthabet: *κεχολώσεαι ὅττι κεν εἴπω* Il. V 421, *εἴσεαι αὐτὸς ἐπελθών* Od. XXIV 506, et Il. IX 40 *ἔλπεαι υἷας Ἀχαιῶν* et in eodem loco *οἴεαι* Il. I 561, Od. III 255, X 380, *ὀδύρεαι* VIII 577, *δυνήσεαι* Il. I 562, *ἀποίχεαι* XIX 342, *ἄρεαι* XXIV 390, *ἐλεύσεαι* Od. X 267, *ἔλδεαι* XXIII 6, *μαίνεαι* IX 350 sicut alia polysyllaba: *ἐπιτέλλεαι* Il. X 61, *ἐπιβήσεαι* VIII 165, nec minus in principio: *πεύσεαι ἀγγελίης* Il. XVIII 19, *βούλεαι ὄφρ' ἂν ἔχῃς* Od. XVIII 364, *αὐγάσεαι* Hes. Opp. 478, *δεύεαι Ἀργείων* Il. XXIII 484, sed idem, quando opus est, contrahitur: *δεύῃ ὅ κε μνηστῆρσιν* Od. I 254, eademque causa diversitatis: *γνώσεαι Ἀτρείδην* Il. X 88, *γνώσεαι, οὐ μὲν γάρ* Od. XVI 310, et *γνώσῃ ἔπειτ'* Il. II 365, *ὄψεαι αὐτὸς ἄγων* Il. XXIV 601, *ὄψεαι ἢν ἐθέλῃσθα* IV 353, et iisdem verbis VIII 471, IX 359, Od. XXIV 511, sed *ὄψει ἐν Ἀργείοισιν* Il. XXIII 620, et in quinto pede *ὄψει Ὀδυσσεῦ* Od. XII 101*), *ἔλπεαι αἲ* XXI 314 in primo pede, sed post tertiam caesuram *αὐτὰρ ἐπὴν ἡμέας ἔλπῃ ποτί* VI 297. Versus lege tenentur anapaestica *σὴν ἔδεαι κραδίην* Il. XXIV 129, *μάχεαι* XVII 471, *ἔσεαι* I 563, *ἔχεαι* Od. XVIII 123 omniumque frequentissimum *κέλεαι* et in clausula versus *ἐνισπήσω, κέλεαι γάρ* Od. V 98 et in aliis partibus Il. I 134,

---

*) *Bekkerus et hoc loco et Il. XXIII* 620 *ὄψεαι et II* 365 *γνώσεαι, sed idem non solum coniunct. ἔλπῃ, verum etiam δεύῃ Od. I* 234 *aliisque locis τεύξῃ, κεκλήσῃ, νεμεσίζῃ, (ἔσῃ, βέῃ, μετατρέπῃ,) nusquam non sequente vocali.*

XII 235, XIV 96, XVII 286, Od. IX 274. Hinc manifestum fit, epicos catalexin Ionicam sectatos esse tanquam normam, quoad per metrum liceret. Sed iidem tamen, si trisyllabum aliquantulum obstrigillaret, nihil veriti sunt vel a crasi auxilium petere vel a synecphonesi. Iambi instar est Od. V 174 ἤ με κέλεαι σχεδίῃ, quod Ernestium ita offendit, ut μέ antiquitus traditum tollere auderet, cautior Barnesius monet ita κέλεαι enunciandum esse ut κέλῃ, quod ipsum legebatur Il. XXIV 434 ὅς με κέλῃ σέο δῶρα, sed Wolfius, Bekkerus, Dindorfius κέλεαι, et hoc iam suasit Ernestius a codicibus quibusdam oblatum Od. IV 812 καί με κέλεαι παύσασθαι, idemque nunc scribitur X 337 ὦ Κίρκη, πῶς γάρ με κέλεαι pro vulgato κέλῃ nullo libro suffragante; εὐοχθέων δ'ἵξεαι πολιόν Hes. Opp. 477 codices exhibent ἵξηαι. παρθένος ἔσσεαι Od. VI 33 Ernestius ita pronunciandum censuit ac si scriptum esset ἔσσῃ. Et Pindarum quoque Boeckhius censet Nott. critt. Ol. XI 13 omnia talia uno modo scripsisse: ἀμείβεαι etc.

Verborum circumflexorum species triplex enarrata est in Elemm I 272 sqq., una omni ex parte perfecta: ἐπαινέεαι, φοβέεαι, quam Homerus versibus suis duplici modo attemperat, aut epsilon posterius eximens: μυθέαι ἀκράαντον Od. II 202, aut ambo εε in diphthongum ει contrahens: ὀψὲ κακῶς νεῖαι ὀλέσας Od. XI 114, ὦ παῖ ὃς ἐν λίκνῳ κατάκειαι, μήνυε H. H. Merc. 254 ex κέεαι natum, unde πρόσκεαι Ionicum in Thaletis epist. Diog. I 44, cf. Dindorf. de Dial. Herod. XXXVIII b., et non alia ratione μυθέεαι transiit in μυθεῖαι Od. VIII 180 ὡς σύ γε μυθεῖαι, ἀλλ' ἐν πρώτοισιν. Illius brachyparalecti accentus est disputabilis. Proparoxytonon exhibent editiones veteres; quod si recte se habet, formae integrae μυθέεαι epsilon evulsum, hanc autem elisionem anabibasmus toni subsequutus est. Nostrorum vero aequalium plerique μυθέαι scribunt ut φοβέαι, quo declaratur syllabam finalem αι non simplicem diphthongum esse, quae in proparoxytonis ἔλπεαι etc. secundum regulam brevis est, sed complicatam ex εαι, unde productio sequitur, quam paroxytonesis indicat. Verum his quoque dissentiens Thierschius §. 221 p. 361 necessario μυθέῃ scribendum putat epsilo primitivi μυθέεαι ultimo cum

diphthongo propria $\overline{\alpha\iota}$ in impropriam $\overline{ῃ}$ contracto, quomodo vulgo fit: *φιλέ-εαι—φιλέῃ* et iterata crasi *φιλῇ*, *μυθῇ*. Sed recepta scriptura utitur Epim. I 327 ad explicandum *ὄρηαι* (id est *ὁρᾷς*), quod ectasi auctum dicit *ἀντὶ τοῦ ὁρέαι ὡς μυθέαι*, quibus EM. 621. 37 addit *δίζεαι δίζηαι*. Neque contra valet discrepantia accentus; nam is controversus fuit: *τὸ ὁρᾷς Ὅμηρος ποιητικῶς ὄρηαι φησὶ προπαροξυτόνως ἀπὸ ἐνεστῶτος τοῦ ὄρημι, οὗ χρῆσις παρὰ Θεοκρίτῳ· κατὰ δέ τινας ὁρῆαι προπερισπωμένως ἐκ τοῦ ὁρᾶται ἐνδείᾳ τοῦ* $\overline{τ}$ *καὶ τροπῇ τοῦ* $\overline{α}$ *εἰς* $\overline{η}$ Eust. 1763. 24, cf. Duentzer. de Zenod. 63. Huius prosodiae auctores penultimam circumflexerunt subeunte memoria verbi Ionici *ὁρέομαι*, cuius persona secunda *ὁρέεαι* eliso epsilo in *ὁρέαι* transit, hinc productione vocalis mediae in *ὁρῇαι* ut *μυθεῖαι*. — Sine idonea ratione Blomfieldius ad Callim. in Dian. 148 *νεῖαι* hoc loco et apud Homerum in *νείῃ* mutandum suspicatur, id autem esse futurum *νείσεαι*; sed est germanum praesens pro futuro positum ut *βέῃ*, quod Hesychius duplici modo interpretatur *ζήσεις* et *πορεύσῃ*.

Longiore ambage deductum est *μνᾷ*, quod Homerico *μνάᾳ* subsidet; etenim primo loco poni oportet *μνάεσαι*, secundo *μνάεαι*, quod *καθ' ὑπόθεσιν* proficiscitur, hinc *μνάῃ* consistit vocalibus $\overline{εαι}$ in $\overline{ῃ}$ contractis, hoc $\overline{ῃ}$ vero rursus contrahitur cum alpha, quod antecedit: *μνᾷ* et diectasi amplificatum *μνάᾳ*. Huius continuatae crasis documentum praebet *χρῇ* illud, de quo schol. Il. I 216 *ἀπὸ τοῦ χρῶμαι τὸ δεύτερον τῆς κοινῆς διαλέκτου ἐστὶ χρᾷ ἰωνικῶς, ἀττικὸν δὲ χρῇ περισπώμενον*. Nam huc per eosdem quasi gradus perventum est: *χράεσαι*, *χράεαι*, *χράῃ*, *χρᾷ* et *χρῇ*. Contractum *χρᾶσαι* mihi non incidit, sed convenit cum *κτᾶσαι*, quod Phrynichus aspernatur, nec melius sapiunt cetera huius terminationis: *φαίνεσαι* schol. Eur. Orest. 304 et S. Lucae verba *φάγεσαι καὶ πίεσαι*. — Inveteravit vero haec terminatio perfectis passivis: *κέκτησαι*, *κέχρησαι*, *βέβλησαι*, *μέμνησαι*, sed duobus hisce Homerus sigma detraxit: *βέβληαι κενεῶνα* Il. V 284 et correpta media *βέβληαι οὐδ' ἄλιον* XI 380, pro quo Bentleius *βέβλῃ'*, Thierschius §. 149. 4 p. 218 *βέβλεαι* scribendum putavit. Superest tertium *βέβλῃ*, sed nihil

novamus. Huius inconstantiae consors est verbum *μέμνησαι*, quo Homerus semel utitur integro: *ὥς μευ ἀεὶ μέμνησαι ἐνηέος* Il. XXIII 648, semel imminuto: *μέμνηαι ὅσα δὴ* — XXI 442, cuius discrepantiam animadvertit schol. A. *οὕτως ἐνταῦθα μέμνηαι· διπλῆ γὰρ ἡ χρῆσις*, significans aut illud *μέμνησαι* aut quater repetitum *ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε*, de quo rursus schol. A. ad XV 18 *διὰ τοῦ η μέμνῃ εἶχον πᾶσαι*, et Vict. *ἀλλαχοῦ τὸ ἐντελὲς „μέμνηαι ὅσα δή"*. Uberius vero Choeroboscus 673 *ἐκ τοῦ μέμνησαι κατ' ἀποβολὴν τοῦ σ ἰωνικῶς γίγνεται μέμνηαι καὶ κατὰ συστολὴν πάλιν ἰωνικῶς μέμνεαι καὶ κατὰ κρᾶσιν ἀττικὴν μέμνῃ*, cui addit *κάθησαι κάθηαι καὶ κατὰ συστολὴν κάθεαι καὶ κατὰ κρᾶσιν κάθῃ καὶ μένει τὸ ι προσγεγραμμένον* (*ἀνεκφώνητον* dicit EM. 484. 32). Hoc *κάθῃ* usurparunt scriptores non probatissimi, v. ad Phryn. 359 sq., Meinek. Com. Fragm. T. IV 676, qui, quia hoc perfectum sic ut *μέμνημαι* significationem praesentis obtinet, formam quoque huius temporis induere ausi sunt recidenda syllaba *σαι*.

Εαυ literae non constringuntur nisi per synthesin in pronomine reflexivo *αὑτοῦ, σαυτοῦ*, cuius generis primum invenitur apud Hesiodum exemplum *ἑαυτῇ*, quod Muetzellius p. 406 suspectat, immerito, ut videtur.

In vacuum veniunt *εει* et *ει*, quanquam saepe causa affectionis in dubio est, praecipue in syllabis principalibus. Hic nemo est, cui non in mentem veniant verba ab Atticistis atro carbone notata *ῥέει, πνέει* etc. Sed dicendum est aliquid de nominibus poeticis, quorum duplex origo affertur. Numerale *ἕεις* epsilon non ex diaeresi ortum, sed pleonasticum habere Herodianus et alii affirmant in Dissert. de Prosth. p. 60 producti, sed schol. Hes. Theog. 145 *ἕεις ἀντὶ τοῦ εἷς· ἔστι δὲ διαίρεσις τῆς περισπωμένης· εἷς γὰρ ὀξεῖαν διαιρεῖται*, eodemque fert Apollonii sententia Adv. 557. 26 *). Huic simile apponit schol. Harl. Od. XII 417, cuius verba adscripsi in Rhemat. 188 adn. 11 *θέειον πλεονασμὸς ὡς ἕεις*, sed alii contrarium decernunt [Path. I 241 sq.]: *Εὐδαίμων παρὰ τὸ θεός θέειον καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε θεῖον* EM. 449. 22,

*) *v. Schoemann. in Indice scholar. Gryph. hib. 1860 p. 12 sq.*

457. 12. Is igitur sibi persuasit, a θεός proxime derivatum esse substantivum cum paragoge disyllaba θέ-ειον, quae non improbabilis est coniectura, etsi semel modo legitur, nec renascitur epsilon in derivatis ἀποθειοῦν, περιθειοῦν [Elemm. I 414 n. 2]. Item semel inventum est χέεια Nic. pro χειά, accentu, quem periectica in ultima habent, ad primam translato; hoc autem plerique a χέω χείσομαι repetunt ut a χρέω χρῶμαι χρεία, μνέω μνεία [Proll. 45].

Hinc non longe absunt substantiva ab adiectivis in $\overline{ης}$ derivata: ἔνδεια etc. scriptura ancipiti, de qua diversae sententiae grammaticos distinent; Herodianus epsilon cum diphthongo mixtum, Choeroboscus per syncopen ablatum esse arbitratur. De his et de adiectivis κλεεινός κλεινός dictum est in Elemm. I 242 sq. [cf. p. 255, II p. 15, Phryn. 87.]

Crasis et diaeresis fines certi et descripti sunt in verbis; illa fixa est in circumflexis φιλεῖν etc., altera poetae epici utuntur in infinitivis authypotacticorum ἰδέειν, μαθέειν, cetera in Dissert. de Diectasi p. 426 relata.

Aeque nota est crasis vocalium $\overline{εη}$ in subiunctivis ἐὰν ᾖ, φιλῇ etc., sed ordinem excedunt verba bisyllaba: μὴ ἐγχῇς semel lectum in Arist. Vesp. 616 et ἐὰν δῇ saepius in comicorum versibus, quod nonnulli δέῃ scribunt synizesis praetextu, et longius etiam egreditur ἐὰν δεῖ [1]). Haec disputavi in Elemm. I 243. — Verum illa, quae de μέμνῃ tradita sunt, in memoriam redigunt eorundem grammaticorum de subiunctivis quibusdam placita. Etenim veteres magistri tironum commoditati inservientes personam secundam ex tertia nasci docent quum alia occasione tum etiam huiusmodi exemplis: Ἴωνες ἀποβάλλοντες τὸ $\overline{τ}$ τοῦ τρίτου προσώπου δεύτερον ποιοῦσιν· ὡς τὸ „κέλεαί με" οὕτω ἴδηται ἴδηαι EM. 466. 6. Hoc ἴδηαι apud Homerum legitur saepius, sed parum opportune promitur a schol. Pind. Pyth. IV 274, quem locum editiones veteres sic exhibent mendose: μή τι νεώτερον ἀναστήσῃ κακόν. Hic dubium est, utra persona aptior sit,

1) Matthiae p. 151 adn. i. ea, quae de hoc verbo dixi, de δεῖ *oportet* dicta putavit.

secunda ἀναστήσῃς, an tertia ἀναστῇ. Ambigit vetus interpres: μή τι νεώτερον ἀνασταίη κακόν· ἐὰν δὲ ἢ ἀναστήσῃ, ὁ νοῦς ἔσται: μὴ ὁ νεωτερισμὸς ἡμῖν ἀναστήσῃ κακόν. Τινὲς δὲ κατὰ συναλοιφὴν θέλουσι τοῦτο ἐξενηνέχθαι ὡς παρ' Ὁμήρῳ „ἵνα ὕβριν ἴδῃ' Ἀγαμέμνονος“ (I 203) ἀντὶ τοῦ ἴδηαι· οὕτως οὖν ἀναστήσῃ ἀντὶ τοῦ ἀνάστηαι. Hic igitur ita arbitratus est, ex ἴδηαι per systolen factum esse ἴδεαι, hinc autem accedente crasi ἴδῃ, quod Aristarchus praetulit Attico ἴδῃς. Pindari exemplum eximit Schneidewini correctio. De Homericis ἐπαύρηαι et ἐπαύρῃ monent Graeci interpretes, v. ad Buttm. II 122.

Pro futuro συμβλήσεαι Il. XX 335 Lud. Dindorfius in Thes. T. II 90 C. et VII 1047 A. subiunctivum συμβλήεαι ponendum putat diffisus, ut videtur, futuro βλήσομαι, idque congruit cum tertia persona βλήεται, sed doctorum fratrum alter retinuit vulgatum. Admodum incerta est scriptura praesentis Hes. Opp. 647 βούληαι an βούλεαι, bisyllabum an trisyllabum.

De consequutione vocalium $\overline{\epsilon\epsilon\upsilon}$ nihil subvenit praeter nomina quaedam propria in $\overline{\epsilon\upsilon\varsigma}$ et $\overline{\epsilon\epsilon\upsilon\varsigma}$, quae commodius in Dissert. de Syncope p. 256 tractata sunt.

$\overline{E o\iota}$ synizesi coartantur interdum in nomine θεοί, cf. Muetzell. de Theog. p. 37, sed crasis exempla affert Joannes Acc. 15. 19 συναλοιφῇ σκελοῖν, Δημοσθενοῖν et Herodianus de Genit. parag. 238. 15 T. III ὁ ἁλιεύς τοῦ ἁλιῶς· τὸ δυϊκὸν εἰς τὴν $_{οι}$ συναλείφουσιν Ἀττικοί, sed in nostris aliter scribuntur: πολέοιν etc., v. Mehlhorn. p. 177 adn. 2. Ionicum θεοίμην (Buttm. I p. 517) et verba legitime contracta φιλοίμην etc. praetermitto.

Non minus trita sunt participia in $\overline{\epsilon o\upsilon\sigma\alpha}$ $\overline{o\upsilon\sigma\alpha}$. Haec epsilon verbi thematicum servant: θέουσα, χέουσα praeter οὖσα, συνδοῦσα, καταδοῦσα ut cetera verbi δέω inclinamenta. Ἐοῦσα persaepe Homerus, semel οὖσα usurpavit metro devinctum Od. XIX 489, sed ex hymnis Homericis sustulit Hermannus ad Orph. 824 correctione perfacili. — Epsilon paragogicum epici plerumque integrum praestant: φιλέουσα, nec raro in $\overline{\epsilon\upsilon}$ contrahunt: νεικεῦσι, εἰσοιχνεῦσι Hom., ὑμνεῦσα,

εἰρεῦσα Hesiod.*), semel, nisi fallor, more vulgari in ω ποντοποροῦσα Od. XI 11, pro quo Leonidas Anthol. IX 107 ποντοπορεῦσα; in Maximi versu 357 Gerhardius αἰθροπολεῦσα, sed v. 483 αἰθροπολοῦσα edidit, Koechly utroque loco — οῦσα, neuter quidquam adnotans. Tragici duo ab epicis mutuati sunt ὑμνεῦσα et εἰσοιχνεῦσι, tertium addidit Euripides μυθεῦσα Iph. A 789, suspectum illud propter insolentiam formae activae et quia nullo Homeri exemplo defenditur, quae causae diffidendi Elmsleio fuisse videntur ad Med. v. 421. — Insolitum genus crasis Matthiae §. 78 ult. ex Anecdot. Bekk. 1188 affert tanquam a Choerobosco probatum: Σωκλοῦς, Προκλοῦς. At vero hic in Can. 180. 24 clare docet ἰστέον ὅτι ἡ Ἡρακλοῦς γενικὴ οὐχ εὑρίσκεται ἐν χρήσει, consentiens Theodosio 980. 12, cf. Herod. de Gen. parag. 231. Neque contrarium probatur genitivis Ionicis Doricisve Ἡρακλεῦς, Σωσικλεῦς, v. Keil. Anall. 78. — Participiorum Homericorum μαχεούμενος et μαχειόμενος alterum grammaticis occasionem praebuit effingendae diaeresis, v. Elemm. I 428, sed utrumque a μαχέομαι profectum cum metathesi quantitatis [p. 536], et huc tendit etiam vicissitudo adiectivorum χυτρεοῦν et κεραμεοῦν, quae Planudes gramm. p. 36 in Bachmann. Anecd. T. II coniungit δοκεῖ δὲ καὶ τὸ κεραμεοῦν ἐκ τοῦ κεράμειον γιγνόμενον καὶ τὴν τῆς παραληγούσης ἔκτασιν ἐπὶ τὴν λήγουσαν μετατιθὲν, τὴν δὲ τῆς ληγούσης συστολὴν ἐπὶ τὴν παραλήγουσαν ἀναφέρον [Tom. I 519].

Crasin literarum ε et ω incertam reddit pleonasmus vocalis prioris. Poeticum ἀνῷγμαι non ex ἀνέῳγμαι contractum, sed ab οἴγω declinatum est augmento simplici. Gravioris momenti est μεμνέῳτο Il. XXIII 361 proparoxytonon, ut Herodianus iubet, et cum ι, de quo ille ita loquitur ac si a nonnullis omissum esset: γράφεται δὲ καὶ σὺν τῷ ι· οὕτω καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐκ τοῦ μεμνέοιτο αὐτὸ εἶναι ἡγούμε-

---

*) *In infima pag. adscript.: „ποθεῦσα Od. XIX 136" ut „fortasse addendum" opinor. Addendum autem erat illam scripturam, Ὀδυσῆα ποθεῦσα, dudum cessisse Aristarcheae Ὀδυσῆ ποθέουσα. Homerica enim exempla nescio an dignum existimaverit enumerare omnia, quae non reperi plura quam duorum verborum οἰχνεῖν cum composs. et νεικεῖν, Hesiodea septem, Apollonii nullum, Quinti unum.*

νος, quod sequitur EM. 578. 57 ἀπὸ τοῦ μεμνέοιτο αὐξήσει τοῦ ο εἰς ω. Sed verbi μεμνέομαι memoria nulla extat, probabiliusque fingitur praesens μεμνάομαι per anadromen quandam e perfecto ortum. Hinc autem recte et ordine μεμνῴμην provenit ut κεκτῴμην, unde μεμνῷτο et Homericum illud μεμνέῳτο ἐπενθέσει τοῦ ε Eust. 1305. 46, quod pleonasticum vocat 1332. 18, vel potius ἀναμνήσει τοῦ ἰωνικοῦ μεμνεώμενος. Sed fuisse etiam, qui diectasin praeferrent, ostendit scriptura Harl. μεμνόῳτο ut ὁρόῳτε [v. Vol. I 425 sq., cf. II 42. Bekker. μεμνῇτο].

§. 3. Ad η αι quae pertinent supra, quum de μέμνηαι μέμνῃ verba facerem, exposita sunt.

Ηαυ extra synaloephen (αὐτή) omnino non iunguntur, quare Hesiodus νήϋτμος dicere coactus est suppresso nominis ἀϋτμή alpha principali, quod idem absumitur synaloephe particulae δή αὖτε δηὖτε Apollon. Adv. 495. 3, cf. Schneidewin. *Beitraege zur Kritik der poetae lyrici* p. 43 [supra p. 43, Dissert. VII P. III C. II ex.].

Ηει contrahitur in plusquamperfecto verbi εἶμι, cuius novimus personas duales et plurales ᾖτην, ᾖμεν, ᾖτε, exemplis plurimis, quae Matthiae p. 507 studiose conquisivit adnotatis librorum discrepantiis. Personam tertiam addit EM. 301. 55 εἰσῇμεν ἀντὶ τοῦ εἰσήειμεν σὺν τῷ ι Καλλίας (Com. Fragm. T. II 740) καὶ εἰσῇσαν ἀντὶ τοῦ εἰσήεσαν σὺν τῷ ι Ἀγάθων. Persona singularis numeri ᾖσθα coniectura nititur, v. Hermann. ad Agam. 489. — Adiectiva in ης perispomena λαχνῆς etc. e barytonis in ηεις contracta esse facile unicuique in mentem veniat, idemque statuisse veterum aliquos Arcadius significat p. 24. 20 crasin illam synaloephae nomine indicans, et hac opinione nonnulli τιμῇς et all. scripserunt addito iota, v. Elemm. I 342 sqq., ubi totam huius huius generis fabricam explicui [v. supra p. 102].

Ηευ et ηου nunquam monosyllaba fiunt nisi in diversis vocibus: ηὐλάβεια Sophocl. et ἢ οὐ Homer., quae huius loci non sunt. Sed non obliviscendum est particulae μῶν, quam Apollonius [Coniunct. 494 sqq. multis defendit coaluisse ἔκ τε διαπορητικοῦ τοῦ μή καὶ τοῦ ὦν παραπληρωματικοῦ

(496. 6) ὄντος καὶ Ἰωνικοῦ καὶ Αἰολικοῦ καὶ Δωρικοῖ (495. 7), v. 103].

§. 4. ῑ-ᾱι non conflantur nisi semel in Homerico Ἱστίαια, quod veteres tacite praeterlabuntur, Buttmannus I 110 adn. synizesi effectum putat, quae ceteris probabilior coniectura.— Ante terminationem substantivorum in εια et ειον exeuntium quam facile iota elabatur, ostendunt vocabula in Parall. 28 sq. undique congesta [Pathol. I 279]. Unum horum certo scholae nomine designat Choeroboscus Orth. 270 τὸ ὑγίεια κατὰ κρᾶσιν τοῦ ῑ καὶ τῆς ει γίνεται ὑγεῖα (ὑγεία). Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐκτείνοντες τὸ ᾱ καὶ καταβιβάζοντες τὸν τόνον φυλάττουσι τὴν αὐτὴν γραφὴν hoc est ὑγιεία. Nostris in libris longe multumque superat ὑγίεια, rarum et saepe suspectum est ὑγεία, deficit prorsus ὕγεια proparoxytonon, quod si legeretur, syncopae adscribendum esset, nam haec accentum retro agere solet. Quod l. c. ex Suida attuli: Λάειος φόνος ὁ τοῦ Λαΐου Dindorfius in Thes. sine iota scribendum censet.

Ceterarum diphthongorum una huc convenit υι et ea in uno participio, de quo antiatticista Bekkeri p. 90 δεδιώς τὸ ἀρσενικὸν, δεδιυῖα τὸ θηλυκὸν Εὔβουλος (Com. Fragm. T. III 271). Ad aliam affectionem retulit schol. Apoll. III 753, ubi idem legitur τοῦ δείδω παρακείμενος δείδια, ἀφ' οὗ μετοχὴ κατὰ συγκοπὴν δειδώς, τὸ θηλυκὸν δειδυῖα, nec obstat huic accentus, quem character vocis retrahi vetuit [I 276].

§. 5. Syllabae ō-ᾱι extra causam versantur, nam ἁπλαῖ, διπλαῖ non ipsa contracta, sed a nominativis contractis declinata sunt. Θεαιδής, si Antipho ita scripsit, et Θεαίνετος ō micron more synthetorum exuunt [cf. Vol. I 304 sq.].

Οᾱυ recinit in uno verbo πρωυδᾷν, quod patet ex προαυδᾷν natum esse concretione vocalium οα in ω ut πρόατος πρῶτος etc. — Ionicum est illi simile pronomen ὠυτός ὁ αὐτός κατὰ κρᾶσιν τοῦ αο εἰς ω EM. 826. 1 manente vocali ultima ut νηΰτμος, nam ypsilon in hac serie vocalium tolli posse grammatici negant, unde sequitur ὁμῶλαξ non ex ὁμοαῦλαξ contractum, sed cum ὦλαξ compositum esse.

ō et ει syllabatim audiuntur in adiectivis cum εἶδος connexis, κυνοειδής etc. Horum autem duo metro contraria

Homerus singulari artificio concinnavit, unum synecphonesi, ἀλλοειδής, alterum crasi non minus insolita, θεουδής, quod alii aliter scripserunt et interpretati sunt [Vol. I 242], sed plerique sic ut Epim. II 377. 29 θεοειδής καὶ ἐν συναιρέσει θεουδής, Eustathius 378. 3 κατὰ κρᾶσιν dicit, qua admissa iota ultimum sublatum. Idem consequi poterat omittenda vocali, quae diphthongum anteit, connexiva: ἀλλειδής et θεειδής ut ἑτερειδής, v. ad Buttmann. II p. 450. At vero hac via ille non utitur, sed vocalem plene exprimit: θεοειδής, ἰοειδής, ἠεροειδής. Et haec apud posteriores praevalet ratio. Cum huiusmodi synthetis in libris nostris multifariam confunduntur simplicia in ‾ωδης, et quid quoque in loco praeferendum sit, saepe difficilis est iudicatio, quia significationem natura quidem diversam, sed tamen ita consimilem habent, ut eodem quo syntheta loco conveniant, exempli causa χωρίον τραπεζῶδες Strab. XVII 37. 811 et paulo post πεδίον τραπεζοειδές c. 20. 837, at vir fortis sed idem muliebri specie γυναικοειδής dici potest, sed minime γυναικώδης, quod saepe cum ἄνανδρος iungitur. Itaque nec hoc ex illo contractum neque ἐλαιοειδής ex ἐλαιώδης, ut in Thes. T. III 666 D. dicitur, distractum est [Elemm. I 458 sq.]. — Ab utraque terminatione non longe abest tertia in ‾οεις poetis familiarior, ceterum eodem fere intellectu, velut αἱματώδης, αἱματοειδής, αἱματόεις. Sed ab huiusmodi nominativis qui descendunt casus gradusve omnes sine iota finguntur, prima autem et secunda vocalis metro suadente plerumque in diphthongum transeunt: κνώδαλα πτεροῦντα Aesch., φλὸξ αἰθαλοῦσα, παρθένος πτεροῦσα etc., κεροῦσσα et comparativus τιμούστερος in Inscr. Pontica, unde colligitur, hoc genus adiectivorum iota natura nullum habere; sed subseritur casui primo in vicem consonae ν a sigma abhorrentis: πλακόεις, simul corroborandae syllabae finali [v. supra p. 86 ex.], idque Apollonius adeo usurpatione metrica traduxit ad neutrum σκιόειν, v. Elemm. I 344. Crasis usus in hoc casu reservatus est nominibus topicis: Ὀποῦς, Πιτυοῦσα, et appellativis quibusdam locutionis quotidianae: πλακοῦς, μελιτοῦττα. — De adiectivo φοινικιοῦς Aristoph. Avv. 272 non satis constat, utrius sit declinationis, parisyllabae ut κεραμεοῦς, an im-

parisyllabae, quod schol. sumit: *περισπᾶται τῷ λόγῳ τῶν εἰς ους ἁπλῶν· παρὰ τὴν φοίνικος γενικὴν φοινικόεις καὶ φοινικιόες ἐν ὑπερθέσει καὶ φοινικιοῦς συναιρέσει*, hoc est crasi *τοῦ ο καὶ ε*. Huius igitur sententia fuit, iota terminationis *οεις* ante *ο* positum, hoc autem cum *ε* contractum esse. In Aristotelis libro de Color. c. V plus decies legitur *φοινικοῦς* cum neutro *φοινικοῦν* sive *φοινικιοῦν*, quae ad secundam aeque ac tertiam declinationem referri possunt; sed diversi ordinis sunt *φοινικοῖ* ut *πορφυροῖ* 795. b. 27, *φοινικᾶ* 796 a. 10 et in eadem pagina ult. *φοινικιοῦντα*, quae si vera est scriptura, sic dicamus oportet, pro *φοινικόεις* aliquos *φοινικιόεις* dixisse iota abundante ut *ἀφριόεις* etc., v. Elemm. I 457, sequentes autem vocales more consueto in *ου* contractas esse: *φοινικιοῦς*. *Φοινίκιος* si exstaret coloris epitheton, hinc promtissimum esset *φοινικιόεις* repetere ut *ἄγριος ἀγριόεις*. Hac certe ratione hyperthesin scholiastae placitam effugimus. Sed nolo in re perplexa diutius tricari. — Cum *Ὀπόεις Ὀποῦς* Buttmannus §. 28. 4 p. 105 confert infinitivos *ῥιγοῦν*, *ὑπνοῦν*, quorum forma Dorica ab Atticis in aliquot verbis adoptata: *ῥιγῶν* etc. congruit cum adiectivo supra allatis simili: *τυρῶντες*. In indicativo contra iota perdurat epsilo abolito *), ut Theodosius docet gramm. 1008 *χρυσόεις ἔδει χρυσοῦς· τὸ γὰρ ο καὶ ε εἰς τὴν ου κιρνᾶται· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ εἰς ω ῥήματα ἐν δευτέρῳ προσώπῳ πάντως δίφθογγον ἔχει τὴν μετὰ τοῦ ι, ἐπεκράτησεν ἡ ει δίφθογγος ἐκθλιφθέντος τοῦ ε* (et ab inusitato *διδόω διδοῖς, διδοῖ* [1]).— Ceterae orationis partes nihil huc conferunt praeter syntheton *πρῷρα*, si vera est coniectura nostra, id ex *πρόειρα* contractum esse, hoc autem a praepositione *πρό* crevisse terminatione paragogica ut *πρέσβα πρέσβειρα*, *ἀρά ἀρειά*, *Ἶλας Ἰλάειρα*, v. Prolegg. 39, proprieque significare *prosam*

---

1) Exempla verborum bisyllaborum: *χοῖ* pro *χόει* etc. attuli ad Buttm. 238.

*) *In pagella longe alieno loco allita leguntur haec:* „Vocales *οει* in verbis in *οω* contrahuntur in *οις*: *χρυσοῖς* omisso epsilo, retinetur vero [*iota*], quia ad formationem pertinet. Sed in nominibus in *οεις* exeuntibus duae primae vocales contrahuntur, tertia, quae ex trope nata est, obliteratur".

id est *prorsam*, sicut pars navis opposita πρύμνη vocatur, id est *retroversa*, cf. Parall. 214 sq. [cf. supra p. 67 in.]

$\overline{o}$ et $\overline{\epsilon\upsilon}$ huic numero adscribimus ob hoc solum, quod quidam veterum χλούνης ex χλόευνος confectum esse statuunt, quo accentus explicatur, sed res certa non fit.

$\overline{o\text{-}\eta}$ legitime contrahuntur in subiunctivo verborum, quae nunc ipsum attigi, χρυσοῖ, χρυσοῖς — τὰ δεύτερα καὶ τρίτα πρόσωπα ὁμοφωνεῖ τοῖς ἰδίοις ὁριστικοῖς Choerob. 800, quae Buttmannus T. II 151 not. propter parem coniunctivi et indicativi congruentiam cum impersonali ἐὰν δεῖ comparat.

$\overline{o}$ et $\overline{o\iota}$ in optativo verborum eiusdem ordinis per tres personas numeri singularis et in primo tertioque casu plurali nominum, quorum nominativus o micron in penultima habet: οἱ πλοῖ Soph., παράπλοι καὶ περίπλοι καὶ εἴσπλοι Aristid. XVI 237. A (T. I 384 Dind.), κατάῤῥοι Galen., τοῖς πρόχοις, quod Aristophani et Euripidi restitutum est pro προχόοις (Goettling. Accent. 175), et maiore etiam inconstantia in epithetis, quorum ex magna copia unum per occasionem memorat Herodianus, hoc est χειμάῤῥοι, quod ille proparoxytonon esse mavult ὡς συνηλιμμένον ἐκ τοῦ ἐντελοῦς χειμάῤῥοοι, v. Elemm. I 316. Scriptores in hoc genere magnopere discrepare ostendi ad Phryn. 142, sed politissimi quique haud obscure patrocinantur synaeresi. — Haec primam syntheti syllabam connectit cum altera in nomine προοίμιον φροίμιον EM., quod Hesychius definite Atticis tribuit.

Huic propter aspirationem consonae primae aequiparatur φρουρός, quod et cum usitato οὖρος coniunctum videri potest, et cum ipso themate verbi ut ἔφορος, ἐπίουρος [p. 63]. Sic Etym. Gud. 442. 18 οὖρος λέγεται καὶ φρουρός οἷον καὶ πρόορος καὶ συναιρέσει προυρός καὶ φρουρός. — Sed res certa est de verbis: χρυσοῦσι, χρυσοῦσα *), quibus intervenit Homericum ἱδρῶσα, quod schol. Il. III 387, EM. 598. 53 cum ναιετάωσα comparant, idque ille Ionicum vocat, hic ut plerique Doricum [Rhem. 173]. Illud imitatus Teleclides λυχνοκῶσα dicere ausus est pro λυχνοκοοῦσα, ut equidem suspicatus

---

*) „νοῦσι Simonid Frgm. LXI 86 Schn., νοῦνται Democr. EM. p. 601. 28, vel pro νόονται" *in extrema pag. adnotatum est. V. p.* 65.

δοῖμεν et peculiari quodam tragicorum usu in numero singulari *τρέφοιν* et *ἁμάρτοιν*, quae Herodianus ex anadrome orta statuit, v. Elemm. I 331. — Attico *μελαγχρής* simplex potius vocalis quam, ut veteres volunt, diphthongus detracta est, v. Elemm. I 315 [Parall. 256]. — Hanc subsequitur iota integrum in poetico *οἴιες*, cui Bentleius ad Callim. in Apoll. 52 confert adiectivum *ὁμοίιος* pari, ut putat, pleonasmo auctum; sed differt, quod in illa sola quantitas augetur: *οἶις* pro *ὄϊς*, ut *Εὐβοιίς* dicitur pro *Εὐβοΐς*, in adiectivo autem numerus syllabarum similiter proprio *Βοιίδιον* Anthol. [Phryn. 87 sq.]. De pleonasmo consentiunt veteres, v. Elemm. I 469, et Buttmannus quoque §. 27 adn. 8 epicos non solum adiectivis *ὁμοίιος*, *γελοίιος*, sed etiam dualibus *ὤμοιιν* etc. iota inseruisse putat [1]); Thierschius vero §. 183 n. 8 duales omnes antiquitus in *οιιν* exisse suspicatur. Ab usu communi haec terminatio longissime abhorret, et omnino diphthongo *οι* perraro iota subiungitur et in uno genere synthetorum: *μελοποιία* Plat., *κακοποιία* Isocr., *εὐποιία* Arist. Novicium est *αἰδοιικός*, numerorum causa auctum *Εὐβοιΐς* Soph.

---

1) *Ἀχαιικός*, quod his adiungit, diphthongum a primitivo *Ἀχαιός* propagatum habet [ad Phryn. 39 sqq.]

DISSERTATIO SEPTIMA

DE

PROSCHEMATISMO.

PROOEMIUM.

Ut multi sunt in omni genere doctrinarum loci subnubili, qui neque ita excoli possunt, ut nihil obscuri relinquatur, neque tamen praeteriri queunt, quin operis tenor interrumpatur, ita haec quoque quae instat quaestio spinarum paene plus quam veri fructus praebet, sed quia ad substantiam artis pertinet, quoquo modo tentanda est.

Nomen ipsum grammatici in Bastii Excc. ad Gregor. 681 et Bachmanni Anecd. II 370 his fere verbis explicant: *προσχηματισμός*[1]) *ἐστιν, ὅταν συλλαβὴ προστιθῆται κατὰ τὸ τέλος, ἐν μὲν τῷ προσώπατα καὶ τοῖς λοιποῖς ἰωνικός, ἐν δὲ τῷ οὑτοσί καὶ τουτοισί καὶ ἦσθα καὶ ὁτιή ἀττικός.* Aliter appellat Herodianus in schol. Il. XIV 396 *ἡ διὰ τοῦ γε ἐπέκτασις ἔγωγε, ἔμοιγε,* et EM. 638. 43 *τὸ οὐχί κατ' ἐπέκτασιν τῆς χι συλλαβῆς,* quo titulo Priscianus V 12. 208 Latina *hosce* et *plerumque* inscribit; sed eodem modo complures nuncupantur nativae formae amplificationes[2]).

---

1) Sic ab his et aliis scribitur per unum sigma, non ut Dindorfius optat in Thes., *προςσχηματισμός*. *Πρόσχες* grammaticus ad Gregor. 680 pro exemplo Atticae parellipsis affert, idemque probatur in Epim. Cram. I 121 ac legitur saepius cum similibus, quae in Parall. 17 attuli: *προστείχω* *accedo* etc., sed discrepantibus plerumque libris, v. Sturz. ad Dion. Cass. XXXVII 53, Poppo ad Thucyd. I 15. 1, Ellendt. ad Arrian. II 1 p. 139, Bredov. de Dial. Herod. p. 99 sq., constanter vero *πρὸς βωμὸν σφαγείς*: *πρόσφαγμα τύμβῳ* Aesch. et Eurip., v. Hermann. ad Hecub. 41, quae cum *πρός* composita esse constructio probat. Alibi vero *πρόθυμα* significat.

2) Aristot. Poet. XXI 17 *ἐκτεταμένον ἐστὶ τὸ πόληος καὶ τὸ Πηληιάδεω.* Apollon. Coni. 503. 27 *τὸ τοῖα ἐς τὸ τοιαῦτα ἐπεκτεινόμενον.* Apollonius alter in Lexic. 77. 10 *ἑρπύζων κατ' ἐπέκτασιν ἑρπυστάζων.* EM. 431. 56 *ἤνιπα καὶ κατ' ἐπέκτασιν ἠνίπαπα* etc.

Nec minus laxum est *paragogae* nomen, quo Apollonius non solum pronominum *οὑτοσί, ἐκεινοσί* auctus designat Synt. II 3. 105 (100), sed etiam verborum *ἄγῃσι, λέγωμι, λέγῃσθα* de Coni. 516. Utroque promiscue utitur Prisc. XII 5. 23 p. 552 simulque, quomodo Latine dici possint, nos edocet: *Egomet et cetera, quibus adiungitur met per porrectionem vel assumtionem', quam Graeci vocant ἐπέκτασιν* vel *παραγωγήν, solent proferri.* Quartum addunt Charisius IV 5. 156 et Diomedes II 436. P. *προσπαράληψις est, quum aliquid ad novissimam partem dictionis accedit ut admittier, accingier,* sed hic continuo subiicit tanquam diversam speciem: *παραγωγή est, quum ad ultimam dictionis clausulam aut littera iungitur aut syllaba, littera ut apud Plautum ted pro te*[3]*), syllaba ut potestur*[4]*).* Nos vero uno proschematismi sive assumtionis nomine contenti erimus eiusque affectionis exempla ita disponemus, ut primo loco dicamus de consonis vocalibusque, quarum accessione numerus syllabarum non augetur, tum de augmentis syllabicis.

PARS PRIMA.

De consonis.

De tribus consonis, quae hic in quaestionem veniunt, duas potiores delibavit schol. Aristoph. Nubb. 741 (743) *οἱ Ἀττικοὶ πάντα τὰ ἑνικὰ καὶ πληθυντικὰ τρίτα πρόσωπα τῶν ῥημάτων καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων δοτικὰς πληθυντικὰς συμφώνου καὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου μετὰ τοῦ ν̄ γράφουσιν*

---

3) Putschius edidit: *quod te hoc tis pote,* quod intellectu caret, Caesarius *qd' et hostis pro hosti;* scribendum videtur: *quo ted hoc noctis pro te,* quae sunt Plauti verba in principio Curculionis : *quo ted hoc noctis dicam proficisci foras?*

4) Donatus in Arte III 4. 29 (1772 P.) *παραγωγή est appositio ad finem dictionis litterae aut syllabae ut magis pro mage, potestur pro potest.* Sic Putschius et Lindemannus scribi iubent pro *pote pro potest;* Handius in Tursell. T. III 554 vulgatum tuetur, non recte, opinor; nam *potestur* ineptum quidem, sed hoc tamen loco necessarium est adiectionis syllabicae exemplum.

ὡς ἔστι σαφῶς συμβαλεῖν ταῖς τοῖς πάλαι σοφοῖς πεπονημέναις βίβλοις, οἱ δὲ Ἴωνες δίχα τοῦ ν. Τούτοις οὖν ἀμφοτέροις οἱ ποιηταὶ παρακολουθοῦντες καὶ δὴ καὶ τῇ τοῦ μέτρου ἀνάγκῃ πολλάκις συμφώνου μὲν ἐπιφερομένου μετὰ τοῦ ν γράφουσι, πολλάκις δὲ καὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου δίχα τοῦ ν. Τοιοῦτον δή τι τῇ τοῦ μέτρου ἀνάγκῃ καὶ ἐν τοῖς εἰς ν καὶ ἐς σ λήγουσιν ἐπιῤῥήμασι ποιοῦσιν: πρόσθεν, νέρθεν, οὕτως, αὖθις, πολλάκις, εὐθύς, ταχύς, ἀτρέμας, quae snnt Aristarchi iunioris verba in Anecd. Bekk. 1400.

In hoc summario duo continentur vocabulorum genera, quorum unum *νῦ* literam ad se recipit, alterum sigma, utrumque bipertitum pro natura vocalis. Ea, quae *νῦ* in catalexi habent, aut per casus et tempora declinantur aut motione carent. Ordiar ab immobilibus.

CAPUT I.

De ny paragogico vocum indeclinabilium.

§. 1. Hic nihil conspectius est quam adverbia localia, quarum scripturam ancipitem cursim attigi ad Phryn. 284 adhibitis duobus grammaticorum testimoniis, quae hic resumere cogor, uno EM. 385. 48 *ἔκτοσθε, προτέρωθε καὶ τὰ ὅμοια χωρὶς τοῦ ν γράφεται, εἰ μὴ φωνῆεν ἐπιφέροιτο*, altero Choerobosci, quod huc redit: nonnullorum ex sententia adverbia *ἄνωθεν, κάτωθεν, οὐρανόθεν, γῆθεν* et similia consonam *νῦ* non a stirpe ingeneratam, sed extrinsecus acceptam habere ideoque, nisi vocalis subsequatur, sine ea scribenda esse; quibus relatis ille addit *ἡ δὲ συνήθεια πάντοτε μετὰ τοῦ ν τὰ τοιαῦτα γράφει.* Hos si audimus, pugnant hic veteres rivales, ratio et consuetudo. Sed confundit uterque diversa genera, quae accuratius distinguit Apollonius Adv. 599 adverbiorum in *θεν* exeuntium originem tradens triplicem: *ἢ παρ' ὄνομα: Διόθεν, Ἀβυδόθεν, ἢ παρ' ἐπίῤῥημα ὡς τὸ κάτωθεν, ἄνωθεν, ἢ παρὰ πρόθεσιν: πρόσθεν, ὕπερθεν.* Primo generi duae subiectae sunt species, una a nominibus propriis, cuius sunt duo illa ab Homero sumta et praeterea decem eiusdem auctoris:

Ἀρίσβηθεν, Ἴδηθεν, Κρήτηθεν, Ἰλιόθεν, Καβησόθεν, Κυθηρόθεν, Λεσβόθεν, Σιδονίηθεν, Τροίηθεν*) et in fine versus Λυκίηθεν succedente in proximo vocali. Species altera proficiscitur ab appellativis omnium declinationum: ἀγορῆθεν, ἀγρόθεν, ἁλόθεν, δαίτηθεν, δημόθεν, θεόθεν, ἠῶθεν, λειμωνόθεν, οἴκοθεν, οὐρανόθεν, πατρόθεν, πεδόθεν, ποντόθεν, πρύμνηθεν, ὑπερωϊόθεν ὑψόθεν (nisi hoc ab ὑψοῦ derivatum est) et ab adiectivis: αἰνόθεν, ἄλλοθεν, αὐτόθεν, οἰόθεν, πάντοθεν, quae omnia hoc uno modo scripta reperiuntur praeter θύρηθ' Od. XIV 352 et Τροίηθε Il. XXIV 492 ἀπὸ Τροίηθε μολόντα; sed pars codicum alio mutat: Τροίηθεν ἰόντα, idque Spitznerus revocavit, Bekkerus aspernatus est, sed firmat Apollonius Adv. 603. 27 ἡ κατάληξις ἡ διὰ τοῦ θεν οὐδέποτε τὸ ν ἀποβάλλει· τὸ γὰρ Λεσβόθεν οὐκέτι Λεσβόθε, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. Haud minor est Homeri constantia in iis, quae ab appellativis et appositis profecta sunt. Sed ea cessat in altero et tertio genere ἔκτοσθεν, ἔντοσθεν, πρόσθεν, ὄπισθεν, ἑκάτερθεν; haec enim, ubi versus poscit, saepe consonam et nonnunquam vocalem ei praepositam amittunt: πρόσθ', ὄπισθ'. Quaeritur vero, quomodo scribenda sint in exitu versuum; hic enim libri scripti impressique, quantum equidem ex raris editorum indiciis cognovi, plurimum differunt. Codicem Paulinum omnium antiquissimum praedicat Ernestius in praef. p. V *hic autem,* inquit, *ceteris libris editis omnibus accuratior est in nonnullis velut in ν ἐφελκυστικῷ, in quo usurpando ita variant ceteri, ut in caesura clausulisque versuum temere et nulla certa lege vel additum vel omissum sit, hic autem liber ita constans est, ut non usurpet illud ν in caesura nec in clausulis versuum, quum sequens versus a consonante incipit, contra semper habeat, quum sequens incipit a vocali.* Hoc modo in editionibus nostris ante vocales legitur πάροιθεν et προπάροιθεν Il. IV 185, XIV 427 etc., ante consonam προπάροιθε Od. XVII 277, item ὄπισθεν et composita ante vocalem Il. XIII 834, XVI 115, XVII 746, XXIII 505 et 763, sed ὄπισθε ante πῖ et φῖ Od. XIII 84, Il. XV 341, 694

*) „Αἰλαίηθεν προχέει H. H. in Apoll. 241" *in inf. pag. adscript.*

et eodem modo Il. VI 68, XVII 723, XVIII 554 in editionibus Basil., Giphan., Clark., Alter., ad quas solas mihi aditus datus est; sed regulam migrant Ald. et Iunt. *μετόπισθεν* ‖ *μιμνέτω* Il. VI 68, qui consonantium concursus excusatur, si cum versu clauditur sensus ut *ὄπισθεν.* ‖ *Τὸν δὲ* — Il. V 595 et, quod IV 147 in uno Vindob. scriptum est, *ὑπένερθεν.* ‖ *Ῥίγησεν δ' ἄρ'* —. Contra morem peccat *ὑπένερθεν* ‖ *ζῶμα* IV 186, sed opitulantur codices Vindob. et Basil. consonam detrahentes; *ὕπερθεν* ante consonam Il. II 218, V 724, VII 101, Od. V 184, sed his locis omnibus vel codicum aliqui, quos Ernestius et Alterus nominant, vel Ald., Iunt. terminationem puram reddunt; *ἔνερθεν* consonae antepositum in editionibus veteribus Il. XI 234, Od. XIII 163 iure improbat Ernestius, probatur vero ante vocalem Il. XI 252, ut *ἄνευθεν* quoque non solum ob hanc causam, sed etiam quia versum finit. Ceterum et hoc et *ἄτερθε* atque syntheta *ἀπάνευθε*, *ἀπάτερθε* a superioribus differunt eo, quod syllaba postrema nihil ad significationem confert. Eorum quae $\bar{o}$ longum in paralexi habent a primitivis suis acceptum, quatuor usitatissima *ἄνωθεν*, *κάτωθεν*, *ἄπωθεν*, *πρόσωθεν* Homero indicta sunt. Alterius generis, quod ab adiectivis descendit dispertitivis, unum dupliciter terminatur: *ἑκάτερθε* et *ἑκάτερθεν* ex *ἑκατέρωθεν*, quod metro refragatur, contractum, sed uno modo *ἀμφοτέρωθεν*, *ὁποτέρωθεν*, *ἑτέρωθεν* [1]). Quomodo omnia ista, quae recensuimus, ab illis, qui Homeri carmina literis consignare coeperunt, scripta sint, scire non laboramus; nam hi longe retro iacent; sed codicum et editionum vestigia legentibus veri simillimum videtur, librarios quidem gregarios ny paragogico in fine versuum promiscue et sine delectu usos esse, sed eruditiores hoc non aliter admisisse, quam si

---

1) Haec Apollonius 601. 20 et 622. 27 dubitat, an ab adverbiis *ἑκατέρως* etc. repetenda sint, sed veri similius est ab adiectivis derivata esse o brevi in longum mutato ut in comparativis: *ἁγιώτερος*, *νεώτερος*, ne quinque syllabae breves se exciperent. In ambiguo est merismus adverbii *ὕπερθεν*. Epim. I 67. 26 *τρεῖς εἰσι προθέσεις κατὰ πρόσθεσιν τοῦ θεν γενόμεναι* (adde *ἐπιῤῥήματα*) *ἢ ἐν ἔνθεν*, *ὑπέρ ὕπερθεν*, *πρός πρόσθεν*. Alii ab adiectivo obsoleto *ὕπερος* repetunt, v. Parall. 355, ut *ἔνερθεν* ab *ἔνερος* schol. Il. IV 186, Pathol. I 331.

sequeretur vocalis, et nonnunquam ante stigmen pausae signandae causa. Hoc tamen non de omnibus adverbiis valet; nam sunt etiam, quibus litera ista ita induruit, ut ab omnibus Graece loquentibus religiose custodiretur, cuius generis sunt *ἔνθεν, ἐκεῖθεν* et alia quaedam postea expromenda. Quod vero criticorum nostrorum eruditissimi contendunt, hoc fixum et perpetuum fuisse syllabae versuum ultimae stabilimentum, id iam manifestum est librorum suffragiis confirmari non posse et clarius etiam patescit ex sequentibus.

§. 2. Vincula illa, quibus Homerica scriptura adstricta tenetur, aliquantisper laxarunt poetae posteriores. Primum enim adverbia a nominibus locorum ducta, quibus usus communis ny asserit, eodem modo scribunt versu exeunte: *Κεκροπίηθεν* Callim. hymn. in Dian. 227, *Ἀσσυρίηθεν* Orph. Lith. 689, utrumque ante consonam; sed ubicunque metro convenit, altera utuntur forma, quam Homerus repudiat: Callimachus *Εὐβοίηθε, Νεμέηθε* et *Κυπρόθε*, Nicander *Ἰαονίηθε* et *Ὠδονίηθε*, Orph. Arg. 198 *Ἀρκαδίηθε*, Theocritus *Λιβύαθε*, Quintus V 350 *Κρήτηθε* (omiss. in Thes.) et *Φρυγίηθε* VIII 85, quorum partem indicavit Jacobsius in praef. Anthol. Pal. p. XCI, et hoc modo *Σικυώνοθε* bis a Pindaro positum est, quem schol. Pyth. IV 181 hanc licentiam etiam ad communia transferre dicit: *ἄντροθε· ἔθος γὰρ τῶν τοπικῶν τὸ ν̄ ἀφαιρεῖν*, quod probant quatuor alia huius aphaeresis exempla Pindarica: *πάτραθε, ματρόθε, πρώραθε, τηλόθε*. Horumque recordatus, puto, scholiographus Aristoph. Pac. 313, ubi versus trochaicus tetrameter huc exit: *τὸν κάτωθεν Κέρβερον*, alteram scripturam sic interpretatur: *φασὶ χωρὶς τοῦ ν̄ τὸ κάτωθεν λέγεσθαι, ἵνα ᾖ Δωριέων μᾶλλον. Χρῆται δὲ ὁμοίῳ καὶ Πίνδαρος ἄντροθε*[1]). Haec omnia eo versus loco posita sunt, quo longa syllaba excluditur, quare de scriptura nulla esse potest dubitatio. Inter duos continentes versus, quorum alter a vocali orditur, literam expletivam poetae, quos dico, sic, ut Homerus

1) In codice Ven. rectius scriptum est *ἀντρόθε*. Doricum neque hoc dici potest neque *κάτωθε*. Hoc Pindarus metro concessit, alia consueto more appellans: *πάντοθεν, πεδόθεν, Πινδόθεν, Ὀλυμπόθεν, Ἐπιδαυρόθεν, Χερσόθεν*.

solet, interponere amant. Sed ne consonae committantur, non aeque cautum esse videmus: ὄπισθεν ‖ δμωός legitur Hes. Opp. 467, ὕπερθεν ‖ πῖλον 545, et sic Apollonius quinquies ἑκάτερθεν, bis ἀντιπέρηθεν I 613, II 1031, ἔνερθεν I 532 et 945, II 259, πάροιθεν I 1055, II 39, III 186, idem Arat. 974, ἑκάτερθεν Nic. Ther. 478, Arat. 881, et tria in ωθεν exeuntia: ἑτέρωθεν Theocr. XXV 72, ἄνωθεν Theocr. VIII 19 et 22, Apoll. II 745, ἄπωθεν I 583 et all. locc. Atque hisce tribus, quae sermo civilis recepit, librarii ita assueverunt, ut nunquam aliter scripserint. Sed plurimum turbarum cient in illo poetico genere: ὕπερθε praebent Lips. et Trinc. in Hes. Opp. 744, cod A. in Dionys. 30, Vossianus Orph. Arg. 313, ὑπένερθε quatuor Apoll. II 259, quorum illud vulgo legitur Arat. 483, Oppian. Cyneg. I 418, hoc Dionys. 336, sed utrumque in codicibus aliquot consona finitur, quam Wellauerus Apoll. III 873 μετόπισθε affinxit contra codices, ἑκάτερθε plerique I 564, ὄπισθε Laurent. Theocr. XV 56 et vulgo Oppian. Cyn. I 409, προπάροιθε Arat. 1064 duo a Vossio lecti, a Buttmanno et Bekkero praeteriti. Ἄνευθε consonae antepositum Apoll. IV 746, Mosch. II 127 (133) excusat quodammodo interpunctio; alibi ἄνευθεν legitur. In Quinti carmine nunc ἔνερθε ‖ ῥῆξε XIV 646, nunc ἔνερθεν ‖ ῥῆξεν XIII 548 et ἔνερθεν ‖ θεσπεσίην XII 397, pari inconstantia πάροιθεν IX 477, XIII 364 et πάροιθεν IX 491, X 308 *), ὕπερθεν XI 399, sed multo saepius ὕπερθε IX 463, XI 339, XIV 637, ἐφύπερθε I 60, XIV 392, ideoque probamus ὑπένερθε VIII 462, quod Koechly e codicibus reposuit, idemque reduxit ἑκάτερθε VIII 63, sed ἑκάτερθεν VIII 196 sine nota transmisit. Poetam ipsum intra paucos versus ab uno ad alterum transiluisse credere difficile est, nec minus ambiguum, utri assueverit; sed quodammodo praeponderat terminatio pura. Idem, ne quid praeteream, ubi versus postulat, assiduum habet ἔκποθεν, semel vero κακὸν ἔμπεσε Τροίῃ ἔκποθε καὶ — XIV 74, nam IX 420 scriptura controversa est, v. Elemm. Pathol. I 610 [et Addend.]. Πόθε non legitur;

---

*) *XIII 548, IX 491, X 308 in altera edit. Teubn. emendata sunt, reliqua praetermissa.*

ὅθεν Lehrsius iunior in Hes. Scut. 32 asyndeti removendi causa posuit pro τόθεν, quod poeta hoc loco pro ὅθεν usurpasse videtur.

§. 3. Poetae scenici in exitu versuum iambicorum et trochaicorum non solum communia ἄλλοθεν, ἔνδοθεν, ἐγγύθεν, οἴκοθεν sic ut ceteri Graeci scribere solent, sed etiam vulgari usu exemta ut ὑψόθεν Eurip. Troad. 755. Admodum vero libri fluctuant in locis, qui tam brevem quam longam syllabam fèrunt; cuiusmodi sunt trimetri iambici semipes quintus et nonus. Hoc non adeo mirabile est in vocabulis poetarum propriis, quale est hoc in Agam. 1383 ed. Schuetz πολλῶν πάροιθεν καιρίως, quod quatuor codices confirmant, et retinuit Hermannus (1322), sed in Pers. 466 pro πρὸς τῇ πάροιθεν συμφοράν, in quo totidem codices cum Ald. et Robert. consentiunt, praetulit πάροιθε, idemque Hel. 476 (457 Matth.) πρὸς τὰς πάροιθε συμφοράς edidit cum G. Dindorfio nihil aliud quam *libros* testificante; quin etiam 504 (484) ἐκ τῶν πάροιθε sine libris et Phoenn. 1004 πύργων πάροιθε μαχόμενοι, ubi Matthiae in Mosq. et quinque Flor. νῦ adiectum dicit, sed tacet Dindorfius, qui id in Rhes. 705 εἴ τις πάροιθε χρῇ ex A. addendum putat. Sed in illo omnes concordant libri Phoenn. 834 ἡγοῦ πάροιθε, θύγατερ, Hipp. 1433 (1443) καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς, Ion. 1558 μὴ τῶν πάροιθε μέμψις, Heracl. 1026 (1031) δίας πάροιθε παρθένου, El. 903 (899) δοῦλος πάροιθε δεσπότης, Bacch. 872 (914) ἔξιθι πάροιθε δωμάτων, alterum vero bis tantum, sed id sine ulla dissensione El. 399 (402) νῦν ἢ πάροιθεν μᾶλλον, et Heracl. 582 ἡ 'μὴ πάροιθεν καρδία. In altera parte versus modo ὡς πάροιθεν λέξομαι Hercul. 576, modo τῶν πάροιθε μὲν λόγων Hipp. 287, sed hic duo codices νῦ addunt, illic auferunt. Alterum huius poeticae familiae est ἔνερθε sive ἔνερθεν, quorum prius Choeph. 117 consensu summo scribitur, sed in Prom. 502, Pers. 228, Eum. 1005 (977) aliqui ἔνερθεν dant, et hoc etiam Ald. in Phoenn. 500, tres vero et Stob. ἔνερθε. Tertium poetae cum scriptoribus commune habent ἐκ τῆς ὕπερθε Sisyph. Frgm. I 31, τόδ' ἐξύπερθε Philoct. 29 per omnes codices et editiones vulgatum est. Et huic promiscuo generi adscripta sunt duo contrariae

potestatis adverbia: νεκροὺς ὄπισθεν θέμενος Eur. Suppl. 667, ubi unus Paris. A. dissentit, sed omnes tuentur vulgatum Iph. T. 1333 αὕτη δ' ὄπισθε, nec minore concentu alterum κόλπον τὸν ὄπισθεν καὶ Lysistr. 1170, sed in altero hemistichio ὄπισθέ μου τίθης Cycl. 545. In principio trimetri καὶ τάς τε πρόσθεν τὰς Antig. 434 Laur. A. πρόσθε praebet, quod Flor. tertius praefert tralaticiae scripturae in El. 918 νῷν δ' ἦν τὰ πρόσθεν στυγνός, sed Andr. 54 εἴ πως τὰ πρόσθε σφάλματ' receptum est e sex codicibus, idemque vulgo legitur Eur. Suppl. 514 καὶ μὴ 'πίπροσθε τῶν, cui duo Flor. consonam subtexunt; sine ulla vero discrepatione κλέψας τὰ πρόσθε σφάλματ' Suppl. 416 et pari constantia ἴτ' ἐς τὸ πρόσθεν στῆτε Iph. A. 609 (619). In thesi quinti pedis πρόσθε δ' ὤλλυσαν Oed. C. 394, πρόσθε νῦν ἴθι Rann. 287 et in septenarii trochaici pede quarto ἀλλ' ἔπειγ', ὡς μή σε πρόσθε ψῆφος Ἀργείων λάβῃ Orest. 788. In decursu iambici senarii πρόσθε δυστυχῆ Ion. 1457 et πρόσθε τειχέων Suppl. 665, sed hic Dindorfius testatur, libros πρόσθεν exhibere. Fixa vero rataque in omnibus locis, quibus syllaba indifferens permittitur, est terminatio adverbiorum, quae ō longum in penultima habent: ἕλκειν κάτωθεν Nubb. 1281, quod Alexis in prima pedis sexti syllaba metri coactu decurtavit Fragm. Vol. III 437, νεὼς ἄπωθεν Iph. T. 108, Plut. 674, ἔσωθεν Iph. T. 41, Iph. A 1543, ἄνωθεν Agam. 838, Hel. 1014, Troadd. 1231, Acharn. 433 et sex aliis Aristophanis locis, qui semel in anapaestis Eccl. 698 ἄνωθ' usurpavit; ἔσωθε Choeph. 788 metro arguente exterminatum est. His accedunt ἔωθεν Thesm. 501 (494) et θύραθεν Sept. 174 in eadem senarii parte posita, et frequentissimum ἐκεῖθεν, quod non modo apud Atticos poetas, sed omnino nusquam aliter scriptum animadverti. Cur vero adverbia non pauca in iisdem versus regionibus diverse scripta sint, explicatu difficile est. Nam si quis ita dicat, versificatores antiquos sono literarum se subsequentium ductos esse, ut alibi aliud praeferrent, id altius est, quam quo sensus noster penetrare possit. Quis enim diiudicet, utrum suavius sonet πρόσθε στῆτε, an πρόσθεν? Clarius haec vocalitatis ratio apparet in exitu versuum. Hic enim ny ante vocales tam saepe reperitur,

ut vix fortuitum dici possit. Si vero idem interdum consonis praeponitur, tum plerumque sententiam ad finem perductam esse animadvertimus, quo loco illud in soluto quoque sermone saepe adiici postea ostendam. Si nulla huiusmodi causa apparet, in culpa ponendi videntur librarii gregarii diversas rationes sequentes, pars podismum metricum, qui syllabam brevem poscit, pars consuetudinem, quae vocabulis enuntiatum claudentibus hoc quasi stabilimentum supponit. Hinc longe diversam viam ingressus est Hermannus, id ubique soni complendi causa addendum esse putans, sive vocalis sequatur sive consona, et id non adverbiis solum, sed quibuslibet vocibus huius augmenti capacibus. Verba viri summi infra referam, nunc enim de aclitis quae restant absolvenda sunt.

§. 4. Adverbiorum quae protulimus pars non ita magna sermonem communem pervagatur, sed mutabilitas illa plerisque exemta est. Hic primum obveniunt ea, quae a nominibus locorum propriis propagata sunt: *Ἀθήνηθεν, Θήβηθεν, Μεγαρόθεν, Μαραθῶναθεν*, quae ne librarii quidem alio flexisse videntur; tum quae ab appellativis et adiectivis: *οἴκοθεν, ὁμόθεν, κυκλόθεν, ἄλλοθεν, οὐδαμόθεν, πάντοθεν, πέραθεν, πρώραθεν, ἑκατέρωθεν, ἑτέρωθεν, οὐδετέρωθεν, μηδετέρωθεν*, quibus paria multa e scriptoribus minus antiquis novitiisque protuli ad Phryn. p. 93, et aliunde nata: *διχόθεν, ἑκασταχόθεν, τετραχόθεν, πλεισταχόθεν, πανταχόθεν*[1]) etc. Horum tam assiduus est usus, ut, quae passim in codicibus emergunt ab hoc tramite aversa, parum momenti faciant, cognita praesertim librariorum nonnullorum ad detractionem proclivitate. Ita cod. Mosq. Strabonis ἐντεῦθε, ἐκεῖθε, ἑκατέρωθε invexit, v. Tzschuck. ad VIII 272, quae Kramerus ne verbo quidem dignatus est. Ἑκατέρωθε, quod Dindorfius retinuit Athen. IV 152 B., infirmat Laur. addita consona, quam Sintenis in Plut. v. Phoc. XIII 28 recte recepit a codicibus oblatam; pro ἔξωθε Achill. Tat. L. II 19. 5 p. 42 Vatic. plenius prae-

1) Adiectivorum πλεοναχός, μοναχός etc., quae in Prolegg. 335 proposui, vestigia obscuriora sunt, quam ut adverbia hinc repeti possint, sed haec potius ex synecdrome nata videntur.

bet, quomodo cetera huiusmodi κάτωθεν, πόῤῥωθεν, ὄπισθεν apud illum scripta videmus; ἔωθε Lucian. Dial. Meretr. III 1 et ἔνερθε Rhet. Praecc. §. 4 p. 174 sustulit Jacobitzius; poeticum αὐτόθε dubito, num Bekkerus recte in Dion. Cass. XXXVII c. 32. 2 posuerit; apud Platonem et Thucydidem non hoc legitur, ut lexicographi dicunt, sed αὐτόθι; saepius vero ὕπερθε et id sine discrepantia Appian. prooem. c. 1, Athen. II 62 D., Strab. XIII 1. 51 p. 606, XVII 1. 23 p. 805, sed XI 14. 531 Mosquensis ille ὕπερθεν offert a Meinekio spretum, idque nunc editum est XIV 10. 672 (937. 12 Mein.) discordantibus libris. — Maiore aestu agitantur duo sibi contra posita πρόσθεν et ὄπισθεν una cum synthetis; nam quod Schweighaeuserus ad Cebet. I 264 et Creuzerus ad Procl. Alcib. 241 affirmant, πρόσθε et ἔμπροσθε nusquam reperiri in prosa, falsum est; utrumque Bekkerus attribuit Dioni Cassio, nunc sine ullo codicum indicio ut L. XXX 48 (31) 5, nunc ex uno XXXVII 19 et 20, XL 12. 1, alibi vulgatae adhaerens, quam Siebelis praefert Paus. X 21. 3 et 32. 9; sed ἐπίπροσθε I 24. 3 idem et Walzius retinent, et saepius tuentur codices ut in Aristot. Hist. Ann. IX 40 p. 624 a 34, Plutarch v. Alex. XLIV 7 et aliis locis; simplex πρόσθε Dionysius Hal. de vi Demosth. XXXI 1052 legit in or. pro Cor. 295. 15, ubi vulgo ἔμπροσθεν scriptum est, in quatuor codicibus ἔμπροσθε, a Bekkero receptum; Dindorfius, qui in Aristid. Leuctr. III 676. 6 ἔμπροσθεν ex duobus adoptavit, inemendatum reliquit ἐξόπισθε non solum Or. Sacr. I 447 fin., sed etiam V 548 in Laur. consona adauctum, idemque et ὄπισθε legitur Plut. Sympos. VII quaest. VI c. 1. 707 B., Diod. XVII 19, Aelian. Hist. Anim. XV 26 p. 350. 10, Pausan. VIII 31. 2, X 19. 3, Lucian. Amorr. §. 16, quod Jacobitzius immutavit nullo adiutus codice; variant vero libri in Lucio §. 16 p. 442 T. II, Plut. Artax. VIII 9, Athen. V 214 E. et aliis locis, v. Siebelis ad Pausan. L. I 18. 16.

Verum hi omnes non tantae nobis curae sunt, quantae scriptores Attici, quorum codices sat multos et accuratius recognitos habemus, sed pari inter se discordia pugnantes animadvertimus. Apud hos late dominatur terminatio quae dicitur Attica. In Thuc. V 59. 3 καθύπερθεν, quod ad Phryn. p. 285 suaseram, confirmarunt codices et recepit

Poppo. Sed in or. Isaei de her. Dicaeog. p. 64 38 Bekk. (54) pluribusque Demosthenis et Isocratis locis, quos indicavi ad Ai. p. 259 sq., modo unus, modo plures πρόσθε exhibent probatum Bekkero et Turicensibus. Idem Schneiderus ad Civ. T. I 126 aliquoties Platoni vindicat *ob codicum meliorum consensionem;* sed Rueckerto ad Symp. 172 A. *notanda videtur insignis Bekkeri inconstantia, qui in sua Platonis editione vocibus πρόσθεν, ἔμπροσθεν, ὄπισθεν aliis sequente consona modo detraxerit ν finale, modo reliquerit contra codicum plerorumque consensum et, nisi magnopere erro, iustam analogiam.* Equidem quid quisque Graece scribentium probaverit, non disputo, sed hoc tamen satis superque constare scio, literas finales crebrius faciliusque detritas quam appictas esse. In adverbiis vero illis νῦ non casu solum praeteritum, sed a grammaticis nonnullis dedita opera exstirpatum esse ex illo etymologi testimonio cognoscitur, quod in principio huius capitis retuli, et ex Tzetzae verbis huic congruentibus ad Lycophr. 482 τὰ εἰς θε ἐπιῤῥήματα τὸ ν ἐφελκυστικὸν ἔχουσι φωνήεντος ἐπιφερομένου, συμφώνου δὲ οὐκέτι, ὥσπερ κἀγὼ γράφω· καὶ τούτου ἕνεκα πολλοῖς τῶν ἀμαθῶν διασύρομαι, unde scire licet, duas fuisse grammaticorum sectas, unam attractionis fautricem, alteram adversatricem, quam sequens Tzetzes ἔνδοθε et ἐντεῦθε scripsit Exeg. Il. p. 38, ἕκαθε 76. 19, ὅθε, v. Hermann. p. 36. Si tamen obstinate credimus, eosdem scriptores Atticos πρόσθεν et ὄπισθεν modo sic scripsisse, modo aliter, id tribuendum erit veteris orthographiae inconstantiae, de qua in exitu sequentis dissertationis dicturus sum explanatius.

§. 5. Adhuc aliqua non sunt omittenda de coniunctionibus. Cum ἔλεγεν, ἔφερεν Apollonius Adv. 604. 1 confert καὶ ὁ κέ σύνδεσμος κέν ἐσθ' ὅτε λέγεται παρὰ Δωριεῦσι, quod repetit Epim. I 160. 1. Hermannus vero Opusc. T. IV 225 κέν ex καί factum putat, Hartungius de Particc. T. II 25 ex ἄν. Hic omnis ferme via praeceps et lubrica est. Δῆθε unus Euripides usurpavit et id semel; δήπουθε et δήποθε*) eiusdem aetatis sunt, quae ὅθε

*) *Ita dubitanter correxi quod Lob. scripsit:* δηθε.

protulit. Ἕνεκε, quod et in codicibus Atticorum nonnunquam legitur, ut in Plat. Phaedr. 259 D. et Isocr. Areop. 39. 147 Bekk. et saepe etiam apud scriptores vulgares, quos Thesaurus indicat, non eam antiquitatis speciem habet, ut hinc ἕνεκεν ortum videri possit, huiusque consonam finalem non hiatus causa arcessitam esse probatur eo, quod ἕνεκα persaepe ante vocales reperitur[1]), ἕνεκεν ante consonantes, v. Schneider. ad Civit. T. III 254, Poppo. ad Thuc. I 68 ed. nov. Facilior est concessio, εἶτεν et ἔπειτεν dupliciter interpolata esse, metalepsi vocalis et assumtione consonae[2]). — Sed iam video, me ad illud genus deductum esse, quod non epsilon in catalexi habet, sed alias vocales. Huc non referam πέρα et πέραν, quae veteres ipsi a societate affectorum longe remota habent, v. Pathol. Elemm. I 624. Dubitationem affert ἔμπαν, quod Pindarus et posteriores pro Homerico ἔμπης assumserunt, et ἔμπα, illud macrocatalecton, hoc brevi ultima, v. adn. ad Aiac. 563, quare mutilati similius videtur. Sed certi tamen nihil habemus. — Largius fluunt adverbia, quae iota in ultima habent, a Theognosto delibata Can. 161. 32 τὰ εἰς $\overline{ιν}$ ἐπιῤῥήματα ἐκ πλεονασμοῦ ἔχοντα τὸ $\overline{ν}$ διὰ τοῦ $\overline{ι}$ γράφονται: αὖθιν[3]), αὐίν, πάλιν, πέρυσιν, νυνίν, οὑτωσίν. Horum duo prima a nostra causa aliena sunt. Πάλιν multo antiquius et vulgatius est quam πάλι, quod Phrynichus ab Atticis abiudicat, v. Meinek. Com. Vol. II 625, neque ab Homero usurpatum est, ut Matthiae dicit §. 41 adn. 2 p. 128, sed a Callimacho et inferioribus, v. Meinek. ad Scymn. p. 30, una cum synthetis ἔμπαλι, παλινόστιμος, v. Wernick. ad Tryph. p. 30, quare hoc potius pro acciso habendum, quam

1) Ἕνεκα Ἀπολλοδώρου Isaeus hered. Apoll. p. 67 (92. 37 Bekk.), ἕνεκα ἀπολέσθαι Lys. p. Polystr. 160 (328. 30), εἵνεκα ἐπεβουλεύθη Andoc. de Myst. 15 (117. 117), ἕνεκα ἁρμονίας Plat. Tim. 47 D. Isocratis et Demosthenis locos corrigit Benseler ad Areop. 351.

2) Exemplis in Thes. allatis adde Appian. Civ. I 103. In hunc non cadit Ionismi suspicio, quam de Arriano Alex. V 1. 1 Kruegerus infert, de Pausania I 20. 2 Siebelis.

3) Αὖθις, αὖθι, αὖθιν τριχῶς ἐλέγετο Herod. ad Il. XVI 324, qui αὖθις et αὖθι pro synonymis habere videtur. Pro αὐίν scribendum videtur αὖιν accentu Aeolico.

alterum pro porrecto. Cum πάλιν Herodianus Mon. 46. 1 πέρυσιν componit, tanquam aeque fixum sit; sed hoc ante consonas literam paragogicam repudiat, assumit vero sequente vocali; contraria ἡ πέρυσι εὐετηρία Alciphr. I ep. 24, προπέρυσι οὐδέ Plat. Euthyd. 273 B. e codicibus correcta sunt. Utrum antiquius sit, neque ex aetate auctorum cognoscitur neque ex etymo, sive πέρας fuit, sive aliud; neque suppetit analogia, namque adverbia alia in σι, υσι exeuntia nulla sunt. Theognosto exciderunt duo eiusdem conditionis: νόσφιν et εἴκοσιν. Illud poetae versibus suis accommodant etymo ignoto, v. Path. Elemm. I 359. Εἴκοσι in sermone soluto eadem lege regitur, qua πέρυσι, sed nonnunquam in codicibus sat bonis ante vocales quoque invenitur ut Dem. Cor. 249 p. 222 §. 73 Bekk., Lucian. Ver. Hist. II 39 p. 107, Asin. 46 p. 446; εἴκοσιν ante consonam, v. Popp. Thuc. Proll. T. I 218, sed utrumque merito improbatur; εἴκοσι ἐτῶν Athen. XIII 563 E. tacite correxit Dindorfius; hiatus in Strabonis libris a Kramero toleratos εἴκοσι αὐτοῖς XI 4. 6 p. 503 (706. 12 Mein.), εἴκοσι ἀνθρώπων XV 5. 686 (956. 26 M.), εἴκοσι ὀργυιῶν XV 35. 702 (978. 21 M.) Meinekius sustulit interposita consona, quam schol. Il. VI 217 Atticam dicit; numeros coniunctos contraxit IV 1. 13 p. 179 (243. 23 M.) εἰκοσιοκτώ, quomodo etiam pro εἴκοσι ὀκτώ in Artem. II 70 scribi oportet. Correctorem manent πλείους τῶν εἴκοσι ὄντες Dionys. de vi Demosth. XIII 993. 1, εἴκοσι ἦσαν Athen. I 4 F. unoque codice firmatum εἴκοσι ἔτη Plutarch. v. Lycurg. XVII 13, quod Sintenis recepit. Πρωΐν non legitur, sed πρῴν hinc contractum affertur ex iambographis, v. Meinek. ad Choliamb. 165.

§. 6. Eadem consona nonnunquam subditur iota longo, quo pronomina demonstrativa et adiectiva hinc derivata finiuntur, certe ex eorum sententia, qui, ut Apollonius refert Pron. 75 et 105, τίν et ὁ δεῖν [Parall. 71] ny paragogicum habere putarunt, καθάπερ καὶ οὑτοσίν καὶ ἐκεινοσίν. Hoc non inveni; alterius casus eos, qui in sigma exeunt, non raro in codicibus sic scriptos deprehendimus et id frequentissime ante vocales e. c. οὑτοσίν ἐμέ Dem. Fals. Leg. 358. 175 (396. 24), τουτοισίν; ἀλλά p. Cor. 260. 191 (292. 11), του-

τουσὶν οὐδὲ Fals. Leg. 327. 75 (364), οὑτοσὶν ἔγραψε 348. 144 (385). Quin etiam in editionibus τουτοισὶν ἐπισκεψομένους Phil. III 103. 12 (113. 24), sed hic Bekkerus tacite τουτοισὶ edidit, sequutus fortasse optimum Σ, in quo consonam illam constanter omitti Voemelius testatur in progr. Francof. ann. 1853 p. 9; sed in Dinarch. c. Dem. 171. 89 retinuit τουτοισὶν ἀναθεῖναι spreto cod. L., qui τούτοισιν exhibet. — Adverbium οὑτωσί saepissime antecedit vocales sine ullo codicum dissidio, sed nusquam ο ὑ τ ω σ ί ν, quin aliqui discrepent. Plat. Gorg. 503 D Stallbaumius ex aliquot libris scripsit οὑτωσὶν ἀτρέμα et 509 A οὑτωσὶν οὖς reiectum a Turicensibus, nec assumsit Bekkerus Arist. Nicom. II 1. 1103 b. 20. Idem vulgo legitur in Jambl. Protr. IV 54 et Aristid. Or. Sacr. IV 334. 10 et 337. 13, sed Dindorfius p. 518 et 522 e Barocc. et Laur. restituit οὑτωσί. Alterum directe reprobat Coraes ad Isocr. T. II 292, cui assensus est Wolfius in Anall. II 437 et plerique; Buttmannus utrumque admittit; Jacobsius ad Philostr. p. 329 rem in suspenso relinquit; Weberus ad Dem. c. Aristocr. 261 *in eiusmodi rebus ubique cum codicibus faciendum* esse arbitratur, neque aliter iudicat Poppo ad Xen. Anab. VII 6. 39. Benselerus ad Isocr. p. 185 sq. censet, oratores, qui auribus consultum vellent, ny addidisse, si sequeretur vocalis neque intercederet pausa, quae hiatum obtegeret. Equidem ἐκεινοσί et οὑτοσί, quae Aristophanes Vesp. 67 et 74 in exitu trimetri iambici ante vocalem nulla interpunctione diremtam collocavit, specimen scripturae Atticae habeo, consonam autem a librariis quibusdam invectam puto, qui modo hiatui occurrere, modo pausam notabiliorem reddere cuperent. Atque huic haeresi grammaticorum quoque aliquos affines fuisse apparet ex illo Apollonii loco; num ipse huc inclinaverit, non satis liquet.

Coniuncte cum οὑτωσίν Theognostus Can. 162. 1 commemorat ν υ ν ί ν, quod Franckius ad Aesch. c. Timarch. p. 57 ex uno codice affert, Bekkerus 275. 79 plane praeterit, neque aliunde cognitum habemus. Verum ne in hoc exili et arido solo diutius moremur, quam necessitas exigit, transeamus ad partes orationis declinabiles.

Cap. II.

De ny paragogico declinabilium.

§. 1. Horum duo primaria genera, verbale et nominale, complectitur Apollonius Adv. 520. 33 *τὸ ν̄ πάμπολλόν ἐστιν ἐν τῷ πλεονασμῷ ἕνεκα εὐφωνίας παραμαμβανόμενον ἐπὶ παντὸς βραχυκαταλήκτου ῥήματος: ἔλεγεν, ἔλαβεν, καὶ ἐπὶ δοτικῶν τῶν εἰς ῑ ληγουσῶν: χρήμασιν.* Et paulo plenius Maximus Planudes in gramm. p. 57 T. II Bachm. *τὰ εἰς ε̄ καὶ ᾱ λήγοντα τρίτα πρόσωπα τῶν ἑνικῶν καὶ πληθυντικῶν ῥημάτων καὶ αἱ εἰς ῑ δοτικαὶ τῶν πληθυντικῶν μετοχῶν καὶ ὀνομάτων ἐφέλκονται ἀεὶ τὸ ν̄ καὶ ἔστι τοῦτο τῆς τῶν Ἀττικῶν διαλέκτου. Ἴωνες δὲ δίχα τοῦ ν̄ προφέρονται,* quibuscum ad verbum fere convenit scholiasta Arist. in introitu huius Part. I productus. Ab his quae nominantur vocales non solae huc inclinant, sed frequentius ceteris, ideoque celebrantur in commentariis grammaticorum: *τὸ ε̄ ἐφελκυστικόν ἐστι τοῦ ν̄ ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις ὥσπερ καὶ τὸ ῑ γίνεται ἐφελκυστικὸν τοῦ ν̄, ὅταν ἔχῃ προηγούμενον τὸ σ̄ ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ* Choerob. Can. 168. 9 et 531. 10. Hoc est breve et dilucidum prooemium consultationis longae multisque difficultatibus obstructae. Nam quum attractionis ratio duplex sit, effugiendi hiatus et producendae syllabae brevis, quaestio suboritur, quatenus quaque fini utraque tenenda sit non solum in carminibus, sed in sermone quoque numeris soluto. De illis si quid dubitationis incidit, id ad exitum versuum pertinet, in quo libri antiqui plurimum inter se discrepant literas paragogicas modo omittentes, modo addentes vel ob hiatum vel ad aggravandam syllabam extremam. Secundum illam rationem in codice Pal., ut Elmsleius refert ad Eurip. Bacch. 200, in fine trimetrorum iambicorum *σπαράγμασιν, ὑπέσπασεν* ante vocalem, sed *ζημίμασι, λευκοπήχεσι* ante consonam scriptum est, eamque scripturam in Rom. A constanter servari testatur idem ad Med. v. 76. Hermannus vero in Elemm. Metr. 350 vocabulis pure exeuntibus ubique ny addendum censet; *nam in fine versus,* inquit, *quoniam consistit vox et pausa fit, longa syllaba,*

quia stabilior est, ad versum concludendum aptior est judicata. Itaque et ν̄ paragogicum addi in melioribus libris videmus et ipsi poetae anteposuerunt productas syllabas εἶναι quam ἔμμεν, αἰεί quam αἰέν et quae similia sunt in fine versus dicere praeferentes. Eamque sententiam instauravit in praef. Orph. p. IX et constantissime tenuit in fabulis, quas edidit, scenicis connivente ad omnia Buttmanno gramm. §. 26 adn. 1, neque discrepant Boeckhius praef. Pind. XXXVII et Lehrsius Quaest. Epp. 275. Id tamen parum convenit versibus arctius connexis, primum iis, quibus vel praepositio intercedit: *εἶμ' ἐπὶ ‖ ναῦν*, vel articulus: *κατεῖχε τὸν ‖ νέκυν*, quod Hermannus ad Eum. 236 non sub alia conditione permissum statuit, quam si sententia finem versus incipiat, *tum autem duorum versuum numeros ita coniungi, ut in fine alterius, alterius autem initio ea iam licita habeantur, quae aliter non nisi in medio versu concessa sunt* ad Ai. 986. Equidem legisse mihi videor apud poetas nostros versus huiusmodi: *Wenn ich in ‖ die Ferne schaue*, etiamsi nulla praecedat interpunctio, sed a recitantibus puto syllabam finalem non aliter promi quam mediae debent, hoc est ictu sopito. Neque aliter et de illis iudico et de vocibus elisis: *τί ταῦτ' ‖ ἄλλως ὀδύρῃ —;* *Μολόντ' ‖ Ἀτρείδην*, v. Hermann. ad Suppl. 739, cuius bisyllabi generis haec exempla unica esse observavit Elmsleius ad Oed. Col. 17. Id autem saepe fit monosyllabis, qui in editionibus veteribus ab exitu prioris versus ad exordium postpositi transferuntur: *μέλας ‖ δ' Ἅιδης* Oed. Tyr. 29, *ἐμοὶ ‖ δ' ὥρα βαδίζειν* Arist. Eccl. 351 [1]); quin etiam encliticae: *οὐ μὴ καλεῖς ‖ μ', ὤνθρωφ', ἱκετεύω* Arist. Rann. 298, cuius scripturae testis est scholiasta: *Μ' ὤνθρωπε πρὸς τὸ συνεχὲς τῆς ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ δευτέρου στίχου, διότι ἀπὸ συναλοιφῆς ἄρχεται.* His igitur vocum ambarum continuatio potius quam interruptio probatur. — Ad hanc facit aliquid accentus vocum inclinabilium, qui quum in ultimam versus antecedentis syllabam transferri possit, plerumque non transfertur: *πολλαὶ δὲ γυναῖκες ‖ εἰσὶν*

---

1) Sic etiam fit in aliis versuum generibus: *τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧ‑ ‖ δ' ἐς το πᾶν ἐτητύμως* Agam. 659, *ὦ μᾶτερ ἀντιάζω ‖ σ' ἐγὼ* Alcest. 400, quod Nauckius retinuit; alia id genus correcta sunt.

ἐνὶ κλισίῃς Il. II 226, θύγατρες ‖ εἰσὶ Quint. X 301, γάλακτος ‖ εἰσὶ ῥοαὶ Opp. Hal. I 687, ἄριστος ‖ ἐστὶν ὀνειροκρίτης Theocr. XXI 33, αἰπολίοισι ‖ φημὶ Oppian. Hal. IV 346 et paulo post v. 514 βάθιστον ‖ φασὶ omissa enclisi, quae in sermone medio obtinet. Sed argumentum hoc ex accentiuncula ductum non gravissimum est. In Theocr. l. c. Meinekius tacite ἔστιν scripsit, ipseque Hermannus Agam. 1190 (1242) pro ἄρσενος φονεύς ‖ ἐστιν, quomodo in editionibus veteribus legitur, καθ' ὁμαλισμὸν edidit φονεὺς ἐστίν. — Plurimum vero titubant monosyllaba. In Pindar. Nem. VI 71 βοτάνα τέ νίν ‖ ποθ' ἁ λέοντος Ald. et all. exhibent, non quod Boeckhius (v. 47) recepit orthotonumenon, ne enclitica sit in initio versus, et post paroxytonon Oed. Tyr. 1085 οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι ‖ ποτ' ἄλλος accentum a prioribus suppressum restituit Hermannus; οὐ γὰρ ἀμεμφέως ‖ πω πᾶν ἐξέστηκε Empedocl. v. 173 Karstenus edidit; αἴ τι Μενάλκας ‖ πῆ ποχ' ὁ συρικτὰς προσφιλὲς ᾄσε μέλος Theocr. VIII 34 codices et editiones veteres, sed recentiores πάποχ' vel πείποχ', unde non multum abest schol. περισσὸν τὸ πη (sic sine accentu), διὸ ὀξύνεται· οὐ γὰρ ἴδιον ἔχει τὸν τόπον (scr. τόνον); in dochmiacis βοηθησάτω ‖ τις ἀνύσας Arist. Acharn. 571. Haec accentus inconstantia mihi memoranda fuit, ne quis, si forte in alterius modi scripturae exempla inciderit, his aut continuationem aut interruptionem probari putet. — Habemus vero valentiorem ad hanc causam rationem, accentum vocum oxytonarum. Has enim consuetudo per longum tempus servata in exitu versuum non aliter scribit quam ἐν συνεπείᾳ: Ζεὺς ‖ δῶκε, Ἀχαιοὶ ‖ τίσουσ' et in aliis metris non semel, sed infinitis locis. Nec aliter scripsit Hermannus quanquam pausae repugnantia, et qui Hermannum sequuti sunt praeter unum Bekkerum. Is enim accentum introduxit pausae consentaneum: Ζεύς ‖ σῆμα τιθείς — Ποσσί ‖ γαῖα φάνεσκε etc., quo indicare videtur, syllabas quasque ultimas non ita ut medias sed elatiore quodam sono pronunciandas esse. Huius tonosis vestigia in nostris libris admodum nulla comparent; nam codex Anthol. Palat. acuto utitur quidem, sed ante stigmen modo, quae natura aliquid morae infert; sin ea abest, gravat ut in uno epigr. L. V 93 λογισμόν, ‖ οὐδέ με,

et proxime post βοηθὸν || Βάκχον ἔχει, idque perpetuum est: κατέχει δέ, || ὡς n. 67, sed ἐλθὲ || ἄλλον n. 94 etc.; ac si Apollonii cod. Guelph. acutum adeo non interpunctis adhibet: ἀκτάς || ὠκεανοῦ, αἰνήν || ἠέρα, id quoque dubito, num propter pausam factum sit, nam idem, ut Merkelius docet Prol. LVII, ny ephelcysticum tantummodo ante vocalem hiatus vitandi causa admittit.

Cognitis autem codicum praeiudiciis dissonis porro expendamus duo illa vocabula, quibus sententiae auctor probare studet, Homerum operam dedisse, ut ultimam thesin, si optio data esset, sono circumlineret fortiore. Horum unum αἰεί non solum hoc in loco invenitur, sed in aliis quoque producta ultima, sive ea in thesin incidit, sive in arsin, sive consona sequitur, sive diphthongus vocalisve longa: αἰεὶ γάρ τοι, ἀλλ' αἰεὶ Αἴαντε· alterum vero ante vocales demum breves, quibuscum in dactylum confluit: αἰὲν ἐπέσσω Theogn. 354 (365), et non raro utrumque eodem in loco diversis pedibus assignatum: αἰεὶ γὰρ στήσονται, ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ Empedocl. 176, αἰεὶ τοῦτο Διὸς κούραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς Theocr. XVI 1; pro αἰεὶ ἐν ἀθανάτοις Il. I 520, IX 322, H. in Ven. 202 Hermanni admonitu substitutum est exilius, nec suspicione caret Od. XXI 146 ἷζε μυχοίτατος αἰεί, ἀτασθαλίαι δέ οἱ — ἐχθραί, ac minus etiam Nic. Al. 146 αἰὲν κεντρήεντα, ubi ne interpunctio quidem subvenit. Αἰέν in exitu exhibent editiones Basil., Ern., Heyn. Il. XI 827, sed correctum est; in Orph. Lith. 208 Hermannus invitus, puto, reliquit, quippe contrarium ceteris locis 375, 405, 603; idem Quinto exemit Koechly III 776 et iam Brunckius Apollonidae Anthol. Pal. VI 105 nullo codice adiutus, sed exemplorum copia maxima. Hinc colligimus, αἰεί scribi, ubicunque metrum patitur, αἰέν vero, ubi trochaeo opus est, quo ultima nihil indiget quippe anceps; sed receptum est fortasse ab aliquibus, si immineret vocalis, ut Oppian. Hal. III 517 τὰ δ' αἰὲν || ὀξέα, et coniuncte cum altera terminatione Hal. II 658 τοῖς νόος αἰὲν || ἐγρήσσει πανάϋπνος, ἐπεὶ τρομέουσι μὲν αἰεὶ || φέρτερον.

Idem existimandum est de infinitivis εἶναι et ἔμμεν. Illud multo frequentissimum, hoc non ita pridem in quinque

locis, ubi vocalis sequitur, a criticis introductum est pro *ἔμμεν'*, quod reprobatur propter elisionem minime necessariam una cum genitivis Ionicis et Thessalicis *σεῖ'*, *τοῖ'* etc.[2]. Hinc patere arbitror, quare in novissimo pede non *ἔμμεν* legatur, quod duntaxat metri gratia assumitur, sed ordinarium *εἶναι*. Quod vero amplius adiicitur „*et similia*", equidem plura reperio, quae regulae illi repugnent quam quae concinant. Primum particulae.

Inter alia animadversione dignum est, quod in EM. 324. 15 dicitur, praepositionem *ἐξ* ante consonantes in *ἐκ* mutari praeter syntheta *διέξ*, *παρέξ* praeterque clausulas versuum: *εἰ μὴ εὑρεθῇ ἐν τέλει στίχου ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ* (XXII 30) *'Αμφοτέρων ἐξ* || *τοίχων*, quae verba si in uno eodemque versu legerentur, nemo dubitaret rescribere id quod sequens litera flagitat *ἐκ*, et hoc ipsum praebet editio Steph. et huic proximae, sed nunc illud repositum est, quod offerunt editiones principes addito accentu: *ἔξ*. Hoc rectius legitur in anastrophe ante vocalem Theocr. XXV 38 *οὔ σέγε φημὶ κακῶν ἔξ* | *ἔμμεναι* et bis apud Homerum *θεῶν ἔξ* || *ἀείδει* Od. XVII 518 et Il. XIV 472 *οὔ μοι κακὸς εἴδεται οὐδὲ κακῶν ἔξ*, || *ἀλλά*—, quem locum Herodianus propter accentum solum affert, v. Lehrs. Quaest. 97. Hic vox in duplicem consonam exiens iure praefertur propter vocalem sequentis versus, qui cum illo arctissime cohaeret. Sed Theocritum *ἐξ τοίχων* scripsisse, tantummodo ut longam concinnaret syllabam, adhuc mihi persuadere non potui.

Praepositionum bisyllabarum unam in fine hexametri positam exhibent libri quidam Od. XXIV 45 *πολλὰ δέ σ' ἀμφὶ* || *δάκρυα θερμὰ χέον*, probatque Ernestius, sed receptum est *ἀμφίς*, quod saepe quidem praepositionis loco ponitur, sed

---

2) *Ἔμμεν'* Parmen. 38 Karstenus correxit remota apostropho, retinuit vero Bergkius Sapph. Frgm. II 2 et novissimi editores Orph. Arg. 579, Lith. 461, Oppian. Hal. I 579, II 232, Quint. I 332, IX 415, quod dubito an Koechly servatum esse nolit; nam in praef. p. LIV et ad I v. 216 infinitivos huiusmodi improbat [*emendat. in edit. Teubn.*]. (In L. I 302 *καὶ τὸ μὲν ἀτρεκέως φῂς ἔμμεναι* optativus requiritur: *φαίης ἔμεν*.)

tamen ad aliam orationis partem pertinet [Cap. III §. 3], idemque esse videtur Od. IX 399 οἵ ῥά μιν ἀμφὶς || ᾤκεον.— Adverbiorum οὕτως, si proximum versum consona orditur, sigma omittit: οὕτω || θῦνε Il. V 249, XIII 225 et 309, Od. IV 543, VIII 315, XIX 128, nec mutavit Wolfius, Bekkerus vero clausulae velificans ubique οὕτως, quod vulgo ante vocalem invenitur sequente nonnunquam stigme perfecta Il. VI 55, Od. VIII 543 et XVIII 255, idemque Hes. Opp. 424, Theogn. 335, Callim. hymn. Apoll. 70, Theocr. X 22, XXIII 14, Quint. XII 299, Arist. Rann. 1531. In prioribus pedibus Homerus unum οὕτω probat, nisi vocalis sequitur et interpunctio: ἔσσεται οὕτως, ἄττα Od. XVII 599. — Μεσηγύ et μεσηγύς apud eum saepius legitur, prout metrum poscit, sed in exitu μεσηγύ et id ante vocalem Il. XI 570 ut apud Aratum quoque μεσηγὺ || ὀρνιθέης 273, quem Vossius sigma detraxisse censet, quia tres quae sequuntur voces in eandem exeant literam; sed huius sigmatismi exempla plurima extant et illustrissima, de quibus alio loco dictum est [Parall. diss. I]; neque hanc causam habuit Dionysius Perieg. 924, cur μεσηγὺ || εἱλεῖται scriberet. Sigma, quod codicum aliqui aliquoties subiungunt Brunckiusque nonnunquam *euphoniae causa* adiecit, Bekkerus Homero ipsi gratificatus est [v. Dissert. VIII cap. II §. 2]. — Firmiter haeret ἄγχι || ἕστηκε Il. V 185, ἄγχι || ἦλθε XI 362 et iisdem verbis Quintus, quem Koechly observavit nusquam ἀγχοῦ scripsisse, I 103 et Oppianus quoque ἄγχι || ἠΰτε Hal. II 302. Adverbio spondaico utitur Homerus, ubi necessarium est, ut in principio versuum: ἀγχοῦ Κυκλώπων, et illud vicies repetitum ἀγχοῦ δ᾽ ἱστάμενος, eademque ratione Apollonius et alii posteriorum ἀγχοῦ στηλάων, sed ἄγχι θαλάσσης· Dionysius vero semel etiam in exeunte versu 728 ἄγχι || παραλίην. — Ἄφνω non solum ante consonam Apollon. III 664, Nonn. XII 56, XX 336, sed etiam sequente vocali XLII 536 et Apollon. IV 580 ἄφνω || ἴαχεν. quo hiatu offensus Brunckius sigma inculcavit. Epicis antiquioribus neutrum cognitum fuisse videtur. — Particulae αὖ propago duplex nonnunquam significatione paululum differt, alias metro solum: τὸν δ᾽ αὖτε προσέειπε γυνὴ

Od. XV 434, sed proxime post 439 *τοῖς δ' αὖτις μετέειπε*, et ad versum claudendum pariter apta *ὁππότ' ἂν αὖτε* || *εὕδησθα* VIII 444, *δόλον αὖτε* || *ἀθανάτων* V 356, *ἄλλοτε δ' αὖτε* || *ᾖ*— Hes. Opp. 245 et vicissim *οὐ γάρ ἔτ' αὖτις* || *νίσομαι* Il. XXIII 75. — Eodem referuntur *Ἤλιδος ἄντα* Il. II 626, *εἴ κέ μεν ἄντα* || *στήῃς* XVII 29 et significatione leniter inclinata *ὁμοιωθήμεναι ἄντην* Il. I 187, *ἐναλίγκιος ἄντην* Od. IV 310 et saepius Quintus, qui altero non utitur, nisi metrum cogit, v. Koechly praef. LXIII.

§. 2. Protinus dicemus de nominibus. *Τέκμαρ* Apollonius saepius posuit, ubi brevi syllaba opus est, semel ante consonam *τέκμαρ μετιόντες* IV 483, pro quo in uno Flor. *τέκμωρ* legitur, et sic etiam in exitu ante consonam IV 1335 bisque ante vocalem III 492 et 1002, ubi Merkelius e codicibus nonnullis *τέκμαρ* recepit. Hoc usus est Hesiodus cogente versu: *τέκμαρ ἐναργές* Fragm. CLXXI posteaque Pindarus et tragici; Homerus unum novit *τέκμωρ*, huiusque exemplo potius quam numerorum causa Quintum XII 2 et Oppianum Hal. IV 26 atque Apollonium ipsum *τέκμωρ* constanter in fine versuum posuisse censeo. — Ab his, quae toto tempore inter se differunt, paulum distat duplex terminatio nominis *ἄλειφαρ* et *ἄλειφα*, utraque brevis, sed altera accessione consonae semibrevis auctior, quare a Lehrsio Quaest. 275 pro hac causa affertur. Verba viri peritissimi haec sunt: *Μέμηλεν apud Apollonium recte mihi in μεμήλει mutatum videtur; illo si uti voluisset, non in fine versus ascivisset, quo quidem loco plenior forma acceptior;* et hanc ob causam epicos *ἄλειφαρ* et *οἶσθας* brevioribus *ἄλειφα* et *οἶδας*, *οἶσθα* praetulisse iudicat. Plusquamperfectum illud Brunckius recte reposuit, sed ob aliam causam, quia tempus illud ad sensum aptius est perfecto. *Ἄλειφαρ* Theocritus et Oppianus, quos Muetzellius indicat de Theog. pag. 58, non propter sonum dixisse videntur, sed quia hoc analogiae propius et certe ex grammaticorum sententia primitivum est; hinc enim *ἄλειφα* repetunt, v. Rhemat. 313, atque hoc ipsum ab Hesiodo et Quinto in exitu positum esse Goettlingius ad Theog. 553 et Koechly praef. LIII codicum auctoritate confirmant. De verbo *οἶσθας* infra dicendi occasio erit, ubi de

sigma mobili disseretur. Nunc in iudicium vocabimus nominum heteroclitorum terminationes ancipites.

Pro Περιήρεος υἷι Il. XVI 177, cui subiunctus versus vocalem in principio habet, Bekkerus e schol. et Eustath. υἱῷ substituit, sed Μαιάδος υἱεῖ Od. XIV 435 (ante consonam) praetulit scripturae Hermanno ad Hymn. Hom. in Apoll. 48 probatae υἷι, v. Spitzner. ad II 791. Canoni conveniret υἷι, quod Eustathio in mentem venit, sed teste destitutum est. Accusativum υἱόν legimus in Homeri locis plurimis et frequentant posteriores, semel vero υἷα Od. XX 35 [Bekk. υἱόν], nam in XVII 111 ex indiciis quibusdam Harl. et Vindob. repositum est υἱόν; crebrius vero apud alios, Callim. Del. 58, Quint. II 338, V 195, VIII 195, qui duos continuos versus III 127 et 128 hac voce claudit sequente utrobique vocali.*) Casus plurales υἱοί et υἱούς, quorum hic veterum editiones quasdam invasit Il. V 159, Homerus in nulla parte versus admisit. — Inter primam et tertiam declinationem commeant δαίς et δαίτη, quod nunquam versum terminat, sed saepissime δαῖτα Il. VII 319, IX 90 etc. Call. H. Cer. 64, Theocr. XIII 63, Nicand. Alex. 482, et ceteri casus δαιτός, δαιτί, δαῖτας, nec unquam aliter, nisi si metrum obstat. — In Hesiodi aliorumque versibus, quos indicavi in Parall. 146, pro μελεδῶνας nonnulli substituunt properispomenon, alii contrarium decernunt, neutri numeri causa, sed alterum antiquius existimantes. — Nominum, quae uni declinationi, sed diversis generibus adscripta sunt, potissimum duo in exitu inveniuntur variante figura: κέλευθοι et κελεύθους Il. XIII 335, H. H. in Apoll. 227, Nicand. Ther. 679, Arat. 342 et 802, Quint. XIV 418, Dionys. 233, sed κέλευθα Od. X 20, H. H. in Merc. 347, Apollon. I 352, Orph. Arg. 1354, Quint. IX 443, XIII 52, Oppian. Cyneg. I 453, Halieut. III 69 multisque aliis locis, et hoc Wolfius pro κέλευθον et κελεύθους e codicibus restituit

---

*) *In progr. XV Octob.* 1852 *edito p.* 5 *sic est:* „Posteriorum vero poetarum non eadem religio fuit; υἷα in extremo versu collocavit Apollonius II 114, 163, IV 1134, Quintus XIII 169 et aliis locis a Koechlio allatis ad III 160.“

Od. VII 272, Il. I 483. — Ἐρετμοί et ἐρετμούς hic ignorat solo neutro contentus, quod ceteris quoque satis fecit[1]), sed masculine dicit χαλινούς XIX 393, ut Nicander Ther. 233, sed hic etiam χαλινά Alex. 337 cum Oppiano Cyneg. II 538 et Nonno I 216, quo in nomine variant codices Dionys. 1060 χρύσεα — στομάτεσσι χαλινά et χρύσεοι — χαλινοί. — Ἐναργὲς ὄνειρον Homerus metro dedit, sed in ultimo versu praetulit ὀνείρους et δεσμούς; eodem vero loco ἄκρα κόρυμβα masculino in totum abstinens, nec novit δεσμά, quo Nicand. Ther. 728 et Arat. 241 utuntur, ubi metrum postulat, Theognis v. 459 etiam in exitu et id sine ulla eiusmodi ratione, qua Hymn. Hom. in Merc. 409 καρτερὰ δεσμά hic collocavit, hoc est propter epitheton, ut εὐρέα ταρσά Oppian., εὔια θύρσα Nonn. et all., v. Jacobs. ad Christodor. Ecphras. v. 35. Haec et alia, quae poetae posteriores masculinis affinxerunt, δίφρα, δρυμά (macroparalecton), θεσμά, κύκλα, λύχνα, πέπλα, σίμβλα, τράχηλα contra Hermannum nihil valent, nec pro eo valet, quod Homerus μῆρα in mediis versibus ponit, in extremis μηρούς, nam haec significatione differunt. — Nomiminativus ἀκακῆτα sive ἀκάκητα finit quidem versum Hesiodi Frgm. XLVII (XXIX) et Nicand. Alex. 572 (559), sed vis et origo eius incognita, primitivum ἀκακήτης nusquam lectum est. Κυανοχαῖτα, quod Herodianus illi aequiparat, et ceteri nominativi Aeolici aliis locis frequentantur, ultimo communes κυανοχαίτης, ἱππιοχάρμης, ἀστεροπήτης, Ἀργειφόντης. — Cursim attingam ancipites pronominum personalium casus. Pro tetrasemo πείθεο δ' ἡμῖν Il. I 214 Aristarchus scripsit brevius ἥμιν*), quodHerodianus reprehendit non propter detractionem temporis, sed antidiastolae causa; haec autem ratio quantum

[1]) Apollon. III 346 pro ἐρετμοῖς codices aliquot ἐρετμούς. sed ille neutro uti solet. Πλευρά et πλευραί Homerus ab exitu remota habet. Νεῦρα et νευραί [*Sic nulla littera amplius scriptum est in mscr. In progr. tota haec de diversi generis pluralibus quaestio his verbis absoluta est:* „Nec causa dici potest cur epici ἐρετμά, κέλευθα, χαλινά in exitu posuerint, quo loco ἐρετμούς et κελεύθους non raro admiserunt," *Voluit dicere sine dubio*, νεῦρα *et* νευράς *significatione differre, v. Herodian. ad Il. III* 35 *et l. a Lehrsio l. Prolegg.* 12 *sq.*]

*) „οὐδέ τις ἥμιν || θαλπωρή Od. I 166 Br." *infra adscript.*

ambiguitatis habeat, nemo ignorat. — Sed nefas duco praetermittere antiquae doctrinae frustulum in schol. Il. III 35 servatum: ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειά — οὕτως ὀξυτόνως καὶ χωρὶς τοῦ σ, quibus subtexitur regula de accentu Herodianea, tum sic finit: φασὶ μέντοι Ἀρίσταρχον καὶ Ἀριστοφάνην γράφειν παρειάς σὺν τῷ σ, ἐπειδὴ καὶ παρειάων λέγει, quae Lehrsius ad eundem auctorem refert. Sed contrarium dicitur ad Il. XXII. 491 δεδάκρυνται δὲ παρειαί — Ἀρίσταρχος οὐδετέρως παρειά, quod Didymo tribuit Schmidtius. Ergo necesse est, aut illum mutasse sententiam aut postrema verba alius cuiusdam esse. Quod autem ad probandum femininum utitur genitivo, id satis signi est, ignotam ei fuisse regulam, ad quam viri gravissimi versuum clausulas redigere conantur.

Nominum Πάτροκλος, ἡνίοχος, αἰγίοχος casus quosdam poetae ad tertiam declinationem traducunt, Πατροκλῆος et ἡνιοχῆος Homer., ὑδροχοῆϊ Arat. 388 et Nonn. XXIII 315, sed in exitu Homerus Πατρόκλοιο, ἡνιόχοιο, αἰγιόχοιο, Aratus 283 ὑδροχόοιο, Nonnus vero addita morula I 178, 313, 361 etc. ἡνιοχῆος maluit, duos continuos versus XXXVII 275 et 276 homoeoteleutis concludens, idemqe saepissime metaplasmo poetico Δηριαδῆος utitur.

Heteroclitis accedit epitheton, de quo Eustathius disserit 1462. 18 δυνάμενος ὁ ποιητὴς ποικιλόμητιν εἰπεῖν ὁμοίως τῷ εὔμητιν καὶ πολύμητιν, οὐκ ἔγραψεν οὕτως ἐνδεικνύμενος ἐξεῖναι καὶ οὕτω γράφειν καὶ οὕτως. Verumtamen quae Homerus de hoc genere delibavit, diversas causas habent. Πολύμητις illud, proprium et perpetuum Ulixis epitheton, et δολόμητις versus lege tenentur, qua sancita sunt consonantia ἀγλαόμητις Procl. Hymn. et Tryphiod., αἰολόμητις Hesiod. Theog., θεόμητις et ταχύμητις Nonn., θρασύμητις Anthol. Sed ubi liberum illi fuit sumere quod vellet, praeoptavit alterum: δαΐφρονα ποικιλομήτην, τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης, et Hesiodus quoque Σίσυφος αἰολομήτης Fragm. XXXII (IV) et ἰδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην Theog. 19, quo loco codices aliquot ad alterum aberrarunt, sicut in Il. IV 59 olim scribebatur, sed a Wolfio correctum est, αἱμυλομήτης H. H. in Merc. 13; δολόμητις vero in clausula versus Homerici feminini est generis. — Vocativo generis communis ὦ κλυ-

τόμητι etc. illi praeferunt masculinum ὦ δολομῆτα, v. Parall. 240, atque haec terminatio principalior videtur.

§. 3. Verborum modus directus nihil habet, quod suspicionem Hermanni confirmet. Nam personae tertiae ἤσκειν, ἑστήκειν etc. non leguntur nisi in parte versus priore, in exitu vero ᾔει, ᾔδει, κεχάνδει, βεβήκει, γεγήθει, εἰληλούθει sequente plerumque vocali. — Οἶδας versum claudit H. H. in Merc. 456, Theogn. 957, Quint. II 71, VI 121, sed hic non fugit dicere οἶσθα || οἷον ἄχος I 734, et hoc modo Homerus ipse οἶσθα. || Οὐ μὰ γὰρ — Il. I. 85, cui nonnullos consonam affixisse ostendit intercessio schol. A. οἶσθα διὰ παντὸς χωρὶς τοῦ σ. Nec tulerunt critici οἶδας || ἔργ' ἀνδρῶν Od. I 337, nam haec quoque forma poetae insueta, sed εἴδεις scripsere vel, quod nunc receptum est, ᾔδης, cf. Nitzsch. ad h. l. et Lehrs. Quaest. 275.

Modorum obliquorum tres in discrimen veniunt. Primum imperativus praesentis temporis ἔνισπε, quo Homerus semel usus est in medio versu Od. IV. 642, sic ut mutari non possit, idemque olim plus decies legebatur in exitu: νημερτὲς ἔνισπε, ἀληθὲς ἔνισπε, κῆδε' ἔνισπε etc. Sed Bekkerus ubique aoristum ἐνίσπες reposuit auctoritate codicum, quos Spitznerus indicat ad XI 186, et indiciis scholiastarum Od. IV 314 et III 101, quorum ille adnotat ἔνισπε γράφε ἐνίσπες, alter hic et XIV 185 idem declarat comparatione imperativi ἐπίσχες. Par discrepantia librorum Apollon. I 487 et 837, quo utroque loco Merkelius ἐνίσπες e potioribus edidit, quod nemo improbaverit, sed ne exilius ἔνισπε versui claudendo impar putemus, prohibet Theocr. XXV 34 et Quint. XIV 209, in quo omnes consentiunt. — Hinc progredimur ad subiunctivum verbi ἐθέλω, cuius persona secunda modo a praesenti sumitur ἐθέλῃσθα, modo ab aoristo ἐθελήσῃς. Hanc Nonnus in exitu versuum frequentat, Homerus vero nusquam admittit, sed ἐθέλῃσθα solum Il. I 554, Od. XII 49 etc., ut Hesiodus quoque Opp. 392, H. H. in Merc. 181, Apollon. III 404, Oppian. Hal. I 56, Orph. Lith. 202.

Proxime disserendum est de numeri dualis et pluralis terminationibus brevibus longisque, si forte demonstrari possit, poetas in ultimo pede praetulisse longiorem.

Commodissimum videtur verbo in duali posito adaptari participium eiusdem numeri: *διαστήτην ἐρίσαντε* Il. I 6, *τοίω τὼ — ὑπ᾽ Αἰνείαο δαμέντε καππεσέτην* V 559, *στρεφθέντε μαχέσθην* V 575, *τὼ δὲ δύ᾽ ἀΐξαντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἱκέσθην* Od. X 117, *κῆρ᾽ ἀραρόντε ἔρχησθον* XVI 169, *κλαίετον τόξα λιπόντε* XXI 90, *τὼ τερπέσθην μύθοισι πρὸς ἀλλήλους ἐνέποντε* XXIII 301, quaterque verbum eundi: *τὼ βήτην — λιπόντε* Il. XIV 281, *τὼ μὲν δαμέντε βήτην* XVI 326, *τὼ βήτην κιόντε* Od. XXII 378 etc. Et vicissim verbo in plurali convenit participium eiusdem ordinis: *ἀλεξώμεσθα μένοντες* Il. XI 348 et XXII 231, *δύ᾽ ἀνέρε θωρήσσοντο — ἕνα θυμὸν ἔχοντες* Il. XVI 218, *τὼ δὲ τέρποντο μύθοισι πρὸς ἀλλήλους ἐνέποντες* XI 642, *μίμνομεν — παρ᾽ ἀλλήλοισι μένοντες* XVII 721, *ἠντήσατε δεῦρο μολόντες* Od. III 44, quibus locis omnibus duae significantur personae, plerisque *δύο* vel *ἄμφω* adiectum est. Neque aliter dixit Apollonius I 752 *δύω δίφροι πεπονήατο δηριόωντες*. Verum tamen multum abest, ut haec analogia perpetuo servetur. Nam verbo plurali frequenter iungitur participium alterius numeri: *διέτμαγεν ἀρθμήσαντε* Il. VII 302, *ἀμφιβαλόντε ἀλλήλους τεταρπώμεσθα γόοιο* XXIII 97, *τὼ δὲ βαλόντε ῥίμφ᾽ ἔφερον* XVII 457, *ὄφρα μιγέντε — πεποίθομεν ἀλλήλοισι* Od. X 334, et maxime in postremis Odysseae libris: *τὼ δ᾽ ἔσταν παρὰ σταθμοῖσι μένοντε* XXII 181, *τὼ δ᾽ ἐπεὶ ἐφράσσαντο — κλαῖον — χεῖρε βαλόντε* XXI 223, *ὕπνῳ ταρπώμεθα κοιμηθέντε* XXIII 255. Ac rursus verbo duali applicari videmus participium plurale: *τερπέσθην φιλότητι παρ᾽ ἀλλήλοισι μένοντες* Od. V 227, *κῆρυξ καὶ Πρίαμος — ζευγνύσθην μήδε᾽ ἔχοντες* Il. XXIV 282. Ad hanc autem numerorum disparilitatem veterum criticorum nonnullos offensionem habuisse, indicium praebent quaedam scholiastarum adnotationes opportune asservatae et dissensiones codicum; nec hodie de omnibus satis convenit. De illis aliquoties loquutus est Didymus. Ab hoc discimus, in illo Iliadis loco *ἄγε στέωμεν καὶ ἀλεξώμεσθα μένοντες* Zenodotum scripsisse *δυϊκῶς μένοντε*. Sic autem scripsit, non quo dualem putaret solum de duobus dici posse, sed quia natura huc magis convenit, vel etiam quia proprius est dialecto Atticae, Homero scilicet familiari, quo ipso argumento

nonnulli Il. XIII 197 usi sunt, cfr. Friedlaender ad Aristor. p. 15. Aristarchi idem ille mentionem fecit per occasionem versus decies repetiti, quo Homerus enarrationem certaminis singularis auspicatur, *ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες.* Hoc diverse scribi bis refert, ad Il. V 630 *ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἰόντε κεῖται*, et VI 151 *Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης δυϊκῶς· ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν Ἀριστάρχου εἶναι τὴν δυϊκὴν γραφήν*, quod nescio an Spitznerus recte ita interpretetur, Aristarchum prius dualem probasse ut naturae aptiorem, postea pluralem tanquam elegantiorem. Ad Il. XIII 613, ubi poeta duos introducit pugnatores tela sua in se invicem dirigentes, *ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο* Didymi affertur testimonium: *Ἐφίκοντο Ἀρίσταρχος· ἄλλοι δὲ ἐφίκεσθον· Ἀριστοφάνης δὲ ἐφικέσθην*, unde non satis cognoscitur, utrum ille pluralem probaverit, quamvis non admodum necessarium, an dualis terminationem eam, qua persona tertia adaequatur secundae, nixus fortasse duobus locis *τὼ μὲν ἄρ' — θωρήσσεσθον* Il. XIII 301, quod vocali excipitur, et *δύ' ἀνέρε θωρήσσεσθον* XVI 218, ubi codices multi et Eustath. *θωρήσσοντο* praebent, syllaba brevi in exitu collocata. Multo celebrior est post *τώ* et *δύο* dualis figura communis: *τὼ κρατερὼ θεράποντε Διὸς μεγάλοιο γενέσθην* Od. IX 254, *ἔτεκον δύο παῖδε, μινυνθαδίω δὲ γενέσθην* XI 307, *διδυμάονε παῖδε γενέσθην* Il. IV 548, *τὼ μέν ἄρ' ἡβήσαντε — Ἀργείοισιν ἑπέσθην* V 550, omniumque celeberrimum *τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην, τὼ δ' ἅμα πνοιῇσι πετέσθην, τὼ δ' ἀΐξαντε πετέσθην, τὼ σπεύδοντε πετέσθην.* Nihilo secius verba eiusdem moduli haud raro in plurali ponuntur: *ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο* Od. I 331, *τὼ δὲ βήτην — τάχα δ' Ἕκτορος ἄγχι γένοντο* Il. VIII 118, *μᾶλλον ἐπεδραμέτην, τάχα δέ σφισιν ἄγχι γένοντο* XXIII 447, idemque fit aoristis passivae formae: *τὼ — λέονθ' ὣς δηρινθήτην* XVI 756 et *τὼ — ἐναντίω ὁρμηθήτην* V 12, sed Il. XXIII 812, ubi neque *τώ* praecedit neque alia vox eiusdem potestatis, *θωρήχθησαν* legitur et paulo post *ὡρμήθησαν.* In his codices nostri consentiunt, sed Il. XI 283 *τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην — βασιλῆα φέροντε* pro hoc plerique et optimi *φέροντες* praebent, quod nunc receptum est. Item XIII 200 *αἶγα λέοντε — φέρητον — μετὰ γαμφηλῇσιν ἔχοντε* et XVII

531 *εἰ μὴ σφώ Αἴαντε διέκρινον μεμαῶτε* unus Vindob. substituit casus plurales *ἔχοντες, μεμαῶτας*. Od. IV 285 *νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὁρμηθέντε* || *ἢ* — Eustath., Flor., Ald. sigma addunt ob hiatum fortasse, quanquam idem deest in simili dictione IV 33 *νῶϊ ξεινήϊα πολλὰ φαγόντε* || *ἄλλων* [—*τες* Bekk.]. In Od. V 227 *τώ γε τερπέσθην παρ' ἀλλήλοισι μένοντε*, ubi vocalis sequitur cum interpunctione, ex Harl. repositum est *μένοντες*. Il. XII 171 *οὐκ ἐθέλουσι καὶ δύ' ἐόντες* || *χάσσασθαι* et XIII 236 *εἰ ὄφελός τι γενώμεθα καὶ δύ' ἐόντε* Vind. utrubique *ἐόντες*. Od. XI 211 *ὄφρα — φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε* || *ἀμφοτέρω — τεταρπώμεσθα* Ernestius alios nescio quos *βαλόντες ἀμφότεροι* scribere testatur. Idem numerus ex Ven. et Ald. restitutus est Il. XI 283, ubi post *τὼ δ' οὐκ* interiecto longiore intervallo legebatur *ἀπάνευθε φέροντε*. Sed Il. XXIV 282 *ζευγνύσθην — μηδὲ ἔχοντες* Ven. *ἔχοντε*, XII 322 *εἰ πόλεμον τόνδε φυγόντε μέλλοιμεν* Vind. all. *φυγόντες*, et V 239 *ὣς ἄρα φωνήσαντε ἐς ἅρματα ποικίλα βάντες* Vind. *βάντε* neglecto homoeoteleuto, cuius simile extat Od. XXI 90 *κλαίετον ἐξελθόντε κατ' αὐτόθι τόξα λιπόντε*. At vero Il. XII 330 *τὼ δ' ἰθὺς βήτην — μέγα ἔθνος ἄγοντε*, quo sententia finitur, non solum Vind. aliquot, sed adeo codicum antiquissimus Syrianus, ut Bekkerus refert in Relatt. menstr. Acad. Berol. 1853 p. 433, *ἄγοντες* suppeditat, quicum congruit Apollon. III 410 *δοιὼ — ἀμφινέμονται ταύρω χαλκόποδε στόματι φλόγα φυσιόωντες*, sed hic in Guelph. sigma omittitur, quod in Homeri versibus librarii adiicere potius quam demere consuetum habent; nec tamen certam per omnia regulam sequuti videntur. Nostrorum doctorum neminem de hac re generatim disseruisse reperio, sed uno et altero loco editores in transitu, quid sibi rectissimum videatur, declarant. Primum Ernestius Od. V 227 *μένοντες* praefert ut *aptius versus sequentis initio a vocali incipientis*, qua ratione etiam librariorum nonnulli ducti videntur sigma inserentes; sed tacitus praeteriit Od. X 334 *ὄφρα μιγέντε* || *εὐνῇ* — et alia hiatus exempla. Ad Il. XI 283 Spitznerus pro vulgato *ἀπάνευθε φέροντε* ex Eust. et codicibus adoptavit *φέροντες*, *quia sic versus clausula sonantior redditur;* sed huic adversantur alii in brevem excidentes vocalem, quorum ille nullum suspectavit.

His autem omnibus probatur, participia, de quibus loquor, neque semper habere consonam neque nunquam, regulam autem huius inconstantiae adhuc inventam non esse, neque stigmen discrimen facere neque hiatum atque adeo post voces, quae per se binarium significant, ex intervallo modo pluralivum sequi: *δύο ἀνέρε — θυμὸν ἔχοντες* Il. XVI 218, *νῶϊ μαχησόμεθα' — μένοντες* XVII 719, *σφῶϊ — πειρήναντες* Od. XXII 175 etc.; sed pro eo etiam dualem succedere: *εἶδεν δύο φῶτε — μένοντε* Il. V 572, *ἄνδρε δύο — ἑλόντε* XXIII 803, pro quo tamen in schol. *ἑλόντες* scriptum est. — His propter speciem participialem addere libet duo substantiva *δράκοντε* || *δοιώ* Hes. Scut. 233, *δύο στείβουσι δράκοντε* Nicand. Ther. 609, quo utroque loco codices nonnulli pluralem exhibent, et conveniens illi *ἄμφω κέρσε τένοντε* Il. V 307, X 456, alteri respondet vulgata *τοῖο τένοντας* XVI 587, *ἀμφὶ τένοντας* XVII 290 nullo addito nomine numerali; sed codices utrique dualem supponunt. De Od. III 449 *ἀπέκοψε τένοντας* editores nihil nos edocent. — Ultimo subiiciam substantivum primitivum *Φαίνοπος υἷε* || *ἄμφω τηλυγέτω* Il. V 152.

§. 4. Non minore libertate gavisi sunt fabularum scenicarum auctores. Hi enim quum pro casibus singularis numeri, qui unum tempus in exitu habent, substituere possent plurales, qui unum et semis[1]) vel duo, hoc promtissimo remedio usi non sunt, sed promiscue dixerunt *σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα* || *κρύψον* Oed. C. 113 et ante vocalem *πόδα* || *εἰς τὰς Ἀθήνας ἔπεμψε* Iph. T. 910, *ἐκβὰς πόδα* || *ἔστη* Heracl. 798, *ἀναστρέψαι πόδα* || *Ἱππόλυτος* Hipp. 1174, *περᾷ πόδα* || *Ἀγαμέμνων* Hec. 53, et vicissim *ἀπεζύγην πόδας* || *ἄγνως*

---

1) *Τὴν ΩΣ γραμματικοὶ λέγουσιν εἶναι δύο χρόνων, οἱ δὲ ῥυθμικοὶ δύο ἡμίσεως· δύο μὲν τοῦ ω, ἡμίσεως δὲ χρόνου τοῦ σ* schol. Hephaest. p. 150 Gaisf. I. Ex hac ratione casus plurales *φυγόντες* Il. XII 322, quod plerique codd., *ἔχοντες* XIII 200 et *μεμαῶτες* XVII 531, quae nonnulli exhibent, a regula Hermanniana propius absunt quam duales antiquitus recepti. Sed quum idem *ὄσσε φαεινώ* XIV 236 in exitu versus diceret aliter quam in medio *ὄσσε φαεινὰ πέδησε* XIII 435 et VII 279 *μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθον*, non graviorem sonum captavit, sed eum numerum praetulit, quem analogia postulat, metrum non repudiat. [v. de Apoc. cap. I §. 2.]

Choeph. 662, πόδας || χρίμπτουσα Prom. 712[2]). — Sic ante consonam modo χερί Oed. T. 1510, Heracl. 560, modo χεροῖν Oed. T. 1466, Trach. 488, cum hiatu χέρα || ἄλλοισιν Eum. 236, ut φρένα quoque Choeph. 984, Heracl. 487, sed φρένας Hel. 160, Aj. 445; idem vero ante consonam Sept. 652, Antig. 1095. Quare si libri dissentiunt: φρένας et φρένα Orest. 598 (608), πόδας et πόδα (sequente post interpunctionem consona) Hipp. 1179, χεροῖν et χερί Orest. 506, ἅρμασιν et ἅρματι Phoenn. 1110, res ad arbitrium redit. — Praeterea etiam casus eiusdem numeri saepe diverse flectuntur. Primam dativus δόρει, quem Hermannus a Sophocle Trach. 240 et Aj. 1056 in fine senarii positum esse statuerat; nuper vero δορί revocavit, quo solo in hoc versus loco utuntur Aeschylus et Euripides. — Pro accusativo Κλεισθένην, qui apud Aristophanem quater legitur in versibus mediis, in extremo Κλεισθένη legimus ante consonam Thesm. 763, idemque contra libros Dindorfius scripsit v. 235 (242), ubi vocalis sequitur persona alternante; sed consimili Σωκράτη Nubb. 1465 et 1477 nunc e codicibus consona accessit conveniens subsequenti vocali. Pro Ἄρην, quod ego Agam. 1194 scribendum esse conieceram, Hermannus Ἄρη recepit; de utroque dixerunt Ellendtius et Matthiae in Lexicis suis. — Ὦ φίλε non legi, sed μὴ σπέρχου, φίλος Med. 1134, quam antiptosin illustrat Hermannus in praefat. Androm. p. XV, ὦ Πάρις Hel. 691 hoc uno modo scriptum, sed ὦ κάσι Oed. C. 1440, ὦ λάτρι Hec. 609 et crebrius ὦ πόσι Alc. 323 (330), Iph. A. 1116, Troad. 961, ὦ πόλις Thesmoph. 839, sed ὦ πόλι in codicibus plerisque Androm. 1, ὦ γέρον plurimis in locis, raro dissentientibus libris: Andr. 1189, Heracl. 305, Ion. 934, ὦ Κρέων et Κρέον apud Sophoclem pari fide esse ostendit Ellendtius s. h. v.; in duabus Euripidis fabulis, ubi rex Thebanus plus decies appellatur, ubique vocalius versum finit, nec probatur codicum nonnullorum scriptura Κρέων Phoenn. 700, Med. 287, quod Porsonus et Elmsleius ad h. l. recipiendum esse iudicant, *si plane constaret, longam syllabam tragicos, quum possent, semper in fine senarii ponere.* Cum ὦ Οἰδίπους Oed.

2) Πόδα χριμπτόμενος in cantico Helen. 533.

C. 1038 pugnat *Οἰδίπου* 1346, quam litem Hermannus et Ellendtius dirimi posse negant, uterque adversus Reisigii arbitria disserens.

Tria sunt heteroclita appellativi generis a tragicis diverse flexa, *πτυχάς* et saepius *πτύχας*, v. Parall. 107, *σταθμά* Soph. et Eur., alibi in eadem trimetri regione *σταθμοί*, *σκότου* et auctius *σκότους* ante consonam Herc. 563. Sed horum primum fortasse a poetis Atticis omnino alienum est, et pariter genitivus *ἄστεος*, quem codices nonnulli exhibent Aesch. Suppl. 479. — Ob hanc causam etiam *οὕνεκεν* coniunctio in fine senarii posita Herc. 155 (152) cum *οὕνεκα*, ut Dindorfius iubet, commutanda videtur; hanc enim solam sermo communis et Atticus recepit et poetae quoque Attici, non solum ubi necessaria est, sed etiam versum claudentes: *οὕνεκα* || *ἄκουσα* Trach. 934, et ante alias vocales Philoctet. 232, Herc. 207. Aristoph. Nubb. 6 *οὕνεκεν* conceditur epicis lyricisque familiare. Haec vero facile discernuntur a prius allatis *πόδα*, *πόδας*, *χερί*, *χεροῖν*, *πόλις*, *πόλι*, quae casu et numero inter se differunt.

§. 5. Hac longa digressione nobis opus fuit ad probandum, poetas epicos scenicosque, quum versum possent longa terminare syllaba, persaepe usos esse brevi. Sin aliter fecissent, tum vero concedendum esset, consonam quoque paragogicam ad concinnitatem numerorum pertinere, ideoque, si quando deficiat, quasi e fuga retrahendam esse. Illo autem argumento in discrimen adducto dispiciendum est de altero illo, quod a codicibus sumitur, adhibitis scriptoribus plurimis non unius aetatis et generis, sed undique convocatis; nam pars magna exemplorum infirmatur ambiguitate scripturae, de non paucis tacent editores rei minutae curam generose detrectantes.

Sermonem auspicabor, uti par est, ab Homero. In codice Veneto, ut Spitznerus ait ad Il. I 189, *ny illud altero versu a consona ineunte omitti solet,* quo verbo significare videtur, non semper omitti. Heynius ad XXII 422, si verba eius recte interpretor, pro *ἔθηκεν* || *τόσσους* in Townl. scriptum reperit *ἔθηκε*, de aliis locis nihil adnotat, ne in excursu quidem ad L. II, quem ex professo de *νῦ ἐφελκυστικῷ* inscripsit. De

Harleiano habemus Porsoni testimonium ad Od. I 54: *semel monuisse satis sit, nulla certa et constanti ratione uti codicem in ν finali addenda vel omittenda; saepe omittit in fine versus, ubi sequens a consona inchoatur.* De codice Syriano Bekkerus in Relatt. Menstr. Acad. Berol. 1852 p. 439 nihil, quod ad rem praesentem pertineat, in notitiam protulit praeter exemplum hiatus insoliti ἐκέλευσε || Ἀργεῖοι Il. XIV 363[1]). Criticorum antiquissimorum sententias permixte reddunt scholiographi Il. XII 11 verba poetae ὄφρα μὲν ἀπόρθητος πόλις ἔπλε, || τόφρα δὲ καί tractantes: Ἀρίσταρχος ἔπλεν σὺν τῷ ν ἐκ τοῦ ἔπελεν συγκοπὴν ἐκδεχόμενος· Ζηνόδοτος ἔπλε ἀποκοπῇ τοῦ ἔπλετο. Hic igitur ἔπλε, quod hoc uno loco reperitur, sine ν scriptum invenit; nam ἔπλεν apocopen excludit [Diss. VIII cap. VI]. De Aristarcho vero minime constat, quod Duentzerus de Zenod. 63 sumit, eum *ubique in fine versuum ν ἐφελκυστικὸν posuisse.* Ille fortasse id ita demum admisit, si oratio paullisper interquiescit, ut in illo loco inter protasin et apodosin, quas vulgo interpunctione discernimus Nicanorem sequentes, quanquam is eundem locum commentans verbum pure terminatum tuetur: ὑποστικτέον εἰς τὸ ἔπλε· ἡ γὰρ ἀνταπόδοσις Τόφρα δὲ —, cf. Friedlaender. 104. Interpunctio plena sequitur duo verba κάλυψεν Il. XIV 114 et ἔεργεν 349, quae idem Aristarchus in ordinem recepisse dicitur, utrumque (nisi codex fallit) consona stabilitum. Sed eam non impertivit continenter scriptis Il. XVI 120 μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρει || Ζεύς — Ἀρίσταρχος κεῖρε χωρὶς τοῦ ι, imperfectum pro praesenti, quae tempora et in locis proxime allatis commutavit, et Il. XXI 87 θυγάτηρ Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσιν ἀνάσσει, Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων, ubi in codice Syriano ἄνασσε legitur, schol. Vict. adnotavit ὁ δὲ Ἀρίσταρχος σὺν τῷ ι. Secundum codices, quibus Alexandrini nixi sunt, eosque, qui nobis patent, commemorassem editiones antiquissimas, si mihi copia esset; sed harum pertenuem notitiam habeo ab editoribus acceptam pleraque fastidiose praetergressis.

1) In Tryphiod. v. 600 pro φόνοισιν, || οὐδ' Northmorus edidit φόνοισι et paulo post χάρησιν. Πολλὰ δὲ. Hoc si libri offerrent, interpunctione excusaretur, illud illicitum est.

Quae autem mihi cognitae sunt, omnes ante vocalem ny exhibent: προΐαψεν, μετέειπεν, ἔπεσσιν, βέλεσσιν etc., ante consonam vero omittunt, sive interpuncta est oratio, sive continua, ut in quindecim libri Iliadis primi versibus, quos diffidentium causa apponam: ἔτελλε 25, 326, 379, ἑτάροισι 183, πραπίδεσσι 608 et alia verba nominaque v. 48, 105, 119, 220, 236, 361, 388, 412, 475, 488. Quare hanc scripturam in posterum tralaticiam vocabo, alteram, quae cum Wolfio invasit, assumtam. Huic nihil convenit praeter quod Ernestius ad secundum versum ἄλγε' ἔθηκε, πολλὰς δ' — adnotavit, in Flor., Ald., Iunt. θῆκεν scriptum esse, atque sic etiam in Apollon. Lexic. s. h. v. et EM. 319. 31 legitur fortasse stigmae causa, quanquam terminatio pura ante incisiones plerumque manet incorrupta, ut in eodem libro ἔοικε· λεύσσετε γὰρ — et al.

In Hesiodeis consona ubique anteponitur vocalibus: ἦσιν, ἀλφηστῇσιν, διάῃσιν, ἔμελλεν etc., alioqui abest: σῇσι, φηλήτῃσι, δίδωσι et quae sunt genere de eodem[2]). His contrarium ἅπασιν || δυσκέλαδος Opp. 195 propagavit Goettlingius cum similibus: κάλυψεν 121, μέλεσσιν 149, δίκῃσιν 219, ἄτῃσιν 352, ἔχουσιν 257, quorum nonnulla interpunctione excusari possunt, pleraque autem Loesnero teste in codicibus et editionibus sine ν scribuntur, ipseque adeo in descriptione codicis Vaticani praef. LXXIV hunc καλέεσκε || παῖδας Theog. 207 et ἔτικτε || δεύτερον 47 praebere docet, quorum prius Iunt. recepit, alterum Mediceus. Sed necessario addendum est hiantibus: δίκῃσι || ἀλλήλους Opp. 250, cui Lennepius e libris compluribus substituit δίκῃσιν relicto simili 213 ὄφελλε || ὕβρις. Haec si ad calculos revocamus exempla, facilis est conclusio, bibliographorum partem maiorem potioremque in versibus connectendis eundem morem tenuisse, qui in sermone soluto observatur, atque ny paragogico non esse usos nisi ante vocalem, nonnullos vero etiam in incisionibus et in membris sequente consona. De digamma illi certe nullam habuere suspicionem.

---

2) Poetarum arbitrio excipitur imperfectum ἦεν, cui consona nunquam deest; ἐσσί eam nunquam recipit, non ob πάθος, ut veterum quidam dicunt, sed quia haec paragoge solis concessa est personis verborum tertiis.

§. 6. Theognidis editores novissimi interposuerunt hoc inutile, ut Brunckius vocat, fulcrum non solum ubi sensus clauditur, sed ubique: *ἀδίκοισιν* || *τιμάς* v. 28 etc., priores rarissime*); vitiose ante vocalem omittit cod. Mut. 45 *διδοῦσι* || *οἰκείων*. Quae in aliorum Gnomicorum fragmentis leguntur ante consonam: *ἐστίν* Solon. XVI 1, *πάρεστιν* 3, *ἀμφοτέροισιν* IV 5, *φίλοισιν* XXIII 1, *γυναιξίν* Tyrt. VII 29, *κονίαισιν* VIII 19 ea omnia a correctoribus profecta sunt; in Plutarchi et aliorum libris, unde haec excerpta sunt, consonae vestigium nullum. — Quinque Callimachi hymnos percurrens duodeviginti versus reperi, qui consonae vocalem antepositam habent: *ἔειπε* || *νήσῳ* etc., duodecim, qui vocali consonam: *πόδεσσιν* || *οἶλα*, nullum, in quo aut binae vocales collidantur aut binae consonae praeter quae supra p. 148 allata sunt: *Κεκροπίηθεν* et *Ἀσσυρίηθεν*; haec autem sustentantur Homeri exemplo adverbia a nominibus topicis ducta hoc uno modo terminantis. — Eandem legem sequitur Arati codex, quem expresserunt editor Basileensis, Buhlius, Vossius vocalibus *ν̄* praefigentes, quod probatione non eget; omittunt vero ubi succedit consona: *ἀνθρώποισι* || *δεξιά* 5 et huic consentanea ad quadraginta v. 36, 71, 84, 86, 135, 147, 171, 212, 237, 293, 296, 383, 467, 484, 496, 550, 612, 663, 720, 722, 731, 757, 845, 879, 926, 1065, 1077, 1078, 1108, 1110, quibus omnibus tres proximi editores ny agglutinarunt nulla interpunctionis cura tacti sed promiscue. E codicibus nihil affertur praeter *ὕπερθε* || *δεξιτέρην* 484, *δινωτοῖσι* || *τέσσαρα* 462, *ἐρχομένοισι* || *πρώϊον* 1079; sed mirer, ni talia multo saepius in libris reperiantur, nec dubitem, quin tria illa a Bekkero ob aliam causam enotata sint. — Arato comitem dabo Theocritum. Hic *νομεῦσιν* scripsit ante vocalem VII 28, et *νο-*

---

*) *In pagella quadam admodum festinanter haec sunt scripta:* „In Theogn. *στόμασιν* 240, sed edd. ant. *ἔπεσε* 588, 930 et 660, atque hic quidem in fine sententiae, propter quod in cod. Mut. 144 *ἔλαθεν* script. videtur, quanquam in eodem versus loco *ἔδραμε* praebet 854, *ἔπεσεν* Mut. 20, *διδοῦσι* [ante] vocal. 45, *ἔπεσι* in medio versu, vid. Brunck. *fulcro non indiget*, sed Bekk. Bergk. *ἔπεσιν ἕνεκα* fin. Epigr."

μεῦσι ante consonam IX 29, ut *ὀνύχεσσι* VII 109 (unus *ὀνύχεσσιν*), *οἰναρέοισι* VII 134, *λιτάνευσε* II 71, *ἔβαλλε* VI 21, *κελάρυσδε* VII 137 (unus *κελάρυσδεν*), *υἱωνοῖσι* XVII 23, quae omnia Ahrensius et Ameisius ad Hermanni arbitrium direxerunt. — Apollonii codex antiquissimus Laurentianus prior *ῥοῇσιν* || *τοῖος* I 309, *βουσὶν* || *ζωσάσθην* 425 etc., perraro *ν̄* omittens ut *ἀμφοτέρῃσι* || *πῖνε* I 472, *ἔνερθε* || *βουσίν* I 532 etc, sed ab eo dissentit Laurent. alter *ut in aliis rebus, ita etiam in defectu literae ν̄ finalis*, Merkelius ait Prolegg. LIII. Hic defectum quem vocat, ubique supplevit. — In Nicandri poemate utroque illa non invenitur nisi sequente vocali, sed sic frequentissime: *τέθηλεν, ἔτευξεν, ἀμάθοισιν* etc., alioqui deest non solum ante stigmas, sed etiam *ἀνῆκε* || *σκορπίον* Ther. 13, *κοτέουσι* || *νεβροτόκοι* 141, *ἐχίεσσι* || *θόρνυσθαι* 826 et multa eiusdem modi consonis praemissa, nec quidquam mutavit Lehrsius, nisi quod Alex. 504 *ὑδάτεσσιν·* || *τὰς μέν* dedit fortasse ob interpunctionem. Sed et hoc loco Bandinius terminationem incorruptam servavit. Sic quidem scripsi in progr. de Proschem. ann. 1853 [XXIII Mai. p. 3]. Nuper vero a Volkmanno Quaest. Epp. p. 30 accepimus, cum Apollonii codice Laur. I *concinere praestantissimum codicem Parisinum*, quae verba sic accipio, hunc quoque *ν̄* plerumque omittere. — Plurima utriusque exempla suppeditat Quintus, sed tamen *νῦ* ante consonam multo crebrius praeteritur quam additur; additum sustulit Koechly auctoritate codicis Monac. ductus praef. XXXVII[3]). Nec tamen mutavit pronomen *σφί* XI 144, cui novissimus Apollonii editor consonam reliquit I 1180, II 664, neque aliter apud Homerum in editionibus Wolfianis et prioribus scribi solet non solum ante vocalem, sed etiam sequente consona Il. XI 116, XIII 704, XIV 38, XVII 268 et 437, XXIII 283, XXIV 319, Od. IX 70, quo loco et paucis aliis Ernestius alterius scripturae testes appellat. — De Epigrammatistis apponere satis fuerit, quae Jacobsius tradit in praef. Anthol. p. XXX: „*in cod. Pal. ν̄ paragogicum fere semper re-*

---

3) *Ἔειπεν* || *μάντεϊ* XI 134, *προσέειπεν* XIII 526, *ἄειδεν* XIV 125, *ἐστίν* X 311 et quosdam alios locos corrigere oblitus est [*partim etiam in edit. minore.*]

peritur in fine epigrammatum; in versuum exitu tantum ubi sententia terminatur; raro desideratur proximo versu a vocali incipiente." — De citerioribus, ne res in infinitum abeat, unum Dionysium interrogabimus. Is viam a prioribus monstratam persequens ἔχουσι ter ante consonam posuit 766, 952, 1019, mutata vero conditione ἔχουσιν 902, 967, eademque vicissitudine ναιετάουσι 847 et ναιετάουσιν 857. Sed est ubi deserere videatur sociandis consonis: γεγάασιν. || Νῦν δὲ — 57, et ante similes voces ἀλλήλοισιν 1079, ἔχουσιν 779 et 1106, ἐνδιάασκεν 873, ἔασιν 761, ἔχουσιν 779, εἰδώλοισιν 725, νεφέεσσιν 68, quae tamen omnia interpunctioni condonari possunt; nam vocabulis illis sensus absolvitur succeditque aliud enuntiatum per particulas μέν, δέ aliasve priori appositum. Ac ne certa quidem est omnium scriptura; nam ut ultimum allatorum in Pal. νεφέεσσι scribitur, ita etiam προχοῇσι 126, γεράεσσι 374, κικλήσκουσι 389, καλοῦσι 865, πεφύασι 1010, ἀκτίνεσσι 1110, ἔχευε 950, quibus omnibus Bernhardy literam expletivam reliquit fortasse ob eam causam, quam modo indicavi; nam his quoque periodus finitur. Ut vero eadem ante vocalem omittatur, mos non permittit. — Reliquos una complectitur Wernickius ad Tryphiod. p. 66: „*Literam* ν̄ *codices Tryphiodori agnoscunt, primum ubi versus subsequens a vocali incipit, tum vero, ubi maior interpunctio est; in ceteris locis non reperitur, idque optime; neque aliter ea usi sunt Musaeus, Colluthus, Christodorus*[4])."

Nonnus, quem ibidem loci attingit, extra aleam positus est. Is enim hanc sibi legem imposuit durissimam, ut earum vocum, quae vocalem attractoriam in exitu habent, nullam in clausula versus collocaret, non dativum in σι̅ vel σιν̅, non tertiam personam in ι̅ vel ε̅ desinentem neque adverbium ullum in θε̅ vel θεν̅ exiens. Talia quae apud eum inveniuntur, ab editoribus importata sunt; primum L. XI 82 οἴασι μῦθον ἄκουε, νόος δέ οἱ ἔνδοθι παῖζεν, quod Graefius edidit pro παίζων. Neutrum satis aptum videtur; sed participium defendi potest nomine schematis, quod grammatici appellant

4) In Ecphrasi 263 ex Pal. editum est ὅντινα φασὶν || μαντιπόλου γενετῆρα, sed Pl. φασὶ (eodem accentu).

μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος. Magis tamen huc propendeo, ut Nonnum hemistichium Homericum *θυμὸς δέ τοι αἰὲν ἄπιστος* Od. XIV 150 in suum usum convertisse putem. Alterum XIV 264

Καὶ λασίην Κένταυρος ἔχων φρίσσουσαν ὑπήνην
εἰς ζυγὸν αὐτοκέλευστος ἑκούσιον αὐχένα τεῖνεν.
καὶ Σατύρων πολὺ μᾶλλον ἔχων πόθον ἡδέος οἴνου
ἡμιτελὴς χρεμέτιζεν ἀνὴρ κεκερασμένος ἵππῳ
ἱέμενος Διόνυσον ἑοῖς ὤμοισιν ἀείρειν·

ab eodem substitutum est pro participio *τείνας*, quod nescio an ex alio versu suspensum sit huic praeposito, deinde a librariis, ut multi in his libris, praetermisso, tali fere sententia: *χερσὶν ὀπισθοτόνοισιν ἐΰτροχον εἷλκεν ἀπήνην*, cuius accusativi cum postremo primi versus nomine consonantia causam praetermissionis ostendit non improbabilem. Eandem lacunae suspicionem praebet tertius locus de excubitore XXI 342 *ἐνόπλιον ὕπνον ἰαύων* || *δέγμενος ἐρχομένης στρατιῆς εὔρυθμον Ἐνυώ·* nam hic quoque credibile est post *ἰαύων*, quod Graefius in imperfectum vertit, elapsum esse versiculum, quales multos fingere possumus e. c. *πάννυχος ὡμίλησε φιλοπτολέμοισιν ὀνείροις* || *δέγμενος.**) — Quod superest XL 192

κικλήσκει σὲ δράκων πάλιν ὅς σε δίωκεν,
φρουρὸν ἀσυλήτοιο γάμου συριγμὸν ἰάλλων

Struvius in Progr. schol. *de exitu versuum in Nonni carminibus* ann. 1831 p. 24 hanc Graefii correctionem ob aliam causam improbans aut praesens *ἰάλλει* ponendum aut participium more poetae participia cumulantis excusandum censet.

§. 7. Pars altera sermonis instituti versabitur in poetis scenicis. Nam de his quoque certamen incessit, utrum syllabam indifferentem auxerint, an non. In Aristophanis Nubb. 317 *καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχουσιν* || *καὶ τερατείαν* Ernestius *νῦ* delendum censet, quem sequitur Brunckius, repugnat vero Hermannus: „*Etsi ultima horum versuum syllaba numeri lege brevis est, tamen ad id ipsum inventa est κατάληξις, ut debilitatis numeri viribus vox requiescat; cui rei bene consuli-*

---

*) *In progr. XXIII Mai.* 1853 *p.* 5 *hic propositus est:* „*φροντίδα βουκολέεσκε φιλοπτολέμοισιν ὀνείροις.*"

tur augenda in pronunciatione syllabae mora." Hoc recte atque ordine fit, ubi alter versus vocalem in principio habet ut ῥίγχεσιν Avv. 1153, ῥοιζήμασιν 1182, ἐλήλυθεν Plut. 874, ἐνήρυγεν Vesp. 913, ἔσπασεν Thesm. 510, εἴκοσιν Rann. 553 etc., in anapaesticis ἀπέπεμπεν Eqq. 538, Διασίοισιν Nubb. 109, δωροφοροῦσιν Vesp. 675, contrarium vero sequente consona: ἤθελε Ach. 57, Eqq. 231, ἔσπασε Plut. 691, Vesp. 175, κατώμοσε Eccl. 43, κατήσθιε 896, ἀπώλεσε 1389, ἐλάνθανε Eqq. 761, καπηλίοι Plut. 1120, ἀνδράσι Pac. 51, ὀρχηστρίοι Rann. 519, πρέσβεσι Ach. 62, Χαόσι 604, quod Brunckius Eqq. 79 ex schol. restituit. In anapaesticis ἐνέτριψε Rann. 1070, παιδαρίοισι Eccl. 678, πιθάκναισι Eqq. 792. Hic Ald. et codices aliquot ν addunt similiterque Thesm. 198 τεχνάσμασιν scriptum esse refert Engerus, sed fidem minuit eo, quod ad Suidam provocat tanquam eiusdem scripturae auctorem; is vero consona caret. Eaque ne tum quidem supervenit, ubi sensus finitur interpunctione plena: ἤγαγε. Μετὰ ταῦτ' Rann. 142, ῥήμασι. Κᾆτα Ach. 686, ἐλήλυθε. Κἀγὼ μὲν Nubb. 544, nec ubi alter alterius sermonem excipit: κατεδήδοκε; Τοῦτ' ἄρα Vesp. 838, πράγμασι. Λέγοιμ' ἂν Eqq. 39, ἤγαγε. Τουτί Ach. 155. Itaque acquiesco in scriptura tot exemplis confirmata.

In Aeschyli fabulis vocalis rite praeit consonae: πυκνώμασι || χλίοντα Suppl. 222, χαλκεύμασι Prom. 19, ὤπασε Eumen. 619 (612 Herm.), quibuscum codices consentiunt; vocali vero consona: ἐτύγχανεν Agam. 875 (833 H.), ἐπήγαγεν 1457 (1409), ὑλάγμασιν 1642 (1600) et sic χρήμασιν, κελεύσμασιν, φρονήμασιν, αἰτιάμασιν, ἱπποβάμοσιν, μαντεύμασιν. Duae consonae quater tantum concurrunt: ὀπάοσιν || θράσος Suppl. 967 (921), τεθνηκόσιν || τό Agam. 546, ποσὶν || στείβοντα 957 (915), οἰμώγμασιν || μεθῆκε 1395 (1344) in codicibus sic ut vulgo scripta, sed in Agam. 932 (890) sex codices κάλλεσιν || βαίνειν contra quam vulgatum est, ἐπήκρισεν Choeph. 929 (920) Guelph. et Rob., σπειράμασιν 245 G, M, Ald., Rob., εὐδαίμοσιν 695 (686) et φρεσίν 700 (690) iidem illi, νουθετήμασιν Pers. 827 (832) unus Med., Σάρδεσιν 319 (316) Med., Lips., sed Guelph. cum vulgata consentit; δαίμοσιν 201 M, Par., L, ceteri ut vulgo, ἐσθήμασιν Eum. 983 (1010) Ven. et Farn., ce-

orum versibus interpunctione diremtis ny inserendum putavit, non ut versus clausulam signarent, sed ut dictionis: ἤνεσεν. Σὺ δ' ἐν Hipp. 1319, κακίοσιν. Θεᾶν δέ Ion. 637, ὄμμασιν. Κῆρυξ δέ Suppl. 667, μοχθήμασιν. Θύσας δέ Ion. 1139, θησαυρίσμασιν. Τί δῆτα 1305, τίς σ' ἀπώλεσεν; Τίς τὸν — Med. 1208, et ubi persona mutatur: Phoenn. 1689, El. 969. Sed codices discrepant Orest. 1058 (1065), τολμήμασι. Πυλάδη, nec convenit de aliis locis: ὤλεσε. Σὺ δ' ὦ El. 885; ὕβρισε· τοία γάρ Androm. 996, ἐκώμασε. Τετρασκελὴς δέ Herc. 177 (180), quibus Matthiae consonam apposuit, posteriores detraxerunt.

Deinceps de iambographis dicturus eram, sed iam vereor, ne quis mihi aurem vellat: *Quis leget haec?* Equidem non defore puto, quibus haec tota quaestio nimis exilis similisque Myrmecidarum operibus videatur. Attamen quod de praetore dicitur: *minima non curat,* longe abhorret ab officio atque munere grammatici, cui quae subiecta est materies, tota constat ex particulis minimis et quasi tessellis undique conquirendis et rite in speciem operis vermiculati componendis. Sed iam cognito, quantum cognosci potest, poetarum usu, paucis exsequar, quid sermo communis ferat.

§. 8. Consonae paragogicae tria constituimus genera nominibus distincta: necessarium, arbitrarium, temerarium. Necessario utuntur poetae in mediis versibus modo ad productionem syllabae brevis, modo contra hiatum. Arbitrarium varie soluteque vagatur circa clausulas versuum, praecipue hiatus amoliendi causa. Etsi enim in confiniis versuum sensu cohaerentium frequentissimus est: πόλινδε || ἔρχεσθαι, ἐκέκαστο || ὄρνιθος et in scenicorum fabulis: κακὰ || ἄλγη, ἅμα || ἀνδρί, tamen, ubi attractio effugium praebet, ea tam constanter assumitur, ut quasi lege quadam sancita dici possit. Multo rarius id accidit interpunctis, cuius generis nonnulla superius attuli. His si fidem adiungimus, confitendum erit, nonnullis veterum moris fuisse, ut voces finales, quibuscum sensus exit, soni excitandi causa illo quasi pausae signo instruerent. Et ad hoc confirmandum non leve momentum affert, quod saepe verbis carminum ultimis subtexitur non solum in epigrammatis, ut supra diximus, sed etiam in carminibus ma-

ioris ambitus. Sic Theocriteorum duo, octavum et undecimum, γᾶμεν et ἔδωκεν in acroteleutio habent, Arati Phaenomena λέγουσιν, quam ad normam nescio an ἀλλήλοισιν in Quint. L. IX ult. revocandum sit. — Verum idem etiam extra versum vocabulis, quibus liber, epistola, oratio finitur, subiici solet. Ad hunc modum Plutarchi vitae finiuntur ad unum omnes: προεῖπεν Nic., κατεγήρασεν Sertor., ἀπέθανεν Jul. Caes., item Cat. Min., ἀπέκτεινεν Mar., ἀποκομίζουσιν Publ., ἐστίν Brut., ἀπέλιπεν Galb., ἔθηκεν Pompei., ἐποίησεν Comp. Nic. et Crass., ἔμελλεν Comp. Arist. et Cat., ἐκέλευσεν Dion. et Brut.; aliisque vocabulis huiusmodi Aeliani liber primus, Heliodori quartus, Achillis Tat. sextus, Artemidori quintus, qui liber est totius operis ultimus; neque secus Themistii Or. VIII, Maximi Tyr. Diss. XXXVIII, Philostr. Iun. Imagg. VI. Sic etiam excidunt veterum libri: ὦσιν Plat. Legg. VIII, ἀπέθανεν Xen. Hell. L. I, et tres Demosthenis orationes: Ἕλλησιν Fals. Leg., παραβέβηκεν de foed. Alex. κατέλιπεν c. Thimoth., ἐστίν Prooem. ult. et Theophr. H. Pl. L. I. Sunt sane quaedam contrariae rationis exempla: εἴρηκε in fine orationis Dem. c. Aristocr. (693. Reisk.), cui Bekkerus νῦ addidit, σχολάζωσι Alciphr. L. III Ep. 41, ἐκτίσουσι III Ep. 2, γεννήσωσι Pythag. Ep. I, alibi codd. inter utrumque fluctuant: συνέγραψε et — ψεν in Thucyd. L. II, III et IV[1]), τρυφῶσιν Philostrat. Imagg. L I tabula XIII Jacobsius e multis codd. ascivit, et τραύμασιν L. II tab. IV ex uno Flor. Sed illa tam multis partibus praeponderat, ut pro canonica haberi possit. Quod igitur rhetores Latini oratoribus suadent, ut in exitu longis potius quam brevibus utantur syllabis, hoc idem librarii subtilius eruditi affectasse videntur additamento temporis vel (ut dicam, quomodo possum) semitemporis, quod consona affert. — Alia est conditio vocabulorum, quibus singula eiusdem libri capita terminantur. His enim litera illa addi solet non pausae aggravandae causa, sed propter hiatum, si, quod proximum est caput, vocalem in principio habet; omitti vero, si consonam, ut in primo Thucydidis libro ἐμμεμένηκε c. 5, ἔχουσι

1) Notum est, libros Thucydideos ab aliis aliter descriptos et depunctos esse, v. Popp. Prol. I 74, sed nihil refert; nam illo verbo certe finitur narratio.

38, ὦσι 50, εἶλε 65, ἀνεχώρησε 73, Φωκεῦσι 112, ἐτελεύτησε 138, cui uni duo tantum et ii secundae classis codices *νῦ* assuunt. Ante vocales vero κατέφυγεν c. 62, εἰσίν c. 47. In secundo φέρουσι c. 37, εἰσί 64, συνέγραφε 70, ἐδικαίωσε 71; at ubi vocalis succedit, ἔλεξεν c. 10, ἀνεῖλεν 18, ἐκράτησεν 37, quorum uni συνέγραψε duo codd. νῦ minime necessarium agglutinant, Kruegerus vero omnibus. His consentanea sunt quae apud Xenophontem reperiuntur: ἀπήγαγεν Hell. IV c. 4, ἔπραττεν VI c. 2, ζῶσιν Memm. II c. 7, παρεσκεύαζεν IV c. 4 et ante consonam ἔληξε Hell. III c. 2, εἶχε VI 4, quibus comprobatur πλημμελοῦσι Memm. III 4, ut in quatuor codd. scriptum est abiecto fulcro inutili, quod vulgo receptum est. De his igitur, in quibus libri scripti editique plerumque consentiunt, non magnopere laboramus. — Sed difficultas aggravescit, si ad illa descendimus enuntiatorum intervalla, quae propriis quibusdam signis notari solent. Primum interrogationis, sive is qui interrogat sibimet ipse respondet, quae crebra est in orationibus figura, sive alius cuiusdam quaesito succurrit, ut fit in dialogis. Hic plerumque regulae, quae est de consequentia literarum, inservitur: οὐ περὶ τούτων Ὅμηρος πεποίηκεν; Ἀληθῆ λέγεις Plat. Ion. 531 D, νῦν δὲ τί ποιοῦσιν; Ἔργον μὲν οὐδὲν ἀποφαίνουσι Dem. c. Aphob. I 825. 16 R. et contra: ἀκούεις ἃ λέγουσι; Βούλομαι — p. Cor. 243. 2. Sed hic non raro subrepit consona, quae nisi pausae nomine defendi non potest: οὐκοῦν τὸ μιμητὸν ἐν τοῖς ὄμμασιν; Καὶ μάλα, ἔφη Xen. Memm. III 10. 4, προὔδωκεν; Καὶ δεήσεται Lycurg. c. Leocr. 237 (239. 143 Bekk.) et paulo post οὐκ ἐτόλμησεν; Ῥοδίοις —. Tum extra interrogationem, ubi alter alterius sermonem excipit, ut in Plat. Phaedr. 238 C Phaedri verbum ultimum est εἴληφεν, Socratis primum σιγῇ sine ulla librorum repugnantia; sed pari consensione Theaet. 342 C. ἔοικε. Πῶς ἂν οὖν —; Parm. 144 E ἄπειρα τὸ πλῆθός ἐστι. Φαίνεται, sed contra codd. Rueckertus in Symp. 200 E ἐστίν. Πάνυ γε et saepe Bekkerus, ut in Civ. V 460 D παραδώσουσιν. Πολλὴν ῥᾳστώνην, ἔφη, eodemque loco γυναιξίν. Πρέπει γάρ, ἦν δ' ἐγώ. Hic neutrum probavit Schneiderus, sed in I 342 C codicum nonnullorum auctoritate edidit τέχνη ἐστίν. Φαίνεται, ἔφη.

Quo autem arctior est coniunctio partium, ex quibus enuntiatum constat, hoc iustius ante consonam litera paragogica omittitur ut in fine enuntiationis relativae, sed reperitur interdum: *ὁ λόγος τοῖς πειρωμένοις κατιδεῖν, ὃ τοὺς ἄλλους λέληθεν, χαλεπὸς φαίνεται* Isocr. Panath. 320. 246. Ante vocalem abesse non potest, si sequitur coniunctio temporalis, sed excidit in Dionys. Antt. II 57. 334 *ἔδοξε τοῖς βασιλεῦσι, ἐπειδὴ — εἰλήφει, διπλάσιον ποιῆσαι τὸ —*. Si vero enuntiatio non inseritur medio sermoni, sed subtexitur finito intercedentibus coniunctionibus adversativis vel ratiocinativis, haec laxior cohaerentia declaratur interpunctione media adiuncto ordinario illo hiatus explemento: *ἐστράτευεν· ἐν δὲ τούτῳ* Xen. Hell. IV 2. 8, *φρονοῦσιν· οἱ δὲ* — V 1. 30 etc., omisso vero ante consonam, cui rei demonstrandae vel una Demosthenicarum orationum sufficit, quae est contra Aphobum prima: *διοικήσειε· Δημοφῶντι* 814. 2 (105. 5), *ἀποστέρουσι· τούτους γὰρ* 821. 2 (110. 24), *ὡμολόγηκε· καίτοι* 822. 11 (111. 27), *ἐστί· λαβεῖν γὰρ* — 824. 13 (173. 35), *ἀναφαίνουσι· ταῦτα δέ* 826. 14 (113. 35), *ἀνηρπάκασι· καὶ* — 835. 5 (121. 64), *ἐπιδείκνυσι· πολλὰ τοίνυν* 830. 2 (118. 152), *ἐποίησε· ταῦτα δέ* 830. 7 (118. 153), *ἔφραζε· πάντα γάρ* 830. 24 (118. 55). His omnibus Bekkerus ny interposuit, eundemque morem tenuit in Aristotelicis: *ἐστίν· τὰ δὲ ἐντός* H. Animm. I 15 p. 494 b. 21, *ὅλον τί ἐστιν· πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει* Phys. Ausc. I 1 p. 184 a. 25, *τοῖς ἀκρατέσιν· τοῖς δὲ* — Eth. Nic. I 2 1095 a. 9, et sic in singulis fere paginis adiecta litera, quae nescio an in omnibus editionibus, certe in Casauboniana deest. Item in Polybii libris, sive maior sequitur interpunctio, sive minuscula, ut V 82, 9 *τούτων κατόπιν δισχιλίους μὲν — ἐπέστησεν, δισχιλίους δὲ — παρενέβαλεν· παρὰ δὲ τοὺς ἱππεῖς τοὺς Κρῆτας ἔστησεν· τούτους δὲ* — quae tria verba Schweighaeuserus sine ν scripsit. Et in Dionis Cass. L. XXXVII 34. 1 *παρέμενεν· παρασκευαζομένου γὰρ* —, L. XXXVIII 48. 3 *χωρίον τι προσλαβεῖν ἐπεχείρησεν· καὶ κατέσχε μὲν αὐτό*. In his locis aliisque eiusdem generis multis editores priores pro consona, quam ille interposuit, sola stigme utuntur vel perfecta, quae dicitur, vel media vel maxima. De codicibus nulla fit mentio; nam quod Poppo de Thucydideis dicit in

suppl. Proll. p. 27 P. IV: *ny ἐφελκυστικὸν saepenumero Bekkerus vel post minimas posuit interpunctiones, verum non sic, ut, quorum librorum auctoritatibus id singulis in exemplis factum sit, appareat,* idem valet de omnibus. Sed is, quem in hoc sermone identidem nominavi, codicum plurimorum explorator saepe etiam verba, quae nos arctissime connectimus, commate distinxit, consona nunc apposita ut Aristot. Hist. Animm. VIII 20 p. 603. 10 *κύρτον ἐνθέντες θηρεύουσιν, περιελόντες τοὺς λίθους*, Polyb. V 66. 3 *ἀπολιπὼν — ἐπανῆλθεν, καὶ παραγενόμενος — διαφῆκε*, nunc omissa: *κλοπῆς γὰρ εὔθυνε, καὶ ἀπῄτει* Dio Cass. XXXVII 44, *ἀνεστέναξε, καὶ κατωδύρατο* LII 2 multisque aliis in locis. Nec facile erit, qui se huius controversiae arbitrum interponat. Pendet enim tota res ex tortuosa illa de variis interpunctionum generibus quaestione, quae, quantum ad Homerum attinet, a Nicanore, universe a Diomede, breviter strictimque in Sergii comment. in Art. Donati 487 sq. tractata, sed cum omni dicendi et cogitandi ratione ita alte implicita est, ut ad certam formulam revocari non possit. Etenim gradus necessitudinis, quae inter partes et quasi membra cuiusque enuntiati intercedit, plures sunt et diversa pro sensu scribentis intervalla, quibus distinguendis neque tres quatuorve notae, quibus hodie utimur, neque complusculae illae, quibus antiquorum nonnulli, ubique sufficiunt. Id perdiserte explicuit Friedlaenderus ad Nican. 51—55 sq. [*v. Epilogum de interpunct. cum enclisi et synaloephe coniuncta.*]

§. 9. His paginis continentur exempla literae expletivae clausulis subiectae, primum librorum, tum capitum, tum etiam earum partium, quibus singulae periodi contextae sunt, quo pertinent commata, cola notaeque interrogationis et interclusionis. Causa quidem huius subiectionis una est, sed non par dignatio; plurimum auctoritatis interpunctio habet, quae dicitur maxima, minus media, minimum minima. Nulli autem ny tam affixum et perpetuum est quam si hiatus inter versus cohaerentes existit. Quare hoc genus, in quo libri nostri multifariam discrepant, arbitrarium vocavi. T e m e r a r i u m dico, si ny vocabulis nulla interpunctione diremtis ante consonam additur, quae scriptura eo minorem fidem habet, quod idem sine

ulla idonea ratione omittitur sequente vocali. Omisit Wyttenbachius in Plutarchi adv Colot. XXII 1119 C προὔβαλε αὐτοῖς, Symp. VIII Quaest. IX c. 3. 732 F πλημμελοῦσι ἄνθρωποι, de Gen. Socr. VII 579 C προςπαίζων Ἕλλησι ὀλιγωροῦσι παιδείας, de Virt. Mul. I 244 A ταῖς γυναιξὶ ἔτι νῦν ἔθος, de Is. et Os. IV 352 C φροντίζουσι εἰδέναι, de Solert. Animm. X 966 E ἐπαλείφουσι οὕτως. Et Schweighaeuserus Appian. Civ. I c. 61. 33 τοῖς κεκρικόσι ἐνέπιπτε δέος, II 38. 70 ταῖς πόλεσι ἔγραφε etc. et alii passim: ἔδοξε ἐν τοῖς Artemid. IV 22 p. 288, κατίασι ἀπὸ Βοιωτίας Lucian. Menipp. §. 22 p. 288, ἀπαγορεύουσι οἱ νόμοι Julian. Enc. Const. 47 A (55 Wytt.), et frequentius ἔστι οἶ, ἔστι οὗτος, ex quibus Dorvillius ad Charit. 294 coniecturam cepit, hiatum aspiratione mollitum esse. Sed idem in Vann. p. 79 et Bernardus ad Nonn. c. VII 40 hoc etiam non aspiratis concedunt. Et in Aristot. H. Animm. IX 18 non solum Casaubonus p. 712 B., sed Bekkerus quoque edidit ἡ πώυξ ἐστὶ ὀφθαλμοβόρος. At immensum praevalet altera ratio, qua observata Emperius in Dionis or. VII 274 Reisk. ἐν δούλου σχήματι μένουσι ἄχρι γήρως ex duobus codicibus suffécit μένουσιν. Strabonis menda, quae Kramerus ex editionibus prioribus transeruit, πλανηθεῖσι οὓς ἔτυχε II 11 p. 117 Cas. (157. 7 Mein.), δύο φησὶ εἶναι φρέατα III 5. 7 p. 172 (235. 1), ταῖς Ἄλπεσι ἐκ τῶν — IV 6 1 p. 202 (276. 21) exterminavit Meinekii accuratio. Similia quaedam ad verum redegit Benseler. ad Isocr. Paneg. 187 et de Hiatu 20.

Multo vero saepius in contrariam partem peccant νῦ consonis praeponentes: διαμαρτάνουσιν τοῦ συμφέροντος Isocr. Panath. 284 (320. 248. 6 Bekk.), δόξειεν τὰ τῶν μήλων Theophr. H. Plant. I 11. 5, τοῦ ἐν τοῖς ὄρεσιν τὸν μὲν— VI 7. 5 Wimmerus in editione utraque, Schneiderus ὄρεσι—, πίνουσιν τὸν — Cebet. Tab. V 280, ἀντερείδουσιν τὰς —Demetr. Phal. de Eloc. XIII 9, ἐποίησεν τὸ — XXIII 13, αἱροῦσιν κύνες Arrian. Cyn. II 2, πρόσεισιν τῷ V 6, et sic plus decies in hoc uno capite, ut Hercherus quidem edidit, δυοῖν ἢ τρισὶν χωρίοις Dionys. de vi Dem. 43. 1091, εἰσελήλυθεν μετὰ τὸν— Epist. ad Amm. XII 746, λοχῶσιν Τυῤῥηνοί Philostr. Imagg. II 19. 793, παρεστιν θαυμάζειν Aristaen. I Ep. 19 p. 93,

κατέδειξεν τοῖς ἑταίροις Jambl. v. Pyth. IX 16 p. 144. Scatet hoc genere Plutarchus Wyttenbachianus: γεωργεῖν ἔξεστιν μάλιστα An sen. resp. XXIV 795 E, ἀξιώσειεν μὴ γενέσθαι Symp. L. II Q. III 2. 636 D, δυσὶν νεκροῖς de Gen. Socr. XVII 593 B, δυσὶν τροπικοῖς de Def. Orac. XXXVI 429 F, γεγόνασιν περὶ — de Amor. Prolog. III 496 C, βλέπουσιν ναυτιῶντες Praecc. reip. ger. II 798 D, οἱ ἄρχοντες νέμουσιν τοῖς δήμοις ib. XXXII 824 C multisque aliis locis, et in v. Anton. LXXVII 19 p. 73 T. IV pro ᾔτησεν οἶνον πιεῖν Sintenis e codicibus scripsit ᾔτησεν πιεῖν οἶνον. Defendit hunc pleonasmum Boissonadius ad Aristaen. I Ep. 25. 455, Schneiderus ad Civit. T. I 46 suavitate soni commendatum putat, sed improbat Jacobsius ad Achill. Tat. p. XLIV: *in omnibus Tatii editionibus* ν̄ *ἐφελκυστικόν innumeris in locis comparet ante consonam neque solum in fine periodi, sed ubique praeeuntibus codicibus nonnullis. Nos hanc literam, ubicunque abundaret, delevimus non invitis libris melioribus,* quicum sentit Ellendtius in praef. Arrian. XLIX. Causam autem huius inanis complementi ille in praef. ad Aelian. p. XXIII a librariis transfert ad cacozeliam rhetorum poetas imitantium: *quum enim observatum esset, poetas non solum ob metri necessitatem literam paragogicam usurpasse, ita ut eam non solum in clausulis et interpunctis, verum etiam in media oratione ante consonantes adiicerent, pedestris quoque sermonis scriptores, ii praesertim, qui gravitatem cum venustate coniungere vellent, ad huius libertatis imitationem videntur delapsi.* Id enimvero parum convenit ad epigraphas publicas, in quibus ἔδοξεν τῇ βουλῇ et similia leguntur; has enim qui confecere, huiusmodi affectationis vix insimulari possunt. Quemadmodum autem ex his lapicidae potius vel scribae publici quam oratoris Attici morem cognoscimus, ita quae in codicibus Thucydidis, Xenophontis et aequalium reperiuntur literae intergerinae exempla[1]) non satis sunt ad probandam scripturam

1) Xenophontea collegit Bornemannus ad Symp. 234, de Thucydidis codicibus dixit Poppo Proll. I 445, sed hic intermixtis aliis, quae interpunctionis quamvis minimae excusationem habent. [*In Hyperid. quatuor orationnm reliquiis nuper inventis septem et viginti sunt exempla ny para-*

auctorum ipsorum. Neque id efficitur Planudis testimonio in Anecd. Bachm. p. 57 T. II, Atticos in sermone soluto illa constantissime usos καὶ φωνήεντος καὶ συμφώνου ἐπιφερομένου — καὶ μαρτυρεῖ πᾶσα βίβλος, quod Bekkerus confirmat, qui Planudis locum ex ineditis afferens in Anecd. 1401 ad ultimum addit: *quod de auctoritate codicum dicit, verissime dicit.* Nihilo secius ille in variis lectionibus, quas scriptoribus a se editis subiecit, huius literae nullam mentionem fecit ac ne codicum quidem discrepantias notavit ut in Lycurg. c. Leocr. p. 189. 19 (216. 76 Bekk.) ὅρκον ὀμνύουσι πάντες, ἐπειδὰν εἰς τὸ — ἐγγραφῶσι καὶ ἔφηβοι γένωνται, ὃν εἰ μὲν ὀμώμοκε Λεωκράτης, φανερῶς ἐπιώρκηκε, καὶ — in codicibus compluribus, ut Maetznerus tradit p. 209, scriptum est ἐγγραφῶσιν, in uno ἐπιώρκηκεν, et in Demosth. c. Aristocr. 624. 3 R. (300. 10) ἐξέφερεν τὸν πόλεμον Weberus p. 146 ex uno Paris. ascivit pro ἐξέφερε, quorum neutrum a Bekkero allatum est; nec probaret Benselerus, cuius haec sunt verba ad Isocr. p. 185 sq.: *Isocrates, ubi pausa quaedam fit in oratione, ν ἐφελκυστικὸν addidisse videtur — magis dubium est, quid de iis locis statuendum sit, in quibus mediis in sententiis ν adiectum legitur —, in quibus si me sequeris, ν non recipies, et ubi a Bekkero receptum est, delebis, quum multo plures reperiantur loci, in quibus ne unus quidem liber id admittit, codicesque in hac re tantopere varient.* Ac mihi quoque psephismata illa consideranti veri simillimum videtur, literae huius usum iam sat antiquis seculis et in ipsa Attica increbuisse sensimque a librariolis vulgi πλατειασμὸν sequentibus in libros scriptorum esse transfusum. Ad quantam celebritatem postea pervenerit, et nostri codices manifestum faciunt et ii, quibus Planudes usus est. Ne tamen omnes eiusdem aetatis literatos consensisse putemus, prohibet hoc, quod eodem loco addit: contra disputare nonnullos nuperos et novitios orthographiae doctores, qui quum vidissent, poetas consonam saepe non addere, eo inductos esse, ut in totum abiicerent: οἱ νέοι ταύτης τῆς γραμματικῆς ἐπιστάται οἱ χθὲς

---

gogici ante consonam positi, in una oratione funebri scriptum est γεγόνασι, ἀδελφαί *et* διήνεγκε, ὥστε. *v. Wilh. Tell progr. Nordhaus.* 1861 *p. V sq.*]

καὶ πρὸ τρίτης ἀκμάσαντες τὸ ἀμετάβολον πάσης γραφῆς ἐξώρισαν.[2]) Sed hi, quos novum morem introducere culpat, potius veterem maleque desertum renovarunt. Atticis quidem litera surreptiva nunc fere abstersa est; in exterorum libris in dies magis magisque rarescit. Apud Dionem Chrys. quae legebantur *μακαρίσειεν τοῦτον* I p. 8. 35, *ἀγαθὸν νενόμικεν τὴν φιλίαν* III 136. 12 (p. 63 Emp.), *εἴ τινα ἔσωσεν τῶν πολιτῶν* VII 242. 9 (p. 127. 26) correxit Emperius partim tacite, partim ad codices provocans. *Εἴρηκεν παλαιόν* Strab. I §. 26 p. 33 num Meinekius sciens sciente animo pertulerit, paululum dubito; novissime quidem in Alciphr. III ep. 16 *γονεῦσι πυρούς* et III 58 *ἔλεγε γάρ* scripsit tacite deleta consona. His ego propter maximam exemplorum huc congruentium frequentiam plene planeque assentior neque mihi persuadere possum, veteres ipsos nonnunquam in scribendo vices mutasse vel suavioris soni causa vel orthographiae popularis aestu quandoque abreptos. Illa quidem ratione in consimili genere utitur egregius lexici Sophoclei confector, quum ita iudicat, Aristophanem in decursu versus iambici *πρόσθε νῦν ἴθι* maluisse quam *πρόσθεν*, non quo spondeum improbaret, sed ne duo *νῦ* collideret, idemque p. 446, si adverbium *οὕτως* anteponatur literis zeta et sigma, insignem existere soni deformitatem. Huic velificatur quidem codex August. primus, quem *νῦ* ephelcysticon saepe ante kappa et pi habere Reiskius adnotat ad Dem. c. Aphob. 840. 2, et convenit etiam, quod Voemelius dicit in progr. gymnas. Francof. ann. 1853: Demosthenis codices bonos $\bar{\nu}$ finale longe saepius praebere quam libros typis expressos non solum ante vocales, sed etiam ante consonas mediis in commatis, eamque literam in cod. Σ frequentari ante $\bar{\kappa}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\pi}$, $\bar{\mu}$, sed a correctoribus esse deletam. Sed mihi reputanti, quae in dissert. *de praecc. euphon.* allata sunt, Graeci in componendis et collocandis vocabulis tam diversas a nostro sensu rationes sequuti videntur,

2) His quae subiuncta sunt verba: *καίτοι καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν κοινοτέραν ἡμῶν διάλεκτον τοῖς μετὰ τοῦ ν πάντα λέγουσιν ἐπισυρίττομεν* Bekkerus in contrarium vertit negationem inserens *τοῖς μὴ μετὰ* —. Ille ipse tamen eo non utitur, sed more solito scribit *ῥήμασι καὶ ὀνόμασι, ἔχουσι χρῆσθαι* etc. in quavis pagina.

ut argumentis a vocalitate ductis parum confidam. Inconstantia autem permeat illud alterum genus, quo variae interpunctionum species continentur. His enim pars librariorum consonam omnino non adhibet, nonnulli non aliter quam si sermo ad finem perductus est, alii vero vel brevissimam moram, quam comma affert, hoc quasi pausae signo distinguunt, quod nostrorum quoque doctorum aliqui imitati sunt consensu inter se nullo. Neque fore puto, qui hanc litem dirimere audeat. Nam nos quoque in scribendo certae et constantis regulae expertes eadem verba eodem modo inter se constructa alias medio intervallo disiungimus, alias nullo, parique certi consilii inopia librarios huc illuc nutare animadvertimus.

§. 10. Haec fere erant, quae de duarum vocalium ¯ε et ¯ι incremento dicenda haberem. Sciens omisi pronomina, quorum incerta scriptura et interpretatio, primum hoc ab Hesychio traditum *Ἒϊν ἀντωνυμία ἐκεῖνος*, quod si recte scriptum est, nihil aliud esse videtur quam *ἴ* sive *ἵ*, sed Albertius *ἐκεῖνον* corrigit. Nos neque nominativum *ἴν* cognitum habemus neque accusativum, quem Epim. I. 276. 19, schol. Lips. ad Il. I 201, Suid. s. *Μίν* ad hoc explicandum interponunt: *τὸ ἴ ὡς τρίτον πρόσωπον βραχυνόμενον ἐφειλκύσατο τὸ ¯ν ὡς ἔτυψε ἔτυψεν καὶ πλεονασμῷ μίν ὡς ἴα μία.* — Nominativos et accusativos *νῶιν* et *σφῶιν* grammaticorum sanissimi longe relegant. Schol. Il. VIII 428 *νῶιν (ἡμᾶς) τινὲς γράφουσι σὺν τῷ ¯ν, κακῶς*, quod Duentzerus p. 57 ad Zenodotum auctorem refert; ad XI 767 *νῶι δέ τ' ἔνδον* — aut otiosa est Aristonici adnotatio: *ἡ διπλῆ ὅτι χωρὶς τοῦ ¯ν Ὅμηρος (ἀντὶ τοῦ) ἡμεῖς καὶ ἡμᾶς*, aut significat, nonnullos *νῶιν δ' ἔνδον* scripsisse omissa copula *τέ*, quae abest in Vindob. In Il. XVI 99 *νῶιν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον* illi, qui nominativo opus esse statuerunt, non *νῶι* scripsissent, si nominativum *νῶιν* cognitum habuissent.

Sed praeter has vocales, quae quasi privilegium attractionis habent, nonnullae aliae huc aspirant. Primae quidem nullum, cui plane confidi possit, exemplum innotuit. Nam *ἔμπα* et *ἔμπαν* quare huc referri non possint, supra exposui p. 155. Blandimentum Atticum *ὦ 'τάν* nonnulli ex *ὦ ἔτα* factum putant *πλεονασμῷ τοῦ ¯ν καὶ μετα-*

βολῇ τοῦ τόνου EM. 825. 18, et Buttmannus quoque gramm. §. 57 adn. 1 eadem litera qua pronomen ἐγών auctum putat [cf. Parall. 440 n. 64.]; non aucti memoria nulla extat praeter glossam ὦ ἔτα, ὦ πολῖτα. Appollonius vero Adv. 570 huius deverticuli ignarus pro ἔτης aliquando dictum esse censet ἐτάν ut νεάν, μεγιστάν [Phryn. 196 sq.], et huic subrepsisse vocativum homophonon; quo homophoniae instrumento technici alia expediunt haud pauca. Virorum doctorum, quos M. Schmidtius nominat ad Didym. 404, alius aliud suadet, nemo persuadet. — Choeroboscus Can. 128. 21 docet, nomina primae declinationis in $\overline{\alpha\iota}$ exeuntia vocativum mittere in $\overline{\alpha}$ longum, sed Pindarum dixisse ὦ ἀκαμαντοχάρμαν Αἶαν adiecto ny vel κατὰ συνδρομὴν τοῦ Αἶαν vel ad evitandam epalleliam vocalium $\overline{\alpha}$. — $\overline{\alpha\iota}$. Neutrum vero permittit diversitas prosodiae, quae Herodianum in aliam duxit sententiam in EM. 44. 45 εἰ γὰρ ἦν πλεονασμός, ἐκτεταμένον ἐρχῆν τὸ $\overline{\alpha}$, νῦν δὲ συστέλλεται· πλάνη ἄρα κλίσεως. Ad hanc autem poetam non tam epalleliae quam hiatus detrectatio illexisse videtur[1]) — Accusativi αἶγαν, νύκταν, ἐλπίδαν, quos nonnulli summae antiquitati vindicant, quippe sanscriticorum similes, a conspectu nostro oblitescunt. Unum μάστιγαν veterem auctorem habet, sed barbarum, Scytham, quem Aristophanes introducit Thesm. 1135; barbarismi participes citavi in Parall. 142, cf. Keil sched. epigr. p. 26.[2]) — De $\overline{o}$ micro separatim dicam in ultimis. — Consonae ypsilo adiectae exemplum offert schol. Eur. Hec. 975 τὸ νῦν ὅταν ἔχῃ ἔμπροσθεν αὐτοῦ φωνῆεν, ἐφελκυστικόν ἐστι τοῦ $\overline{\nu}$, ὅταν δὲ σύμφωνον, ἐκλείπει ὡς τὸ οὕτω οὕτως, μέχρι μέχρις καὶ τὰ ἕτερα. Verius sentire videntur, qui temporale νῦν primitivum, hinc autem encliticum νύν factum rentur et denuo νύ, quo epici utuntur significatione paullum hebescente. Id Hartungius de Particc. II 10 ab illis longe diversum esse iudicat, sed prius traditis adstipulatur Hermannus Opuscc. T.

---

1) De accentu vocativorum in $\overline{\mu\alpha\nu}$ exeuntium dicetur in dissert. de Apoc. cap. II §. 1.

2) Accusativum Δήμητραν, quem Schaeferus damnare veretur App. Dem. T. I 308, suspectat Meinekius Vind. Strab. p. 45. Ille certe plus auctoritatis habet quam nominativus Δήμητρα ex anadrome ortus. Neutro excusantur apellativa illa.

IV 4. — Vocalium longarum primae νῦ accessisse sumitur ab iis, qui tertiam imperfecti personam ἦν a prima ἦ declinatam esse statuunt. Sed aliter EM. 431. 21 ἀπὸ τοῦ ἔω ἦον, ἦες, ἦε, ἦε ὡς ἔλεγεν, nec tamen praetermittit ἦε, quod Brunckius Apollon affinxit, inusitatum esse. Heraclides vero Eust. 1892. 29 ν ex ἔεν extitisse opinatur synaeresi Dorica ut ἔῤῥην, ἔπλην ex ἔῤῥεεν, ἔπλεεν. Nihil horum quadrat ad pluralem ἦν, cuius causa schema Pindaricum fingitur [I 379]. Verum huius consultationis cura nos exsolvit Apollonius Adv. 543. 14 ἦν et ἐχρῆν eiusdem licentiae esse dicens: τὸ ἐχρῆν ἐπίμεμπτον, ὅ σὺν τῷ ν λέγεται· καὶ πάλιν οὐ κατὰ τὴν ἑτέραν παράθεσιν, καθότι καὶ τὸ ἦν ἐν τρίτῳ ἐνοεῖτο. — Aparatheton vero est ᾔδην, quo Elmsleius Aristophanem Ach. 35 pro ᾔδη usum putavit, iureque reiicitur ab Ellendtio Lex. Soph. T II 25. — Interiectio εἶεν si ab optativo singularis numeri εἴη originem habet, consona aucta est, quae nunquam hinc demitur et pro longa vocali accepit brevem, sed eius naturae, ut in arsi posita produci possit, quod fit in initio versus iambici: εἶεν, ἀοίω, v. Hermann. ad Choeph. 643. Veteres hoc verum et germanum adverbium ducunt ut ἔπειτεν, αἰέν Anecd. Bekk. 372. — In re facili et manifesta leviter errat Demetr. de Eloc. CLXXV 71 τὸ νῦ δι' εὐφωνίαν ἐφέλκοντες οἱ Ἀττικοὶ Δημοσθένην λέγοντες καὶ Σωκράτην. Utrumque grammaticus in Append. Ammon. p. 194 prosthesi hoc est proschematismo assignat, contrarium Ἑρμῆ aphaeresi. Sed haec ad heteroclisiam pertinent. — Iam ad vocalium ultimam devenimus. Ἐγών, quo non Homerus solum, sed etiam Aeschylum cant. Pers. 938 (911), uterque ante vocalem usus est, Apollonius Pron. 64 cum Boeotico τούν comparat quippe a communi regula pariter declinatum: αἱ γὰρ μακροκατάληκτοι λεις οὐ πλεονάζουσιν ἀδιαφόρως. — Imperativorum unum attigit Eustathius p. 114. 38 τὸ ἔστων ἢ ἐκ τοῦ ἔστωσαν συγκέκοπται ἢ ἐκ τοῦ ἔστω τρίτου ἑνικοῦ γέγονε προσλήψει τοῦ ν Vol. I 385]. Hoc genus, ne sermo nimium excrescat, reservamus alteri parti. Sed iam paucis gressibus ad finem pervenimus. — Diphthongo ει non nativae quidem illi, sed ex contractione natae Homerus consonam substruit in tertiis personis duorum imperfectorum, quae a

huc inclinat; nam Hesychii glossa Ἰν τοῖν ἐν τούτῳ pertinet ad dialectorum idiomata.

§ 11. Vocalium quintae aliquando νῦ accessisse non constat; sed species quaedam paragogae existit in genere neutro pronominalium, quae τ in principio habent: τοσοῦτον, τοιοῦτον, τηλικοῦτον, τυννοῦτον, horumque analogiam sequitur ταὐτόν, quod eandem dentalem habet e crasi articuli natam.[1]) Extra crasin αὐτό dicitur et eodem modo duo eiusdem ordinis τοῦτο et ἐκεῖνο, quae si ny assumerent, ab acusativis masculini generis αὐτόν, τοῦτον, ἐκεῖνον discerni non possent. Adiectiva autem trigenera omnia hac litera finiuntur excepto uno ἄλλο, quod apocope imminutum dicitur. Haec est brevis summa eorum, quae Herodianus docet in EM. 748. 5 τὸ ταὐτόν οὐ πλεονασμὸς ἀλλ' ἀναλογία· αἱ ἀντωνυμίαι εἰς ο περατοῦνται, αὐτό, ἐκεῖνο, τοῦτο[2]). Ἀθηναῖοι οὖν μετὰ τοῦ ἄρθρου λέγοντες μετὰ τοῦ ν λέγουσι ταὐτόν ἀναλόγως, quibus reliqua attexuntur, a Choerobosco p. 838 et 839 clarius explanata. Illud ubique invenitur et ante consonas quaslibet: ταὐτὸν παθεῖν Plat. Gorg. 482 C, ταὐτὸν γεννήσας Theaet. 160 A, ταὐτὸν γεγραφὼς Aesch. c. Timarch. 335. 64, ταὐτόν μοι Plat. Apol. 37 C, ταὐτὸν καπηλεῖον Dem. Fals. Leg. 347. 97, εἰς ταὐτὸν συνελθόντες Isocr. c. Callim. 454. 46 et saepissime ταὐτὸν τοῦτο Phaedr. 238 A, Soph. 249 B, Legg. I 627 A, 636 A, III 688 E, IV 722 A et apud eosdem ταὐτὸ τοῦτο Legg. I 642 B, 644 D, Xen. Cyr. III 3. 62, Dem. c. Lept. 499. 6, ταὐτὸ τοῖς Isocr. Panath. 307. 196, et ante alias consonas ταὐτὸ ποιεῖν 308. 199, Dem. p. Cor. 298. 317, ταὐτὸ παραπλησίαν Plat. Civ. I 329 A. Hinc patet ταὐτόν in communi sermone nequaquam tam fixum et stabile esse quam Buttmanno visum est gramm. § 74 adn. 3 et, qui hunc sequitur, Schaefero Appar. T. I 294 et 870. Quin etiam nativa vox reperitur ante vocales: ταὐτὸ οὐκ Plat. Legg. II 669 D, ταὐτὸ ἡδονάς Tim. 65 A, quo loco Linda-

1) Τὸ αὐτόν, quod Matthiae intermiscet in Lex Eurip. T. I 479, non magis Graecum est, quam τὸ τοῦτον, quod removerunt interpretes Gregorii p. 72.

2) Omisit τυννοῦτο et τυννοῦτον, quae Aristophanes variat, prout versus fert ratio.

vius consonam interposuit a codicibus alienaı, *ταὐτὸ ἐνύπνιον* Aesch. c. Ctes. 458. 219, *ταὐτὸ ἡμῖν* Xeı An. III 1. 30, *ταὐτὸ οὐδέ* Thuc. VIII 87. 2, sed idem *ταὐτὸν ἤδη* VII 6. 1.[3]) Utrumque Plato in uno eodemque loco Civ. VII 25 A *ταὐτὸν ὡς* et *ταὐτὸ πέπονθε*, pro quo Schneiderus secundm alios *ταὐτόν* e codicibus nonnullis reposuit, eademque confuio invasit alios: *ταὐτὸ τοῦτο* Isoc. de Hagn. her. p. 131. 19 e *ταὐτόν*, quod Bekkerus recepit, *εἰς ταὐτὸ καταστῆσαι* Isocr. p.Arch. 155. 105 et *ταὐτόν* in Laurent.

Pronominis anaphorici inconstantiam imitatur adiectiva quantitatis et qualitatis; primum *τοιοῦτο δέ* Xet. Cyr. VII 1. 2 et ante alias consonas Dem. de Symmor. 169. 37, de Rhod. 116. 24, Cor. 242. 136, c. Onet. I 148. 12, Aesch. c. Tim. 278. 86, Isocr. de Pac. 205. 119, Plat. Symp. 183 C, Euthyd. 283 E, Lys. 208. 11, Xen. Anab. III 3. 10, ante vocalem vero *τοιοῦτον*, v. Popp. Prolegg. Thuc. I 225, Maetzner. ad Lycurg. p. 90, Franck. ad Aesch. c. Tim. 114. Atque haec diversarum literarum iunctura Schaefero Appar. ad Dem. III 508, IV 15 suavior videtur et concinnior, sed non raro negligitur: *τοιοῦτόν τι* c. Lept. 471. 105, Mid. 481. 65, *τοσοῦτον τά* Isocr. Panath. 306. 190, *τοσοῦτον τῶν* 311. 213, *τοσοῦτόν τι* 320. 249, *τοσοῦτον δέ* Xen. Hell. I 7. 35, *τοιοῦτον μέν* Plat. Civ. IV 443 C, quod Schneiderus retinuit quamvis libris dissidentibus, *τηλικοῦτόν φημι* Dem. c. Aristocr. 558. 4 (622 R.), *τηλικοῦτον δύνασθαι* Isocr. c. Soph. 329. 11. Hanc inaequalitatem Thomas in libris a se lectis invenit: *γράφεται καὶ ταὐτόν καὶ ταὐτό ἐπαγομένου συμφώνου καὶ ἐπαγομένου φωνήεντος· ὡσαύτως δὲ καὶ τοιοῦτόν τι καὶ τοιοῦτό τι, καὶ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τοιοῦτό ἐστι.* Ac nonnunquam in utraque scriptura sese intra brevissimum intervallum offert *ὃν οὐκ ᾠήθην εἰς τοσοῦτον ἐλθεῖν — εἰς τοσοῦτο δικῶν προβέβηκε* Dem. c. Euerg. 378. 28 (1147 R.), et *τοιοῦτο κακόν καὶ τηλικοῦτον ἀδίκως* c. Mid.

---

3) Sic etiam apud Aristotelem *ταὐτό* ante vocalem Probl. XX 31 p. 926 et XXV 8 p. 938 b. 25, sed ante consonam modo *ταὐτό* c. 35 p. 927. 1, modo alterum XXI 14 p. 928, et apud Theophr. Hist. Plant. III 1. 1 *ταὐτὸν καί*, sed *ταὐτὸ καί* IV 13. 3, *ταὐτὸν δὲ τοῦτο* II 7. 7, sed *ταὐτὸ δὲ τοῦτο* V 5. 4, postremo *ταὐτὸ ἐᾷ* II 7. 7.

493. 105, quae codices nonnulli vertunt in contraria τοιοῦτον et τηλικοῦτο admisso hiatu, cui nonnunquam medetur elisio vocalis: τηλικοῦτ' ἀνεκράγετε c. Mid. 525. 215, τοσοῦτ' ἀπέχουσι Fals. Leg. 384. 259, quod Bekkerus e codice optimo praetulit vulgato τοσοῦτον.

Poetae scenici, ubi ad metrum nihil interest, modo non aucto utuntur velut in caesura, quae tertium pedem dividit: πάσχει δὲ ταὐτὸ τοῦτο Nubb. 234, καὶ μὴ 'πὶ ταὐτό Jon 1318 (1333 H.), εἰ χρῶμα ταὐτό Electr. 517, modo altero: ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα Oed. T. 1405, idemque Hel. 487 (495), Iph. T. 567 (581), et sic Aldus edidit Hipp. 1168 (1192) pro ὅδ' ἦλθε ταὐτό assentiente Dindorfio; ἐν πᾶσι ταὐτόν Phoenn. 499 (502) idem et Hermannus ex mscr. quibusdam pro ταὐτό scripserunt; ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον Eum. 479 codices omnes, πῶς δὴ τοσοῦτο 192 (200 H.) unus tantum Paris., plures vero σὺ δ' εἰς τοσοῦτον Nubb. 831, quod receptum est; οὔπω τοιοῦτον Lysistr. 1225, τίκτειν τοιοῦτον Andr. 173 omnes tuentur, τέκμαρ τοιοῦτον Agam. 300 potiores, et nonnulli ποῦ μοι τοιοῦτον Rann. 1398, quod novissimi editores amplexi sunt *). Ab Elmsleio, qui τοσοῦτο et τοιοῦτο non solum in hoc versus loco sed omnino in omnibus et id sine codicum suffragiis exturbanda censuit, multum dissentit Hermannus ad Prom. 802; nec mihi mirum aut incredibile videtur, poetas istos ut in multis aliis vocabulis ita etiam in hoc genere nominum nullam certam habuisse normam, sed inordinatos consuetudinis motus sequutos esse. Nam ne eos aurium iudicio ductos credamus, prohibemur eo, quod in eadem versus regione pronomina, quorum duplex est species, inter se libere commutant: τὸν ἄνδρα τόνδε Agam. 1592 (1549 H.), ἐκ τῶνδε τοῦδε 1622 (1608), ἔκτεινα τοῦδε Eum. 578, πόθεν ποτ' οἶδε Eur. Suppl. 842; sed alibi plenius sonans: ἰδόντα τοῦτον Ag. 1579, γυναικὶ τούτου 587,

*) „ταὐτὸν σθένει Hec. 295, ταὐτὸ στέγος Alc. 752, Dind. ταὐτόν" [*in exitu senarii*] *inter alia addimenta adscript. una cum his, quae apparet quo pertineant:* „προὔθανε ψυχῆς Alc. 624, ὄμμασι βλάβας ἔχω Agam. 856 „recte Flor., Farn., Vict. ὄμμασιν non detracta ultima litera" [*Herm.*], τάξεσι ξὺν Oed. C. 1311, ἅρμασι ζυγηφόρους Hipp. 1173."

πιθεῖσα τούτοις Antig. 504, ποιοῦσι τούτοις Oed. C. 388, οὐ ταῦτα ταύτῃ Prom. 513, ἀλλ' οὔτι ταύτῃ Hipp. 41, et adverbium: ἔρημον ὧδε Philoct. 288 etc., sed ἔχει γὰρ οὕτω Med. 503, ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω 890. Pari facilitate alternantur derivata: τῷ τοι τοιᾷσδε Prom. 239, λύσει τοιόνδε 876, οὗτοι τοιῶνδε Sept. 27, ἡμᾶς τοιούσδε Phil. 92, εὔχου δὲ τοιάδ' Iph. T. 326, nec raro alterum: νῦν ἐκ τοιούτου Trach. 1075, οὐδ' αὖ τοιαύτην Ai. 1119, καὶ τρὶς τοσούτοις 438, λόγοις τοιούτοις Ag. 571, ποίμνης τοιαύτης Eum. 196, εἰ γὰρ τοιαύτην Alc. 1082, κἀγὼ τοιοῦτος Orest. 1625, δρῶμεν δὲ τοιαῦτ' Suppl. 738, τρόποι τοιοῦτοι El. 1121 aliisque locis ad Aj. 441 collatis sine ulla fere codicum repugnantia, nisi quod in Eur. El. 386 pro οἱ γὰρ τοιοῦτοι apud Stobaeum scriptum est τοιοίδε [4]). Ad ultimum οἱ τηλικοίδε Antig. 726 et ταῖς τηλικαῖσδε Oed. C. 1114. Et in altera parte senarii παῖδας φασὶ ταὐτὸ τοῦτο δρᾶν Plut. 153, sed ὅτι τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου Eccl. 394.

Huic causae non aliena sunt vocabula, quibus duplex reddita est terminatio, altera unius temporis, altera unius et semis vel duorum temporum [cf. Cap. I § 4.]. In Soph. Ai. 1253 codices diverse scribunt μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς et, quod Porsonus improbat, πλευράς, sed μογοῦντι πλευρά Alc. 865 hoc uno modo et pari constantia Rhes. 568 οὐκ ἀλλὰ δεσμά et πόθεν σὺ δεσμά Bacch. 647, ἀλλ' ἕρπε δεσμά Iph. T. 1411, νεῶν τ' ἐρετμά ib. 1485, non δεσμούς vel ἐρετμούς, et Aesch. Ag. 307 ὄξος τ' ἄλειφα, non ἄλειφαρ, quod criticorum nonnulli optant addito hemichrono; in hephthemimeri δεσμὰ φυγγάνω Prom. 511. — Jam ut ad casus nominales transeam, pluralem invenio τούτου δὲ σάρκας Sept. 1019, ῥηγνῦσα σάρκας Bacch. 1128, de uno utrumque corpore, nus-

---

4) Scriptores constat pronomine primitivo plerumque uti, quum aliquem loquentem inducunt, altero autem in exitu sermonis, exempli causa Ἀστυάγης ἔλεγε τάδε et mox ταῦτα εἴπας ὁ Ἀστυάγης Herod. I 120 et 122, Ἱπποκράτης ἔλεγε τοιάδε, sed τοιαῦτα τοῦ Ἱπποκράτους λέγοντος Thuc. IV 95 et 96; sed apud poetas, quibus Matthiae § 470 p. 1038 idem tribuit, hoc discrimen non apparet. Illud dominatur in exordiis librorum: Ἡροδότου ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται, Ἀντίοχος Ξενοφάνεος τάδε συνέγραψε, Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα.

quam *σάρκα*. Sed indiscrete ponuntur duo numeri *οἶκον* et *οἴκους* Philoct. 1368, Hel. 317 et all., v. ad Ai. 65, ac saepissime casus nominandi et vocandi: *ὦ ταλαίφρων* et *ταλαῖφρον*, v. Ellendt. Lex. Soph. h. v.; eademque in fabula *ἀλλ' ὦ φίλ' Αἴας* 529, *ὦ φίλτατ' Αἴας* 996 codd. omnes, sed pro *ὦ οὗτος Αἴας* 89 plerique *Αἶαν* sensu, ut Hermanno videtur, paulum diverso; nominativum enim esse declarantis quem vocet, vocativum autem vocantis, de quo copiosius disseruit in praef. Andr. p. XV. Frequentior quidem est vocativus, sive praesentes appellantur, sive absentes: *ἄναξ Ἄπολλον* Agam. 491, Eum. 88, 197, 564, Choeph. 1053, Oed. T. 80, El. 1358, *ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον* Eum. 736 (714), Eur. El. 219, sed pari librorum consensu *ἄναξ Ἀπόλλων* Choeph. 553; *πόντιε Πόσειδον* Hel. 1585 (1604), *σὺ δ' ὦ φίλ' Ἕκτορ* Troad. 675, *δέσποινα Κύπρι* Hipp. 116 et creberrime *Προμηθεῦ*, *Ὀδυσσεῦ* etc. [5]). — Nec praetermittendum videtur, adiectiva trium generum in feminino genere plerumque feminine terminari: *μή τοι θυραίαν γ'* Soph. El. 518, et sic *δικαία, ἀραία, κλοπαία, βεβαία, ὀθνεία, βροτεία, Εὐρυτεία* Trach. 1219, sed ex diverso *τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον* ib. 51, quod Hermannus invitis libris in *Ἡρακλείαν* mutavit propter similem sequentis vocis exitum et quia feminina forma legatur in v. 576. Hoc tamen altero loco ea metro necessaria est, homoeoteleuta autem poetae illi, quum facile evitare possent, admiserunt non raro; quare eos *τὴν Τυνδάρειον παῖδα* Thesm. 919, *ὕδραν ἕλειον* Herc. 150, non quo suavius sonarent, scripsisse arbitror, sed quia forte in memoriam rediissent positionis alterius, quam saepe metrum exigit. — Nec vero praetereundi sunt pronominum personalium da-

5) De monosyllabis huc referri potest simplex *ἄγ' ὦ γεραιὲ πούς, νεανίας γενοῦ* Ion 1041 et compositum *πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μὲν οἳ* — Oed. C. 14. — Cur Sophocles Oed. T. 84 in caesura senarii *τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γάρ* — scribere maluerit quam *σύμμετρος*, Hermannus caesurae cum interpunctione coniunctae tribuendum censet, alibi enim post breves syllabas *σύν* scripsisse. Sed id quoque minime certum esse ostendunt exempla ab Ellendtio collecta Lex. T. II 760. Quare ego in hac ambiguorum recensione illarum rationum neutram adhibui. cf. Matth. ad Phoenn. 535.

tivi plurales: πικροὺς ἐγώ σφιν καί Med. 393 Elmsleius non solum in hoc versus loco, sed ubique apud poetas tragicos reponendum censet, sive adnuant codices, sive renuant; sed parum evicit, v. Ellendt Lex. T. I 825 et L. Dindorf. in Thes. Vol. VII 1594 D. Difficilius se praebet pronomen primae et secundae personae. Hic enim accedit quaestio de cujusque significatione; ea autem pendet ex sensu auctoris, qui claris indiciis cognosci plerumque nequit. Res et natura ita ferre videntur, ut, ubi pronomen vim suam propriam obtinet, syllaba finalis accentum habeat, si metrum brevem syllabam poscit, acutum, si longam admittit, eum quo consuetudo utitur, exempli causa τοῦθ' ὑμὶν Αἴας — θροεῖ Aj. 864, ἀλλ' ἡμὶν εἶκε καὶ — Oed. Col. 1201, quod inclinandum esse Ellendtio meo Lexic. T. I 478 haud facile concesserim. Id enim recte fieri videtur in ejusmodi locis, ubi pronomen ἠθικῶς appositum est, tantummodo ad declarandum loquentis affectum; quare in Aj. v. 733 scripturam a Planude servatam ἀλλ' ἧμιν Αἴας ποῦ' στι praeferam vulgo receptae ἡμίν. Indifferens vero syllaba circumducitur, sive pronomen aliquid significantiae habet ut Aj. 896 πέμψον τιν' ἡμῖν ἄγγελον, Aesch. Suppl. 485 πολλῶν τάδ' ἡμῖν ἐστιν ἠξιωμένα, sive minus ut Aj. 898 Αἴας ὅδ' ἡμῖν — κεῖται νεοσφαγής et Ant. 1016 βωμοὶ γὰρ ἡμῖν — πλήρεις βορᾶς εἰσι, quod dubito num Hermannus recte inclinaverit. Idem valet de dipodiae tertiae syllaba prima: νοῦς οὐκ ἔνεστιν ὑμῖν ἐγγενής El. 1328, ubi vir summus ὕμιν scripsit trochaeum, si recte coniicio, huic versus loco aptiorem ratus; nam otiosum dici nequit. Et ob eandem causam Oed. Col. 25 πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμὶν ἐμπόρων scripsisse videtur pro ἡμῖν, contra vero El. 1332 (1324) πρόσθεν ἣν ἂν ὕμιν ἐν δόμοις — τὰ δρώμεν' ἢ τὰ σώματα pro ὑμῖν. Distincte quidem sive διασταλτικῶς neutro loco positum est, sed vacanter additum non dixerim, nedum Arist. Pac. 273 τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι et Plut. 286 ἔστι πλουσίοις ἅπασιν ἡμῖν εἶναι, ubi Bergkius ἧμιν scripsit, quae enclisis ne tum quidem reperitur, ubi pronomen plane omitti poterat, ut Col. 81 βέβηκεν ἡμῖν ὁ ξένος et 1038 σὺ δ' ἡμῖν, Οἰδίπους, ἕκηλος αὐτοῦ μίμνε. Hermannus hoc loco ἡμίν, illo ἧμιν scri-

psit. Porsonus quum spondeum recte praemitti cretico negaret, non solum pro dativis perispomenis substituit properispomenos, sed etiam in Iph. T. 584 (568) *μάλιστα γ' οὕτω γίγνεται* scribi iussit *ὧδε*. Sed canonem illum probatum Munckio de metr. Graec. et Rom. p. 136 Hermannus recte reiicere videtur. Et hoc loco illud quoque adnotandum duco, in prima parte trimetri adverbium illud plene scriptum esse in codicibus et editionibus omnibus Coeph. 546 *γένοιτο δ' οὕτως*, alterum vero saepius, Agam. 917, Antig. 220 etc., sed sigma ex uno alterove libro emergere. Huic simile *ἔμπα καὶ τανῦν* Aj. 560 et in priore parte *δύστηνον ἔμπας* 122, *μέγας γὰρ ἔμπας* Eum. 229, *μεθύωμεν ἔμπας* Cycl. 532.

§. 12. Sermone ad hunc finem perducto enumeratisque quae consonam fluxam habent omnibus, tempus videtur de origine ejus quaerere. Veteres quidem concordibus suffragiis decernunt, eam non a praescriptione naturae profectam, sed arte quaesitam esse *ἕνεκα εὐφωνίας* Apollon. Adv. 520. 33, eandemque vocabulis compositis interseri aiunt: *ἀάξιος καὶ μετὰ τοῦ ἐφελκυστικοῦ ν ἀνάξιος* schol. Dion. 718. 24, cf. Pathol. I 192 [1]). A contraria ratione stant Buttmannus gramm. § 26 adn. 2 et Kruegerus I 11. 14 adn. 1 hoc argumento, quod, si Graeci ν pleonastico uti consuessent, nulla causa fuerit, cur id certis modo vocabulis ut *ἔλεγεν*, *ἀνδράσιν*, nec promiscue omnibus in ε et ι exeuntibus adiicerent velut *λέγετεν*, *ἀνδρίν*. His ego non opponam Boeckhii conjecturam de Metr. Pind. p. 101, veteres aliquando dixisse *ἀνέριν*, *βασιλῆιν*, quorum nulla est apud grammaticos mentio, neque omnino dativos singularis numeri memorant praeter pronomina *τίν*, *ἐμίν*, *ἵν* et *σφίν ἀντὶ τῆς αὐτῷ ἀντωνυμίας* schol. Soph. Oed. C. 1400. Sed argumentum ex analogia ducere parum tutum est. Sermo enim non per constituta procedit, sed libero motu huc illuc fertur, modo eadem diverse figurans, modo diversa in unum confundens figuram. Sic *νόσφι*, *εἴκοσι*,

---

1) Lepsius contra in Palaeogr. p. 43 alpha privativum ex particula *ἄν* factum putat omissa consona, ut *ἄλλοθε*, *πέρα*. Haec valde discrepant. Illam de digamma suspicionem primus importavit Davesius Misc. p. 113 (140).

πέρυσι et localia, quae syllaba θι terminantur, paragogae apta sunt, sed minime ὕψι, ἄγχι, nec quae in δι, σε, ζε ut ἐνθένδε [2]), ἄλλοσε, χαμᾶζε, neque fuit qui secundam personam ἐσσί ad similitudinem tertiae ἐστίν redigeret vel tertiae ἦεν fulcrum suum detraheret [p. 176 adn. 2]. Comperto autem Atticos et generatim Graecos consona paragogica frequenter, sed non perpetuo usos esse, quovis in loco libris potioribus obtemperandum est, non quo illi multum auctoritatis habeant, sed quia aliae rationes ad decidendum desunt. Quum autem vocabulorum, in quibus quaestio versatur, duo sint genera, unum in epsilon et iota exiens: ἔλεξεν, πᾶσιν, alterum tria pronominalia illa complexum, de quo novissime diximus, non eadem est utriusque conditio. Illis enim quae accedit consona, certas habet leges, quas supra explicuimus. Alterum genus, quod longe minore pomoerio finitur, nulla observabili lege regitur, sed modo ante consonam νῦ assumit, modo ante vocalem respuit, neque quidquam amplius super hac re constitui potest, nisi terminationem puram frequentiorem esse ea, quae Atticis tribui solet. Ac si per analogiam adiectivorum communium in ος exeuntium iudicantur, ny non arcessitum, sed proprium innatumque habendum est: τοσοῦτον, τοιοῦτον, τηλικοῦτον perinde ut ἀγαθόν, κακόν. Sed quia totidem primitiva αὐτό, τοῦτο, ἐκεῖνο hac litera carent, eodem inclinant derivativa illa, quae sunt eiusdem merismi pronominalis.

Cap. III.

De sigma prosthetico.

§. 1. Trium literarum finalium media et paucis adstricta est vocabulis: ἔαρ, χείρ, φώρ etc. et mutationis expers; sed de ultima illarum saepe dubitatio accidit, utri duarum affectionum subjecta sit, pleonasmo an ellipsi. Grammaticus in primo hujus disputationis introitu in medium pro-

---

2) Ἐνθένδεν vitiose scriptum est in cod. quodam Aesch. Fals. Leg. 358. 130 Bk.

ductus cum adverbiis πρόσθεν, ὑπένερθεν etc. confert τὰ εἰς $\bar{\sigma}$ λήγοντα οὕτως, αὖθις, πολλάκις, ἀτρέμας καὶ τὰ ὅμοια, quae pariter aucta dicit. De uno allatorum, quod ultimo loco positum, sed, si vocalium ordinem sequimur, omnium primum est, idem declarat Apollonius Adv. 570, quum ἀτρέμα et ἠρέμα sic ut σῖγα, ἄντα a verbis perispomenis ἀτρεμεῖν, ἠρεμεῖν derivata esse dicit, et sententiae subscribit EM. 165. 16 ἀτρέμα ὡς ἠρέμα καὶ πλεονασμῷ τοῦ $\bar{\sigma}$ ἀτρέμας. Hoc Homerus saepius usus est, altero semel διὰ τὸ μέτρον Eust. 1017. 59, eandemque ob causam alternant Aristophanes et Euripides excepto anapaestico Hipp. 1358 φεῦ φεῦ πρὸς θεῶν, ἀτρέμας δμῶες, ubi Paris. A. ἀτρέμα exhibet metro aequaliter aptum probatumque Brunckio. De scriptoribus valet quod in Lex. Rhetor. Anecd. Bekk. 460 dicitur: ἀτρέμα λέγουσι καὶ ἀτρέμας, nam utroque utuntur Attici, sed ita ut literarum pone subeuntium rationem habeant: ἀτρέμα πιέσας Xen. Cyn. IX 5, sed ἀτρέμας ἔχειν V 11, et sic etiam alii huius dialecti praeter Thucydidem, qui his in totum abstinet; et citeriores quoque, raro a regula deficientes, ut Antiph. Or. III 675 (123. 35 Ald.) ἀτρέμα ἑστώς, nec mutavit Bekkerus p. 32. 10, eodemque modo paucis ante versibus pro ἀτρέμας ἑστάναι in uno A. scriptum est ἀτρέμα, sed non ita multo post redit ἀτρέμας ἑστάναι 682 R. 124. 39 Ald. p. 34. 7 Bekk. Pro ἀτρέμα σκοπεῖν Plat. Gorg. 503 D. Bodlej. sigmatismum infert non deformem ἀτρέμας σκ. et contrarie pro ἔχ' ἀτρέμας καὶ — Lucian. Char. § 7 p. 288 T. I tres codd. ἀτρέμα, sed idem ἀτρέμας scripsit ante aliasconsonas in Imagg. § 10 p. 337, Hermot. § 41 p. 487, Plutarch. de Notitt. Comm. IX 1062 C, Jamblich. v. Pyth. XXX 185 p. 386, Maxim. Tyr. XVII 2 p. 311, Alciphr. II 4 p. 325 etc. — Cum hoc EM. 165. 16 confert ἠρέμας καὶ ἠρέμα, quorum illud Apollonius semel usurpavit hiatus declinandi causa idemque Benselerus de Hiat. p. 34. 4 Plutarcho in v. Marii c. III 407 ἠρέμα δὶ Σκηπίων vindicare conatur. — Homerico ἔμπης poetae postgeniti accumularunt ἔμπαν, ἔμπας et ἔμπα *), sed quid-

*) *V. supra p. 155 (193 ex., 203 § 11 ex.)*

nam omnium antiquissimum et quasi stirps generis fuerit, scire negatum. — Si grammatici vere contendunt, πέρα esse dativum obsoleti nominis ἡ πέρα, πέραν vero accusativum, v. Pathol. Elemm. I 624 [1]), idem sumendum est de syntheticis, quorum scriptura triplex est: ἡ ἀντιπέραν ἤπειρος Diod. XIII 65, sed ἡ ἀντιπέρας ὄχθη Plut. v. Anton. XVIII 16 p. 16 T. IV, v. Arat. XVI 2 Sint., Arrian. Anab. III 7. 3, Aristid. Or. Sacr. V 359, ἡ ἀντιπέρας ἤπειρος Thucyd. VII 31, quod plus a codd. praesidii habet quam ἀντιπέραν, v. Popp. ad II 66, tertiaque mutilatae similis ἀντιπέρα, quae vix unquam reperitur, quin alterutra illarum in libris compareat, v. Wesseling. ad Diod. V 60, Jacobs. ad Aelian. H. Ann. V 17. 5 p. 211 et VIII 15. 31 p. 292, Ellendt. ad Arrian. l. c., Jacobitz. ad Lucian. Catapl. c. 21 p. 45, Wernsdorf ad Himer. Ecl. II 11. 386. His non raro praepositio accedit vel hyphen vel separatim scripta: καταντιπέρας Xen. Anab. IV 8. 3 (quod Poppo e codd. pro vulgato καταντιπέραν substituit), Dio Cass. XLIII c. 30 et XLVII 35. 3, κατ' ἀντιπέρας Xen. Cyr. VII 1. 7 (Brod. —ραν). Quibus omnibus mirabilior est inconstantia accentus; nam proparoxytonon est καταντίπεραν Polyb. IX 41. 16 (641 Bekk.), ἀντίπερας X 1. 17 (644), ἀντίπερα III 43. 3 et V 18. 7, ubi plerique ἀντίπεραν, paulo post vero lin. 10 et 18 bis omnes ἀντίπερα, eademque permutantur Aelian. H. Ann. IX 42 p. 211. Grammatici quia ἀντίπερας ad genitivi exemplum effictum statuunt, per consequentiam accentum in penultima ponunt; contrarium sequutus est Manetho IV 188 vocalem ultimam elidens: ἡνίκα Κρόνος — κατ' ἀντίπερ' αἰγλοβολήσῃ.

Duo verborum inclinamenta hac consona aucta refert Aelius Dionysius ap. Eust. 1773. 30 ἤσθας et οἶσθας. Illud ex umbra scholae in lucem eduxit Spitznerus Il. V 898 καί κεν δὴ πάλαι ἦσθα ἐνέρτερος οὐρανιώνων scribens ἦσθας ut in ed. Ven. expressum est; idem Euripidi Hel. 587 restituit Nauckius; Hoffmannus Quaest. Hom. I p. 90 et Ahrens.

1) Significationis discrimen non Demosthenes neglexit, sed Draco in lege ab hoc explicata πέρα ὅρου ter repetitum c. Aristocr. 634. 12 (569. 44) et seqq. Pro ἀτλαντικῶν ὅρων πέρα Eur. Herc. 231 unus Hartungius scribi iubet πέραν. cf. Hermann. ad Oed. C. 885.

ab eo citatus *hanc formam recentioribus demum temporibus in usu fuisse* dicunt, sed testem hujus usus nominat neuter. De altero Photius et Suid.: οἶσθα λέγεται καὶ μετὰ τοῦ σ ποτὲ ἢ διὰ τὸ μέτρον ἢ διὰ τὸ μὴ συγκροῦσαι τὰ φωνήεντα. Sic Cratinum scripsisse (Frgm. vol. I P. I p. 80) Choeroboscus auctor est; idem Euripidi tribuerunt critici Iph. T. 814, Jon. 999 ipsique Homero Zenodotus, v. Cap. II § 3 in. Hic igitur consona, qua secundae personae ómnes natura terminantur, per synecdromen translata est ad syllabam paragogicam.

§. 2. Epsilo finali sigma agglutinavit Maximus Planudes in versione carminum Boethii V v. 42 verba Latina *miseras respice terras* sic vertens: ὦ δὴ μελέας ἔπιδες γαίας, quem imperativum Weberus cum φρές et σχές confert. Similior est Hesychii glossa Ἄγες ἄγε φέρε, sed nullo dialecti et auctoris indicio instructa. Ἴσχες, quod nonnulli Oed. C. 1169 ex ed. Flor. asciverunt, jam Brunckius damnavit pro barbaro. De monosyllabis illis disserit Choeroboscus in EM. 740. 8 ἀπὸ τοῦ ἴσχημι ἔσχην σχές· ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀπὸ τοῦ σχῶ κανονίζει μόνον αὐτὸ σημειούμενος ὥςπερ ἀπὸ τοῦ σπῶ σπές καὶ φρῶ φρές, ἀλλὰ κακῶς· οὐχ εὑρίσκεται γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς ω προστακτικὸν εἰς ες. — Ὥςπερ ἀπὸ τῆς φαγών μετοχῆς γίνεται τὸ προστακτικὸν φαγέ, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ σχών σχέ καὶ κατάσχε, ἐν πλεονασμῷ δὲ τοῦ σ σχές καὶ κατάσχες, καὶ ἀπὸ τοῦ σπῶ ὁ ἀόριστος σπών καὶ ἐνισπών καὶ τὸ προστακτικὸν σπέ καὶ πλεονασμῷ διὰ τὸ μονοσύλλαβον σπές. Οὕτω Ζηνόδοτος (iunior), quibuscum in omnibus praeter accentum convenit Epim. I 395 ὡς φαγών φάγε, οὕτως σχών σχέ καὶ κάτασχε καὶ πάρασχε καὶ πλεονασμῷ κατάσχες (sic) καὶ ἔσπον σπέ σπές· Ὁμοίως τὸ φρές ἐκ τοῦ φέρε κατὰ συγκοπὴν καὶ πρόσθεσιν. Monosyllaborum, quae hi venditant, unum σχές reperitur in carminibus scenicis. Bisyllabum εἴσφρες Herodianus Mon. p. 85 L. ex comico affert ignoto, ἔκφρες Buttmanno auctore positum est Arist. Vesp. 162 [1]). Ab indicativo ἔνισπες Herodianus

1) Hoc verbum a ceteris differt eo, quod alii eius modi tertiam sequuntur syzigiam, ἐπεισφρείς, v. ad Buttm. p. 319, ἐμπιφράναι Rhamat. 190.

Il. XXIV 368 accentu distinguit imperandi modum: *τὸ μέντοι προστακτικὸν πρὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν Σὺ δ' ἀληθὲς ἐνίσπες· καὶ δῆλον ὅτι ὅπου μὲν τὸ ῑ ἐστὶ τῆς προθέσεως, ὅπου δὲ τοῦ ῥήματος*[2]). *Τὸ μέντοι ἄνευ τοῦ ε προστακτικὸν προπαροξύνεται Νημερτές μοι ἔνισπε ποτ' ᾤχετο*, eoque accentu est in Sapph. Frg. XXX, Aesch. Suppl. 587 et saepe in exitu versuum Homericorum certatim cum imperativo praesentis homotono *ἔνισπε*, de quo supra dictum est. — Frequentius et in omni genere dicendi reperiuntur imperativi tertii verbi *κατάσχες. μετάσχες, παράσχες, ὑπόσχες* et prae ceteris *ἐπίσχες*. Sed in his librarii plurimum discordant, primum in accentu, modo *πάρασχε* scribentes, quod omnes tenuerunt Eur. Hec. 821, modo *παράσχε*, quod nonnulli praebent Troad. 82 sigma contra metrum*) omisso, alii proparoxytonon; *πάρασχε* et *κάτασχε* aliquoties apud Achillem Tat., v. Jacobs. p. 730, sed in Plat. Protag. 348 A., quem locum hic affert, nunc e codicibus rescriptum est *παράσχες*. Tripliciter variant Aristid. Or. LI 418 *πάρασχε, παράσχε, παράσχες* Dindorfio probatum p. 574 T. II, et haec scriptura ita multis exemplis testata est, ut Brunckius ad Eur. Hec. 821 et Matthiae ad Herc. 1182 (1211) *πάρασχε* sive *παράσχε* et similiter scripta pro barbaris habeant. Hermannus vero ad Hec. l. c. Porsono suffragatus *πάρασχε*, in quo omnes codd. conspirant, tum analogiae regulis defendi dicit, tum simili *κάτασχε* in Herc. l. c. Huius quidem loci scriptura nimis quam incerta est. Analogia quaenam hic intercedat nescio, nisi forte putamus Graecos mentem ad imperativos verborum barytonorum direxisse et ideo *πάρασχε* dixisse ut *πάρεχε, ἄπελθε*. Sed probabilius in Anecd. Bachm. T. II cum *θές* componitur *σχές* tamquam eiusdem syzygiae cumque syntheto *ἐπίθες* item *κατάσχες, παράσχες*; nominatim autem reiicitur *παράσχε*, quod si qui *πάρασχε* scripserunt, fortasse ex

---

2) Hic *ἔνισπες* non aoristum, sed imperfectum putasse videtur ut schol. Od. XIV 185 *σπές ἐνίσπες ὡς θές ἐπίθες, σχές ἐπίσχες· ἔνισπε δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνίσπω ὡς ἐλαύνω*, quibus similia leguntur in Epim. I 128 et EM. 343. 3 cum supplemento parvulo *τὸ προστακτικὸν ἔνισπε ἀκολουθεῖ τῷ ὁριστικῷ*.

*) *hiatum dicit.*

παράσχες natum putarunt retracto propter apocopen accentu ut *χωρίς χῶρι* etc., v. Parall. 250; atque hac qualicunque ratione defendi poterit proparoxytonon in principio senarii iambici positum Eur. El. 762 (758) *ἔπισχε, τρανῶς ὡς μάθῃς*, quo nihil aliud significatur quam tristissimum illud *ἐπίσχες*. Interim verborum *ἐπίσχειν* et *ἐπέχειν* significationes natura tam sibi propinquae sunt, ut non mirum sit alterum aliquando pro altero positum esse. Ita unum relinquitur terminationis purae exemplum in Hes. Scut. 446 *Ἄρες, ἐπίσχε μένος καὶ χεῖρας*; sed id sustulit Goettlingius substituto imperativo praesentis *ἔπισχε*, *nam Graeci antiqui non habent imperativos monosyllabos nisi in ¯σ exeuntes.* Cum eodem compositum videtur, quod Suidas ex Cratino (Fragm. Vol. II P. I 206) et Eupolide affert *πρόσισχε τὸ πρόσεχε* et aliunde addit, indicativos *παρανίσχον* et *ὑπίσχομαι*, ex quo corrigendus est accentus Photii eadem tradentis: *Προσίσχε τὸ πρόσεχε*. Sicubi *παράσχ', κατάσχ'* legerentur in metris, res confecta esset; hac autem probatione detracta revocamur ad Brunckii sententiam, pure exeuntia librariis imputantis hoc maiore specie, quod hi *παράσχε* adeo ante vocalem scripserunt Troad. 82 etc. *)

§ 3. Adverbiis, quae modo syllabam ¯ις, modo simplex ¯ι in exitu habent, grammatici sigma a natura ingeneratum, sed licentia poetica detractum esse constituunt; quod si certo constaret, illa ad alteram affectionem transferenda

---

*) *Hanc paragraphum et quae sequitur tertia et quae antecedit utraque paucis verbis mutatis iam anno* 1854 *progr. XXIII Mai. edito prodiit; hanc ipsam de imperativis παράσχες et sim. dissertationem ne nunc quidem confectam habemus, nam programmatis illius paragr. altera ab hac non verbis solis discrepat, mscrpti autem extrema verba sunt:*, ‚Consonam autem non ex pleonasmo". *Ex illo non alienum videtur repetere haec*: „Cum Hesiodi scriptura [*ἐπίσχε*] convenit Eur. Hec. 836 *πιθοῦ πάρασχε* in principio senarii iambici, quod omnes libri exhibent et commendat iambus, si quidem sigma mobile eodem iure est, quo literarum ephelcysticarum altera. In adverbiis quidem quantopere ea vacillet supra demonstratum est, sed declinabilia constanter ita scribuntur ut in prosa: *μύρου γέμουσι, κἄπειτ' ἔλεξε, οὐδὲν πέφυκε, τούτοις ἅπασι, τοῖς βαρβάροισι* et infinita talia. Et in hephthemimeri: *μαθοῦσι λήθομαι, τεκοῦσι φροντίσαι, γυναιξὶ χἂν δέῃ, ἔφασκε τοῦτο δρᾶν, κατεῖχε τῇ βοῇ* etc."

essent. Nobis commodius visum est proschematistis inserere. Horum tria in Epim. I 16 enumerantur: τὰ εἰς $\overline{\iota\varsigma}$ ἐπιῤῥήματα λέγεται καὶ ἄνευ τοῦ $\overline{\sigma}$: αὖτις καὶ αὖτι, μέχρις καὶ μέχρι, αὖθις καὶ αὖθι. Sed generalius Moschopulus Sched. 59 διὰ τοῦ $\overline{\iota}$ γράφεται δίς, τρίς, τετράκις, πολλάκις — αὖθις, χωρίς καὶ ἕτερα· τούτων τὰ βαρύτονα καὶ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν καὶ χωρὶς τοῦ $\overline{\sigma}$ γράφεται παρὰ τοῖς ποιηταῖς διὰ τὰ μέτρα, ὅτε ἀπὸ συμφώνου ἡ ἐπαγομένη λέξις ἄρχεται. Primum illorum αὖτις aliquando sine sigma prolatum esse nescio quid illum permoverit credere; nam pro αὖτι, quod veteres quaedam edd. Il. IX 427 oggerunt, nunc omnes αὖθι scribunt i. q. αὐτόθι. — Sed pro temporali αὖθις i. q. πάλιν Callimachum et Lycophronem metri impulsu αὖθι usurpasse satis testatum est, v. Jacobs. ad Anth. Pal. 537 sq., Buttm. gramm. II 367; sed reprehendit Ammonius. — Illa de ἄχρι et μέχρι quaestio etiamnunc eodem loco est quo quum Phrynichi praeceptum tractarem [p. 14 sq.], nec multum juvit codicum nuper inventorum collatio et pridem collatorum recognitio. In Isaei or. de her. Hagn. p. 270 et 276 R. Bekkerus p. 126. 2 et 129. 12 edidit μέχρις ἀνεψιῶν, sed in lege § 11 interposita μέχρι ἀνεψ., ut Turicenses quoque. Idem in Phil. IV 152. 51 (145. 7 R.) pro ἄχρις οὗ scripsit ἄχρι improbatum Benselero de Hiat. p. 77, qui idem quasi vitium Plutarcho eximere studet p. 342. Thucydidis libri plerumque sigma omittunt, v. Popp. Proll. I 215, item Platonis, v. Rueckert. ad Symp. 210 E, Stallbaum. ad Phaedon. p. 219 ed. III. Saepius vero ἄχρις et μέχρις leguntur apud Xenophontem et id sine ullo diversae scripturae indicio ut Cyrop. I 4. 23 et in multis Anabasis locis, quibus omnibus Kruegerus contrarium tenet; sigma vero tuentur Poppo et Kuehnerus ad Memm. p. 456, qui cuncta ad codicum auctoritatem refert. Et Bekkerus quoque in Aristot. Nicom. VII 7. 1149 b. 13 servavit quod omnes exhibent μέχρις ἐνταῦθα, sed Meteor. II 3 p. 356 b. 23 id quod plerique μέχρι οὗ ab Idelero p. 521 abjectum; librorum Theophrasteorum inconstantiam ostendit Schneiderus in Indice. Haec qui adspexerit, nihil aliud sibi relictum putabit, quam ut ad consideratissimum illud verbum ἐπέχω tanquam ad portum se recipiat. Si quid tamen consilii de

re incertissima proponere juvat, veri simile videtur in populari Atticorum sermone vocali, quae elidi non patitur, exemplo poetarum sigma appositum esse hiatus fomentum, doctiores vero hujus cautionis incuriosos retinuisse formam ab Jonibus acceptam. Ex Atticorum imitatoribus unum appellabo Lucianum, cui Jacobitzius reliquit *μέχρις* ἕξ Macrob. § 3, sed *μέχρι Ἰνδῶν* Dial. Mort. XII § 5 e tribus codd. scripsit, Tim. § 23 et 30 ex uno *ἄχρι ἄν*, saepissime vero hoc et *μέχρι* contra codd. ante vocalem: Amorr. § 25, Dial. Mort. XXVII 4, Catapl. § 9, Hermot. § 74, Tox. § 13, Menipp. § 20. Hunc et ceteros alio tempore et loco aliter scripsisse non ita mirabile est, quam quod interdum intra paucissimos versus atque adeo in eadem comprehensione utraque scriptura miscetur velut Plat. Menex. 239 E *Κῦρος — μέχρις Αἰγύπτου ἦρξε — Δαρεῖος δὲ μέχρι Σκυθῶν*, et Diod. I 18 med. *μέχρις ἄν — μέχρι τῶν — μέχρι τῆς*, quasi hiatus arcendi causa, sed utroque in loco codd. discrepant. — Quomodo Graecorum veterrimi haec adverbia pronunciaverint, additone sigma an omisso, incertum reddit etymi ignoratio, v. Elemm. Path. I 113. Herodianus ad Il. XVI 324 *ἄχρι* ex *μέχρι* factum esse conjectat hoc est *κατ' ἀποβολὴν καὶ μετάθεσιν* EM. 182. 53. Ammonius vero significatione discernit *ἄχρι* temporale et *ἄχρις μετὰ τοῦ σ ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς*· de etymo nihil.

Cum his Vossius ad H. in Cer. 85 et Butmannus Lex. II 217 contendunt *ἀμφί* et *ἀμφίς*, de quo EM. 94. 20 *ἀπὸ τῆς ἀμφί γίνεται ἀμφίς ἐπίῤῥημα σημαῖνον τὸ χωρίς, οἷον θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες. Οὐ γὰρ δυνάμεθα λέγειν πρόθεσιν ἢ πλεονασμὸν τοῦ σ*, hoc est *ἀμφίς* non praepositio est (*οὐδεμία γὰρ πρόθεσις πλεονάζει τὸ σ* Epim. 66. 30), sed adverbium pro praepositione positum. Inter pleonasmum et antimerismum nutat Herodianus Mon. 45. 25 *οὐδεμία πρόθεσις δισύλλαβος εἰς σύμφωνον καταλήγει, ἀλλὰ μόνη ἡ ὑπέρ· τὸ γὰρ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες οὐ γνήσιον ἔχει τὸ τέλος· ἢ ἴσως ἐνήλλακται μέρος λόγου.* Eadem dubitatio fuit de verbo *ἀμφισβητεῖν*; id enim alii cum praepositione pleonasmo affecta, alii, quia extrinsecus augeatur, cum adverbio integro connexum putant, Choerob. Can. 527. 3, EM. 94, 24, sed est potius parasyntheton ab *ἀμφισβήτης*, quod in arte

fingitur similiter usitato *διαβήτης*. Hoc autem et cum *ἀμφί* ut synonyma *ἀμφιγνοεῖν*, *ἀμφιδοξεῖν* conflatum videri potest et cum *ἀμφίς* ut *ἀμφίσβαινα*, *ἀμφίσωπος* i. q. *περίωπος*. Augmenti, quod ille argumenti loco affert, vis ad probandum nulla. Ceterorum adverbiorum, quae in *ις* exeunt, ut *ἅλις*, *μόλις*, nullum componitur; eorum, quae in *ι*, unum *ἄγχι*, quod in compositione sigma accipit; *ἀγχισβασίη* enim Suidas verbo *ἀγχιβατεῖν* subjicit, hoc autem Jonice dicitur pro *ἀμφισβητεῖν*.

A primitivis illis, quae modo percucurri, differunt paragoga a grammaticis l. c. admixta, *χωρίς*, *πεντάκις*· haec enim si aliter scribuntur, manifesta apocope est. Et huic numero etiam *εὐθύ* et *ἀντικρύ* adscribenda sunt, quae in proxima dissertatione tractabimus.—Praepositionis *ἐξ* quae fuerit stirps antiquissima, nostrorum quidam disceptant successu nullo, v. Hand. in Tursell. II 615. Veteres, qui kappa ante vocales in *ξ* mutari docent, sigma pro ascito habuisse videntur, et quod Herodianus dicit Mon. 45. 31 *οὐδεμία πρόθεσις εἰς διπλοῦν λήγει, ἀλλὰ μόνον ἡ ἐξ*, id fortasse aliqui ad affectionem retulerunt: *αἴτιος δὲ ὁ πλεονασμός*. Hoc tamen sumto insolentiae species inclinatur in alteram formam *ἐκ*, nam in kappa nulla neque praepositio neque alia pars orationis exit praeter *οὐκ*, atque hoc quoque intemeratum non est [1]). Miraculi instar habemus praepositionem *ἐ* in Inscriptione Locrensi a Rossio edita repertam, *ἐ θαλάσσης*, *ἐ λιμένος*, quam Oeconomides p. 22 cum Latina *e* confert; Graecam *ἐκ* Latini non admittunt nisi ante consonam Graecis ignotam: *ecfodio*, *ecfatus*. — Numerali *ἕξ* sigma nunquam eximitur nisi in synthesi quandoque ut *ἕκμηνος*. Sed *ἓκ πόδες*, quod Elmsleius ad Med. 1150 ex epigraphe Attica affert, a publico usu longius remotum est, quam ut thematis locum sibi vindicare possit, neque sigma omittitur in linguis, quae maximam cum Graeca similitudinem habent. — Pleonasmo propiora sunt duo adverbia, de quibus hoc loco agetur. Unum est *ἐγκυτί* ex

---

1) Hanc antinomiam agnovit Helladius Phot. 870 fin. *ἀναλογώτερον ἀντὶ τῆς ἐξ τὸ ἐκ· πᾶσα γὰρ πρόθεσις βραχυκαταληκτεῖν θέλει· ἀλλ' ἕτερος πάλιν λόγος τὴν ἐκ ξενίας διώκει· οὐδεμία γὰρ παρὰ Ἀττικοῖς λέξις εἰς κ καταλήγει.*

duabus vocibus *ἐν κύτει*, ut veteres dicunt, in unam coactum significatione in adverbium deflexa, ut *ἐν χρῷ* dicitur pro *ἐγγύς*, simulque assumta specie adverbiorum in $\bar{\iota}$ exeuntium *ἀσταχτί*, *ἐγερτί* etc., quibuscum etiam hac in re convenit, quod iota modo breve habet, modo longum. Sed differt attractione consonae: *ἐγκυτίς*[2]) *χωρὶς τοῦ σ̄ Καλλίμαχος εἶπεν* Joann. 38. — Cum hoc Theognostus Can. 163. 15 coniungit *αὐτονυχὶς λέγεται καὶ αὐτονυχί*, quod in codicibus Apollonii I v. 1019 et alibi *αὐτονυχεί* scribitur ut *ἀμφιετεί*, *αὐτοετεί* aliaque cum nominibus tempus significantibus composita.

§. 4. Sunt vero etiam, quae nullam certam regionem habeant, cuius terminis septa teneantur, ut *οὕτω οὕτως*, quare hic anticipabo, etsi veteres technici hoc nativum, illud affectum esse pugnant. Certamen auspicatur Apollonius Adv. 578, ubi disceptari dicit, *πότερον ἐν προσθέσει ἐστὶ τοῦ σ̄ οὕτως ἢ ἐν ἀφαιρέσει τὸ οὕτω*. Hoc verius esse asseverat *ἕνεκα τοῦ χρόνου τοῦ παρεδρεύοντος*, hoc est quod adverbiorum barytonorum, quae in $\bar{\omega}$ exeunt, nullum penultimam natura longam habet, unde concludit, *οὕτω* primitivum non esse, sed *οὕτως* ab *οὗτος* ductum ut *καλός καλῶς*. Eodem argumento ducitur Epim. I 307 *τὰ εἰς ω̄ οὐδέποτε φύσει μακρᾷ παραλήγονται οἷον ἄνω, κάτω, πρόσω, ἔξω, ἄφνω πλὴν τοῦ εἴσω καὶ οὕτω κατὰ πάθος*. Scholiastes vero Dionysii 942 omnia, quae $\bar{\omega}$ vocali terminentur, penultimam brevem habere dicit, nisi quoquo modo corrupta sint: *τὸ εἴσω ἐκ πάθους*, *τὸ ἔξω τῆς ἐξ ἔχει τὴν ἀναλογίαν*, *τὸ πόῤῥω ἀττικῶς ἐκτέταται*[3]) *καὶ διπλασιασμὸν ἔχει*, *τὸ οὕτω παραφθορὰ τοῦ οὕτως*, *τὸ δεῦρο ἔκτασις ποιητική*. Alius in EM. 643. 39 addit, quia *οὗτος* trium sit generum, trigenera autem habeant adverbia in $\overline{\omega\varsigma}$ desinentia, propterea *οὕτως* analogiae convenientius esse. Huic Apollonius Adv. 583. 4 aequiparat Doricum *ὦτε ut — ἀμφοτέροις γοῦν σύνεστιν ἡ ἀποβολὴ τοῦ σ̄*. Sed hoc adverbalie *ὦτε* et demonstrativum *ὧδε* simplexque *τῶ*, *περισπώμενον ἀντὶ τοῦ διό καὶ οὕτως* Phot., si comparamus cum

2) Mendosum *ἐγκοιτίς* tacite correxi in Parall. 197.

3) Sic scribendum est pro *τέτακται*.

femininis adverbialiter dictis ᾗ, τῇ, ταύτῃ, cogitatio subit, οὕτω quoque dativo τούτῳ affiguratum esse omisso propter deflexum significationis iota ut Homericum ᾗ i. q. ὡς, v. Lehrs. Quaest. 44. Denique expedit meminisse in hac regione, qua pronomina continentur, dominari inaequalitatem. Sed quomodocunque hoc adverbium natum est, illud apud omnes constat, a Graecis dupliciter conformatum esse, unumque hoc quaeritur, qua de causa nunc sic, nunc aliter dixerint. Rem confidenter decernit Thomas: τὸ οὕτως ἐπαγομένου μὲν φωνήεντος μετὰ τοῦ σ ἐκφέρεται, ἐπαγομένου δὲ συμφώνου χωρὶς τοῦ σ. Εἰ δὲ εὕρηται καὶ ἐπαγομένου συμφώνου μετὰ τοῦ σ, ἁμάρτημα γραφέων ἐστί. Isque gravissimum sponsorem habet Homerum, qui utroque saepissime utitur, οὕτω (nisi correpta vocali opus est ut οὕτω ἐγών) consonanti praeponens, alterum vocali, excepto quod Il. XXI 184 a Bekkero positum est κεῖσ' οὕτως· χαλεπόν —. Nec raro hoc discrimen in una eademque periodo servatum videmus: οὕτως εὐλαβῶς, οὕτως εὐσεβῶς, οὕτω μετρίως Dem. c. Mid. 534. 10 R., quorum ultimum Bekkerus antecedentibus adaequavit codicibus tacitis, sed in Aristot. Nicom. III 8 p. 1115 a 2 οὕτως ἢ μὴ οὕτω χρήσασθαι. Sic et Plat. Theaet. 183 A οὕτω τ' ἔχειν φάναι καὶ μὴ οὕτως, ἐν —, Athen. I 31 A καλεῖται οὕτως ἀπό τινος χωρίου οὕτω προσαγορευομένου, et interposito brevissimo intervallo Lucian. Somn. § 5 ἐναργὴς οὕτως, ὥστε — οὕτω σαφῆ ἦν, Xenoph. Hier. VII 10 οὕτω τιμώμενον — οὕτως, ὦ Σιμωνίδη, Cyrop. VIII 3. 14 (34) οὕτω δὴ ἡ τότε καταστᾶθεῖσα ἔλασις οὕτως ἔτι καὶ νῦν διαμένει, Isocr. Archid. 127 (142. 56) οὕτως ἀνάνδρως et paullo post οὕτω ταχέως. Et haec literae subsequentis observatio quantum praevaleat, vel ex uno Plutarchi libro, qui est de vita Alexandri, legentibus apparet; hic enim οὕτως undecies ante vocalem scriptum est, V 3, XI 29, XXV 29, XXXII 7, XLV 13, XLIX 1, L 6, LXIII 18, LXV 23, LXIX 10, LXXV 5, οὕτω ante consonam duplo saepius, VI 20, VIII 23, IX 40, XIV 13, XXX 18 et 47, XXXIV fin., XXXV in., XXXVIII fin., XLI 5, XLVII 15, XLVIII 3, XLIX 37, L 2, LI 32, LIII 22, LX 28, LXIII 31, LXIV 6 et 27, LXXI 25, LXXIV 9, LXXVII 2, bis ante consonam οὕτως, LXXV 3, LXXVI 1, quod Sintenis

etiam XV 19 e codicibus restituit, et multis aliis locis legitur contra quam Thomas praecipit. Rarum vero est alterum ante vocalem ut *οὕτω ἄξιον* Theophr. Char. XIX 2 Schneid., XVII Ast., *οὕτω ἔφη ἔσεσθαι* Apollod. II 4. 12, cui Jacobsius ad Anthol. P. 159 sigma addit e cod., et similia quaedam in codicibus Thucydidis, v. Poppo. Proll. T I 215, et Platonis, quae defendit Schneiderus ad Civ. III 406 E.: *hiatum οὕτω ἰατρικῇ tollere non sum ausus, quia, quemadmodum οὕτως ante consonam nonnunquam soni causa ponitur, ita etiam οὕτω ante vocalem eandem vim habere potest.* Sed prioris generis exempla pleraque inveniuntur in clausulis enuntiatorum, ubi sermo vel per se quiescit vel alius sermone excipitur: *οὕτω. Ἐπειδὴ—* Plat. Theaet. 182 C, *οὕτω. Ὁ ἄρα* 198 C, *οὕτω. Ἆρ' οὖν* Civ. VIII 559 C, ubi Bekker. et Stallb. sigma addiderunt in codicibus omissum, sed alibi appositum: *οὕτως. Ὀρθῶς* Protag. 359 E, *οὕτως. Εἰ οὖν* Parm. 144 A; et in sententiis interrogativis: *οὕτω; Ὁ δὲ* — Xen. Anab. IV 8. 26, *οὐχ οὕτω; Οὕτω. Οὐκοῦν* Civ. IV 436 D, ubi primo adverbio in paucis codicibus sigma accessit; *οὐχ' οὕτω; Οὕτω* Civ. IV 452 D, sed *οὐχ οὕτως; οὕτως* Parm. 146 E. Haec comparari possunt cum iis, quae supra de *νῦ* ephelcystico interpunctis addito vel non addito dicta sunt. Quae vero in sermone continuo deprehenduntur hiatus vestigia, ita rara sunt, ut nobis fidem facere nequeant. Neque alia fuisse videtur Meinekii sententia ad Antiph. p. 81 T. III *οὕτω ἐστί* dici negantis. Frequentissimus vero est collisus consonarum, quem quum Schneiderus ad Civ. III 406 E nonnunquam *soni causa* admissum dicit, incertus sum, utrum causam eius in natura consonae proxime sequentis positam putet, an in sono syllabae. Sin illud, equidem nullam fere consonam novi, quae non aliquando ad sigma accesserit, primum dentales: *οὕτως διηγεῖσθαι* Ar. Vesp. 1196, *οὕτως διακείμενα* Lys. de Impot. 348. 23 Bekk., *οὕτως δὲ γίγνονται* Arist. Meteor. II 5. 362 a 15 (sed *οὕτω δὲ κἀμέ* Choeph. 249), *οὕτως θεωρεῖται* Theophr. H. Plant. IX 4. 4, *οὕτως τάς* Dion. Cass. XXXVII 19 (et proxime post *οὕτω καί*), *οὕτως τι* et *οὕτω τι* variant Plut. Agesil. V 26 et alibi, v. Ellendt. ad Arrian. I 8. 14. Item ante gutturales: *οὕτως γένοιτο* Aesch. Sept. 507 H.

(528 Sch.), pro quo libri aliquot *οὕτω* exhibent, ut in omnibus scriptum est Suppl. 742, *οὕτω γάρ* Choëph. 477 et 499 sine varr., sed pro *οὕτως γε ἀτέχνως* Xen. Memm. III 11. 7 duo codices *οὕτω γε*, omnes vero *οὕτως γέγραπται* Plut. v. Alex. LXXVI 1, *οὕτως καί* Ar. Lys. 569, sed *οὕτω καλόν* Aesch. Ag. 1578, *οὕτως καί* Plat. Phaed. 76 E, cui Turicenses sigma subtraxerunt, ob nihil aliud, puto, quam quia *οὕτως ὥσπερ* h. l. antecedit, *οὕτως ἔχει* sequitur; sed haec differunt, et *οὕτως καί* legitur etiam Theophr. Char. VIII fin. [suspect.]. Ante labiales: *οὕτως Βούβαστις* Anthol. XI 18, *οὕτως πολλή* Plut. Timol. XXII 5, *οὕτως παρά* Longin. XXII 1, *οὕτως πόλις* Plat. Civ. V 472 E, sed hoc aliter in codicibus quibusdam; *οὕτως φαίνουσι* Them. Or. I 3 A., *οὕτως φρονῶν* Plut. v. Mar. XXIX 2. Ante liquidas: *οὕτως μέν* Xen. Symp. IV 45, cui repugnat *οὕτω μέν* Aesch. Sept. 996, *οὕτως λέγεις* Plat. Euthyd. 293 D et Theaet. 182 B in plerisque; *οὕτως συνίσταται* Theophr. H. Pl. IX 2. 2, *οὕτως σοφός* ab Astio praelatum Plat. Protag. 318 B, et *οὕτως σκευάσας* a Jacobsio Achill. III 20. 76, propter quae vereor Ellendtio meo assentiri in Lex. Soph. II 466, hoc ante *σ* vel *ζ* posito insignem existere soni deformitatem.[4]) Si vero Schneiderus Graecos homoeoteleuton aut affectasse aut declinasse statuit, id quoque vereor ut rem expediat. Quis enim viventium diiudicet suaviusne sonet *οὕτω κακῶς* Thuc. VI 36, *οὕτω πῶς* Plut. Quom. Adul. ab Amic. XXVI 67 C, *οὕτω δ' ὅπως* Ar. Rann. 905, an *οὕτως κακῶς* Plutarch. de Superst. 168 F, *οὕτως ὅπως* Soph. Trach. 330 et Aeschin. c. Timarch. 309. 181 Bekk. (25), cf. Ellendt. ad Arrian. Anab. III 21. 12, *οὕτως δ' ὅπως* Soph.

4) *Οὕτως* zetae literae antepositum in praesentia demonstrare non possum, sed crebra sunt *τοῖς ζῶσι*, *τοὺς ζῶντας*, atque adeo compositum *δύσζηλος*. [*Adnotandi opportunitatem nacto liceat ex abdito aliquo loco msti promtos apponere hos locos:*] „*οὕτως διαλεχθέντα* Isocr. Panath. 302. 172, *οὕτω διατιθεῖσα* 302. 174, *οὕτως διαλαβεῖν* Theophr. H. Pl. I 2. 2, *οὕτω σκοπεῖν* I 4. 3, *οὕτω ληπτόν*, mox *οὕτω καί* II 5. 4, *οὕτω γάρ* — *οὕτως ποιεῖται* IV 9. 11, 13; *οὕτω τοι* Theocr. II 26, XI 80, *οὕτως Τυνδαρίδαις* XXII 212, *οὕτω πάντ' ἐποίει* XXIII 11, *οὕτως* ‖ *ἦν καλός* XXIII 14, *οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνήν* XXIII 17, *οὕτω* [, *φίλοι*] XXII 154, *οὕτω δή* XVIII 9, *οὕτω γοῦν* XI 7, *οὕτω δ.* IX 14; *οὕτως* Theogn. 413, sed *οὕτω* 191 Bergk."

El. 1296 (1288). Horum locorum in ultimo in Aug. scriptum est *οὕτω*, quod cur Hermannus male scriptum esse dicat, Ellendtius se videre negat Lex. T. II 466, neque ego perspicio. Sunt vero qui sigma non soni causa, sed significantiae adiici putent ut Stallbaumius ad Theaet. 202 C, ubi *οὕτω σύ* et mox *οὕτω μὲν οὖν* editum est, hoc intactum reliquit, illud vero ex optimis, ut ait, et plurimis codicibus mutavit in *οὕτως ob maiorem tonosin*, et hanc formam Frotscherus ad Xen. Hier. I 3 primariam appellat eamque a veteribus Graecis ubique esse positam, ubi finis esset sententiae aut maximum pondus; neque aliter iudicant Breitenbachius ad h. l. et Kuehnerus ad Memm. p. 108, cuius verba haec sunt: *constat οὕτως ab Atticis usurpari, ubi notio sic, hoc modo maiore vi efferenda sit.* Et convenit Hommelius ad Plat. Symp. 204 D. Verum haec quoque ratio est ita subtilis et paene dixerim aëria, ut vix ad nostrum sensum penetrare possit, neque quenquam nostrum tam sagacem esse arbitror, qui libris non consultis ex ipso sententiae tenore divinet, utra vox cuique loco conveniat, graviorne an minus gravis. Facilius assentiar, illam a nonnullis in fine sententiae positam esse; nam eodem loco etiam *νῦ* saepe additum invenimus.[5]) Sed perpetuum hoc non est, neque quisquam contenderit, ubicunque *οὕτως* sermonem finiat, ibi significantius esse. Veteres nullam nobis notam suppeditant praeter illam a Thoma traditam; eamque non dubito e codicibus ductam esse, quos Thomas eiusque magistri usurparunt; sed num hi ex libris antiquis et aetati Atticorum proximis religiose transcripti, an ex technicorum decretis constantiae servandae causa rescripti et correcti fuerint, quis est qui nos certiores faciat? Apographa, quibus hodie utimur, ubique fere dissentiunt seu

5) *Οὕτως. Ψυχῆς* — Plat. Phaedr. 270 C, *οὕτως. Καὶ* — Theag. 122 C et Soph. 244 E, *οὕτως· σοῦ* — Phaedr. 243 D regulae conveniunt, sed Civ. I 346 A, ubi alter alterius sermonem excipit: *οὕτω; Πάνυ γε* Schneiderus Bekkèro repugnat *οὕτως* scribenti sine auctoritate, idemque tuetur *οὕτω. Φαίνεται* IV 443 C et II 382 C; sic et: *οὕτω. Οὐκοῦν* Soph. 260 B, *οὕτω. Τί δὲ* — Parm. 140 C, *οὕτω. Τὸ μὲν* — Phaedr. 236 A Stallbaum. e codicibus quibusdam corrigenda putat; *οὕτω. Καὶ τούτων* Antiph. de Chor. 143 (73. 10).

casu et errore librariorum, seu quia alius aliam rationem sequutus est, plerique nullam. Quare recipiendum est, quod quoque in loco optimi quique exhibent, non ut altero verius, sed quia certior probatio non invenitur. Apud Atticos poetas Dindorfius ad Avv. 63 (ed. Lips. anni 1822) sibi nullum locum lectum esse dicit, in quo non pro οὕτω substitui possit οὕτως, nec tamen mutavit usquam. Itaque utrumque reperitur quum in aliis versuum locis, tum etiam in ea senarii iambici regione,. in qua nunc τοσοῦτο, nunc τοσοῦτον scribi supra ostensum est: ἕως ἂν οὕτως τὰς — Thesm. 583, γένοιτο δ' οὕτως· τἄλλα Choeph. 546 codicibus consentientibus; sed multo frequentius alterum: ταύτην μὲν οὕτω Eum. 445 (453), et sic apud Sophoclem Phil. 751, Trach. 1163 Br., Oed. T. 970 et 1427 multisque Euripidis locis Hec. 296, 785 (768), 881 (888), Alc. 843 (850), Suppl. 918, Iph. A. 797, Iph. T. 1203 (1162), Ion. 604. Idem scripserunt Turn. et Steph. in Aesch. Suppl. 323, sed Dind. et Herm. οὕτως, pro quo hic in Ag. 917 οὕτω ex Flor. et Farn. recepit, sed οὕτως Cycl. 562 (558) ex pluribus. Singulare constantiae exemplum praebet Herodotus, si, ut Bredovius statuit de Dial. 111 seq., nunquam aliter scripsit quam οὕτω et μέχρι.

CAP. IV.

De kappa prosthetico.

Kappa in numero literarum prostheticarum habetur propter unam particulam negativam, cuius similis in linguis affinibus nulla invenitur, sed natura pure terminari grammatici certum habent: οὐδέποτε γὰρ λέξις Ἑλληνικὴ ἐστιν εἰς ἄφωνον λήγουσα EM. 638. 11 et paullo post v. 35 τὸ κ πλεονάζει διὰ τὴν χασμωδίαν, ob eamque causam schol. Dionys. 718. 19 οὐκέτι et οὐκοῦν hyphen scribi dicit spiritu sopito et hoc kappa ἐφελκυστικόν appellat sicut ν in syntheto ἀνάξιος. Contrariam sententiam amplexus Buttmannus gramm. § 26 adn. 8 statuit omnium primum fuisse οὐκί, hinc autem οὐκ factum esse et dupliciter attenuatum οὐ [cf. P. III C. I § 2]. Matthiae vero p. 129 cum aliis pleonasmum praefert hoc argumento, quod

in fine enuntiati οὔ ponatur ante vocalem, non οὐκ, et propter μηκέτι. Hoc aliter quidem accipit Buttmannus tanquam ex μὴ οὐκέτι contractum et adstipulatorem habet Handium ad Tursell. T. IV p. 92, sed iure reprobatur ab Ellendtio Lex. Soph. II 119. Nec tamen pleonasmum dixerim, sed potius negativo οὐκέτι per synecdromen affictum ut οὐχί μηχί, οὐδαμῶς ναιδαμῶς. Vocem simplicem ante vocalem modo οὐ scribi, modo οὐκ fluctuante insuper accentu, in commentariis doctorum iterum iterumque adnotatum est, sed nemo adhuc, quod equidem sciam, exempla generatim disposuit. Multum autem differt, utrum antecedentibus adnectatur, an cohaereat cum sequentibus, an denique parenthesis instar utrinque separata sit. Poetae quidem hoc discrimine posthabito in versibus mediis constanter οὐκ scribunt hiatus vitandi causa, quod probatione nihil eget; in exitu secus: τοῖς μὲν λόγοις εὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. || Οἶμαι δὲ — Orest. 281, μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ. || Οὐ γάρ οἷός τ' εἴμ' Ar. Pac. 16, et ubi altera persona intercedit: οὐκ ἄνθρωπος; Οὔ, || ἀλλ' ἀθάνατος Ach. 46, τῇδε μὲν γὰρ οὔ. || Ἀδικεῖς με Avv. 1220. His locis Brunckius kappa appinxit, *quia sequens versus a vocali incipit*, idque ad Lysistr. 875 festinanter probat exemplis e medio versu repetitis, quae ubivis leguntur. De poetis nemo dubitat; sed in discrimen venit sermo communis. Hic si particula negativa colon finit, consona abstinetur: τὸ νίτρον τήκεται μέν, τέγγεται δ' οὔ, ὅτι — Arist. Metéor. IV 9 b. p. 23 et all., v. ad Phryn. 51, maximeque in formula pertrita, quae speciem interrogandi, vim affirmandi habet: καλὰ γάρ ἐστι· πῶς γὰρ οὔ; ὅτε πολλοί εἰσι — Xen. Oec. XI 10, αἰσχυντηροτέρω ἐστόν· πῶς γὰρ οὔ; ὥ γε — Plat. Gorg. 487 B, πῶς δ' οὔ; οὐ μόνον ἄρα — Civ. V 457 A, πῶς γὰρ οὔ; Ἄνδρες Legg. IV 715 E. Ad alteram speciem pertinet, si particula cum sequentibus vinculo continetur syntactico: οὐκ ἔφη, οὐκ οἶδα. Cuius rei mentionem fecissem nullam, nisi opus videretur monere, hanc cohaerentiam non tolli parenthesi: τί δ' οὐκ, ἔφην, οἶδα; *quidni sciam?* Xen. Oec. XVIII 4, οὐκ, οἶμαι, γενήσεται etc., quibuscum nemo confundet aliter ordinata, quae ad primam speciem pertinent: πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη· καὶ τοῦτο — Plat. Civ. I 351 B, τί γὰρ οὔκ; ἦ δ' ὅς

IV 425 C, quod Schneiderus pro *οὔ* reposuit e codicibus. Ad tertiam referendum est, *οὔκ* si absolute pronuntiatur quasi interiectio affirmativae *ναί* ex adverso posita similisque Germanicae *Nein*. Huius generis sunt: *οἶσθα, ὅθεν τεκμαίρομαι; Οὔκ, ἀλλὰ λέγ', ἔφη* Civ. IV 433 B, ubi unus Flor. *οὔ* suppetit; *κινδυνεύουσιν ἀπολέσθαι. Οὔκ, ἄν ἐμοὶ πείθησθε* Xen. Hell. I 7. 19, *ἤκουσας ὡς ἔσωσεν; Οὔκ, ὦ Τιμόλαε* Lucian. Navig. § 7, *ἀξιοῦτε μὴ δοῦναι δίκην· οὔκ, ἤν γε οὗτοι τὰ ὀρθὰ γιγνώσκωσιν* Thuc. III 66. 2, et in figura, quae dicitur sibi ipsi responsio: *ἀχάριστος ἄρ' ἦν ὁ δῆμος; οὔκ, ἀλλὰ μεγαλόφρων* Aesch. c. Ctesiph. 444. 182 (80 R.), *ἐγὼ παρέταξα; οὔκ, ἀλλ' ἔλιπες τὴν τάξιν* Dinarch. c. Dem. I 150. 12 (91 R.). Hic negatio semel posita magnopere ad rem pertinet; abundat vero cum virtute iterata: *οὐ γὰρ τὴν πόλιν ἐφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι βούλεται Φίλιππος, οὔ, ἀλλὰ* — Demost. Phil. IV 135. 62 (147. 28 R.), *οὐκ ἀφαιροῦμαι καταφυγῆς ὑμᾶς, οὔ, ἀλλ'* — Liban. Decl. T. IV 265. 6 et in fine senarii Arist. Ach. 421 *οὐ Φοίνικος, οὔ,* || *ἀλλ' ἕτερος ἦν,* quem locum afferens Matthiae § 608. 6 p. 1443 perperam *οὔκ* scribit adiecto kappa; hoc enim hiatus remedium est ut Soph. Oed. C. 587 *οὐ σμικρός, οὔκ, ἀγὼν ὅδε,* Arist. Vesp. 486 *οὐδέποτέ γ', οὔχ, ἕως τι λοιπὸν ᾖ,* Nubb. 1470 *οὐκ ἔστ', οὔκ, ἐπεὶ* || *Δῖνος βασιλεύει,* extra metra autem inconcessum. His omnibus inter se collatis apparet *οὔκ* scribi, ubi ad interrogata respondetur, alterum vero in iteratione, ubi negatio tantummodo emphasis gratia interponitur, idque accentu diverso; nam si verbum, quicum natura cohaeret, supprimitur, ut in locis paullo ante allatis, accentum assumit, si vero id ipsum iteratur, tanquam proclitica amittit: *οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία, οὐκ — ἔμοιγε δοκεῖ* Plat. Hipp. Mai 292 B, *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν* Lucian. Abdic. § 19, quae oratoris verba Anonymus de Schemat. 707. 10 T. VII ed. Walz. pro specimine huius anadiplosis affert. Haec autem quae constituimus discrimina certa quidem, sed ita subtilia sunt, ut lectores facile fallant; quare et a librariis et ab editoribus non raro confunduntur. Sic in Athen. III 125 C *Σιμωνίδης τῶν οἰνοχόων τοῖς ἄλλοις μισγόντων, αὐτῷ δὲ οὔ, ἀπεσχεδίασε* — unus Laur. *οὐκ* (atonon) praebet, quod conveniret

colon ordienti. In Xen. Symp. VI 2 οἶσθ' οὖν ὅτι λυπεῖς ἡμᾶς; Οὔ· ἀλλ' ὅταν aliqui recte scripserunt οὔκ, Bornemannus vero opponit, *utriusque generis innumerabilia esse exempla*; sed quae affert, valde diversa sunt: οὐ τῷ μὲν προσήκει, τῷ δὲ οὔ· ἀλλὰ πᾶσι etc. Hic particula colon finit, illic seorsum pronuntiatur. Et ad Memm. II 6. 11 ταύτην οὖν τὴν ἐπῳδὴν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπῇδον; Οὔκ, ἀλλὰ — Kuehnerus adnotat: *negatio οὔ, ubi sententiam claudit, de grammaticorum regula sine κ scribitur. — At vero haud admodum paucis locis ante vocalem οὔκ reperitur codicum fide servatum*; id videlicet fit eiusmodi locis, ubi οὔκ absolute a respondente profertur. Quin etiam Valckenarius errat ad Herod. VII 218 Aristaeneti verba sic corrigens: φάρμακον θανάσιμον μὲν οὔχ, ὑπνωτικὸν δέ. Huc enim convenit οὔ (vel οὐχί), ut Themist. Or. XXI 245 ἀκούσεσθε φιλοσόφου μὲν οὔ, ἀνδρὸς δέ, quibus contraria significarent sic scripta: φιλοσόφου μέν, οὐκ ἀνδρὸς δέ. Et ad haec distinguenda conducit accentus, quanquam in hoc quoque libri vacillant. Primum in responsione: εἰπέ μοι τίνες αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα; Οὔκ, ἀλλ' Αἴγωνος Theocr. IV 2 et veterum editiones nonnullae et duae novissimae Οὐκ ἀλλ' — ne servata quidem hypostigme; Lucian dial. Mort. II 2 ταῦτ' οὐχ ὕβρις; Οὔκ, ἀλλ' ἐκεῖνο codices aliquot οὐ et οὔ, in Thucyd. V 101 πολλὴ κακότης. Οὔκ, ἤν γε βουλεύησθε accentum e Mosq. restituit Poppo, Arist. Thesm. 269 μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὔκ, ἤν γε μὴ — Bergkius ab Engero neglectum, alii Aesch. Agam. 1208 οὔκ, εἴπερ ἔσται —; sed rursus praetermisit Emperius in Dion. Chrys. Or. VII p. 129. 68 (244 R.) αὕτη, ἔφην, ἐστὶν ἣν ἀπεδύσας; Οὔκ, ἀλλ' ἐκείνη, et saepius Bekkerus codices, ut videtur, sequutus, quos non semel huc inclinare videmus sive casu, sive quia scriptores eorum distinctiones illas, quas nos stigmae nota signamus, cogitatione quidem comprehenderent, sed oculis subiicere non opus ducerent, de qua opinione in decursu operis dicere propositum habeo.

Hanc vero partem absolvisse mihi videor relatis omnibus, quae de consonis paragogis aut liquido affirmari aut probabiliter coniectari possunt. Nam quod EM. 184. 25, Epim. I 29 affert ἄψ ἀπὸ τοῦ ἄ τοῦ σημαίνοντος τὸ ὀπίσω, πλεονασμῷ

τοῦ ψ̄, et per se improbabile est et refellitur Herodiani interdictione μηδέποτε τὰ διπλᾶ πλεονάζειν EM. 184. 30. Itaque ὑποδράξ, quo solo Nicander utitur in exitu versus, ut Callimachus quoque, certe non ex Homerico ὑπόδρα factum putavit, sed contrarium: Ἡρωδιανὸς λέγει, ὅτι ἐκ τοῦ ὑποδράξ γίνεται ὀξυτόνου EM. 781. 47, cf. Rhemat. 63. — Πέριξ saepe quidem praepositionis modo cum secundo et quarto casu coniungitur, sed tamen alius merismi est consonamque non pleonasticam habet, sed formativam ut multa adverbiorum: γρύξ, γνύξ, κουρίξ etc., v. Parall. 123 et 131.

PARS ALTERA.

De vocalibus.

Vocalium uni adiicitur iota in exitu trium praepositionum, quas Herodianus ad Il. Π 824 accentum primitivorum retinere dicit: καταί, παραί, ὑπαί· αἱ γὰρ προθέσεις αὐξανόμεναι διὰ τοῦ ῑ φυλάττουσι τὸν αὐτὸν τόνον. Apollonius Synt. IV 2. 309 (304) et ceteri, qui de anastrophe agunt, duarum tantum mentionem faciunt, καταί et ὑπαί, v. Lehrs. Quaest. 71, quarum illa non legitur praeter compositum καταιβάτης, quo solo nititur schol. Dionys. p. 928, simplex vero in eo versus loco, ubi syllaba brevis ipsa vocis sublatione producitur: κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ etc., v. Bernhardy ad Dion. v. 572. — Ὑπαί, quod EM. 782. 59 ex ὑπό conversum dicit pleonasmo et trope τοῦ ο̄ εἰς ᾱ, Aeschylus usurpavit saepius, ubi longa syllaba opus erat, sed nulla eiusmodi necessitate adactus Aristophanes Ach. 970 εἶσειμ' ὑπαὶ πτερύγων ex poeta fortasse Aeolico, qui ὕπα scripsit; ipsi quidem fulcro nihil opus fuisse ostendit ὑπὸ πτερύγων Avv. 1426.*) Quinto V 434, X 315 nunc exemtum est; Homero una cum ceteris evellere

---

*) *Ibi quoque* ὑπαί *scribendum esse ne Bergkio quidem credidit Meinekius. — Sophoclis illud Antig.* 1035 τῶν ὑπαὶ γένους ἐξημπόλημαι *reiecta certis de causis Meinekii coniectura Lehrsius emendat:* τῶν ὑπ' ἐγγύος ἐξημπ.

conatur Hoffmannus Quaest. I 166. Praepositionis cum verbo compositae exemplum est ὑπαιφοινίσσεται Nic. Ther. 178 et ὑπαιδείδοικε H. H. in Merc. 165, sed hoc ambiguum reddit scriptura Homerica ὑποδδείσας. — Saepius vero sic componitur altera: παραιπεπιθεῖν, παραιφάμενος et glossematicum παραισαβάζω. Παραί Apollonius dixit exemplo Homeri, παραιφάσκω H. Stephani commentum est; παραιβατεῖν a substantivo derivatum, παραιφρονέων Theocr. XXV 262 editores ectasi liberarunt minime necessaria. — Incertiores sunt tres praepositiones ab Herodiano praetermissae. Pro ἀπαὶ νευρῆς Il. XI 664 et Hes. Scut. 409 ille fortasse ἀπό scriptum invenit, quod critici utroque loco substituerunt; eos qui Il. VI 62 ἄπαι ἔθεν scribi vellent, refellit Eustathius. Empedoclis exemplum, quo Buttmannus ducitur gramm. § 117 adn. 3 p. 372, subtraxit Karsteni correctio v. 360; ἀπαὶ λαγόνος Theocr. XXII 121 Meinekium non offendit, sed ab Ahrensio mutatum est, nec durat ἀπαὶ μελέων Quint. III 319; sed stationem tenuit ἀπαὶ πατέρων Maneth. VI (III) 326. — Quintam addit, sed ex alio scriptorum genere grammaticus in Epim. I 119 ἡ διά παρ᾽ Ἀττικοῖς προσλαμβάνει τὸ ι καὶ γίνεται διαί καὶ ἰσοδυναμεῖ τῷ ἕνεκα, quam in rem duo adiungit exempla, unum ex Aeschyli cantico metri gratia amplificatum, alterum tragici ignoti in fine octonarii trachaici positum, ubi nihil opus erat. — Ἀναί nusquam reperitur, nec magis μεταί, nisi forte in composito μεταιβολία, quod in Simonidis Cei Fragm. 50 v. 19 substituit Bergkius, idemque etiam διαιβολίαι scripsit in Pind. Pyth. II 76 pro διηβολίαι, quod solum probare videtur Hermannus Opusc. T. VII p. 120. — Idem vero Sophoclem Phil. 184 μεταί scripsisse credere non abnuit, eique *omnino videtur in omnibus huiusmodi praepositionibus illa terminatio usitata fuisse.* — Ad ultimum, sicut ceterae interiectiones liberò vociferantium affectu variantur, ita etiam duo vulgaris dialecti epiphonemata οὐᾶ et οὐαί. — Nihil est, quod veterum nonnulli commenti sunt, αὖ ex particula inseparabili ἄ natum esse πλεονασμῷ τοῦ υ scholl. BLV. Il. I 459 et VII 413 [Tom. I 41 et Addend.]

PARS TERTIA.

De additamentis syllabicis.

CAP. I.

De vocalibus simplicibus.

§. 1. Limen intrantibus obviam se ferunt etymorum coniectores, qui quidquid attingunt affectio fit. schol. A ad Il. IX 46 et 262. Epim. I 213 *τὸ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς παρακελευστικὸν ἐπίῤῥημα εἶα ἀπὸ τοῦ εἴ συνδέσμου γέγονε τοῦ α περιττεύοντος τῆς δασείας ἀττικῶς προσελθούσης*, quam ariolationem Nicanori tribuit Eustath. 107. 20 Choeroboscum sequutus. Vox Latina modo aspiratur, modo non: *heia* et, quod Handio in Turs. II 362 antiquius videtur, *eia*; Graeca vulgo leni notatur spiritu, neque alium patitur particula a poetis Atticis saepe praemissa *οὐκ εἶα*. Id nativum esse hodie nemo dubitat. — *Ἕνα* pro *ἕν* dicere Byzantiorum est.

Vocalis proximae pleonasmus probatur exemplo firmissimo: *ὁ ἤ σύνδεσμος διαζευκτικὸς ἐπεκτεινόμενος διὰ τοῦ ε ὀξύνεται* schol. Dion. p. 963. 23. Hoc improbe abusus est Posidonius Aristarchi anagnostes ad solvendum anacoluthon Homeric. Il. VI 510 *ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει*, quod *ῥίμφα ε* scripsit *τὸ ε παρέλκειν λέγων ὡς τὸ ἠέ*. Sed huius acumen excessit philosophus grammaticae affectator Chrysippus praepositionem *ἀμφί* huc detorquens Il. XV 241, cuius facinoris consortem prodit Epim. I 66. 33 Apollodorum, sed illico refellit: *οὐδέποτε πλεονάζει πρόθεσις τὸ ε. Εἰ γὰρ γένηται πλεονασμὸς, τρισύλλαβος ἀποτελεῖται πρόθεσις, ὅπερ ἐστὶν ἀνέφικτον*. Coniunctioni illi epsilon additum esse consentit Apollonius Pron. 101 atque hinc concludit, accentum pronominis *ἕε*, si vocalis finalis pro pleonastica habeatur, non suo loco positum esse, ut in *ἠέ*, quod nonnulli mutato sensu *ἦε* scripserunt. De pronomine *ἕε* sive *ἑέ* diximus in Pathol. Elemm. I 60 sq. — Summopere suspectum est *εἴποιε*, quod codices aliqui exhibent Aristot. Pol. II 9 p. 1270 b. 38 et

c. 10 p. 1272 a. 36 et defendit Goettlingius p. 332 tanquam simile apponens Homericum *ἐπισχοῖες*. Verum hoc quoque derelictum est, v. Elemm. I 428, et qui hoc amplexatur Herodianus, si *ἐπισχοῖε* deprehendisset uspiam, ex hac tertia persona secundam per anadromen reflexam esse dixisset; sed is longe aliud sumit, usitato *ἐπίσχοις* epsilon per epenthesin accrevisse. Denique *εἴπειε* legitur etiam in Nicom. VI 1 p. 11 b. 31, Rhetor. III 7 p. 1408 a. 15 et saepius, v. ad Buttm. p. 165.

Vocalium tertia duabus particulis affluxisse perhibetur, quas Buttmannus quoque gramm. II p. 374 consociat: *„ἐπεὶ ἤδη μοι“ — Κράτης δύο ποιεῖ ἦ καὶ δή, διὸ καὶ περισπᾶται τὸ ἦ. Ἐπειή — τὸ η̄ πλεονασμός* schol. Od. IV 260, sed praevaluit opinio, *ἦ* partem significabilem esse. — De altero *Τρύφων φησὶν ἐν τῷ τιή πλεονασμὸς τοῦ η̄, ᾧ λόγῳ καὶ τὸ λεγοίη, φεροίη πλεονάζουσι τῷ η̄. Καὶ ἦν συγκατατίθεσθαι αὐτῷ, εἰ μὴ τὸ ὁτιή πρὸς πάντων συμφώνως ἀνεγνώσθη ἐν ὀξείᾳ τάσει τοῦ ο̄, ὅπερ οὐκ ἂν παρείπετο, εἰ ἓν μέρος λόγου ἦν τὸ τιή* Apollon. Coni. 524. 2. Nimirum pleonasmus accentum non mutat. Verum de *ἐπειή* deque Atticis *τίη* sive, ut nunc scribitur, *τιή* et *ὁτιή*, quae Goettlingius ad Hes. Theog. 35 cum obsoleto *quianam* confert, Lehrsius in Quaest. Epp. ita elaborate dixit, ut nihil, quod ad rem sit, addere possim, cf. Thiersch *de analog. Graeca* in Comment. societ. Monac. T. VI P. II p. 425. — Cum illis qui comparantur tanquam eodem pleonasmo affecti *λεγοίη, φεροίη* et his similes verborum barytonorum optativi non reperiuntur, neque suspicio abest, a grammaticis fictos esse duntaxat ad eum finem, ut personam primam *τρέφοιν* expedirent; illud enim ex *τρεφοίην* contractum, hoc autem ex tertia persona *τρεφοίη* reclinatum esse voluerunt, v. Elemm. I 330. Si qui tamen Graecorum his usi sunt, exemplum optativorum sequuti videntur, qui aut ab aliis temporibus ut *σχοίην* aut ab alio verborum genere ut *φιλοίη* derivata sunt. Cum *σχοίην* conveniunt *λαχοίην*, quod EM. 558. 28 ex tertia persona reflexum, hoc autem ex *λάχοι* factum dicit, et a verbo perispomeno *βιοῖ βιοίη κατὰ πλεονασμὸν ὡς περιπατοίη, καὶ κατ' ἔκτασιν βιῴη ὡς δῴη* Epim. II 353. Eodem modo

EM. 606. 18 νικῷμι νικῷ πλεονασμῷ τοῦ η ἀττικῶς νικῴη, ἐξ οὗ νικῴην, et Apollonius ibidem citatus 664. 27 περιπατοίη pleonasmo Attico auctum, hinc autem secundam personam ortam esse affirmat. Nobis satis est dicere, duos fuisse optativi flexus, unum ordinarium οιμι, φμι, alterum vicarium οιην, φην, quo tollitur pleonasmus. — Neque eum concedimus subiunctivis, quos Epim. II 127. 12 seorsum tractat, ἁλῴη πλεονασμός ἐστι τοῦ η ὡς τὸ δῷ δῷσι καὶ πλεονασμῷ τοῦ η δῴησι, quo loco post τοῦ η exciderunt verba δῴη καὶ ἐπεκτάσει τῆς σι συλλαβῆς δῴησι. Haec ex Homericis sumsit versibus, quos critici nostri ad ordinem revocarunt iota ex penultima in ultimam transferentes: ἁλώῃ, δώῃ, δώῃσι, neque aliter scribuntur βήῃ, γνώῃ etc., quae grammatici in Elemm. I 436 citati pro hac causa afferunt iota subscribentes penultimae, cf. EM. 73. 43 [infr. Cap. III § 1 ult.]. Nos vero in hac agnoscimus vocalem verbi principalem ex brevi thematica in η et ω longum conversam, in altera autem terminationem subiunctivi propriam. Sed haec iam satis expedivit Thierschius gramm. §. 224 adn. p. 370. — Ceterae orationis partes nihil huc conferunt praeter ὦ κλητικὸν ἐπίῤῥημα καὶ πλεονασμῷ τοῦ η γίνεται ὠή ὥσπερ τὸ τί τίη EM. 821. 10, quibuscum Eustathius 631. 7 ἐπειή confert. Quidni vero et hoc et Latina *o, oh, ohe* eadem aetas et par necessitas protulerit?

§. 2. Proximam curam postulat iota breve longumque. Sed huius exempla frequentiora sunt, usus exploratior. De brevi brevis est disputatio dativos primae et secundae declinationis una complectens: κοίλῃσι ἰωνικὴ ἐστιν ἐπέκτασις Epim. I 219. 1. Ionicam dicit propter Herodotum potissimum, quem constanter ea usum esse ostendit Bredovius de Dial. 233. Ex Iade transfluxit in Atthidem antiquam, cuius specimen est σφαγαῖσιν in Solonis axone decimo tertio Plut. v. Sol. c. XIX et huic proximum ταύτῃσι in vetere lege Attica, cuius Buttmannus meminit § 34 adn. 20 aliaque in Inscriptt. eiusdem dialecti, cf. Keil. Sched. Epigr. p. 4. In Thuc. VIII 82 unus Paris. ἐκείνοισι praebet, quod Poppo poetis Atticis atque Platoni relinquendum censet. Platonis exempla e codicum

auctoritatibus perpendit Schneiderus ad Civ. T. I 222 [1]), Xenophontea Bornemannus attulit ad Anab. I 4. 18, hisque Jacobsius tuetur ἐπιλήπτοισι Aelian. H. Animm. III 19. 31 et Siebelis τοῖσι ναύταις Paus. X 25. 2, sed cautior Ellendtius Arrian. I 18. 3 ἑκάστοισι ex uno Flor. recipere dubitavit, quia *plura huius formae exempla apud Arrianum non reperiuntur;* pro ταύτῃσι Heliod. V 2. 175 Coraes substituit demonstrativum ταυταισί, quae genera confunduntur in Lucian. Timon. § 32 p. 58, Ἄλεξις ἐν Ἐρίθοισι Athen. III 96 A et paullo ante p. 89 F ἐν τοῖς λείοισι, sed in Aristot. H. Animm. V 16 p. 548 a 2, unde illa verba excerpta sunt, uno modo λείοις scribitur idque etiam editiones veteres Athenaei praebent. His omnibus ostenditur, hos inferiores dativis Ionicis rarius usos esse quam Atticos et cum minore librariorum assensu et nonnullos semel in eodem opere quasi periclitantes. Ceterum iota illud non extrinsecus adiectum, sed vocalem cliticam esse dativis omnium declinationum proprie attributam, nunc pro certo sumitur.

Simile est quod EM. 638. 44 de particula negativa praedicat: τὸ οὐχί κατ' ἔκτασίν ἐστι τῆς χι συλλαβῆς ἐκ τῆς οὐ ἀρνήσεως ἢ κατὰ πλεονασμόν. τὸ δὲ οὐκί κατὰ πλεονασμὸν μόνον, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπέκτασιν· αἱ γὰρ ἐπεκτάσεις διὰ δασέων γίνονται, hoc est διὰ τοῦ φι ἢ χι ἢ θι velut ἔννηφι, ναίχι, κεῖθι Epim. I. 302. 10. Hisque ille subiicit οὐί καὶ οὐχί καὶ οὐκί, quorum id quod medio loco interiectum est aut deleri oportet ut a sententia prius proposita alienum aut ab alio quo scholarcho profectum est, qui non solum οὐκί, sed etiam οὐχί per pleonasmum natum putaret. De hoc postea exponam, ubi literarum binarum accessiones examinabo [Cap. II § 7, cf. p. 218]. Pro illo οὐί, quod nemo oculis usurpavit, primitivi loco habendum est οὐ, cui quum vocalis proxime imminet, additur consona nulli alteri concessa: οὐκ, et quo gravior fiat negatio, vocalis, quae iure paragogicis adnumeratur. Sed analogiam horum omnium dicere non possumus.

Ab his grammaticae subtilitatis praecipitiis descendimus ad duas praepositiones, quae ob communem affectionem con-

---

1) Allatis adde Theag. 131 A εὐχαῖσί τε καὶ θυσίαις.

iuncte tractari solent: *αἱ προθέσεις ἐπεκτεινόμεναι συνέλκουσι κατὰ τὸ τέλος τὴν ὀξεῖαν ὡς ἔχει ἡ ἐνί καὶ ἡ προτί* Apoll. Synt. IV 2. 309 (304), *τὸ πρός κατ' ἐπέκτασιν γίνεται προσί ὡς ἐν ἐνί* EM. 685. 25. Alii contrarium defendunt, *ἐνί* nativum esse, *ἐν* facticium, argumento triplici, uno, quod praepositiones pleonasmo productae accentum non retrahant, *ἐνί* autem anastrophae subiaceat: *ἔνθ' ἔνι κοίρῃ*, altero, quod non pro verbo ponantur ut *ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης* pro *ἔνεστι*, postremo, quum nulla praepositio duas habeat vocales abundantes, concedi non posse, ut *εἰνί* ex *ἐν* natum sit. Haec singula Epim. I 170 sic diluit: cum *παραί* et *καταί* non recte comparari *ἐνί*, nam hoc ut Doricum *προτί* duo habere tempora, illa tria, et idcirco anastrophen respuere, hanc autem adhiberi, si pro *ἔνεστι* valeat sicut *πάρα* pro *πάρεστι*, nec obstare, quod *εἰνί* dupliciter creverit, *ὁ γὰρ εἷς πλεονασμὸς τῆς προθέσεώς ἐστιν* (adde: *ἀττικός*), *ὁ δὲ ἕτερος ποιητικός*, quo loco confundit praepositionem *ἐνί* et verbale *ἔνι*, quo solo utuntur Plato, Xenophon, poetae tragici comicique [1]), nam *ἐνὶ δώμασι* Plut. 1158 in cantico est, idque a tragicis etiam abiudicat Hermannus ad Iph. T. 1081. Sed tamen harum rationum nulla tantum valet, ut litem dirimat. Alias linguas comparantibus antiquius videtur monosyllabum *ἐς, ἐνς, εἰς, ἰν*, in. — *Προσί* ficticium est; *προτί* et *ποτί* quia nunquam ad monosyllabiam redeunt nisi per assimilationem (*πὸτ τόν*) et compositionem (*πόταγε*) ab hoc loco aliena sunt; *ὑπερί* grammatici ipsi propter tres syllabas Graeciae finibus arcent EM. 778. 26; *συνί* ne per somnium quidem imaginati sunt, sed recepto antevertisse suspicatur Ahrens. dial. Aeol. 151, cf. Hoffmann. Quaest. Hom. I 167.

Fuisse aliquando, qui adverbium *ἤν* eadem vocali auctum putarent, colligi potest e schol. Theocr. III 10 *δασύνεται καὶ ὀξύνεται τὸ ἠνί καὶ παρ' Ἀττικοῖς οὕτω προφέρεται*, et Suid. *ἠνί ἀντὶ τοῦ ἰδού δωρικῶς*, et sic olim saepe scribebatur *ἤν' ἰδέ*, sed iam emendatum est, v. ad Buttmann. II 344, Patholog. Elemm. I 607. —

---

1) *Ἔνι μεταθέσει τοῦ τόνου οὐκ ἔτι πρόθεσις ἀλλ' εἰς ῥηματικὸν μεταβαίνει* schol. Arist. Eqq. 17.

Ambiguum est exemplum, quod Eustathius e tenebris Byzantiae loquutionis profert 158. 35 *τὸ ἄφαρ μέχρι καὶ ἐς ἄρτι περιφέρεται παρὰ τοῖς λέγουσιν ἀφαρί τὸ αὐτίκα*, nam idem aliter scriptum in EM. 175. 14 auctoribus tribuitur longe diversis: *οἱ Ἴωνες ἀφαρεί λέγουσι τὸ ταχέως* et paulo post v. 24 *οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἀφαρεὶ (ποιεῖν) λέγουσι τὸ ταχέως*, nisi mendum subest, quod Sturzius suspicatur. Adverbiorum dicatalectorum extat copia maxima: *ἀωρί, αὐθαρεί, ἀμερμηρί — ρεί* etc., sed omnia composita sunt, illud simplex sicut temporale, de quo Eustathius loquitur 1025. 38 *ἐκ τοῦ πρωί τὸ πρώιος, πρώιμος, πρωιζά· προϋπάρχει δὲ τούτων τὸ μονοσύλλαβον πρῶ, ὃ δηλοῖ κατὰ Παυσανίαν τὸ πρωί*. Stirps omnium est *πρό* praepositio, hinc *πρώ* per epectasin et *πρωί* sive, ut nunc apud Homerum scribitur, *πρῶι κατ' ἐπέκτασιν τοῦ ο εἰς ω μετὰ τοῦ ι* EM. 692. 4, quo accedit synaeresis: *πρῴ ἀττικῶς ὀξύνεται καὶ τὸ ι ἔχει ἀπὸ τοῦ πρωί γενόμενον ὡς ἀπὸ βαρείας καὶ ὀξείας ὡς ἑσταώς ἑστώς* schol. Arist. Eqq. 132 [v. p. 47]. — Aliud adverbium temporale schol. Lucian. de Salt. § 5 p. 143 T. IV ob speciem antiptosis designat: *τὸ μὴ ὥρασιν ἀττικόν ἐστι καὶ τοῦτο σόλοικον δοκοῦν· ὤφειλε γὰρ μὴ ὥρας εἶναι αἰτιατικῇ, νῦν δὲ ἡ ἀττικὴ συνήθεια δοτικῇ χρῆται παραλόγως*. Facilius erat iota epectaticum dicere. Sed ad verum proxime accedunt, qui syllabam *σι* ab adverbio locali *θύρασι* ad temporale *ὥρασι* translatam dicunt, idque proprie significare *ἐν ὥρᾳ*, sive *ἐν ὥραις*, sed cum verbo adveniendi copulatum mutasse *σχέσιν*, ut adverbia localia solent, atque sic pro *εἰς ὥρας* dici fere ut Theocr. XXIV 9 *ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε*, cf. ad Buttm. 352 et Enger ad Arist. Lys. 391.

§. 3. Iota longi ambitum describit technicus in EM. 341. 45 *ἔθος ἔχουσιν αἱ λέξεις αἱ εἰς σύμφωνον λήγουσαι δέχεσθαι ἐπέκτασιν τὴν διὰ τοῦ ι: νυνί, οὑτοσί, ἐκεινοσί· αἱ δὲ εἰς φωνῆεν λήγουσαι τρέπουσιν εἰς ι: ὁδί, δευρί, ἐνθαδί, ἢ τὸ ι προσλαμβάνουσι κατὰ διάστασιν: αὑτηί, τουτουί, τουτῳί*. Mensurae differentiam notat Draco 106 *αἱ ἐπεκτεινόμεναι διὰ τοῦ ι ἀντωνυμίαι μακρὸν ἔχουσι τὸ ι οἷον ἐκεινοσί, οὑτοσί*, significationis Apollonius Pron. 75 *ἀντωνυμίαι δεικτικώτεραι γινόμεναι προσλαμ-*

βάνουσι τὸ ῑ: οὑτοσί, ὁδί, ἐκεινοσί· σπανίως δὲ ἐπ ἀναφορᾶς, Herodian. Excc. p. 271 Anecd. Oxon. T. III *τὰ οὗτος, αὕτη, τοῦτο δέχονται τὸν προσχηματισμὸν τοῦ ῑ διὰ πλείονα δεῖξιν ἐν τῇ κλίσει αὐτῶν πάσῃ.* Hanc ob rem Schaeferus in Dem. c. Macart. 1062. 17 pro *τηλικουτονί* cum Bekkero scribi iubet *τηλικοῦτον*: *diversum est τηλικαυτησὶ πόλεως* 1075. 8, *nam dicitur δεικτικῶς ut v.* 20 *τουτοισί i. e. tot quot hic adstantes videtis* App. T. V 107. Sed saepe tamen oratores, etiamsi de absentibus loquuntur, quos modo designarunt et auditoribus quasi spectandos proponunt, iota demonstrativo utuntur, et saepius etiam negligunt, si de praesentibus. Sic Dem. c. Androt. 533. 3 (594 R.) *τοῦτον* — *τουτονί* in uno versu et de eadem persona, Antiph. de Chor. 73. 12 sq. *τούτοις* — *τουτωνί* — *τούτων*, Lucian. Jud. Vocal. modo *τουτονὶ τοῦ Ταῦ*, modo *τοῦ Ταῦ τοῦτου* etc. cum multiplici codicum dissensione. Ac Dionysius de Compos. VII 42 T. V omissa illa evidentiae ratione nihil aliud quam concinnam iuncturam quaesitam esse statuit: *ὁ λέγων „Εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα" προστέθεικέ τι τῆς συνθέσεως στοχαζόμενος.* Masculini et feminini generis casus fere omnes ex Atticis afferunt Fisch. ad Vell. II 216 et Thes. neglecto duali *τουτοινί* Arist. Pac. 1214 et *τουτωί* Avv. 62, a quo dativus singularis nulla re discernitur nisi iota subscripto, quod Bergkius Rann. 609, Eqq. 490 aliisque locis apposuit vulgo omissum, eodemque locupletavit femininum *ταυτῃί* Pac. 1193, Eqq. 271. Generis neutrius forma duplex est *τουτοΐ* et brevior *τουτί* ut *ταυτί*. Casus duales non reperi. De pluralibus dubitat Schaeferus ad Lept. 464. 20 App. III 102, *Graeci enim non magis dicunt χωρὶς τουτωνί quam πρὸς τουτοισί.* Sed eiusdem generis neutrius est *τοιουτωνί* Plat. Theaet. 163 E. Primitivo *τουτοΐ* accurate respondet derivatum *τυννουτοΐ*, quod Brunckius in Nubb. 878 e codice quodam ascivit pro *τυννουτονί*, sed hoc proprie Atticum habetur ut *τοιουτονὶ πάθος* Dem. p. Cor. 214. 45 (ubi permulti codices iota omittunt), c. Zenoth. 161. 4, Arist. Plut. 427 *τοσουτονί, τηλικουτονί* Avv. 1132, Max. Tyr. XXIV 8. 475, quae ab accusativis masculini generis discerni non possunt.

Cum οὑτοσί et ὁδί Choeroboscus apud Eustath. 45. 2 componit adverbia, quae iota vel consonae finali foris additum vel ex una trium brevium vocalium conversum habent: νυνί, νυνμενί, νυνγαρί, νυνδί ἀντὶ τοῦ νῦν (scr. νῦν δέ) ἐνθαδί, ἐνταυθί, quibus importune addit Aeolicum ὀψί quasi ex ὀψέ ortum, neglexit autem addere δευρί. De primo illorum *) Heraclides praecipit EM. 608. 44 τὸ νῦν ἐπὶ τῶν τριῶν χρόνων, τὸ δὲ νυνὶ ἐπὶ μόνου ἐνεστῶτος, et subscribunt alii, sed refelluntur exemplis plurimis non solum posteriorum: νυνὶ ποιήσομαι Artemid. II 24. 180, νυνὶ τί ποιήσεις; Xen. Eph. III 6. 61, νυνὶ εἰρήσεται Heliod. II 33. 100, νυνὶ τρέψομαι Dionys. Antiqq. I 90. 233, νυνὶ διαλέξομαι Iud. de Lys. XV 485, νυνὶ ἀνιάσει Plut. Cons. ad Uxor. c. III 608 D, quae aetate scribentium excusari possunt, sed Atticorum quoque, quos indicavi ad Phryn. 19. Codices quidem tantum non omnibus locis, ubi νυνί cum futuro coniunctum est, breviorem formam exhibent: Aesch. c. Ctesiph. 438. 166, Demosth. Epist. Phil. 140. 5, c. Pantaen. 244 fin., c. Nausim. 250. 22, Isae. de Cleon. hered. 9. 30 etc., cf. Blum. ad Lycurg. p. 76, Maetzner ad Lycurg. 124, Schneider. ad Plat. Civ. I 347 D, neque incredibile est, grammaticos eam saepius in suis libris invenisse, sed ut ubique restituatur non impetrabunt. Citius crediderim scriptores soni variandi causa utramque miscuisse velut Lysiam Apol. Largit. (or. XXI) 334. 25 (164) ὑμᾶς ἀπαιτῶ νῦν καὶ ἀξιῶ — ὑμᾶς νυνὶ — ποιήσασθαι, Andocid. de Red. (or. II) 133. 25 (22) τῇ νῦν εὐνοίᾳ μὴ ζητεῖτε ἑτέραν βάσανον ἢ τὰ ἀπὸ τῶν νυνὶ ἔργων σημεῖα γινόμενα, Dem. c. Mid. 526. 218 (584) πότερον οὖν κρεῖττον ἦν αὖθις ἢ νυνὶ κολάσαι; ἐγὼ μὲν οἶμαι νῦν. — Hoc νυνί per omnes aetates propagatum est, sed quae Choeroboscus huc aggregat νυνδί et duo cum coniunctionibus composita νυνμενί [1]), νυνγαρί hisque similia ἐγγεταυθί, ἐνμεντευθενί comi-

---

1) Qui νῦν μενί scripserunt compage soluta (v. ad Gregor. 134) defectu assimilationis ducti videntur. Sed ι a νῦν divelli non patitur. Declinabilium unum sic compositum est τουτομενί Aristoph. e Rav.

*) *In margine adscript.*: „νυνί ἐπίῤῥημα μονῆρες ob epectasin Epim. I 119. 1."

corum sunt propria, *δευρί* Dem. p. Cor. 272. 232 (305) et Lucian. Catapl. § 11 p. 387 T. I, *ἐνθαδί* Aristophani familiare in Plat. Tim. 23 e tribus codicibus receptum est. Apud eosdem scriptores legitur *ἐνταυθί*, sed plerisque in locis intervenit *ἐνταυθοῖ*, quod schol. Dem. c. Timocr. § 82 p. 116 b. 20 ed. Turic., p. 765. 22 ed. Dind. solum probat: *ἐνταῦθα καὶ ἐνταυθοῖ, οὐ μὴν ἐνταυθί*, et consentit Hermannus aliique nostrorum, v. Weber. ad Demosth. c. Aristocr. 221, Fritzsch. ad Thesm. p. 78, Enger. ad Lysistr. 84. In tragicorum fabulis quae leguntur sic figurata iam diu suspecta sunt hoc iustiore ratione, quod in canticis occurrunt, dativus *τῳδί* *) bis apud Euripidem, semel *ταυτί* et *νυνί*, v. Dindorf. ad Suppl. 306 **).

Sciscitantibus autem, unde Attici hanc literam acceperint, grammatici in memoriam revocant pronomen obsoletum tertiae personae, de quo Epim. I 70. 27 loquitur: *ἀντὶ τοῦ ἰῶτα* (scr. *ἀντὶ τοῦ Ἵ*) *ἐφευρέθησαν αἱ τέσσαρες ἀντωνυμίαι αὐτός, ἐκεῖνος, οὗτος, ὅδε*. Horum igitur duobus pronomen thematicum additum esse suspicantur: *τοῦ τρίτου προσώπου ἐστὶ τὸ Ἵ καὶ σημαίνει τὸ οὗτος ἢ ἐκεῖνος· καθ' ἑαυτὸ μὲν κείμενον εὑρέθη οὐδαμοῦ, ἔοικε δὲ ἀπὸ τῆς τῶν Ἀττικῶν χρήσεως εἰρῆσθαι ἐκεινοσί καὶ οὑτοσί* schol. Dion. 916. 12, atque hoc Ellendtius ratum habet Lex. Soph. I 823. In declinabilibus hisce vis demonstrativa clare apparet nec prorsus obsuratur in adverbio *νυνί*. Pro iota Latini particula inseparabili utuntur: *nuncce, nunc,* Graeci interdum pronomen

---

*) *De hoc genere separatim infra* p. 241 sq.

**) „Sed qui a Mehlhornio gramm. I 246 eodem cum tragicis edicto comprehenduntur historiarum scriptores huc saepius descendunt, si quem loquentem inducunt: *ταυτί* Thuc. III 113. 4, *οὑτοσί* et inferiores casus in Xenophontis Anabasi et Hellenicis. Similia leguntur in scriptis eorum, qui infra Atticos censentur, partim in dialogis, partim extra: *τουτὶ τὸ παιζόμενον* Plutarch. Symp. I Quaest. V c. 1 p. 622 D, *τουτὶ Ἐρασίστρατος ἠπόρησε* VII Q. I c. 1 p. 698 B, *οὑτοσὶ ἔφη* Philostr. v. Apoll. I 11 p. 12, *τοῖς ἐπαίνοις τουτοισὶ καὶ λόγοις* Liban. Decl. T. I 181. 8, *ταυτησί* Lucian. Amorr. § 9 p. 296 T. III, *ἐκεινησί* Charon. § 13 p. 295 T. I, *ταυτηνὶ τὴν ἐπιστολήν* Julian. Ep. LIX 121, sed nusquam, si memini, *ἐκεινηί, αὑτηί, τοιουτοΐ*, nedum *ἐκεινουί*." *Haec primo in ordinem recepta, post exclusa reperiuntur in msto.*

demonstrativum in parathesi adiiciunt: τὰ νῦν τάδε, τὰ νῦν ταῦτα.

§. 4. Unum quod restat epectasis genus poeticae dictionis finibus continetur. Hoc est omicron, quod grammatici genitivis nominum quorundam propriorum Attice declinatis suffigi tradunt, sed discordibus inter se suffragiis. Utriusque partis signiferos nominat Eustathius 283. 37 τὸ Πετεῶο ἢ ἀπὸ τοῦ Πετεώ γίνεται ἀττικῶς ὡς λαγώ, ταώ καὶ πλεονασμῷ καθ' Ἡρωδιανὸν, ἢ εὐθεῖά ἐστι κοινὴ κατὰ Ἀρίσταρχον Πετεός ὡς καλός, οὗ γενικὴ Πετεοῖο καὶ ἐκτάσει Πετεῷο. Haec sententia proponitur in Choerobosci commentariolo de Tonis p. 413, qui Herodiano inscriptus est in Anecd. Ox. T. III 228 γενικαὶ ἀπὸ ἀττικῶν γενικῶν κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ō γινόμεναι, εἰ μὲν ἀπὸ ὀξυτόνων γενικῶν ὦσι, προπερισπῶνται: Πετεώ Πετεῶο, Στερεώ Στερεῶο, Ταλαώ Ταλαῶο παρ' Ἀντιμάχῳ. Εἰ δὲ ἀπὸ βαρυτόνων, προπαροξύνονται: Μίνω Μίνωο, Ἀνδρόγεω Ἀνδρογέωο τοῦ τόνου καταλεχθέντος (κατενεχθέντος), quorum exemplorum unum Στερεώ Στερεῶο a Choerobosco omissum dubito, num ex dittographia natum an ex pleniore penu depromptum dicam, unde schol. A ad Il. IV 327 aliquid delibavit: τοῦ Πετεῶο ἡ ἀνάλογος εὐθεῖά ἐστιν ὁ Πετεός τοῦ Πετεοῦ ὡς ἐνεός ἐνεοῦ (καὶ στερεός στερεοῦ). Canonis auctorem nobis sistit scholion decurtatum Il. II 552 Πετεῶο — πλεονασμὸς γάρ ἐστι τοῦ ō, ὡς Ἡρωδιανός, quo loco de altera scriptura Πετεοῖο disputatum esse ostendit coniunctio ratiocinativa. Quod Aristarchus Πετεῷο scripsit, a plerisque desertum esse puto ob eam rem, quod genitivi Thessalici diphthongum propriam in impropriam mutari non constet; quare Herodianus ad proschematismum, ut a Didymo vocatur Il. IV 327, se recepit, quo genitivum Atticum Πετεώ auctum diceret. Nominativus huius nominis ab Homero sexies in eodem casu positi apud hunc non legitur; ab aliis ille Menesthei pater nonnunquam Πέτης appellatur, v. Parall. 159, unde Ionice τοῦ Πέτεω fingi poterat ut τοῦ Ἄρεω, atque huiusmodi quoque genitivis epectasin affinxit Zenodotus Αἰνείωο scribens pro Αἰνείαο, sed refellitur: οὐκ ἔστι δὲ Αἰνείως ὡς Πετεώς schol. V 323, cf. Lehrs. ad Aristonicum Friedl.

p. 111. Iustius huc refertur proprii *Ταλαός* genitivus: *Ταλαῷο μετὰ τοῦ ι τινές· ἦν γάρ, φασί, Ταλαοῖο· Οὐ κατεπείγει δέ· ἀπὸ γὰρ τῶν εἰς ως εὐθειῶν ἀττικῶν κέκλιται καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο ὡς Μίνωο, Ἀνδρογέωο* EM. 746. 10. *Ταλαοῖο* illud legitur in Apoll. Arg. II 111. Ignotus vero est genitivus *Μίνωο* ab Herodiano allatus, quem Eustathius 1830. 60 cum *Πετεῶο* et *Ἀνδρογέωο* consociat, additque ad extremum *ἦν δὲ ἄν, φασί, καὶ Ἄθως Ἀθῶο, εἰ μὴ ἐκώλυε τὸ μέτρον ἐν τῷ „ἐξ Ἀθόω ἐπὶ πόντον."* Hoc Herodianus sic ut *Κόως*, *φόως* amplificatum putavit genere illo diectasis inverso, quod in Rhematologiae dissertatione decima illustravi, v. Pathol. Elemm. I 471 sq. Minois filius Androgeus sat notus habetur, sed deest genitivi auctor quum illius, quem Herodianus affert, tum etiam dupliciter aucti, cuius mentio est EM. 102. 39 *Ἀνδρόγεως ἡ γενικὴ Ἀνδρόγεω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο καὶ σ Ἀνδρογέωος*. Nullus grammaticorum novit *Πηνελέωο*, quod Il. XIV 489 ex Harlei. receptum est pro *Πηνελέοιο* consentaneum nominativo *Πηνέλεως*, quo Homerus utitur saepius, et accusativo *Πηνέλεων* in Peplo Aristotelis v. 2 (Anth. App. IX). Num Aristarchus haec omnia a genitivis in οιο exeuntibus conversa esse statuerit, scire non licet; nostri quidem docti, qui omnes declinationis secundae genitivos antiquitus in οο terminatos esse persuasum habent, non adeo longe aberit quin eos primum in οιο, tum in ῳο diductos putent. Sed haec ratio vacillat eo, quod nomina communia nunquam huc exeunt, sed propria tantum.

Quod in Epim. traditur, pro *ἐν* et *ἐξ*, si pro verbis ponantur, Dores *ἐνό* et *ἐξό* dicere, v. Ahrens. p. 360, a nostro proposito alienum est. — Ceterarum vocalium partes in hac causa nullae sunt. Nam quod Eustathius memoriae prodidit p. 51. 37 *οἱ παλαιοὶ τὸ ω ἐν τῷ „Ἴλιον εἴσω" ἐπέκτασιν εἶναί φασι*, rectius diiudicat Nicanor ad Il. XXI 125, praepositionem idem valere adverbio.

CAP. II.

De epectasi nominum et particularum syllabica.

§ 1. A syllabis, quae non plus una littera continent, differunt eae quae proprie syllabae vocantur, hoc est duarum, ut minimum, literarum complexiones. Huius generis una species huc pertinet, quae a consona orditur, in vocalem exit. Literae aliter ordinatae in parogogis non reperiuntur. Nam quod Choeroboscus dicit Can. 375, EM. 74. 16 *ὁ κάλως τοῦ κάλω καὶ κατ' ἐπέκτασιν κάλωος ὥςπερ ἅλω ἅλωος*, imperitiam arguit inventoris. — Interiectiones *βαβαιάξ, παπαιάξ, ἰατταταιάξ* productae quidem sunt a brevioribus, sed non eundem animi affectum aut non eodem modo exprimunt. — Ad alteram speciem schol Eur. Phoenn. 1296 refert *φεῦδα — οἱ μὲν ὡς ἓν μέρος ἀνέγνωσαν ἐν παρολκῇ τοῦ δα ὡς ἐπὶ τοῦ ἦσθα καὶ φῆσθα,* sed haec alpha breve habent, *φεῖδα* longum, et, ut idem addidit, saepe divise scribitur, quo declinat pleonasmi speciem.

Certius exemplum suppeditat Priscianus XII 5. 25 p. 554 ubi de pronomine *meme, sese* loquitur: *hoc quoque ad Graecorum imitationem facimus ut inveniantur quidam casus adhibentes compositionem vel adiectionem, alii vero abnegent. Solent enim apud illos Attici ἔγωγε ἔμοιγε per duos casus id est nominativum et accusativum addere, quae paragoge per alios casus non invenitur.* Hic improvide commiscet duas affectiones, compositionem et adiectionem, quam Graeci grammatici tripliciter appellant, proschematismum, paragogen, epectasin. Illam amplectitur Etym. Gud. 418 *ὁ γέ σύνδεσμος ἐν συνθέσει ἐστίν: ἔγωγε, σύγε· ὁ δὲ δέ ἐν παραθέσει* et verbosius schol. Arist. Eqq. 33 *ἡ ἐγώ τὸν γέ σύνδεσμον προσλαβοῦσα ὑπερβιβασμῷ τοῦ τόνου προφέρεται καὶ οὐ μόνον μείωσίν τινα δηλοῖ διὰ τὸ τοῦ συνδέσμου μειωτικόν, ἀλλὰ καὶ κατάφασιν οἷον τὸ ναί.* Alteram EM. 314. 54 *οἱ Ἀθηναῖοι τὸ ἐγώ ἔγωγε λέγουσιν· καὶ ἔστιν ἓν μέρος τῆς γε ἐπεκτάσεως οὔσης· εἰ γὰρ ἦσαν δύο μέρη, ἐγώ γε ἔμελλεν εἶναι ὡς καλός γε. Ἔστι δὲ προπαροξύτονον ὡς τὸ ἔμοιγε,* atque Apollonius ipse Pron. 62 *ἡ ἔγωγε παρῆκται διὰ τῆς*

γε, idemque Herodianus schol. Il. XIV 396 declarat epectasis nomine. Hi pergravem nacti sunt assensorem Lehrsium Quaest. 132, contrarium sequuntur Buttmannus § 72 adn. 4, Goettlingius Accent. 365, Klotzius ad Devar. 296 horum uterque eundem Apollonium testati quasi eadem dicentem. Et huc nostra quoque inclinat sententia, quia syllaba epectatica γε alibi apparet nusquam. Ergo sic statuimus, ἔγωγε ex duabus constare partibus; sed quia particulae vis propria persaepe ita attenuatur, ut legentes facile praetereat, eam causam esse, cur cum pronomine tanquam appendicula in unam vocem coalescat, hoc autem facto accentum pronominis retroagi, ne accipiatur pro ἐγώ γε, qua ratione Apollonius quoque anabibasmum cum epectasi sibi complacita coniunctum explicat, ἵνα διὰ τοῦ τόνου διαφύγῃ τὸ ἀμφίβολον τοῦ γέ συνδέσμου Adv. 594. 11. Significationem eius propriam in syntheto non prorsus oblitescere indicium praebet locus, quem in ordine verborum obtinet: ἢ ἔγωγε οὐ συνήθης εἰς ἀρχὴν λόγου παραλαμβάνεσθαι Pron. p. 62 A, qua designatione a primordiis libri, orationis, epistolae excluditur*); sed frequentissime pro responsione affirmativa valet: ἔχοις ἂν εἰπεῖν; Ἔγωγε, ἔφη, quod circumscriptius quidem est quam simplex ἐγώ, sed tamen non ita definitum, ut disiuncta ἐγώ γε velut τοῦτον ἐγώ γε παῖδα ἡγοῦμαι Liban. Decl. T. I 48, ἀλλ' οὐκ ἐμοί γε, εἶπε Plutarch. v. Brut. c. XXIII, δύο ὄβολοι ἐμοί γε πλοῦτος Lucian. Gall. § 33, οὐκ ἐπ' ἐμοί γε τοῦτο Eunap. v. Jambl. p. 14 (26) ed. Boiss. Et ad hoc significandum Schaeferus ad Plut. v. Phoc. XVI ἐγώ γε, εἶπεν praefert vulgato ἔγωγε tanquam significantius, quod ad indicandum nonnunquam additur particula partitiva: σκέπτεο ἄλλον· ἐμοί γε μὲν οὔτις ἀνάγκη Theogn. 1095, κεῖνοι τεχνήεντες· ἐγώ γε μὲν — βίᾳ κρατέω Damaget. Anth. Plan. I 1, ἐμοί γε μὲν ἀστέρας εἰπεῖν — τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδήν Arat. 17. Sed hoc discrimen in antiquis quoque exemplaribus non ubique servatum est. Sic schol. A Il. XXIII 894 (quod Bekk. omisit) ἔγωγε — γράφεται ἐγώ γε, quod Herod. ad I 174 improbat, sed aliam ob causam: τὴν ἔμοιγε προπαροξυτονητέον· ἔστι γὰρ

*) „Ἔγωγε semper initio schol. [Arist.] Plut. 147" *adn.*

ἀττικὴ ὡς καὶ ἡ ἔγωγε. Sic utrumque nunc in Homeri carminibus constanter scribitur [*ἐγώ γε, ἐμοί γε* Bekk.] nec sine causa in Quint. XIV 219 *κινήσω οἶδμα — εἰσόκ' ἐμοί γε λοιβὰς ἀμφιχέωνται* mutatum est in *ἔμοιγε*, hic enim diastole nulla. Sed *σμικρὰν παρ' ἐμοί γ' ἔχει χάριν* Eur. El. 738 (741), *ἐμοί γ' ἄλυπος ἂν ξυνείη* Alc. 485 (474) vereor ut duo novissimi editores commode colligaverint, quod Hermannus quoque fecit Hel. 1631 (1649), ubi chori verba *φρονεῖ γὰρ εὖ* circumscribit Theoclymenus: *οὐκ ἐμοί γε*, nam hic particula non minus significabilis est quam in Heliod. VI 9. 240 *ἀπειράτου μὲν, ἀλλ' ἐμοί γε ἀνδρὸς* *inexperti quidem* (concubitu), *sed certe mariti mei*. Abundat vero in Homerico *Οὖτις ἔμοιγ' ὄνομα*, quare rectius sic scribi videtur quam in H. H. in Cer. 122 *Δηὼ ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί·* nam hic quoque *ἐμοί* ad sensum sufficit. Herodianus quidem ad Il. XIV 396 hyphen scripta accentu distingui dicit a separatis: *ὁ γέ οὐκ ἀλλάσσει τὸν τόνον τῶν πρὸ ἑαυτοῦ λέξεων — ἡ δὲ διὰ τοῦ γε ἐπέκτασις τρίτην ἀπὸ τέλους ποιεῖ τὴν ὀξεῖαν: ἔγωγε, ἔμοιγε*. Verum enim hanc epectasin omnino non concedimus potiusque coniunctionem, quae in disparato *ἐγώ γε* clare apparet, eandem etiam in connexo *ἔγωγε* inesse arbitramur sed quodammodo obscuratam, et ob id accentus pronominis *ἐγώ* retro actus videtur, utique non propter enclisin particulae, sed duntaxat vitandae ambiguitatis causa, quae in hac sola syntaxi existit; namque aliis apposita vocabulis velut *καλός γε, κεῖνός γε* vim suam ita exserit, ut pro epectasi haberi nequeat, *ἔγωγε* autem ad significationem simplicis *ἐγώ* proxime accedit: *πολλάκις γοῦν καὶ κατά τινας ἐρωτήσεις συγκατατιθέμενοί φαμεν ἔγωγε ἐν ἴσῳ τῷ ἐγώ* Apollon. Pron. 62. Nec tamen prorsus idem est, sed aliquanto distinctius et quasi medium inter illud et *ἐγώ γε* locum occupat. Nec contra valet, quod idem dicit: *οὐ κεῖται ὁ γε παραπληρωματικὸς ἐν συνθέσει, ἐπεὶ ἀδύνατον ἐγκλιτικὸν συντίθεσθαι* p. 63 [1]), nam illius synthesis causa, ut modo docebam, prorsus singularis est.

---

1) Frequentissime *εὖ γε* reperitur et *εὖγε* sine cura discriminis, illud rectissime tum quum in syntaxi positum est: *εὖ γε ἐποίησας* ut *καλῶς γε*

Dorica ἰώνγα, ἐγώνγα uno ductu ille scribit, sed ex paucis quae affert exemplis vix cognoscitur, num ista pro ἐγών γα, ἰών γα valeant, an leviculum illud discrimen intercedat, quo ἐγώ et ἔγωγε distinentur. Prius veri similius dixerim propterea, quod neque consona pronominis proxime sequenti assimilata neque accentus eius ad primam syllabam regressus est, quare etiam Sylburgius ad EM. 315. 11 appositionem magis quam compositionem dicere maluit.

Secundo et quarto casui Apollonius hanc syllabam accedere negat p. 63; et hoc auctore Ellendtius in Lex. Soph. T. I 482 ἐμοῦγε Philoct. 977 dirimi iubet, quod fecerunt Hermannus et Dindorfius; ἔμεγε vero non paucos invenit fautores praeeunte Wolfio, qui Il. IX 315 vitioso οὔτε μέ γ' Ἀτρείδην — πεισέμεν οἴω οὔτ' ἄλλους non ἐμέ γε substituit, sed ἔμεγε, idemque tribus aliis locis Il. XVI 30 μὴ ἔμεγ' οὖν οὗτός γε λάβοι χόλος, ubi particula omitti poterat, tum Od. V 99 et XI 406 [2]), et hoc exemplo alii in Arist. Plut. 1036, Eccl. 1056, Ach. 362, hac, puto, ratione ducti, quod his locis coniunctio pronomini addita ad distinctionem eius adeo nihil valet, ut plane omitti aut ad aliam enuntiati partem referri possit, cuius discriminis nescio an Schneiderus ad Plat. Civ. I 400 minus curiosus fuerit. Cur autem Attici ἔγωγε dixerint, non item ἔμεγε, Apollonius explicare nescit, sed culpat inaequalitatem dialectorum, praesertim Atticae Pron. 63, nam huic potissimum illam adiectionem syllabae γε attribuit. Equidem hoc eo evenisse arbitror, quod primi et tertii casus usus infinito frequentior est, frequentissima autem quaeque festinata pronuntiatione facillime corrumpuntur *).

ἐποίησας, πάνυ γε πείθομαι. Alterum ferri potest, si absolute interiectionis modo dicitur εὖγε, ὦ Σώκρατες, ut comici Latini solent *euge, eugepae*, quo vis coniunctionis quodammodo evanescit ut in pronomine ἔγωγε. Haec parathesis dici poterit, synthesis nullo modo.

Adn.: „κεῖνον γε Herod. I 11, ubi γέ ad totam sententiam pertinet, sed κεῖνόν γε οὐκ οἶδα distinct. ut ἐγώ γε. κεῖνός γε οὐ πάρεστι; respond. ἐγώ γε οὐκ ὄπωπα." '

2) Vulgo scribebatur οὔτε μέ γ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν οὔτε μ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου. [*Bekk. omn. locc.* ἐμέ γε.]

*) *In schedula quadam adnotatum est:* „ἐμὲ γοῦν Plut. Symp. 358

§. 2. Hinc technographus noster descendit ad pronomen personae secundae, sed addit, nonnullos hanc prosthesin primae modo et tertiae concedentes *σύ γε* scribere tanquam duas orationis partes, pronomen et coniunctionem p. 68 *). Hos autem refellit argumento parum perspicuo, quod Doricum *τύ* in nominativo accentum erectum habeat, accusativus autem inclinabilem: *καὶ τυ φίλιππον ἔθηκε*, unde colligere videtur, convinctionem *γέ* pronomini enclitico addi non posse, quia hoc indefinitum sit, illa autem ad distinctionem personae pertineat, qua ratione Hermannus in Arist. Nubb. 84 et 433 *μή 'μοί γε* scripsisse videtur, etsi hic particula non ad pronomen, sed ad totam sententiam vel aliquam eius partem pertinere videtur, rectiusque nunc *μή μοί γε* retinetur et in illis locis et in Plat. Hipparch. 229 E, ubi Bekkerus *μή ἔμοιγε* intulit, multisque aliis, v. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 120 **), nec rarum est *μή μοι* particula omissa, v. adn. ad Ai. v. 191 et Klotz. ad Devar. 669. De accusativo illo Dorico vix diiudicari potest, utrum distincte positus sit, verbi causa *καὶ τύ γα μισῶ καὶ κῆνον*, an absolute *καὶ τύ γα*. Alia est de casu primo quaestio. In Theocr. V 69 et 71 *μήτ' ἐμὲ ἐν χάριτι κρίνῃς μήτ' ὦν τύ γα τοῦτον* Ahrensius divisa coniunxit *τύγα*, Bekkerus vero in Homeri carminibus pro vulgato *σύγε* ubique *σύ γε* substituit, quod Apollonius quoque Coni. 517 ex Il. XVI 89 pro exemplo coniunctionis expletivae affert; idem *οὐδέ τις — σέο γ' εὔχεται εἶναι ἀμείνων* Il. V 173 pro *σέογ'*, quod prius obtinuit, et hoc crebrius *σοί γε* Il. I 557, XVI 33, XXII 357, Od. II 126, XII 280, et *σέ γε* XI 399 sic ut pri-

---

et 321 VII Quaest. VII, *ἐμοὶ γοῦν* emend. pro *ἔμοιγ' οὖν* Lucian. T I 526, *ἐμὲ γοῦν* T. XIII 208, *ἐγὼ γοῦν* I 287, saepe *ἔμ' αὐτόν παραθ.*, nam Hom. non utitur *συνθέτῳ ἀντωνυμίᾳ* Herod. Il. I 271."

*) „*Τὸ σύγε ἐπέκτασιν ἔχει ὡς τὸ ἔγωγε* EM. 732. 38" *in alio loco adscript.*

**) *Diversis locis adnot.*: „*μή μοί γε μύθους* Vesp. 1179" *et*: „Brunck. Vesp. 1179 *μή 'μοιγε*, sed Eqq. 19 *μή μοι γε* uno accentu", *alibi*: „*γ' ἐμοὶ δοκεῖ* et *γέ μοι* Schneid. Plat. Civ. I p. 7 a, *ἐμαυτῷ γε* Plut. An seni resp. XV 811 C," *alibi loci Theocritei adscripti*: „II 101, VII 27, XX 5, XXI 65, I 5 *ἐς τὲ καταῤῥεῖ*, V 69 *τύγα tu*, 77 *τύ γε*, V 116, 122, 124 *καὶ τύ*, *τυ* enclit. V 5, XI 28."

ores praeter Spitznerum syllabas contrahentem, et Ahrensius Theocr. XXV 38 et sollertissimus Quinti editor per tres casus *σύγε*, *σοίγε*, *σέγε* I 648, III 470, X 396, XII 298. In fabulis scenicorum nunc plerumque seiuncta leguntur ut *μή μοί γε* Ar. Eqq. 19, sic etiam absolute posita *μή σύ γε* Eur. Phoenn. 542, *οἱ σύ γε* Iph. A. 1446, Ar. Vesp. 518. Certam iudicandi viam non habeo, sed accedo Ellendtio disiuncta probanti Lex. Soph. II 751.

De persona tertia quid antiqui censuerint parum liquet ex Apoll. l. c., ubi ait *σύ γε* nonnullos pro duabus partibus habere parathesi iunctis, *ἐπεὶ αἱ ἐπεκτεινόμεναι ἐν πρώτοις καὶ ἐν τρίτοις*, nam et *ὅδε* significari potest et *ὅγε*, quod nunquam aliter scriptum est usque ad Bekkerum; is vero in duas partes dissolvere coepit *ὅ γε*, *ἥ γε*, *τό γε*, quod semper factum est in derivatis *τότε γε*, *τόσος γε* etc. parique consensu *ὅσος τε*, sed e diverso *ὥστε* non *ὥς τε*, quomodo nunc scribi solet neglecta synemptosi particulae completivae et copulativae *τέ et*.

§ 3. Manifesta est epectasis nominum demonstrativorum *ὅδε*, *τοσόσδε*, *τοιόσδε**) et adverbiorum, quae Apollonius Adv. 590 adiungit, *τημόσδε*, *τηνικάδε*, *ἐνθάδε*, *ἐνθένδε*. Non aucta consuetudo deseruit, nisi aut numerale accedit: *δὶς τόσον* (ad Ai. 277), aut relativum: *ὅσῳ — τόσῳ* (Saupp. ad Xen. Vect. V 13), aut partitionis causa: *τοῖος ἢ τοῖος*, *ἔνθα μὲν — ἔνθα δέ*, hoc a ceteris differens, quod et ortum a praepositione et vocalem in principio habet [1]) et vulgo non *hic* signi-

1) *Ἡ τοιαύτη παραγωγὴ οὐχ οἱαισδήποτε λέξεσι πρόσεισι, ἀλλὰ μορίοις τοῖς ἀνταποδοτικοῖς τοῖς ἀπὸ τοῦ τ ἀρχομένοις — τὸ γὰρ ἦμος, ἡνίκα οὐ τυγχάνει τῆς παραγωγῆς* Apoll. Adv. 590. Is igitur ignoravit *ἡμόσδε*, quod Eustathius 1502. 17 Homero assignavit persuasitque Vossio ad Arat. 472.

*) *Inter alia adnot.*: „*Τόνδε ἐπέκτασις δε* Her. XIV 17. *Τοσσαίδε* si una vox esset, deber. *τοσσαῖδε*; nec *ἐγώγε* nec *ἔγωγε*.“ *Herodiani locum dicit ad Il. XXIV* 17, *cf. ad XI* 409. *Τοσσαῖδε ego scripsi*, *Lob. in toto hoc appendicularum genere accentus fere nullos posuit*. *Τοσσῶνδε (et τοῦσδε, v. Herod. ad Il. II* 346 al., *Lehrs Quaest.* 133*) ὁ Ἀσκαλωνίτης περισπωμένως κατ᾽ ἐπέκτασιν schol. Od. IV* 665 *emendat. ab A. Lentzio in Philol. XVII p.* 491.

ficat, sed *ubi*. Praeter hoc adverbia aucta a non auctis differunt sono tantum, quo δεῖξις quodammodo intenditur, quod idem valet de τοσόσδε etc. Si vero haec syllaba accusativis nominum locum significantibus accedit, potestatem praepositionis εἰς acquirit servato accentu: οἶκον δέ ut ἄγριον ἔς Od. VII 318, κακῶν ἔξ etc. Ita Etym. Gud. 568. 53 interpretatur χορόνδε quamvis diverse scriptum: τὸ δέ οὐκ ἔστι μέρος λόγου, ἀλλὰ μόριον· λαμβάνεται δὲ ἀντὶ τῆς προθέσεως. Ne vero haec, ut ita dicam, postpositio pro coniunctione adversativa accipiatur, nonnulli eam nomini propius admoverunt accentu simul reclinato: οἶκόνδε. Atque eadem causa videtur fuisse, cur ἄϊδόσδε scriberetur, etsi vocula motum in locum significans nullo modo cum genitivo cohaeret, sed cum accusativo nominis suppressi. Perdiu moris fuit substantivis huiusmodi hyperdisyllabis accentum inscribere vel in penultima: Ἀλιμουντάδε Ar. Avv. 496, Ἀραφηνάδε Steph., vel in antepenultima: Μεγάραδε Plat. Phaedr. 228 A, Ἀναγυροῦνταδε Steph. etc. (Goettling. Acc. 357), nec desunt exempla scripturae veterum nonnullis placitae: Μαραθῶνα δέ in cod. Lucian. Bis accus. § 9 p. 72 T. III, Ἐλευσῖνα δέ Himer. Or. VII 2. 512 ut οἶκον δέ, Bekkerus vero Ἐλευσῖνάδε scripsit Lys. or. XXV 172. 9 et in aliis oratorum Atticorum locis, Meinekius Ἀραφῆνάδε atque alia apud Steph. Veteres, quos ordine recenset Lehrsius Quaest. 40, Homerica exempla non egrediuntur.

Hinc rerum series nos deducit ad tropen vocalis, quam Apollonius Synt. II 5. 105 parum apte cum paragoge commiscet: ὁδί, οὑτοσί, ἐκεινοσί, distinctius vero Epim. II 392. 24 διχῶς γίνεται ἡ ἐπέκτασις, κατὰ πλεονασμὸν ὡς οὑτοσί, καὶ κατὰ τροπὴν ὡς ὁ δ ί, ὡ δ ί. Hoc pronomen poesis sublimior repudiat, cf. Hermann. ad Orph. p. 769 *), comicis vero ita tritum est, ut omnium generum casuumque exempla undique exundent et exuberent; apud oratores haec potissimum reperimus: τουδί, τῳδί, τουσδί, τασδί et derivata: τοιῳδί καὶ τοσῳδί Arist. Phys. Ausc. II 185 b. 25, τοδὶ ἢ τοσουδὶ ἢ τοιουδί Rhetor. II 7. 1385 b. 7. Simplex in ordinem

*) V. p. 232.

recepit Suidas *Δί ἐπέκτασις·* sed separatum non magis cognovimus quam *δέ*, unde haud dubie conversum est epsilo in iota demonstrativum mutato. Haec nemo erit qui ex inusitatis *ὅἵ τοΐ* nata esse dicat; neque probari potest, quod quidam grammatici sumunt, *τουτοδί* ex *τουτοΐ* extitisse, mendosis illi exemplis ducti; nam pro utroque in Aristophanis locis nuper codicum auctoritate substitutum est *τουτογί* Pac. 330, Lys. 604, Eqq. 721, Thesm. 880, excepto uno Plut. 227 *τουτοδὶ τὸ κρεάδιον — εἰσενεγκάτω τις*, quod non ut illa, sed pro *τουτὶ δέ* positum est. — Tropen, de qua Epim. l. c. loquitur, confirmant adverbia, quae Eustathius 45. 8 cum *ὁδί* confert, *νυνδί* et *ἐνθαδί*. Illud critici in Eqq. 1357, Antiphan. Frgm. p. 104 v. 16 posuerunt pro *νῦν δέ, νῦν δή. νυνί*, correctione facili sed dubia; in libris neque hoc legitur neque *νῦνδε*, unde Eustathius illud repetit, sed saepius localia *ἐνθάδε ἐνθαδί, ἐνθένδε ἐνθενδί*, paululumque dissimile *ἐνταῦθα ἐνταυθί*. Metathesis autem, qua *τουτοδί* ex *τουτὶ δέ* natum esse dixi, certum exemplum praebent *τουτογί, ταυταγί* et similia, v. Klotz. ad Devar. II 302, quibus Buttmannus et Handius ad Tursell. II 8 gamma pleonasticum interiectum esse contendunt, sed ea potius metri causa pro *τουτί γε, ταυτί γε* substituta sunt, ut *τηνδεδί* Arist. Eccl. 1024 (989) all. (v. Dind. ad. Avv. 18) assumtum est pro *τήνδε δή* contractis syllabis, quas cod. Monac. disjunctas exhibet *τὴν δὲ δί*. Atque hoc successu invitatus Dindorfius Lys. 1274 *τασδεδί* intulit, Bergkius Avv. 644 *τῳδεδί*. Quod vero in aliquot codd. pro illo scriptum est *τασδεΐ*, non tantum valet, ut delta euphonici usum approbet; sed potius sic nobis persuademus, tropen epsili in iota sermonis comici licentia a particula inseparabili, qua *ὁδί* finitur, transiisse ad coniunctionem adversativam cum pronomine in unum quasi corpus coalescentem: *ἠδεδί* pro *ἠδὶ δέ* pariterque pro *τουτί γε* substitutum esse *τουτογί*. — Hoc impetrato cogitatio incidit Homericum *τοῖσδεσι* ex *τοισίδε* conversum esse, quo scriptores Jonici pro *τοῖσδε hisce* utuntur accentu fluxo: *τοισίδε κλύζε* Hippocr. de Intern. Affect. p. 504 T. II Lips. (II 252 Lind.), *τοισίδε τοισὶ σημείοισι* Prognost. c. LX p. 461, quod sic scriptum iterat Galenus in Comm. ad h. l. XVIII P. II 201.

Sed quo plures cuiusque scriptoris codices extant, hoc major est scripturae discrepantia: *τοῖσδε, τοῖσιδε* Herod. I 32. 10, II 104. 5, V 92, et non minus fluctuant libri tragicorum, qui his dativis crebro utuntur, sed ante vocales modo epsilo eliso; *τοῖσίδε* accentu duplici Barnesius non solum apud Homerum, sed etiam Orest. 1126 edidit et sic Matthiae quoque Alc. 200, sed uno *τοῖσιδε* Iph. A. 435 ut Monckius in Alc. l. c. et divisis vocibus, sed eodem sensu *τοῖσι δ'* Heracl. 145 et 966, quorum nullum consensu codicum defenditur; congruunt vero in aliis locis compluribus *τοισίδ'* exhibentes paroxytonon, et id nunc ubique receptum est auctore potissimum Elmsleio, v. Ellendt. Lex. Soph. T. II 251, sed ratione non certissima; nam *τόσοις* et *τοσοῖσδε* sono solum discrepant, *τοῖς* vero et *τοισίδε* significatu. Itaque res tota pendet ex fide codicum. Idem Apollonio Merkelius restituit II 1163 *ξὺν τοισίδ' ἑταίροις* pro *τοῖσίδ'* et *τοῖσι δ'*, et Homero ipsi Hermannus Orph. p. 821 reddi iubet e codice Vind. Od. XXI 93 *οὔ τις ἀνὴρ ἐν τοισίδε πᾶσι* pro vulgato *τοίσδεσι*, quod a consuetudine poetae alienum censet sigma geminare soliti: *τοίσδεσσι* Il. X 462 et aliis locis. — Hoc *τοίσδεσσι* maiore etiam quam *τοισίδε* difficultate premitur, quam Eustathius solvere aggressus est p. 818. 36 ratione duplici: *τὸ τοῖσδεσιν, εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ τοῖσιν, καινῶς ἔχει τὴν μέσην λέξιν παρεμπεσοῦσαν· εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ τοῖσδε, καινοσχηματιστόν ἐστιν οὐ μόνον τὸ ῑ, ἀλλὰ ὅλην τὴν σι συλλαβὴν ἐπεκτατικῶς τεθῆναι· αἴτιον δὲ ἡ δοτικὴ τῶν πληθυντικῶν πρὸ τοῦ τελικοῦ ῑ τὸ σ̄ φιλοῦσα ἔχειν*, et alio loco 1433. 61 *τοῖσδεσσιν ἰωνικόν ἐστι, τῇ μὲν προφορᾷ ἐοικὸς μεταπλασμῷ, τῷ δὲ κατ' ἀρχῆς τόνῳ πλεονασμὸν δηλοῦν τῆς τελευταίας συλλαβῆς.* Paremptosin syllabae δε̄, quam hic in priore loco nominat, Goettlingius ratam habet de Acc. 41, sed analogia destituitur. Pleonasmum vero syllabae ultimae Alcaei exemplo tuetur Epim. I 253. 19 *ζητοῦμεν οὖν τὸ τοῖσδεσσι πῶς εἴρηται· καὶ ἄμεινον λέγειν ἐπέκτασιν· τοῦτο μιμούμενος Ἀλκαῖός φησι τῶν δεῶν* (sic), *ὅπερ τινὲς ἀγνοίᾳ τἀκριβοῦς ἀνέγνωσαν τῶν δεῶν* (sic), *ἵν' ᾖ τῶν δεῖν· οὐκ εἰσὶν οὖν μέρη λόγου, ἀλλὰ λέξεως ὡς τὸ κάδδε.* Hic pro *τῶν δεῖν* Lud. Dindorfius in Thes. V 1729 A corrigit

τῶν δεινῶν (hoc accentu), Bergkius vero Poett. Lyr. Fr. 127 *τῶν δεῖνα.* Equidem grammatici sententiam ita interpretor, Homerum consueto dativorum exitu pellectum esse, ut dispari *τοῖςδε* extrinsecus adiiceret syllabam, quam illi a natura habent, diceretque *τοῖσδεσι* ut *τείχεσι*, et porro Alcaeum, quia dativi in $\overline{\text{σι}}$ exeuntes ante se habent genitivum in $\overline{\text{ων}}$, suo periculo effinxisse devium illud et enorme *τῶνδεων*. Si cui epectasis illa displiceat, huc accedat oportet, *τοῖσδεσι* ex *τοισίδε* conversum esse per metathesin, retento, ne vox nimis obscuraretur, sigma primae syllabae ultimo. Audacior aliquis fortasse *τοῖσδεσι* a recto *ὅδεις* declinatum dicat, cuius casus *καθ' ὑπόστασιν* fingi possunt *τοῦδενος*, *οἵδενες*, *τῶνδενων*, atque hoc illi, quos Epim. reprehendit, in Alcaei versu substituisse videntur pro *τῶνδεων* ad significandum *τῶν δείνων* a nominativo *οἱ δεῖνες*. De accentu dativi dissensio eadem. Schol. Harl. Od. XIII 258 *προπαροξυτονητέον τὸ τοίσδεσσι*, sed Eustathius 1902. 58 *τὸ τοῖσδεσι οὐκ ἂν προπαροξυνθείη εὐλόγως διὰ τὸ πρὸ δύο συλλαβῶν ἔχειν τὸν τόνον· οὐ γὰρ ἂν ἐπέκτασις ἀλλοιώσῃ τὴν τόνωσιν τοῦ ἄρθρου τῆς δοτικῆς*. Apud Homerum tribus locis Bekkerus [in ed. priore, nunc omnibus] scripsit *τοίσδεσσι* Od. II 47, 165, XIII 258, tribus aliis reliquit tralaticium *τοῖσδεσσι* (ut *ὧντινων*), quod in Pythagorae sermone legitur a Luciano ficto Vitt. Auct. § 3 p. 381.

Nunc ad alias huius generis syllabas transeo.

§ 4. Ad Il. I 244 *ἄριστον οὐδὲν ἔτισας* adnotatum est *Ἀρίσιαρχος παρέλκειν λέγει τὸ* $\overline{\text{δεν}}$, quare diple apposita est XVI 274, XXIV 370. Cum Homerico illo schol. Arist. Vesp. 1478 confert *οὐδὲν παύσεται ἀντὶ τοῦ οὐ παύσεται*, idque Atticum dicit schol. Plat. Euthyphr. 328 *ἀττικὸς ὁ τοῦ* $\overline{\text{δεν}}$ *πλεονασμός*. Diple Aristarchea nihil amplius significare videtur quam pro *οὐ* nonnunquam poni ornatius *οὐδέν*, et id quoque ille fortasse inter Atticismos Homeri retulit. — Maior est celebritas syllabarum, quae dentalium alteram in principio habent: *τὸ ὑπαί λέγεται καὶ ὕπαιθα κατ' ἐπέκτασιν τῆς* $\overline{\text{θα}}$ *συλλαβῆς* Theogn. Can. 158. 33. Hoc alii apocopae assignant, de qua suo loco dicetur [Diss. VIII cap. IV.] — *Δηθά*

sine dubio cum δήν cognatum est, sed δηνθά, unde EM. 263. 27 hoc natum dicit ἀποβολῇ τοῦ ν, commenti simile. — De epectasi coniunctionis εἴθε sive αἴθε cum Apollonio Pron. 118 consentit Herodianus Mon. 27. 12 et Choeroboscus de Acc. 427. 22, idque Homeri et Sophronis exemplis confirmat Plutarchus de *Ei* Delph. c. V 386 D, neque alio fert Buttmanni sententia § 11 adn. 3 not. Klotzius vero ad Devar. 515 sq. non simplex esse statuit, sed coniunctum cum enclitico θήν ad significandam optantis fiduciam; cui obstat illud Apollonii praeceptum ἀδύνατον ἐγκλιτικὰ συντίθεσθαι, ex quo potius εἴ θε scribendum esset ut οὔ θην, ἤ θην, nisi forte putamus particulam θήν amissa propria vi specieque cum altera arctius coaluisse fere ut ἔγωγε. Sed δῆθεν quoque Klotzius 434 cum Hartungio ex duabus coniunctionibus δή et θε id est θήν compositum putat. — Inter δήπου et δήπουθεν vix sentiri potest quid intersit; sed glossographi, qui hoc ἔκ τινος τόπου interpretantur, non dubitasse videntur, quin syllaba θεν idem significet ac praepositio ἐξ, quam sermo incultior cum adverbio locali copulavit ἐκ ποῦ etc., v. Pathol. I 610. — Proschematistis Apollonius Adv. 597, Pron. 84 adiicit pronomina ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, quae ex genitivis Jonicis prolata putat, Herodianus vero ἐκ τοῦ ἐμέ, σέ, ἕ Epim. I 142, EM. 124. 18. Atque hoc Priscianus amplectitur XIII 2. 561 T. II (1006 P.) *Graeci* ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν *accusativos cum adiectione proferentes loco genitivi accipiunt eumque quidam ex ipsis sextum casum existimarunt*, similisque anadrome cernitur in reflexivis σεαυτοῖ, ἑαυτῷ, ἑαυτῶν. — In hoc utriusque certamen non me demitto; sed de adverbiis dicendum est, quae illorum alter pariter ac pronomina a genitivis producta esse vult manente significatione; quare confert cum ἐγγύθεν, σχεδόθεν aliisque primitivorum loco poni solitis. Illius tamen generis unum tantum exemplum profert, Homericum illud Ἴδηθεν μεδέων — οὐ γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἢ Ἴδης μεδέων, quo ipso Quintus utitur IX 9 et simili Δωδώνης μεδέων Homerus ipse. Huic Hermannus suffragatur praef. Antig. XVII; simplicius vero alii veterum interpretantur ἐξ Ἴδης ἀποπτεύων, idque confirmant alio loco Il. XXIV 290 εὔχευ Κρονίωνι, ὅς τε Τροίην κατὰ πᾶσαν ὁρᾶται. Thier-

schius § 204 adn. 3 cum illo componit *Αἰσύμνηθεν* [1]). At vero huic proxime praecedit praepositio *ἐξ Αἰσ.* ut *ἐξ οὐρανόθεν*, quod Priscianus parum apte huc confert quasi pro *ἐξ οὐρανοῦ* positum. Si *δι' οὐρανόθεν* alicubi legeremus pro *δι' οὐρανοῦ* vel *ὑπ' οὐρανόθεν*, ea demum firma esset probatio; sed praepositiones motum e loco designantes *ἀπό*, *ἐξ*, *κατά* naturali quadam affinitate applicantur adverbiis eiusdem relationis et rursus a poetis detrahuntur verbis discedendi: *ἔφευγεν Ἄργεος* Hesiod. Fragm. XX, *πέσεν ἅρματος* Apollon. IV 598 etc., aliis vero adiunctus genitivus locum *in quo* indicat: *Ἄργεος ἦεν* pro *ἐν Ἄργει*, v. Bernhard. Synt. 137. Quintus quidem VII 187 utramque partem orationis copulavit intellectu eodem: *εἰμὶ δ' ἐγὼν Ἰθάκηθεν, ὁ δ' Ἄργεος ἱπποβότοιο* pro adverbio *Ἀργόθεν*, sed hoc uti non poterat propter epitheton, neque opus erat praemisso eiusmodi adverbio, quod proprie motum e loco indicat. Apud alios scriptores nihil indagavimus, quod Apollonio subveniat. Sophoclis verba Oed. C. 527 *ἦ μητρόθεν δυσώνυμα λέκτρ' ἐπλήσω*; primum lecta hoc significare videntur: *matris lectum infandum implesti* hoc est *ingressus es*; nam ut *κενοῦν* pro *deserere locum*, sic *πιμπλάναι* pro *ingredi* dicitur, v. ad Ai. 987; vel etiam *polluisti*, quo intellectu interdum *ἀναπλῆσαι* ponitur, similiterque Germanicum *voll machen*. Sed Hermannus verba subtilius disponit: *δυσώνυμα μητρόθεν per matrem infandum*, ut Ellendtius quoque vertit *a parte matris*, quo illa insolentiae species tollitur. In Aesch. Coeph. 929 *θεόθεν φραδαῖσιν ὡρμημένος* et Sept. 820 *οὐκ ἀπεῖπε πατρόθεν φάτις*, quod schol. interpretatur *πατρῴα φάτις*, adverbiis commode quidem substitui possunt genitivi, sed nulla causa est, cur pro his accipiantur [2]). Quantum inter utrumque genus intersit, apparet ex eo, quod Jovis pater nunquam *Διόθεν πατήρ* vocatur nec Troia *Ἰλιόθεν πόλις* nec simile quidquam, ac

1) Idem alio loco § 198 p. 313 *Ἴδηθεν* illud pro *Ἰδόθι* positum esse statuit ut *ἐγγύθεν* pro *ἐγγύθι*, sed terminatio *οθι* nominibus primae declinationis non affingitur.

2) Quod Homerus dixit Il. II 198 *ὃν δ' αὖ δήμου ἄνδρα ἴδοι* et quod Apollonius I 6 *τοῖόδ' ἀνέρος, ὅντιν' ἴδοιτο δημόθεν οἰοπέδιλον*, idem significant *ἄνδρα δημότην*, sed diversa ratione.

vicissim nemo dixit ἀρχῆς ἐμισήθη pro ἀρχῆθεν vel παιδόθεν συνηθίσθη αὐτῷ pro ἐκ παίδων. Denique inter pronomina, unde haec disputatio profecta est, et adverbia etiam hoc discriminis intercedit, quod illis consona finalis nunquam decedit, his saepissime. Illi veri genitivi sunt eadem qua primitiva significatione, quare proschematistis adnumerantur. Adverbiorum duo tantum hoc nomine dignamur, ἄνευθε et ἄτερθε, quae a bisyllabis nihil differunt, nisi quod haec nunquam non casum in comitatu habent, praepositionem autem, quam ἀπάνευθε et ἀπάτερθε attraxerunt, a se reiiciunt. Si vero ἐγγύθεν, κάτωθεν et alia pro prototypis ponuntur, id minime perpetuum est, sed proficiscitur vel a prolepsi vel ab enallage relationum localium; natura autem syllabam, quae pro additiva habetur, significabilem habent.

Ab omnibus, quae hactenus disputata sunt, discedit Homerica dictio Il. VII 97 λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς, namque adverbium illud alibi non legitur, quumque permulta sint adiectiva qualitatem significantia, αἰσχρός, ἄθλιος, ἄγριος, δειλός, δῆλος, φαῦλος etc., tamen nulli eorum affictum est adverbium illi simile. Nec minus insolentiae habet duorum eiusdem stirpis adverbiorum coniunctio. Scholiastae priori significationem tribuunt huic generi propriam: ἀπὸ τοῦ δεινοῦ δεινῶς, ὅ ἐστι δεινῶν δεινοτέρως sive ἐκ τῶν (ὑπαρχόντων) δεινῶν δεινὴ ἔσται ἡ λώβη ἤγουν δεινοτάτη. Hic igitur periphrasin superlativi accipit, qua ratione terminationis topicae servatur potestas propria. Veri similius videtur αἰνόθεν eodem intellectu quo αἰνῶς positum atque duo adverbia qualitatis iuxta posita esse per dissologiam, quam clarius expressit Aeschylus Pers. 909 (925) Ἀσία χθὼν αἰνῶς αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται. Et alibi adiectivis in accusativo collocatis continuo subduntur adverbia eiusdem stirpis ut Soph. El. 198 δόλος καὶ ἔρως δεινὰν δεινῶς ἐφύτευσαν μορφάν, et frequentius epitheto, quod ad subiectum enuntiati pertinet, Philoct. 165 θηροβολεῖ σμυγερὸς σμυγερῶς, Arist. Ach. 253 ἡ θυγάτηρ τὸ κανοῦν καλὴ καλῶς οἴσει, quo de genere paronomasiae plurima collegi in Parall. 58 sq. Quod vero Homerico illi aequiparari solet VII 226 σὺ δ' εἴσεαι οἰόθεν οἶος simile dici posset, si οἴως legeretur; sed

hoc ab usu repulsum nec minus insolitum est quam Latinum *sole*, in vices subeunte adiectivo *οἶος*, *tu per te ipsum cognosces sine ullo cuiusquam indicio*, uno verbo *ἐκ σαυτοῦ*. Sic autem adverbii *οἰόθεν* vis localis non prorsus oblitescit eademque adumbratur alio eiusdem libri loco v. 39 *Ἕκτωρ τινὰ Δαναῶν προκαλέσσεται οἰόθεν οἶος ἀντιβίην μαχέσασθαι* hoc est *ante aciem progressus sociisque post se relictis*, sive ut brevius reddam: *solus ex solo loco.* Hic libri nostri consensu exhibent nominativum, sed fuisse, qui quartum casum praeferrent, ostendit glossographorum interpretatio *μόνος πρὸς μόνον provocabit Achaeorum aliquem, ut secum pugnet solus*; *οἰόθεν* ambiguum est, utrum ad *μαχέσασθαι* referi oporteat, an, quod probabilius videtur, ad *προκαλέσσεται*, sed certe significatur *ἐξ οἴου*, pro quo Aratus illud dixit v. 55 *οὐκ οἰόθεν οὐδ' οἶος ἐπιλάμπεται ἀστήρ* hoc est *e regione caeli, ubi nullae aliae stellae apparent*, vel ut schol. *οὐκ ἐξ ἑνὸς μέρους*. Nominativum tuetur Homeri imitator Apollonius II 28, ubi de leone loquitur, qui multorum telis petitus unum prospectat eum, a quo vulnus accepit: *τῶν μὲν οὐκ ἀλέγει, ἐπὶ δ' ὄσσεται οἰόθεν οἶος ἄνδρα τόν, ὅς μιν ἔτυψε.* Sed hoc quoque loco nonnullos accusativum praetulisse cognoscitur e scholio *μόνος ὑπάρχων μόνον προσβλέπει τὸν τρώσαντα*, cui similis est Herodoti dictio, si sequimur Bekkeri scripturam, I 116 *ἐπεὶ ὑπελέλειπτο ὁ βουκόλος, μοῦνος μουνόθεν αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυάγης* *).

Terminationum syllabicarum, quae adverbiis assignatae sunt, altera est *θι*, et huius quoque generis ortus duplex, partim a vocabulis eiusdem merismi ut *ἀγχόθι*, *τηλόθι*, partim a declinabilibus: *ἄλλοθι*, *οἴκοθι*. Illa de significatione primitivi sui plerumque nihil mutant; de paronymorum nonnullis eadem quae supra existit dubitatio, utrum syllaba, qua finiuntur, paragogica sit, an significativa. Duo horum affert schol. Vict. Il. X 12 *Ἰλιόθι πρό — κατὰ παρολκὴν ἡ παραγωγή· δηλοῖ γὰρ τὸ Ἰλίου ὡς τὸ οὐρανόθι πρό.* Pro hoc Apollonius Adv. 608. 20 refert, nonnullos *οὐρανόθεν πρό* scribere, quod quodammodo excusari posse

*) *Dimid. pag. vac. rel.*

dicit, sed magis tamen placere οὐρανόφι [3]). Et ad hoc exemplum etiam Ἰλιόφι fingi licuit, quo admisso tollitur epectasis genitivi. — Tertium est ἠῶθι πρό, quo si tempus ante ortum aurorae, τὸ πρὸ ἠοῦς, ut veteres dicunt, significatur, praepositio vim suam clare ostendit et exserit; et sic illud in Homeri Aratique carminibus positum est. Sed ambigitur de uno loco Od. VI 36, ubi Minerva Nausicaae dormienti suadet, ut a patre vehiculum poscat ἠῶθι πρό. Sequitur enim αὐτίκα δ' ἠὼς ἦλθε, et hac demum exorta Nausicaa mandatum deae exsequitur. Hic igitur Hermannus ad Vig. p. 886 particulam abundare statuit. Sic autem ἠῶθι exuta specie genitivi revertitur ad ordinem adverbiorum, cui natura adscriptum est, ac ne pleonasmus quidem relinquitur, si praepositio πρό in hac formula adverbialiter posita est pro πρωΐ, aut Homerus ipse usurpavit Attice contractum πρῴ, quod iis certe plausibile videri potuit, qui ut Aristarchus poetam natu Atheniensem et Attice loquutum esse crediderunt [4]). In ceteris locis nihil obstat, quominus praeverbium cum adverbio iunctum putemus, non per pleonasmum ut ἀποτηλόθι, sed intellectu proprio: πρὸ τῶθι ut προπέρυσι et alia pridem allata [Phryn. 45 sqq.] — Quartum locum Il. IX 300 Ἀτρείδης τοι ἀπήχθετο κηρόθι μᾶλλον schol. A duplici modo interpretatur: θανάτου πλέον, παρὰ τὴν κῆρα· μᾶλλον δὲ παρὰ τὸ κῆρ, ὅ ἐστι ψυχή. Illud cum Il. III 454 ἶσόν σφιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ ad sententiam congruit; sed alterum postulant vel potius flagitant verba contrarii affectus: ἐφίλει δέ με κηρόθι μᾶλλον, ἔτιον δ' ἄρα

---

3) Cur illud minus approbet, statim subiicit: ἐπεὶ τὸ οὐρανόθεν τὸ ἐξ οὐρανοῦ σημαίνει, οὐ συνίσταται δὲ πρὸ ἐξ οὐρανοῦ, παραμεμπτέον ταύτην τὴν γραφήν. Ἀπό et ἐξ huiusmodi paronymis praeposita expletiva appellem, quia notionem syllabae θεν quodammodo explent et consummant.

4) Si Buttmannns ad schol. Od. XXIV 28 recte suspicatur mendosum πρωιτι, quod in lemmate scholii legitur, pro πρῷ τι scriptum esse, credendum est, nonnullos contractionem Atticam ab Homero non alienam iudicasse. Hoc πρωΐ vulgo cum genitivis construitur; sed ut Plato dicit νύκτωρ περιιόντες ὀψέ, sic etiam coniunctio duorum adverbiorum πρωὶ ἠῶθι nihil offensionis habet.

κηρόθι μᾶλλον. Id dupliciter accipi potest, vel sic ut Xenophon dixit τὸν ἄνδρα μεῖζον τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἐτίμησαν, quo sumto κηρόθι nihil aliud est quam genitivus paragogicus ut οὐρανόθι, vel idem valet adverbiis Latinis *cordicitus*, *medullitus* et Graeco ψυχόθεν sive elegantius ἐκ ψυχῆς, ἐκ θυμοῦ, ἐκ φρενός. Hoc vero si adoptamus, μᾶλλον aut abundat, ut Hermannus statuit hunc locum attingens ad H. H. in Cer. 362, aut ad significationem positivi μάλα recidit, ut saepe θᾶττον, λῷον *).

Eandem cum his significationem loci *in quo*, sed diversam originem habet terminationum localium tertia σι nominibus primae adhaerens: Ὀλυμπία Ὀλυμπίασι. De hoc quoque genere aliquando dubitatum est, cuinam orationis parti adscribendum et quo modo scribendum sit. Utrique quaestioni respondet grammaticus in EM. 25. 13 ἐπειδὴ τὰ εἰς θεν ἐπιῤῥήματα καὶ τὰ εἰς θι τὴν αὐτὴν παραλήγουσαν φυλάττει καὶ τὸν αὐτὸν τόνον οἷον οἴκοθεν οἴκοθι, Λεσβόθεν Λεσβόθι, Ὀλυμπίαθεν Ὀλυμπίαθι, ἔδει καὶ Ἀθήνηθεν Ἀθήνησι, Θήβησι etc., sed addit his quoque iota adiectum esse διὰ τὸ συμπεσεῖν ταῖς ἰωνικαῖς δοτικαῖς. Hic igitur syllabam σι eodem loco habet quo θι et θεν. De merismo consentit Schaeferus ad Greg. 168, iota autem necessarium ducit non solum his, sed etiam illis in ηθεν exeuntibus, qua in re deceptus est scholio Villoisoniano. Elmsleius vero nihil aliud quam dativos esse putat ex Ionica dialecto in communem transfusos omnesque eodem modo scribendos ad Med. 466 adn.: *rectius fortasse* ζειγλησι *sine* ι *subscripto ut* Ἀθήνησι. *Quo exemplo scribendum etiam* Ἀλωπεκῆσι, Κεφαλῆσι, Περγασῆσι *et similia omnia.* Dativos Jonicos sic scribendos esse, mirum est quomodo illi in mentem venire potuerit. Sed eorum, quae proxime subiicit, ratio non aeque explorata. Si nihil aliud quam schematismi dativorum sunt, iota deesse non potest. Et hac persuasione ducti nonnulli non solum hanc supposuerunt vocalem ut Ἁλῇσι Plutarch. v. Anton. LXX,

*) *Adn.:* „Quemadmodum autem in omni genere sermonis intercursant quaedam refractaria, ita οἶόθι Apollonii figmentum non locum signif.“

quod Sintenis retinuit cum multis similiter corruptis, v. Keil. Onomat. § 20 p. 33, sed etiam praepositionem addiderunt: *ἐν Ἀθήνῃσι* Olympiod. in Alcib. I 65, *ἡ ἐν Ἀθήνῃσι* [5]) *νομοθεσία* Harpocr. s. *Ἑρκεῖος*, cui Bekkerus praepositionem detraxit, *τὸ ἐν Ὀλυμπιάσι* (sic) *στάδιον* Artemid. IV 82. 395, quo de genere si quid apud politiores scriptores obvenit, iure corrigitur, cf. Path. Elemm. I 627. Dativos primae declinationis nonnunquam significationem loci *in quo* accipere constat poetarum testimoniis: *τὸν Ἀβαῖσι ναὸν* Soph. Oed. T. 899, *τὴν Οἰχαλίᾳ πῶλον* Eur. Hipp. 545 etc., in vulgari adeo sermone: *τὰ πράγματα Ἀραφηνίσιν Ἁλαῖς διέκειτο* Steph. s. h. v., sed interdum praepositio additur aut decurritur ad adverbium, quod Atticistae praeferunt: *Ἀθήνηθεν οὐκ ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀθήνησιν οὐκ ἐν Ἀθήναις* Thom. Nam haec adverbia esse, non casus nominales, illis pro certo stetit: *τὰ εἰς σι ἐπιῤῥήματα Ἐρχιᾶσι, Πλαταιᾶσι, Ἀθήνησι, Ὀλυμπίασι* Theogn. Can. 157. 24, *Ἀθήνη Ἀθήνηθεν Ἀθήνησι, Θήβη Θήβηθεν Θήβησι* Apollon. Adv. 620. 29, cf. 606. 14 [6]), et hanc originationem anteponimus Elmsleii sententiae *Περγασῆσι* et quidquid hoc modo excurrit pro dativis Jonicis habentis, quo posito syllaba *σι* ex numero terminationum localium funditus tollitur. Sed repugnat, quod primitiva ipsa pleraque sunt singularia tantum, non solum *Κεφαλή, Περγασή*, sed etiam alia pagorum vicorumque nomina, unde *Πεντέλησι, Ἐρχιᾶσι, Μουνιχίασι, Νεμέασι, Ὀλυμπίασι* originem habent, quae ex dativis in *ησι* Jonicis nata esse nemo concesserit; nec magis Goettlingius ad Aristot. Polit. II 342 persuadet, *Ὀλυμπιάσι* dativum esse adiectivi *ὁ καὶ ἡ Ὀλυμπιάς*, proprieque dici *Ὀλυμπιάσιν ἀγῶσι*, alpha correpto [ad Buttm. 352]. Sic autem efficitur, hoc universum genus pro adverbiis haberi et sine iota scribi oportere.

---

5) *Ἀθήνησιν* cod. A Lucian. Tox. § 21 p. 379 T. II Jac. iota omisso; *Ἀθήνῃσι* adscripto Phot. s. *Περιθοῖδαι*.

6) A nominibus numeri singularis *Θήβη, Ἀθήνη*, quae poetis cesserunt, differunt communia *Θέσπεια, Πλάταια*, quorum nominativus pluralis acuitur: *Θεσπειαί, Πλαταιαί*. A singulari nascitur *Πλαταίασι*, ab altero *Πλαταιᾶσι*, cf. Poppo ad Thuc. I 130. Pure exeuntibus: *Θορίασι, Μουνιχίασι, Ὀλυμπίασι* nusquam iota intrusum videmus.

Homericorum nominum, quae ad hunc ordinem pertinent, numerus maximus, sed adverbii hinc propagati exemplum nullum praeter controversum illud Il. XIV 114 *Τυδέα, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτει*, de quo ambigit schol. Vict. *τὸ Θήβῃσι δύναται καὶ ἐπίῤῥημα εἶναι καὶ ὄνομα*, cuius sententiae auctorem adverbiis quoque iota vindicasse patet; sed versus ille a criticis antiquis reiectus. In altero loco XXII 479 *Θήβῃσιν* (*ἐγεινόμεθα*) haud dubie substantivum est, cui alibi praepositio accedit: *ἐν Θήβῃσιν ἀπώλετο* VI 223, Od. XV 247, sicut idem *ἐν Ἀθήνης* dixit Il. II 549, et singulariter *ἐν Κρανάῃ, ἐν Μεσσήνῃ, ἐν Φυλάκῃ* XIII 696, sed illa omissa *ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο* II 700. — In similitudinem horum incidunt duo ab appellativis ducta: *ὤρασι*, de quo antea diximus [p. 229], et *θύρασι*, quod adverbium esse omnes consentiunt, iota subinde intrusum omittentes. — Nominibus pagorum *Αἰγιλία, Κίκυννα, Παιανία* (hoc accentu) *Στειριά, Ἰκαρία* (sic) Stephanus, Joannes et Theognostus Can. 157 subiiciunt topica *Αἰγιλιοῖ, Κικυννοῖ, Παιανιοῖ, Στειριοῖ, Ἰκαριοῖ*, utique contra analogiam ficta, nisi forte ut *Ἰκάριος* et *Ἰκαρία*, sic etiam alii demi dupliciter appellati sunt, quod Stephanus sumit: *Ἄθμονον Ἀθμονοῖ· τὸ μέντοι Ἀθμονῆζε καὶ Ἀθμονῆσι δοκεῖ ἀπὸ τῆς Ἀθμονὴ εἶναι*. Diphthongus enim illa potius convenit nominibus secundae declinationis, *Φαληροῖ, Ἰσθμοῖ, Σφηττοῖ* etc., atque haec ipsa Schaeferus ad Greg. 369 pro dativis habet more prisco scriptis, sed Apollonius Adv. 588. 19 eodem loco censet quo *Μεγαροῖ*, hoc autem aperte a plurali *τὰ Μέγαρα* principium habet ut *Προσπαλτοῖ* a *Πρόσπαλτα*, mutato propter typum accentu. — Ad hunc numerum grammatici adiiciunt tria ab appellativis derivata: *οἴκοι, πέδοι, βυθοῖ* eodem quo substantiva ipsa accentu inscripta, et dispertitiva *ἑκασταχοῖ, πανταχοῖ, οὐδαμοῖ, μηδαμοῖ*, quorum nullum a dativo aliquo repeti potest, simileque his *ἐνταυθοῖ*, de quo Fritzschius ad Thesm. p. 79 idem censet quod Schaeferus de demoticis, sed jure minore; nam huius nominativus ne cogitatione quidem adumbrari poterit. Horum omnium unum *οἴκοι* certam habet loci *in quo* significationem; eandemque Ammonius tribuit adverbio *ἐνταυθοῖ*. Hermannus vero ad Nubb. 813 hoc ab ipso Homero pro *huc*

positum putat [7]), nec facilis est decisio; nam et Homericorum locorum interpretatio ambigitur et ceterorum scripturam incertam reddit perpetua librorum discrepantia et communis particulis localibus confusio relationum. Idem valet de *οὐδαμοῖ* et adiunctis; nam haec quoque discrimen, quod inter *ποῖ* et *ποῦ* natura constitutum est, plerumque non servant, sive librarii ordinem turbaverunt, sive scriptores ipsos turbavit illa *προσπάθεια τῶν ἐπιῤῥημάτων*, de qua Apollonius loquitur 615. 25. — Num paronymis illis praepositio concessa sit, non plane liquet; Simonidem quidem *ἐν Ἰσθμοῖ* scripsisse, quod Ahrensius defendit Dor. 227, mihi non minus quam Meinekio improbabile visum, v. Elemm. I 626, nec probat Bernhardy Synt. p. 81. *Ἐν Μεγαροῖ* codices haud pauci exhibent Plat. Cic. II 368 A, sed repudiatur, nec supplemento isto eget *Μεγαροῖ* Theat. 142 B, Theophr. H. Plant. II 7, qui alibi dativo utitur *Μεγάροις* V 2. 4. *Ἐν Ποταμοῖ* Hemsterhusii arbitratu receptum est Pausan. I 31. 2 pro *ἐν Ποταμοῖς*, in quo libri consentiunt. Maximas turbas conflat tribunalis Attici nomen a glossographis traditum *ἐν Φρεάτου*, *ἐς Φρεάτου*, quod Suidas ab heroe ficticio Phreato repetit, assumta ellipsi, qua *ἐς Τροφωνίου* dicitur et similia. Sed apud scriptores *) legimus *ἐν Φρεαττοῖ*, cuius si nominativum fingimus *Φρεαττώ*, ille dativus est ordinarius ut *Ἱεριχοῖ ἀπὸ τῆς Ἱεριχώ* Steph. Si vero ad *Φρεαττύς* repetimus, quod semel legitur apud Pausaniam, *Φρεαττοῖ* referri oportet ad adverbia *δοτικοφανῆ*, quae ab aliis tertiae declinationis vocabulis huc deflectuntur: *Πειραιοῖ*, *Τιθραντοῖ*, *Πυθοῖ*, quanquam hoc ambiguum est; nam idem videri potest dativus praepositione destitutus, quae nominibus huiusmodi saepe additur: *ἐν Ἐλευσῖνι*, v. Taylor. ad Lys. c. Andoc. p. 103

---

7) Cf. ad Iph. T. 984. In adn. ad Buttm. 365 vel meo vel typographi lapsu dictum est contrarium.

*) *In progr. XXIII. Jun.* 1855 *p.* 6: „*Ἐν* sive *ἐμ Φρεαττοῖ* et *Φρεατοῖ* non solum in EM., Anecd. Bekk., Hellad., sed apud ipsum Demosthenem bis sine dissensione codicum scriptum, idemque Polluci et Harpocrationi critici restituerunt pro vulgato *Φρεάτου* sive *Φρεάττου*· sed hunc genitivum defectivum, quicum *ἐν Ἐχελιδῶν*, *ἐν Βερενικιδῶν* congruit, tuentur etiam glossae Hesychii et Suidae *Ἐμφρεάτου* et *Ἐσφρεάτου*."

(206. 4 Bekk.), ἐν Θρανρῶνι Herod., ἐν Καλυδῶνι Paus., ἐν Μυῤῥινοῦντι Paus., ἐν Σικυῶνι etc. Non additam schol. Ar. Ach. 698 supplendam esse dicit, et Atticos ipsos huc inclinasse colligi potest ex Aristophanis versibus, qui eam, ubi metrum iubet, omittit, ut saepissime Μαραθῶνι, sed ubi patitur, resumit, ut in formula bis repetita καὶ τοῦ 'ν Μαραθῶνι τροπαίου. Bentleius tamen et Elmsleius ad Ach. 343 hinc eximendam putant *). In Lycurg. c. Leocr. p. 226. § 104 Bekk. (210 R.) οἱ ἐν Μαραθῶνι παραταξάμενοι nemo mutavit, sed Isocr. Paneg. 65. 91 (59) nunc scriptum est ἡ Μαραθῶνι μάχη pro vulgato ἐν Μαραθῶνι, et duplici modo τῆς Μαραθῶνι μάχης καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας id. Phil. 125. 147 Bekk. (112) **). Quantopere in hoc genere libri varient, idemtidem adnotatum est ab Atticorum scriptorum explanatoribus, quos Matthiae nominat § 406. Num vero discrimen illud, quod Weberus ad Dem. c. Aristocr. 503 et alii inter utrumque intercedere statuunt, ab omnibus servatum sit, valde dubium habeo; qua de re alibi dicendum erit coniuncte cum dativis temporalibus, πλακοῦντος τοῦ 'ν τετράδι πεπεμμένου Ar. Plut. 1126, an ut nonnulli codices τοῦ τετράδι. Hic illud modo admonendum est, a nominibus tertiae declinationis localibus adverbia nulla proficisci praeter quae in diphthongum οι exeunt. Nam quae olim apud ethnicographum legebantur 'Ελευσινίσι, Μυῤῥινουντίσι, Φηγουντίσι, iam correcta sunt [8]).

§ 5. A tribus terminationibus, quas peragravimus, Apollonius 575. 24 discriminat syllabam φι, cuius usum grammatici vocabulorum rariorum origines a certis dialectis repetere obstinati, modo universe Aeolibus attribuunt, modo seorsum Boeotis Thebanisve ut schol. Il. XXI 295 'Ιλιόφι — συνήθης Θηβαίοις ὁ σχηματισμός etc., v. Muetzell. ad Hes. Theog. 61,

---

8) Quod Goettlingius de Acc. 355 dicit, hos esse dativos plurales pleneque dici 'Ελευσινίσι χώραις, dubito an credere desierit.

*) *Exemerunt in Eqq.* 1334 *et Vespp.* 711 *Bergk. et Meinek., et hic iam etiam in Holcadd. frg. apud Athen. III* 111 *A Elmsleio obsecutus* διὰ τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου *scripsit pro eo, quod et ipse Com. Frg. II p.* 1121 *et ceteri Athenaei editores e codicibus sumserant:* διὰ τοὺν Μ. τρόπαιον.

**) *Alio loco adscript.*: „ἐν Σικυῶνι καὶ 'Αθήνησι Theophr. H. Pl. VI 7. 2."

Ahrens. Aeol. 109 et 203. Nominativi et vocativi huc prolatati auctores nominat schol Il. XIII 588, sed Homero tres tantum casus concedit: τῇ φι παραγωγῇ ὁ ποιητὴς ἐχρήσατο κατὰ τριῶν πτώσεων, ἐπὶ γενικῆς, δοτικῆς, αἰτιατικῆς. Hesiodum vero addidisse nominativum ἑτέρηφι· sed hunc dativum esse iam olim Moschopolus et Eustathius 1251. 27 viderunt, idemque significatur ab Hesychio Βίηφι βία δύναμις· Πολέμων, neque opus est βίᾳ δυνάμει scribere. Nam glossographus non raro casibus modisque obliquis apponit rectos; Polemonis nomen Ruhnkenius ad alium locum pertinere statuit, v. Preller. Polem. Fragm. 94. Casus quarti exempla duo memorat schol. Vict. XIII 308 τὸ ἐπὶ δεξιόφιν ἀντὶ τοῦ ἐπὶ δεξιὸν (δεξιά) ὡς τὸ ἀγέληφιν ἐπέλθωμεν ἐπ' ἀγέλην ἔλθωμεν [1]) significans XVI 487 ταῦρον ἔπεφνε λέων ἀγέληφι μετελθών. Hoc etiam schol. XIII 308 explicat casu quarto ἐπ' ἀγέλην, sed alius ἐν ἀγέλῃ, Suidas ἐπ' ἀγέλῃ. Neque dubitatione caruit XX 140 αὐτίκ' ἔπειτα παρ' αὐτόφι νεῖκος ὀρεῖται· hoc enim schol. br. et Eustathius sic exponunt: παρ' αὐτὰ καὶ αὐθωρόν, aliter vero schol. B παρ' αὐτοῖς, οὐ παρ' αὐτά· προεῖπε γὰρ τὸ αὐτίκα [παραυτόθι Bekk., v. § 6]. Duobus illis Theognostus 160. 14 adiungit ναῦφι, sed hoc nusquam accusativi locum obtinet neque in in hoc numero refertur a schol. Lips. II 233, Choerob. in EM. 800. 8, Epim. 293. 25, quare suspicor illum ἔννηφι scripsisse atque Hesiodium illud εἰς ἔννηφι interpretatum esse εἰς ἔνην, sed hic videtur genitivus esse, qui saepius legitur εἰς ἕνης sive ἔννης scil. ἡμέραν *in diem perendini.* Ἷζεν ἐπ' ἐσχαρόφιν Od. XIX 389 Thierschius § 182 pro accusativo nominis obsoleti ἔσχαρος habet; apud alios hoc verbum secundo quoque et tertio adiungitur casui, v. Poppo ad Thucyd. I 106 p. 659 [2]). — Grammaticorum plerique paragogen,

---

1) Quae sequuntur ἢ ἐπιδεξιόφιν ἑξῆς τοῖς βασιλεῦσιν ἀμείβειν τὰς λέξεις resegmina sunt huc transformanda: ἢ (ἀντὶ τοῦ) ἐπὶ δεξιά. Ἑξῆν τοῖς βασιλεῦσιν ἀμείβειν τὰς τάξεις, nam de ordinatione copiarum hoc loco agitur.

2) Πῦρ καίει ἐπ' ἐσχαρόφιν Od. V 59, ῥέζον ἐπ' ἐσχαρόφιν Apoll. II 494 inter duos casus fluctuat, quorum uno Aeschylus in Agam. 1397 utitur πῦρ ἐφ' ἑστίας αἴθειν, altero idem Eum. 111 δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ ἔθυον et Antipater Anth. IX 309 ἐφ' ἑστίῃ ἄνθρακα καίειν.

de qua loquimur, primum genitivo singulari adhibitam esse docent omisso sigma finali: *κλισίηφι*, omissaque, si vox in $\overline{ου}$ exit, vocali extrema: *μελαθρόφι*, dehinc autem ad alium atque alium casum proserpsisse et praecipue ad dativum eiusdem numeri, et horum exemplum nonnunquam sequi numeri pluralis casum secundum tertiumque: *κοτυληδονόφι*, *νηδυιόφι*, *θεόφι*. — De merismo lis est inter Tryphonem et Apollonium. Hic iure contendit *βίηφι*, *πασσαλόφι* non adverbia esse (*οὐκ ἔχεσθαι ἐπιῤῥηματικῆς παραγωγῆς*), sed casus nominales (*πτώσεις ὀνοματικάς*), cf. Epim. I 293. Etenim terminationum localium $\overline{θε}$, $\overline{θι}$, $\overline{δε}$ unaquaeque natura unius certi casus significationem habet, $\overline{φι}$ vero accommodatur obliquis omnibus, quare quo pertineat ex appositis demum cognoscitur: *ἐκ ποντόφι*, *ἀγλαΐηφι πεποιθώς*, *κιτυσκόμενος κεφαλῆφι* etc.[3]) Haec igitur nominum complementa dicimus poetica, illa vero adverbia paronyma[4]) ad distinguendas tres *σχέσεις* topicas introducta.

§ 6. His adhaeret quaestio de origine syllabae $\overline{φι}$. Nuper Boppio auctore diffluxit sermo de casu quodam peregre invecto, quem locativum et instrumentalem nuncupant; huic autem omnia illa nomina subiiciunt et proinde *Ἰλιόφι τείχεα* *Die Mauern vor Ilion*, *θεόφιν ἀτάλαντος* *gleich vor den Göttern*, *πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς ἀνδρῶν πυθομένων* *Haufen von Menschen, die an den Knochen faulten*[1]), atque alia fabulosa aut fabulosis proxima, v. Hartung. de Casib. 234 sq., Ahrens. Dial. Dor. 365, Kuehner gramm. I 298, Dronke in Mus. Rhen. Nov. T. IX 619. Heynius in Exc. II ad L. VIII $\overline{σφι}$ syllabam ex antiquiore usu pronominis *σφίσι* vel *σφί* natam suspicatur, et non excludit digamma. Thierschii sen-

3) Ad hunc modum Simonides Fragm. n. 50 p. 68 Schneidew. dixit: *τεκνόφι δίκην* pro *τέκνου χάριν*.

4) Porphyrius apud Simplicium in Comm. ad Categ. B. ε. b. ed. Ald, p. 43. b. ed. Brand. *τὸ πασσαλόφι καὶ τὸ ἦφι βίηφι, ἅπερ παράγωγά τινες ἐκάλεσαν, οὐκ ἂν εἴη παρώνυμα· δεῖ γὰρ μὴ τὸ αὐτὸ ἀπαραλλάκτως σημαίνειν τὰ παρώνυμα· ταῦτα δὲ οὐδὲν παρηλλαγμένον σημαίνει τοῦ βίη καὶ τοῦ πασσάλου*, quibuscum conferenda sunt Apollonii verba 577 et 599.

1) Nitzschius, ut par est, *ἀμφί* pro *ἀμφίς* accepit.

tentia est § 186, dativi terminationem primitivam fuisse $\overline{\varepsilon\sigma\varphi\iota}$, hinc autem provenisse $\overline{\varepsilon\sigma\sigma\iota}$. Hermannus de Ell. et Pleon. 203 (Opusc. T. I 221) statuit, illud $\overline{\varphi\iota}$ *nihil aliud esse nisi* $\overline{\vartheta\iota}$ *alio modo pronunciatum, deinde vero pro genitivo usurpari coeptum ut ἀπὸ πτυόφι etc.* Hanc coniecturam quodammodo adiuvat Hesychii glossa *Κηρόφιν ἐκ ψυχῆς*, nam his verbis vulgo *κηρόθι* explicari solet, atque crebra inter *αὐτόφι* et *αὐτόθι* librorum fluctuatio interpretumque haesitatio. Sic Il. XIII 42 *ἔλποντο νῆας αἱρήσειν, κτενέειν δὲ παρ' αὐτόφι πάντας ἀρίστους* Harl. et alii *παρ' αὐτόθι* praebent, et XXIII 640 *τὰ μέγιστα παρ' αὐτόφι λείπετ' ἄεθλα* Lips. *αὐτόθι**), idemque invenisse inventumque damnasse videtur scholiastes haec scribens: *παρ' αὐτόφι διὰ τοῦ* $\overline{\varphi\iota}$ *ἀντὶ τοῦ παρ' αὐτοῖς τοῖς νενικηκόσι.* Interpretes discrepant XIX 255 *πάντες ἐπ' αὐτόφιν* (sive *ὑπ' αὐτόφιν*) *εἵατο σιγῇ*, unus explicat *ὑπ' αὐτοῖς* (Agamemnoni et Talthybio), alter *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου***), isque fortasse diversam scripturam sequutus: *ἐπ' αὐτόθι*, vel hoc cogitavit, natura quidem utrumque differre, sed tamen nonnullis locis aequaliter aptum esse. Distincte vero apparet pronomen XII 302 *εὑρήσει παρ' αὐτόφι βώτορας ἄνδρας*, schol. br. *παρ' αὐτοῖς τοῖς μήλοις*, et Arat. 980 *εἴ κεν ἐπ' αὐτόφι μαρμαίρωσι*, schol. a Bekkero correctus *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λύχνου.* Diversitas vero hinc patescit, quod *αὐτόθι* in omni genere sermonis pertritum est, altero poetae utuntur soli et id addito persaepe *νῦ* paragogico, quod adverbia per $\overline{\vartheta\iota}$ exeuntia in totum repudiant. Neque solum *αὐτόφι* ab usu communi exclusum est, sed hoc genus universum, nisi forte Sicyonios excipimus, quos quum Apollonius genitivos singularis numeri *ἀπειράκις* huc producere dicit: *χαλκοῦ χαλκόφι*, non solum poetas significare videtur, sed vulgum. — Nec solum cum $\overline{\vartheta\iota}$ nonnunquam commutari potest $\overline{\varphi\iota}$, sed etiam cum $\overline{\vartheta\varepsilon}$. Ita Oppianus Cyn. II 6 *ἰξυόφι* dixit, Aratus vero 144 *ἰξυόθεν* ab *ἐκ θεόφιν* Il. XVII 101 ad sensum nihil differt *ἐκ θεό-*

*) *Bekkerus et hoc utroque loco et XX* 140 *(de quo v. p.* 255*) et XII* 302 *(de quo paulo infra) παραυτόθι hyphen. cf. Path. 1* 611.

**) *Ita Lob. Bekkeri schol. Vict.: τὸ ἑξῆς ὑφείατο αὐτοῦ. ἢ ἀπ' αὐτοῦ τῷ τε Ἀγαμέμνονι καὶ Ταλθυβίῳ.*

θεν, nec maius discrimen inter *θύρηφι*, quo Homerus et Hesiodus utuntur pro *ἐκτός* sive *ἔξωθεν*, et posterius receptum *θύραθε*[2]). — Aeque facile interdum dativi, qui in $\overline{\eta\varphi\iota}$ exeunt et qui in $\overline{\eta\sigma\iota}$, inter se commutari possunt velut Il. XVI 139 *δοῦρε, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει* et Od. V 234 *πέλεκυν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν*, item *λαοῖς ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι* Hes. Theog. 89 et *ἀεί μοι ἐπιπλήσσεις ἀγορῇσι* Il. XII 211 (schol. *τινὲς ἀντὶ τοῦ ἀγορεύσεσι* *). Neque tamen hinc quisquam coniecturam capiat $\overline{\varphi\iota}$ ex $\overline{\sigma\iota}$ conversum esse, quam ad opinationem propendere videntur, qui *ναῦφιν ἀμυνόμενοι* Il. XIII 700 pro *ναυσί* accipiunt, sed rectius EM. 598. 21 hunc ipsum locum afferens *ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ταναόποδος γίνεται ταναύποδος, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ναός ναόφι καὶ κράσει ναῦφι* [3]), et sic Apollonius in Lex. *παρὰ ναῦφιν ἐλεύσομεθ'* explicat *τῶν νεῶν*, eodemque modo *ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν* Il. II 794 schol. br. *ἀπὸ νεῶν*, et XVIII 305 *παρὰ ναῦφιν ἀνίστη Ἀχιλλεύς*.

Unde veteres grammatici syllabam $\overline{\varphi\iota}$ natam crediderint, parum cognoscitur ex paucis illis, quae EM. ex Herodiani commentariis delibavit; haec enim non ultra illud genus excedunt, quo dativi nominum tertiae declinationis in $\overline{o\varsigma}$ desinentium continentur. Sunt vero haec: *τὸ ὄχεσφιν καὶ ὄρεσφιν ὁ μὲν Δίδυμος λέγει γεγονέναι ἀπὸ τῆς ὄχεσι καὶ ὄρεσι δοτικῆς κατ' ἐπένθεσιν τοῦ* $\overline{\varphi}$· *ὁ δὲ Τρύφων ἐναντιοῦται, ἐπειδὴ γενικῆς σημασίαν ἐπέχουσι· τὸ γὰρ κατ' ὄρεσφιν ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ὄρους καὶ τὸ (ὑπ') ὄχεσφιν ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ἅρματος. — Ὥσπερ οὖν ἀπὸ τοῦ θεόφαντον γίνεται θέσφατον, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπὸ τῆς ὄρεος καὶ ὄχεος γίνεται ὀρέοσφι καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ* $\overline{o}$ *καὶ πλεονασμῷ τῆς* $\overline{\varphi\iota}$

2) Pro *θύρηθ' ἔα* Od. XIV 352 olim legebatur *θύρηφ' ἔα* elisione insolita. In margine scholii scriptum est *θύρηθεν*, quod qui supposuit, *θύρηθεν ἔ' ἀμφὶς ἐκείνων* legisse videtur ut *τοῖος ἔ' ἐν πολέμῳ* Od. XIV 222.

3) Hermannus in Iph. A. 185 *παρῆδα* scribens consuetudinem se sequutum esse profitetur, licet ratio *παρήδα* postulet. Verum syllaba longa antecedens brevi acutum respuit; *παρῆδα* scribi necesse est ut *Νηρῆδος*, *ἑστῶτος* et similiter *ναόφι ναῦφι* [*V. supra p.* 71 *sq.*]

*) *In vacua pag. adnot.*: „*φι* eo eviluit (*supra script.*: pleonastic.), ut seiungeretur a sua voce *ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, ἶφι βίηφι — λιβυαφιγενής*" [*Pathol. I* 358].

συλλαβῆς· οὕτως Ἡρωδιανός EM. 645. 1. Haec verba Velsenus in Fragm. Tryph. p. 53 et M. Schmidtius in Fr. Did. p. 403 in tabulas retulerunt, hic nullum suum judicium interponens, ille cum diversis commiscens. Et sunt sane obscurius enuntiata. Illud quidem apparet, neutrum universe de omnibus hoc modo conformatis loquutum esse. Quis enim credat Didymum ignorasse Homericum δι' ὄρεσφι Il. X. 185 et huic similia διὰ στήθεσφι, ἀπὸ στήθεσφι, ἐξ Ἐρέβεσφι, aut Tryphoni ignota fuisse αὐτοῖσιν ὄχεσφι, σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι? Ergo sumendum est, controversiam illam ad certos quosdam locos pertinere, in quibus alii dativum acciperent, alii genitivum. Huc referam Il. XXIII 7 ὑπ' ὄχεσφι λυώμεθα μώνυχας ἵππους, quod schol. A interpretatur ὑπὸ τοῖς ὀχήμασι, idque Didymus comprobasse videtur collato simili ἔλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ἵππους, eodemque traxisse alios locos, in quibus ὑπ' ὄχεσφι et παρ' ὄχεσφι modo de uno curru dicitur, modo de pluribus. Tryphonem vero suspicor ad genitivum inclinasse, quo poeta in simili causa utitur, ἵππους λῦσαν ὑπὸ ζυγοῦ VIII 543 et ὑπὸ ζυγόφιν λύον ἵππους XXIV 576, quae Callimachus imitatur H. Dian. 162 κεμάδας ὑπὸ ζεύγληφι λυθείσας. His igitur nixus ὀχέοσφι thematis loco posuit non ignarus singulare τὸ ὄχος ab Homeri usu alienum esse. — Ad Didymi rationem accommodatius est alterum nomen: ὡς ὅτε πῦρ καίεται ὄρεσφι XIX 376, ὡς ὅτε νεβρὸν ὄρεσφι δίηται XXII 189, ὡς θῶες ὄρεσφι XI 474, ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν οἴμησε XXII 139, qua in sententiae conformatione saepe dativus integer cum praepositione reperitur: σύεσσιν ἐοικότε, τώ τ' ἐν ὄρεσσι — XII 146, ὄρνιθι ἐναλίγκιος, ἥν τ' ἐν ὄρεσσι — XIV 290, καπρίῳ εἴκελος, ὅς τ' ἐν ὄρεσσι — XVII 282 etc. Sed prorsus repugnat δι' ὄρεσφι X 185, et κατ' ὄρεσφι IV 452, ubi schol. Tryphonis sententiam profitetur: τὸ σ ἔδωκεν ἡ συγκοπὴ ὡς τὸ θεόφαντον θέσφατον idemque fortasse aliis locis ὄρεσφι genitivum esse putavit significatione locali, quae vulgo praepositione ἐπί exprimitur; aut etiam nonnunquam ὄρεσφι mendose pro ὄρεσσι scriptum esse sumsit. Ea perfacilis est in tam levi ductu mutatio et non rara eius in nostris libris exempla: ἐπὶ στήθεσσι et στήθεσφι, v. Thiersch. § 186. 2 b, ἀμφ' ὀχέεσσι et ὀχέεσφι

contrariumque *Μήχι ὡς ναίχι καὶ οὐχί· Εὔβουλος* (Fragm. Com. III 216.) Antiatticista in Anecd. Bekk. 108. 14.

Non procul hinc vagatur vox desperatissima, quam Choeroboscus in Psalm. 41. 25 in quadrum redigere conatur: *τὸ κῆχος γίνεται παρὰ τὸ πῆ καὶ ἐκτάσει τῆς χος συλλαβῆς καὶ τροπῇ τοῦ π εἰς κ κῆχος.* Is igitur dictionem Atticae urbanitatis *ποῖ κῆχος* e tribus partibus conflatam esse statuit, adverbia eiusdem stirpis *ποῖ* et *κή* id est *πή* parallelismo quodam juncta putans, fere ut in Odyss. XIX 411 *Παρνησόνδ', ὅθι πού μοι κτήματ' ἔασι* encliticum relativo adiunctum est et saepe demonstrativo *τῇδέ πη, τῇδέ που, hic alicubi.* Eratosthenes vero et Apollonius pro *quo viciniae* acceperunt Jonicum *κῆγχος* ex *κῆ ἄγχος* sive *ἄγχι* constare sumentes. Nihil horum probat Meinekius spemque omnem veri inveniendi iure abiicit ad Fragm. Pherecr. Vol. II P. I 350.

Aspiratarum tertiam epectasi adhibitam esse Epim. l. c. demonstrat exemplo adverbii *νειόθι,* cujus generis multa exstant: *οἴκοθι, τηλόθι, ἐγγύθι* etc. Sed his omnibus coniuncta est corruptio, quae dicitur, prototypi, quod integrum reddunt *οὐχί, ναιχί.* Suppetunt vero similiora: *ἀπόπροθι, αὖθι, ἐκεῖθι,* quae veteres nimis operose ad syncopen detorquent, v. Path. Elemm. I 357. — Non aspiratas excludit EM. 638. 37, de *οὐκί* disserens, quod solo pleonasmo, non epectasi auctum dicit: *αἱ γὰρ ἐπεκτάσεις διὰ δασέων γίνονται, οὐ διὰ ψιλῶν.* Hic igitur dissentit cum illo, qui p. 306. 39 et 825. 17 loquitur: *ὥςπερ ἀπὸ τοῦ δή γίνεται δῆτα, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ εἰ εἶτα.* Ea quippe fuit Tryphonis sententia ab Apollonio Adv. 569 memoriae tradita: *τὸ ὦ μόριον ἐκταθὲν διὰ τοῦ τα ἐποιεῖτο κλητικὸν ἐπίφθεγμα: ὦτα, καθότι καὶ τῷ δή τὸ δῆτα παρέκειτο.* Quod de *ὦτα* dicitur, omnium quae de *ὦ τάν* proponuntur levissimum est [cf. p. 193 sq.] De altero consentit Klotzius ad Devar. II 434, affirmativum *δή,* quo fortior esset affirmatio, in *δῆτα* productum esse. Quin etiam fuerunt quos insolentior crasis compositi *κᾆτα* ita offenderet, ut simplici *καί* syllabam extensivam additam suspicarentur, v. ad Ai. p. 70. — Improbius luditur in nominibus metaplastis: *προσχηματισμός ἐστι προσθήκη μιᾶς συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος οἷον ὄνειρα ὀνείρατα* Josephus Rhacend. Synops.

T. III 567 (T. III 321. Boiss.), δέσματα ἐπεκτέταται ὡς τὸ ὀνείρατα, προσώπατα schol. Od. I 204, δέσματα ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ (δεσμόν) κατ' ἐπέκτασιν VIII 278, quorum universa copia exposita est in Parall. 176. — Αὖτε poetae epici produxerunt ab αὖ, a quo nihil discrepat, nisi quod significatione locali *retro* caret, sed idem dicitur αὖτις et αὖθις, quorum analogia non ostenditur [p. 163 sq.). — Ἧυτε etiamsi e dativo ᾗ et particula expletiva compositum esse conceditur, tamen corruptione vocis primariae a proschematismo excluditur, v. Path. I 477 [et II 42 sq.]. — Μεγαλωστί et similia prosthesi τοῦ τι aucta esse Apollonius affirmat, quod mihi secus videri professus sum in Pathol. I 630 sq. *). — Consonae liquidae specimen est τύνη, quod EM. 314. 47 ab ἐγώνη discretum habet; hoc enim ab aucto ἐγών profectum esse, illud vero a non aucto τύ accedente syllaba simulque producta vocali, ἵνα μὴ ἡ ἐπέκτασις μείζων τῆς ὅλης λέξεως γένηται. Τοῦν tamen et τούνη Dorica dicuntur.

CAP. III.

De augmentis verborum syllabicis.

§ 1. Apollonius Coni. 516. 8 ἑκάστη, inquit, τῶν παραγομένων λέξεων δεκτική ἐστιν ἰδίας συλλαβῆς, ὡς τῶν τρίτων ἐστὶ τὸ σι: λέγησι, παμφαίνησι, τῶν δευτέρων τὸ θα: λέγησθα, φέρησθα, καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων τὸ μι: ἐθέλωμι, ἐῷμι. Ἐθέλωμι Aristarchus scripsit Il. IX. 397 pro ἐθέλοιμι, et hoc similesque subiunctivi nunc ubique substituti sunt pro optativis ἀγάγωμι, ἴδωμι, ἵκωμι, κτείνωμι, τύχωμι, qui non solum edd. veteres, sed etiam nonnullos codicum obsident Il. VII 243, XVIII 63 et defenduntur ab Eustathio 1279. 49 τὸ ἴδωμι ἐκ τοῦ ἴδοιμι ἐκτέταται ὡς καὶ τὸ τύχωμι ἐκ τοῦ τύχοιμι. Sed haec ectasis circumscribitur verbis puris δώῃν etc., recteque schol. ad V 279 τύχωμι — ἐν πλεονασμῷ ἐστι τὸ μι. Eorum, quae Apollonius profert, ultimum legitur Od. XVI 85 κεῖσε δ' ἂν οὔ μιν ἔγωγε ἐῷμι

*) v. *Addend. ad Vol. I.*

ἔρχεσθαι, quod EM. 352. 3 interpretatur *ἀνέρχεσθαι οὐκ ἐῶ*, quasi praepositione *ἀνά* ab infinitivo disiuncta, sed re accuratiùs perpensa addit: *ὅταν δὲ εὐκτικὸν ᾖ, ἕξει τὸ ῑ: ἐῷμι*, atque sic etiam in Apollonii l. c. scriptum est; quomodo vero hoc cum *ἐθέλωμι* componi possit, hoc minus intelligitur, quod haec syllaba verbis perispomenis omnino non apponitur, sed barytonis tantum et ne his quidem per omnia tempora, sed praesenti et aoristo secundo formae activae.

Personae tertiae subiungi solet syllaba $\overline{\sigma\iota}$, praecipue coniunctivis praesentis et aoristi more Ionico, ut Plutarchus ait de Poes. Hom. II 11 C, *Ἰώνων ἴδιόν ἐστι τὸ προστιθέναι τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ὑποτακτικῶν τὸ* $\overline{\sigma\iota}$, *ἔλθῃσι, λάβῃσι*. Verborum barytonorum exempla affert schol. Od. IV 692 *ἐχθαίρῃσι ἀντὶ τοῦ ἐχθαίρῃ ὡς τὸ φάγῃσι*, eademque tempora epici inferiores huc deflectunt: *ἄγῃσι* Nic. Ther. 201, *θαλέθῃσι* 832, *ὀπιπτεύῃσι* Theocr. XXIII 10, *ἐρέθῃσι* H. H. in Mart. VIII 14, *κατακτείνῃσι* Quint. IX 153, *φέρῃσι* Tryph. 92. Authypotactorum duo sunt: *τύχῃσι* H. H. in Merc. 567, *κίχῃσι* Quint. III 308. Verborum circumflexorum primi ordinis unum produxit Homerus: *νεικείῃσι κατ' ἐπέκτασιν* EM. 602. 30, *περάῃσι* et alia quaedam secundi ordinis ex posterioribus attuli Rhem. 183. Verbis in $\overline{\mu\iota}$ abundat Homerus: *ἐν τῷ φῇσι ἐν παρολκῇ ἐστιν ἡ* $\overline{\sigma\iota}$ schol. Od. I 168, *ᾗσιν ὑπάρχοι· τὸ* $\overline{\sigma\iota\nu}$ *ἐπέκτασις* VIII 147, *μετέῃσι ἐν πλεονασμῷ τῆς* $\overline{\sigma\iota}$ EM. 581. 33. Perfecti exemplum Homericum addit Epim. I 382 *τοῦ ἔῤῥιγα τὸ ὑποτακτικὸν ἐῤῥίγῃ καὶ κατ' ἐπέκτασιν ἐῤῥίγῃσι*. Aoristus primus raro huc increscit et apud recentiores modo: *ὅρσῃσι* Apollon. III 1039 et *ἀμφιέσῃσι* Orph. Lith. 273. Epicos imitatus Plato comicus Fragm. Vol. II 665 in versu anapaestico *πίπτῃσι* posuit, sed Platonem in Phaed. 77 D *σκεδαννῦσι* scripsisse, quod Buttmannus § 107, adn. 36 ei tribuit, summe incredibile est; recte hic *μὴ σκεδάννυσι* scribitur probante Hermanno Opusc. T. IV 120. — Illa nonnunquam sine iota reperiuntur suffragante Thierschio, quem sequuntur Kruegerus gramm. § 30. 1 adn. 4 et Goettlingius ad Hes. Theog. 60, sed adversantur grammatici: *παμφαίνῃσι, ἔχῃσι καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχει τὸ* ῑ EM. 650. 7, ipseque Herodianus ad Il. I 129 *δῷσι τὸ* ῑ *ἔχει προσκείμενον* et ad XV 359 *ἐκτέταται τὸ*

ῇσιν καὶ μετὰ τοῦ ῑ γράφεται, idemqne tuentur codd. Homeri, v. Spitzner. ad XXII 23, et potiores Platonis Civ. II 363 C tria Homericorum verborum, quae hic proferuntur, sic scripta exhibentes; quo accedit, quod iota omisso uterque modus in unam speciem incidunt ut *δάμνῃσι* Il. V 746, cui Aristarchus *δάμνῃσι* substituit a verbo *δάμνω* ductum, cuius nullum est apud Homerum exemplum, cf. Rhem. 126; sed *δάμνημι* dicit, unde est *δάμνησι* apud Quintum, v. Koechly ad III 224. Gravior lis incidit de *παμφαίνῃσι.* Hoc nonnulli pro indicativo habent diphthongum propriam $\overline{\epsilon\iota}$ in impropriam mutatam esse rati secundum dialectum Rheginorum: *οὗτοι γὰρ τὸ νοεῖ καὶ φιλεῖ διὰ τοῦ $\overline{\eta}$ μετὰ τοῦ $\overline{\iota}$ λέγουσι νοῇσι καὶ φιλῇσι· οὕτω καὶ τὸ παμφαίνῃσιν* EM. 650. 12. De iota repugnat Heraclides Eust. 1576. 60 *οἱ Ῥηγῖνοι τὰ τρίτα τῶν ὁριστικῶν περισπωμένων τῆς πρώτης συζυγίας καὶ τῶν βαρυτόνων εἰς τὴν $\overline{\sigma\iota}$ περατοῦσι*[1]) *τοῦ $\overline{\eta}$ παραλήγοντος: φίλησι, νόησι, λέγησι, φέρησι. τοιοῦτον καὶ τὸ παμφαίνησι παρ' Ὁμήρῳ ἅπαξ χρησαμένῳ τῇ διαλέκτῳ.* Sed quia nullum alterum extat apud poetam indicativi exemplum, alterius vero modi plurima, Lesbonax p. 179 et Herodianus de Fig. 60 *παμφαίνησι* verum subiunctivum esse statuunt pro indicativo positum per enallagen modorum: *Ἰβύκειον σχῆμα καὶ λέξεως καὶ συντάξεώς ἐστι· γίνεται δὲ ἐν τοῖς ὑποτακτικοῖς τρίτοις προσώποις κατὰ πρόσθεσιν τῆς $\overline{\sigma\iota}$: παμφαίνῃσι, φῇσι. καλεῖται δ' οὐχ ὅτι Ἴβυκος πρῶτος*[2]) *αὐτῷ ἐχρήσατο· πρότερον γὰρ Ὅμηρος· ἀλλ' ἐπεὶ πολὺ καὶ κατακορὲς παρ' αὐτῷ: Κασάνδραν φῆμις ἔχῃσι, ὄρθρος ἐγείρῃσιν ἀηδόνας.* Haec si accurate tradita sunt, Ibycus a municipalibus suis hac in re discessit, quod hi terminationem indicativi mutarunt in $\overline{\eta\sigma\iota}$, ille autem coniunctivum syllaba $\overline{\sigma\iota}$ auctum pro indicativo usurpavit anomalia duplici, *σχήματος* et *πάθους*, hoc est enallagae modi et proschema-

1) Sic Ahrens. Dial. Dor. 300 scripsit pro *περαιοῦσι.*

2) Hoc *πρῶτος* inserui. Similiter loquitur schol. Il. XXII *εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων — σχῆμα Ἀλκμανικὸν τοῦτο· καλεῖται δ' οὐχ ὅτι Ἀλκμὰν πρῶτος ἐχρήσατο αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι πολύ ἐστι παρ' αὐτῷ.* [*Sic et in mscr. et in progr. XXIII Jun. a.* 1856 *p.* 5 *paulo liberius redditum schol. XX* 138.]

tismi. Ceterum Homericum παμφαίνῃσι illud non alius modi esse quam ἔχῃσι, hodie fere convenit, v. Hermann. Opusc. IV 172. — Optativus huius figurae non invenitur praeter παραφθαίῃσι, quod EM. ex Il. X 346 affert[3]), sed ex adnotamento schol. A οὕτως σχεδὸν αἱ πᾶσαι manifestum fit, nonnullos subiunctivum praetulisse, qui duplici modo scribitur, φθῇῃ ut στῇῃ etc. vel φθῄῃ cum eta pleonastico, de quo supra dictum est p. 226, appositaque syllaba φθῄῃσι, παραφθῄῃσι, quod Spitznerus adoptavit Bekkero vulgatum tuente. Certissime subiunctivus est δώῃσι pro δώῃ positum Il. I 324, sed in Ven. subrepsit δῴῃσι*), quod convenit cum Choerobosci doctrina Can. 897.,3 ἀπὸ τοῦ δοὺς δόντος γίνεται δοίην καὶ κατ' ἔκτασιν τοῦ ο δῴην προσγραφομένου τοῦ ι ὡς τὸ εἴ κεν-δῴῃ κῦδος ἀρέσθαι XVI 88. Sed hoc loco et aliis nunc δώῃ legitur vel, ubi alter modus aptior videtur, δοίῃ.

§ 2. Syllabarum prostheticarum vulgatissima habetur ea, quae personis in εις, ῃς, ης, οις exeuntibus applicatur, hoc est θα. Exempla eius Maittairius 347 B, Fischerus II 339 et posteriores attulerunt bene multa, sed minime omnia, quibus opus fuit, neque ordine disposita, quare ex re videtur exorsa detexere. Illam igitur syllabam indicativo temporis praesentis verborum barytonorum addunt nonnunquam poetae Aeolice loquentes (Ahrens. 129) et, si Bekkeri correctionem sequimur,

---

3) Grammaticus 792.30 aperte de composito loquitur, non de simplici v. 368, ut Spitznerus. Sed quod scholiastes illud per παραδράμοι reddit, utroque trahi potest; nam metaphrastae saepe modos mutant: παύσῃσιν ἀντὶ τοῦ παύσειεν ἄν ὡς τὸ φάγῃσιν ἀντὶ τοῦ φάγοι ἄν schol. Il. IV 191, XXI 127, ᾖσιν — ὑπάρχοι Od. VIII 147, cf. Friedlaender. Ariston. p. 10. [*In marg. adscript.*: „φθαίῃσι Thiersch. p. 367, num βαίῃσι? v. Schneidew. ad Ibyc. 67. ἐκτάμνῃσι Quint. III 224 not., ὑποπίμπρῃσιν Lysistr. 347."

*) *In schol. saltem Ven. non δῴῃσι (nec δῴῃσι), sed δώῃσι scriptum esse et Pluygers auctor est in progr. schol. Leyd. ann.* 1847 *p.* 11 *et ipsum schol. docere videtur, quod si recte intelligo hoc dicit, δώῃσι repetendum esse a prima persona δώω, non δῶ, nam qui hoc existimet, eum duplicem statuere oportere epectasin tertiae pers. δῷ, et per η vocalem et per σι syllabam factam. Scholiastae verba haec sunt: δώῃσιν ἀπὸ τοῦ δώω, ἐπεὶ δύο δεῖ λαμβάνειν τὰς ἐπεκτάσεις, ἐὰν ἔστιν ἀπὸ τοῦ δῶ, τό τε η καὶ τὴν σι συλλαβήν. Lob. non Il. I* 324, nec XII 275, *sed alium locum scripsit, quo promtior erat error.*

Theognis quoque 1316 ἔχεισθα scribens. Epici hoc transferunt ad verba perispomena et in μι desinentia, quorum unum disceptat Herodianus Il. XIX 270 διδοῖσθα — οἱ μὲν βαρύνουσιν ἀπὸ τοῦ δίδοιμι ὡς τίθησθα, οἱ δὲ περισπῶσιν ἐπέκτασιν εἶναι οἰόμενοι ἀπὸ τοῦ διδοῖς. Hoc nunc Aeolico illi, quod olim vulgabatur, substitutum est auctore Aristarcho, cui Buttmannus adstipulatur. Τίθησθα Od. IX 404 nonnulli pro imperfecto habent, sed XXIV 476 praesens esse convenit, item εἶσθα ἀντὶ τοῦ ἥξεις ἀπὸ τοῦ εἶμι EM., quod utrique carmini commune est. Ambiguum rursus φῆσθα, de quo idem Herodianus nos admonet Il. XXI 186, τὸ φῆσθα, εἴτε ἐνεστῶτα σημαίνει, προπερισπασθήσεται, εἴτε δεύτερον ἀόριστον, qui ante Wolfium legebatur Od. XIV 149, subtracto iota praesentis characteristico. Quae praeterea inveniuntur praesentis temporis exempla, ad modos obliquos pertinent, σπένδῃσθα, ἐθέλῃσθα, βουλεύῃσθα, εὕδῃσθα, δηθύνῃσθα, unumque optativi, quod Eustathius 1368. 29 tanquam singulare exsignat: τὸ κλαίοισθα δηλοῖ καὶ τοῖς εὐκτικοῖς ῥήμασι προσέρχεσθαι τὴν θα πρόσθεσιν. Huius modi est praesens verbi subtantivi εἴησθα Theogn. v. 715 et unus aoristus secundus προφύγοισθα Od. XXII 325, a Maximo iteratus v. 203, nam de βάλοισθα incertum, pro quo in Il. XV 571 Eustathius βάλῃσθα scriptum invenit, quod codices nonnulli praebent conveniens cum πάθῃσθα, πίῃσθα, εἴπῃσθα. Sed ἴδῃσθα, quod Gregorius 581 cum hoc et dissimili εὕδῃσθα inter voces Aeolicas refert, Homero, si satis attendi, non magis usurpatum est quam praesens εἰδῇσθα. Aoristum primum semel huc deduxit, ἐλάσῃσθα Il. XXIII 344; saepius vero verborum in μι inclinamenta, quae sermo communis et Atticus recepit. — Horum unum ᾖσθα solum reperitur apud Atticos, modo consona exceptum, modo vocali; ᾖς, quod Ammonius soloecum esse iudicat, ex Euripidis versibus, quos ad Ai. p. 312 ed. I notaveram, nunc sublatum est, v. Hermann. ad Nubb. 1030; crebrum vero et hoc et composita παρῇς, συνῇς non Plutarcho solum, sed etiam Luciano aliisque eiusdem elegantiae aemulatoribus, quos ad Phryn. 149 indicavi. — Ἔφησθα saepius legitur quam ἔφης, sed hoc quoque auctores graves habet, Plat. Ion. 539 E, Phileb. 26 C,

Aesch. Fals. Leg. p. 343. 86 (p. 263. 31 R.) et all., v. ad Phryn. 236.—His simile est ᾔδεις sive ᾔδης Arist. Nubb. 328, Isaei Or. de Her. Pyrrh. p. 36. 45 (42. 7 R.), Dem. c. Lept. 457. 160 (506), Antiph. de caed. Herod. 48. 15 (131. 15), Plutarch. v. Pomp. XXV 3, Lysand. XXIII 48, T. II, sed Atticum ᾔδεισθα apud eundem Ages. VIII 6, Cic. XXV 4 et ceteros dialecti miscellae sectatores.—Ἥιεις non minus auctoritatis habere quam ᾔεισθα sive contractum ᾖσθα [p. 133] probavi l. c. — Οἶδας non rarum est, οἴδασθα exolevit, sed quod in usu viget οἶσθα hinc factum esse significat Herod. Mon. 44. 28 τὰ εἰς θα δεύτερα πρόσωπα ἐπεκτεταμένα ἀποβολῇ τῆς θα καταλείπει ῥητὸν τὸ ῥῆμα, λέγησθα λέγῃς· μόνον δὲ τὸ οἶσθα τοιοῦτον οὐκ ἀνεδέξατο· αἴτιον δὲ τὸ πάθος. Choeroboscus Can. 592 et 868, EM. 618. 53 primitivum εἴδημι ponit, pro quo Aeolice οἴδημι dictum esse, hinc οἴθησθα οἶσθα, cf. Ahr. Aeol. p. 136.— Verbis in μι accommodata sunt χρῆσθα, quo Megarensis utitur ap. Aristoph., et βλείησθα, quod in Epim. I 5 et Etym. Gud. 103. 38 ex ignoto auctore affertur.

His commodissime subiungentur pauca illa, quae in EM. 698. 52 de simili augmento traduntur: ἔστι ῥῆμα παρ' Αἰολεῦσι τὸ πῶ, „χαῖρε καὶ πῶ", ὅπερ καὶ πῶθι· τρίτης συζυγίας ἐστὶν ὡς μυρῶ, διδῶ· Ὅταν γένηται πῶθι, ἐπαύξησίς ἐστιν ὡς ζῆθι καὶ ζῶθι. Hic quum ficticium illud πόω cum χόω, λόω etc. (v. Rhemat. 20) comparare potuisset, parum cogitate adhibet duo verba contracta, quod genus frequentissimum est, κυρῶ, πυρῶ etc., sed ad rem nihil magnopere interest. Quod vero Ahrensius suspicatur Dial. Aeol. 140, illum μύρω et δίδω scripsisse et hos esse imperativos ut πῶ fortasse in eodem carmine lectos, id mihi parum credibile videtur. Praeterea EM. 410. 46 ζῆθι et σύζηθι affert auctore celato et p. 671. 43 πῖθι ἀντὶ τοῦ πίε Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ κατ' ἐπέκτασιν [cf. p. 106 n. 4]. Haec et similia quaedam, quae ad Buttm. p. 15 adnotata sunt, nunc rectius metaplasmo subiiciuntur, quo nomine schol. Il. V 827 δείδιθι explicat.

DISSERTATIO OCTAVA

DE

APOCOPE.

PROOEMIUM.

Proschematismi salebras scopulosque egressos excipit campus planus viaque aperta multis praecedentium vestigiis impressa. Primum enim illa scripturae ambiguitas, quae in superiore curriculo singulis fere gressibus procedentes remorata est, hic fere nunquam intercedit. Tum etiam vocabulorum, quae nunc in discrimen veniunt, numerus longe adstrictior eaque tantum non omnia antiquitus tradita sunt. Denique horum pars maxima ita temere huc coniecta est, ut paucis verbis refelli possint. Etenim quum in ipsis fere grammaticae artis primordiis opinio invaluisset, quidquid vel ab analogiae norma vel a communi loquendi ratione abalienatum esset, non nativum neque a primis linguae fictoribus proseminatum, sed licentia scribentium deformatum esse, nihil magis consentaneum fuit, quam ut syllabas quoque vocabulorum extremas saepe defecisse sumerent. Huius igitur corruptionis exempla, quae veteres sparsim expromserunt, artium scriptores post renatas renascendasque literas brevi complexi sunt inde a Clenardo usque ad Fischerum eosque, qui post eum praecepta grammaticae per compendia tradiderunt. Sed vix quisquam fuit, qui omnia uno ambitu comprehenderet, nedum qui genus universum in certas species partiretur singulorumque momenta ponderaret, omissa suppleret. Hanc igitur provinciam equidem suscepi eo potissimum consilio, ut veteris disciplinae imaginem legentibus repraesentarem.

Jam si omnis quae ratione suscipitur de re aliqua institutio a definitione proficisci debet, haud importunum exordium praebet Charisius Institt. IV 5. 7 *Apocope est, quum ex*

ultima parte loquelae aut litera detrahitur ut Achilli aut syllaba ut suam do *). Hanc Donatus in Arte III 5 paragogae contrariam esse dicit, Gregorius 460 proschematismo. Utroque subtilior Choeroboscus Can. 366. 30 duas ablationis species suis discernit nominibus, unam syllabae: *κάρα ἀπὸ τοῦ κάρηνον, λίπα ἀπὸ τοῦ λιπαρόν*, alteram unius literae iactura circumscriptam: *ἄλειφα ἀπὸ τοῦ ἄλειφαρ ἢ ἄλειφας· κρεῖττον οὖν ἐνταῦθα ἀποβολὴν λέγειν, ἐπειδὴ τὸ τελευταῖον σύμφωνον ἀπεβλήθη· ἐν δὲ τῇ ἀποκοπῇ τελείως ἀποκόπτεται ἡ τελευταία συλλαβή οἷον δῶ, κυκεῶ.* Haec in grammaticorum scriptis non raro syncope appellatur, v. Techn. p. 5 adn. 5. Jam si ultra cancellos scholae progredimur, proxime in Aristotelem incidimus, qui in Poet. XXI omnium primus varias vocabulorum a recto declinationes breviter et summatim delineavit. Is igitur duo eorum genera ex adverso posita complectitur, *τὸ ἐπεκτεταμένον καὶ τὸ ἀφῃρημένον· τὸ μέν, ἐὰν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένος ᾖ τοῦ οἰκείου ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένῃ οἷον τὸ πόλεος πόληος, Πηλείδου Πηληϊάδεω· τὸ δέ, ἐὰν ἀφῃρημένον ᾖ τι αὐτοῦ οἷον τὸ κρῖ καὶ τὸ δῶ καὶ ὄψ.* Sic et schol. Il. I 104 *ὄσσε* aphaeresin appellat, veram autem aphaeresin *ἡμί* schol. Od. VIII 186 (Anecd. Bachm. T. IV 171) apocopae nomine signat. Philo denique de Legg. Specc. I 770 hoc ad illam reticentiae speciem transfert, qua iurantes nomen dei silentio transmittunt: *νὴ τόν, μὰ τόν.* Vera autem et legitima appellatione utitur Strabo VIII 364 *κρῖ, δῶ* et alia exempla coacervans, quae hic distinctius tractare propositum est. Sed iam exposito, quo cursus tendat, nihil est, quod nos in hoc limine diutius retineat.

Caput I.

De apocope vocalium.

§ 1. De vocalium prima mirum est, quod Choeroboscus tradit Can. 183. 5, *πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον μακροκαταληκτεῖν*

*) *Seyferti nomen in margine adscriptum est, qui plures grammaticorum Latinorum locos collegit in grammat. Lat. I* § 369.

θέλει χωρὶς τοῦ Δί, ὅπερ ἀπὸ τοῦ Δία γέγονε κατὰ ἀποκοπήν, ὅπερ μετὰ τοῦ νὴ ἐπιῤῥήματος γίνεται νὴ Δί. Idem de Acc. 422. 2 πᾶσα αἰτιατικὴ ἑνικῶν μονοσύλλαβος ἀρσενικὴ ἢ θηλυκὴ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν οὖσα εἰς ν λήγει· τὸ δὲ νὴ Δί[1]) οὐκ ἀντίκειται ἡμῖν, ἐπειδὴ οὐχ εὑρίσκεται αὐτὴ καθ' ἑαυτήν, ἀλλ' ἐν συντάξει. Et Photius Νὴ Δί καὶ νὴ Δία ἑκατέρως. His auctoribus Dindorfius ad Arist. Eqq. 319 et in praef. Poett. Scen. p. VI in multis Aristophanis locis hoc νὴ Δί ante consonam scribendum esse censet, sed tacite refragatur Bergkius, diserte Engerus in Praef. Lysistr. p. XXVI et adnot. ad v. 24, quibus de Aristophane assentior; sed grammaticorum testimonia non dubitare permittunt, quin aut librarii nonnunquam sequente vocali signum apostrophi apponere obliti sint aut adeo Graeci antiqui in colloquiis familiaribus formulam tritissimam raptim pronunciando decurtaverint, quod eo facilius accidere potuit, quo saepius illa particulae expletivae ritu interponitur vi ademta; unde factum est, ut etiam scriptores Christiani ea uti non vererentur. — Accusativos Τυδῆ, Μηκιστῆ technicorum nonnulli statuerunt οὐκ ἀπὸ τοῦ Τυδέα συνηρῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Τυδῆα ἀποκεκόφθαι Eust. 487. 11, sed schol. B. L. ad Il. XV 339 iure praefert synaeresin [cap. V § 2 et p. 83 sq.]. — Horum meminit Spitznerus in simili causa XIV 265, cuius multo difficilior est diiudicatio, de accusativo *ΖΗΝ*, quem Homerus Hesiodusque in exitu versus ante vocalem posuerunt. Huic Aristarchus apostrophum adiecit*), Bekkerus integrum reddidit Ζῆν, quem sequitur Lachmannus ad Lucr. II 118, et sic etiam veterum ii, qui, ut Eustathius dicit, apocope mutilatum putarunt, cuius minima probabilitas; aliis fortasse a nomiminativo quodam primae declinationis Ζής vel Ζῆς declinatum visum est. Huc, si unquam, convenit illud consideratissimum verbum ἐπέχω. — Prae ceteris mirabile est, Il. V 256 τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη hoc praesens monosyllabum Herodiano tantopere displicuisse, ut ex ἐάᾳ conversum putaret: τοῦτο τοίνυν τὸ ἐάᾳ δύναται κατ' ἀποκοπὴν εἰρῆσθαι „τρεῖν μ' οὐκ ἔα", ἐν-

1) Sic ibi scriptum est, non Νηδί, ut Matthiae dicit gramm. § 47 adn. 2.
*) Adn.: „Herm. Elemm. 351."

θεν καὶ συνέσταλται τὸ ᾱ. — *Εἰ δέ τις ἐπιζητήσειεν ὁμοιότητα ἀπὸ τῶν εἰς ω̄ περισπωμένων ἢ βαρυτόνων ἐνεστῶτος*[2]) *ἐπὶ τρίτου ἀποκοπὴν, καὶ μὴ εὑρὼν μηδὲ τοῦτο παραδέξαιτο, ἑαυτὸν λήσει, περὶ γὰρ πάθους διαλαμβάνομεν.* Periculosa est haec defensio, qua affectionum venatoribus infinita datur fingendi licentia, et hoc loco minime necessaria [v. cap. VI].— Quod autem ille de abiectione diphthongi impropriae ῳ̄ sumit, idem alii ad alpha longum sive eta - Ionicum transferre conati sunt ut Aristonicus ad Il. XVI 392 *ἐξ ὀρέων ἐπὶ κὰρ* — *ἡ διπλῆ, ὅτι ἐπὶ κάρα ἐστὶ κατ' ἀποκοπήν*, et Herodian. Dichron. 283. 8 *τὸ κὰρ ἀπὸ τοῦ κάρῃ κατὰ ἀποκοπὴν τοῦ η̄ γέγονε (ὁ γαρ ποιητὴς κάρα οὐ λέγει, ἀλλὰ κάρῃ)**). — His omnibus collapsis apocopae huius nomen intra quarundam particularum fines cohibendum est, coniunctionis *ἄρα* — *ἂρ φρένας***), et praepositionum assimilatarum *ἂμ φόνον, κὰμ μέσον* et non assimilatae *πὰρ Διός* Elemnt. Path. I 217, [228 sq., 527]. Hoc ad adverbia transfert Dindorfius in praef. Poet. Scen. p. VIII Hesychii quadam usus glossa ancipiti *Ἂμ ἅμα ὁμοῦ*, unde coniecturam ducit, in Aristoph. Vesp. 570 pro *ἅμα βληχᾶσθαι* scribendum esse *ἂμ βλ.* durioris correptionis vitandae causa, cui aliud remedium adhibet Bergkius *ἀμβληχᾶσθαι* corrigens. Consonam illam Graeca consuetudo numero *τῶν τελικῶν* praecise excludit nec solum integris denegat sed amputatis quoque: *ὁ γὰρ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ προθέσεων φησὶν, οὐδέποτε ἀποκοπὴ εἰς ἀνεκφώνητον τέλος γίνεται· τὸ δὲ μ̄ οὐκ ἔστι τελικὸν λέξεως· τὸ γὰρ Ἀδάμ βάρβαρόν ἐστι καὶ τὸ Ἀβραάμ* Choerob Can. 773. 27. — *Εἲ* in *εἲ δ' ἄγε* nonnullos pro *εἶα* accepisse supra relatum est p. 224.

§ 2. Herodianus eo loco, quo de brachycataleto *ἔα* disputat, in transitu inserit hoc: *οὐκ ἄηθες δὲ καὶ ἐνεστῶτας*

---

2) Hoc addit Lehrsius. Verba in *μ̄ι* Herodianus excludit propter *φῆ, χρή*.

*) „*Κάρ cerebrum* Parall. 308 not." *inf. pag. adscript.*

**) *Adn.*: „*Ἄρ* utrum *ἐκ τοῦ ἄρα κατ' ἀποβολὴν τοῦ τέλους ἢ ὁ ῥα κατ' ἀποβολὴν τῆς ἀρχῆς*; Hoc rectius, quia *ῥα* enclit. ideoq. debilius et semper postponitur EM. 134. 3. Path. I 29, 497."

ἀποκόπτεσθαι καὶ ἄλλους χρόνους, ὡς ἔχει τὸ „οὖτα κατὰ λαπάρην" cum hoc autem ad II 662 ἔκτα in exitu versus positum conferri posse dicit, si alpha corripiatur: ἡ κατὰ συστολὴν ἀνάγνωσις ἀφορμὴν ἔσχε τὴν τῆς ἀποκοπῆς ὁμοίως τῷ οὖτα. Nec tamen manifestum facit, unamne imperfecti vocalem recisam esse velit, an duas aoristi literas ut EM. 642. 47 οὔτασε κατὰ συγκοπὴν (sic) οὖτα et Epim. I 224. 20 ἔκτανε καὶ ἀποκοπῇ ἔκτα ὡς τὸ οὔτασε οὖτα (οὖτα). Hoc imperfectum videtur a verbo obliterato οὔτημι declinatum, v. Rhemat. p. 167. Alterum apocopae eximit schol. Od. I 300 ἔκτα—πολλοὶ συστέλλουσι τὸ ᾱ νομίζοντες ἀποκοπὴν εἶναι· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐκτείνει. Hic dubium est, utrum ἔκτα imperfectum esse voluerit contractum ut ἔχρα, an aoristum ut EM. 324. 27 ἀπὸ τοῦ κτῆμι ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔκτην καὶ συστολῇ ἔκταν, quae systole tribuitur Ionicis λελασμένος, λάξις, δάγμα, v. Parall. 402 [cap. VI, supra p. 69].— Certius apocopae documentum praebet Photius Παῦ τὸ παῦσαι λέγουσι μονοσυλλάβως, et Eusthatius 1408. 28 τὸ παῦσαι παῦ ἔλεγον μονοσυλλάβως κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, quo nixus Elmsleius apud Aristophanem παῦ παῦε restituit et alio loco παῖ παῖε probante Hermanno ad Prom. 565. Hoc perincertum, illi non dissimiles sunt imperativi, quos Germani epiphonematum loco usurpant: *geh geh! lauf lauf! halt!* — Ab epiphonematis non longe distant vocativi, quorum duo propter mobilitatem epsili disceptantur: ὦ ἠλέ et ὦ μέλε. Nam quum neutrius reperiatur nominativus bisyllabus, quaeri solet, utrum apocope subierit, an syncope, v. Elemm. I 257. — Eadem dubitatio fuit de Homerico ὄσσε, quod qui duale esse sumunt pro τὼ ὄσσεε, nescire se fatentur, duarum vocalium postremarum utra abiecta sit, v. Elemm. I 261; alii plurali τὰ ὄσσεα alpha detractum statuunt. Poetae ipsi cum epithetis utriusque numeri coniungunt, modo pluralis, ut φαεινά Il. XIII 435, πεφυρμένα Apoll. III 673, quae metrum poscit, et αἱματόεντα χαμαὶ πέσον Il. XIII 617, κακοσταθέοντα Nic. Th. 431, ὀξέα Apollon. IV 1466, ὄσσε δέ οἱ μάρμαιρεν ἀνειδέα Quint. XII 537, quibus nulla eiusmodi ratio subest, et rursus cum dualibus, non modo metri causa: ἀνδροφόνω βάλεν ὄσσε Orph. Lith. 539, sed etiam sine huiusmodi ratione, ut in exitu versus: φαεινώ

Il. XIII 3, XXI 415, ἀναιδέε δάμναται ὄσσε Apollon. II 407; sed hic duo novissimi editores e codd. reduxerunt pluralem, vicissimque in Homerico loco libri αἱματόεντε exhibent [cf. p. 172 n.]. — Dualis τὼ γένε olim apud Platonem lectus nunc γένει scribitur, v. Matth. gramm. § 78 adn. 5.

Nimia in affectiones indulgentia Herodianus eta quoque tolli posse statuit: τὸ γλῆν παρ' Ἑρμησιάνακτι οὐκ ἐντελές ἐστιν, ἀποκεκομμένον δὲ ἐκ τοῦ γλήνη Mon. 16 13, et quod proxime ante attuli: κάρ ἀπὸ τοῦ κάρη. Haec potius thematum loco habenda sunt ut Ζήν et φᾶρ, v. Parall. 74. — Haud minus commenticium est, quod schol. IX 393 refert: τὸ σόωσι Τυραννίων προπερισπᾷ ὡς νοῶσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ σοῶ περισπωμένου, ἐπεί, φησί, καὶ τὸ εὐκτικὸν κατὰ ἀποκοπὴν εἶπεν „ἦ κέ σφιν νῆάς τε σοῷ" (v. 424) καὶ τὸ δεύτερον „ὅππως κεν νῆάς τε σοῷς" (681). Is igitur σοῷ ex σοῴη factum putavit, a prima persona σοῴην, quod ille fortasse cum ἁλῴην et similibus ectasis exemplis comparavit, v. ad Phryn. 346. Nunc aliter existimatur, v. Rhemat. 183.

Iota pronominum personalium νῶι et σφῶι utrum nativum sit, an additivum, controversia est pervetus. Joannes p. 23 dicit illa natura bisyllaba esse, iota autem per apocopen tolli, et Arcadius 178 νῶι καὶ σφῶι πάσχουσιν ἀποκοπὴν καὶ ὀξύνονται: νώ σφώ, quam apocopen syncopae nomine significat EM. 609. 46. Jam ut ulterius ascendamus, Herodianus a Lehrsio correctus ad Il. I 574 σφώ non primitivum esse statuit, sed ἀπὸ τῆς σφῶι profectum mutato, quia ω dualis perispasin non admittit, accentu. Antiquiores quidam, de quibus Apollonius loquitur, quum animadvertissent, poetarum antiquissimum modo νώ, σφώ, modo νῶι, σφῶι dicere, non dubitarunt utrumque thematicum esse; illud Atticis probatum, hoc Ionibus Atticam egressis. Ille ipse quid senserit, doctissimus eius interpres Skrzeczka in *Observatt. in Apoll. de Pron.* p. 20 non praecise determinat: „*Num Atticae,* inquit, *formae νώ et σφώ primariae, νῶι autem et σφῶι ex iis factae sint, Apollonio non satis constat, sed inclinare videtur* (112 *B*) *animus eius, ut monosyllaba e longiore forma per apocopen facta esse existimet' etc.*" Quid omnium verissimum sit, hoc minus decernere audeam, quo maior est horum prono-

minum in omnibus numeris inaequalitas. Vere quidem ille p. 110 *νῶι καὶ σφῶι οὐκ ἀκόλουθοι, καθὸ οὐδὲν δυϊκὸν εἰς ῑ λήγει*, nec tamen dici poterit, unde natum sit; ab iota demonstrativo, quo Goettlingius de Acc. 366 animum referebat, non solum mensura differt, sed, quod gravius est, significatione [v. supra p. 48].

Buttmannus § 72 adn. 5 ita statuebat, disyllaba primitiva in *νῷ*, *σφῷ* contracta, hinc autem *νώ*, *σφώ* orta esse sono attenuato, et pro exemplo utriusque corruptionis affert adverbium *πρωί πρώ*, quod Platoni impertit in Critone 43. A, idque a Timaeo et grammaticis commendari ait *discrepantibus tamen in accentu, acuto an inflexo.* At vero grammatici, quum de hoc adverbio ex professo disputant, contrarium affirmant, *πρωί* a praepositione *πρό* ortum esse *κατ' ἐπέκτασιν (ἔκτασιν) τῆς ō καὶ μετὰ τοῦ ῑ* EM. 692. 4, *τοῦ πρωί συναίρεσίς ἐστι τὸ πρῴ, διὸ ὀξύνεται* Suid., omnibusque dissertior schol. Ar. Avv. 132 *πρῴ τὸ ἀττικὸν ὀξύνεται καὶ τὸ ῑ ἔχει ἀπὸ τοῦ πρωί γενόμενον ὡς ἀπὸ βαρείας καὶ ὀξείας ὡς τὸ ἑσταώς ἑστώς*, quibus quod antecedit *τὸ δὲ πρῷ περισπᾶται*, rectius apud Suidan scriptum est *τὸ δὲ πρῷν*, v. Meinek. ad Choliamb. 165. Hinc intelligitur, *πρώ* et *πρῶ* librariis tribuenda esse iota ineffabile adscribere fastidientibus. Ectasis illa praepositionis apparet etiam in compositis *πρωπέρυσι* et *πρωτέλειος*, solusque accentus ordinem egreditur; nam quum cetera adverbia bisyllaba in ῑ, *ἶφι νόσφι* etc. graventur omnia, *σεσημείωται τὸ πρωί ὀξυνόμενον* Theognost. 159. 26, quare EM. 607. 21 *ἀναλογώτερον τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ πρῶι*, quod minus liquido affirmat Apollonius 573 *καί τινες ἀνέγνωσαν τὸ πρωί ἐν βαρείᾳ τάσει* i. e. *πρῶι*, idque Bekkerus vulgato *πρωί* substituit [v. p. 47 et 229]. — Quod quidam opinati sunt, eundem poetam *ἀχνύμενοί περ ἑταίρου* Il. XV 651 dixisse pro *περί* ablata per syncopen (apocopen) vocali ut *πὰρ Ζηνί*, mentione vix dignum videtur; memorabilis vero praepositionis corruptio in synthetis, quae allata sunt in Elemm. I 290 [1]).

---

1) Addi poterant, quae nonnulli Aeschylo assignant: *ἀπέρωπος*, v. Parall. 258, et *περεβάλοντο* Agam. 1106. *Περιστίαρχος* plene scriptum

Trium, quae restant vocalium nulla in apocopae speciem incurrit; ἀπ πατέρων Aeolicum est. Ptolemaeo ἐξ ἁλός Od. XI 134 pro ἔξω ἁλός accipienti, ἵν' ᾖ ἔκθλιψις τοῦ ω̄, breviter responsum est: οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι.

Caput II.

De apocope consonantium.

§ 1. De tribus consonis finalibus, quae iisdem vocabulis modo adsunt, modo desunt, persaepe dubitatur, nativaene sint, an extrinsecus applicatae. Cuius generis multa superiori sermoni intexta sunt: τοσοῦτο τοσοῦτον, πάλι πάλιν, ἄφνω, οὕτω etc.; alia ad apocopen transtuli, partim ex arbitrio veterum, partim ne idem locus exemplorum specie similium multitudine nimis oneraretur. Quod Choeroboscus dicit Can. 561. 19 et 602. 20 τὸ ᾱ ἀποβλητικόν ἐστι τοῦ ν̄: ἦν (ὑπῆρχον) ἔα, Ξέρξεα, ᾔδεα, mox accuratius declarat, η̄ ex Ionico εα contractum, hoc autem ex ην dissolutum esse ut πεπότηνται πεποτήαται EM. — Vocativos ὦ Ἄτλα, ὦ Πουλυδάμα Buttmannus gramm. § 45 adn. 1, Matth. § 74. 3 b, Mehlh. § 161 ad tertiam declinationem referunt, quasi ν̄ detritum sit[1]). Neque aliter iudicat Priscianus VI 10. 253 (702 P.) *Homerus Πουλυδάμα dixit ἀντὶ τοῦ Πουλυδάμαν* (hoc accentu) *et Menander* (Fragm. Com. T. IV 100) παῖ Δρία (scr. Δρύα). Haec tamen ipsa non eodem loco habenda videntur. Etenim Choeroboscus tradit nominum simplicium non quintum demum casum a poetis ad declinationem isosyllabam traduci, sed, si metrum poscat, secundum quoque et tertium: τοῦ Βία, τοῦ Θόα, τὸν Θόαν, τὸν Αἴαν[2]) Can. 95. Sed Zenodotus quum in Il. I 86 nullo metri emolumento in fine hexametri pro Κάλχαν supponeret Κάλχα,

---

bis exhibet cod. Par. in Demosth. Phil. I 140. 10. [περιών v. *Addend. et supra p.* 61.]

1) Illud Ἄτλα apud Graecos scriptores legisse mihi non videor.

2) EM. 271. 5 Δίας καὶ Θείας διὰ τοῦ ντ κλίνονται, τὸ δὲ Θεῖας καὶ Δῖιας ἰσοσυλλάβως. Bisyllaba illa dupliciter declinata esse facile credimus; trisyllaborum fides nulla. Cum vulgato Κάλχαν Aristonicus XIII 222 minus apte confert ὦ Θόαν, οὔτις ἀνήρ.

reprehensus est non immerito, ὅτι ἀναλόγως ταῦτα ἐκφέρει ὁ ποιητής: Κάλχαν, Αἶαν schol. XIII 68. De initio versus Αἶαν Ἰδομενεῦ τε XXIII 493 quid ille statuerit, nescimus; si constare sibi voluit, Αἶα scripserit necesse est, ut Hoffmannus Quaest. Hom. I 101, producta vocali ultima. Et sic Latini quoque poetae faciunt: *o Calchā, o Atlā, o Pallā*; sed iidem vulgo utuntur trisyllabis. Quare haec in heteroclitorum numerum aggreganda sunt. Hinc differunt syntheta illa, quorum unus vocandi casus interdum ad primam translabitur et id non aequa technicorum assensione, ut Didymus refert ad XII 231 Πουλυδάμα αἱ Ἀριστάρχου χωρὶς τοῦ ν παρὰ τὴν ἀναλογίαν· Ζηνόδοτος δὲ καὶ Χαμαιλέων σὺν τῷ ν Πουλυδάμαν. Hanc enim literam poscit analogia superiorum casuum, qui constantur per ντ declinantur, non solum huius nominis, sed similium omnium: Ἀστυδάμας, Θειοδάμας, Εὐρυδάμας, Ἱπποδάμας, Λεωδάμας, Χερσιδάμας, eandemque requirit schol. A ad XVIII 285 Πουλυδάμα ἔδει Πουλυδάμαν· τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ Λαοδάμα παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, et aperte prae se fert vocativus ὦ Εὐρυδάμαν, quem Choeroboscus p. 105. 35 ex Alcaeo (Fragm. p. 595 ed. I Bergk., p. 731 ed. II) protulit, sed offendit accentus; nam alpha huius terminationis natura breve est, sed producitur in prima positione ad supplendum defectum consonae ny a sigma finali expulsae; quae si in declinatu restituitur, nulla causa est, quin vocalis ad nativam brevitatem redeat, ut in appellativis ἀνδριάντος, ἱμάντος. Hoc autem facto consentaneum est, syllabam ab extrema tertiam accentum ad se recipere (Πουλύδαμαν), sicut a nominativis paroxytonis Ἀλκιμέδων, ποντομέδων fiunt vocativi proparoxytoni. Πουλυδάμα, quod Aristarchus brachycatalecto fortasse propterea praetulit, quia aures magis complet, et quae grammatici addunt, Ἀλκιδάμα Choerob. 105. 24; Ἀκάμα Eust. 902. 7, primo ordini adscribi oportet sicut ante allata Αἶα, Κάλχα; sed quia in uno tantum casu reperiuntur, metaplasmi nomine distingui convenit; quo recepto suspicio apocopae removetur [cf. p. 194].

Dativos trium pronominum plurales Apollonius Pron. 125 et Adv. 574 consonam a natura acceptam habere dicit praeter Aeolica ἄμμι et ὔμμι, quibus si adhaereat, pro afficticia

habendam esse, *σφί* autem et *σφίσι* non poni nisi *δι' εὐφωνίαν*, hoc est, ubi versus brevem poscat syllabam. Sed quae proprie dicitur euphonia, ab Aristarcho quaesita est, si is, ut Spitznero videtur, in Il. XIII 713 *οὐ γάρ σφι σταδίῃ* propterea scripsit, ut trium consonantium concursum effugeret. Eaedem tamen concurrunt in dictione ter repetita *ἐν σταδίῃ*, illeque sic potius sibi persuasisse videtur, *σφίν* non poni nisi hiatus vitandi causa aut ad producendam syllabam, *σφί* vero in arsi positum satis produci sequentibus duabus consonis; qua de causa nunc scribitur *Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης* IX 236 et *ἀλλά σφι προ πάροιθε* XI 734 [Bekk. *σφιν*], sed alias in thesi *ὥς σφιν πρῶτον* Il. XXIV 27. — Quod Apollonius de duali tertiae personae dicit, *ἡ σφῶιν οὐδέποτε ἀποβάλλει τὸ ν̄* Pron. 114 C, valet de omnibus; dativum *νῶι*, quem Zenodotus Il. VIII 139 inferre conatus est, Lucianus Soloecistae suo donat in Pseudos. § 6. 602 T. III, Theocrito XXII 165 exemit Schaeferi correctio; restat vero Orph. Lith. 767 *νῶι δὲ — ἰοῦσιν*.

Reliquarum vocalium duabus consona mobilis tribuitur: *Τῆς ἄλλος ἀντωνυμίας τὸ οὐδέτερον ὤφειλεν εἶναι ἄλλον ὡς τὸ ἀγαθὸν μετὰ τοῦ ν̄ ἀναλόγως· ὅμως πέπονθεν αὐτοῦ ἔνδειαν ὡς καὶ τὸ τοιοῦτο καὶ τοσοῦτο, ἀλλ' ἐπαναλαμβάνει αὐτὸ καθ' Ἡρωδιανὸν εἰπεῖν ἐν τῷ ἀλλοπρόσαλλον*, et iisdem cibariis pastus Epim. I 70. 20 *τοῦ ἄλλος τὸ οὐδέτερον εἶναι ὤφειλεν ἄλλον μετὰ τοῦ ν̄, ἀλλ' ὃ ὤφειλεν ἔχειν ἐν τῇ ἁπλότητι, ἀνέλαβεν ἐν τῇ συνθέσει, ἔξαλλον, πρόσαλλον*, quod ipsum non legitur, sed *ἀπρόσαλλον* et *ἔξαλλον* apud recentiores. Choeroboscus eundem locum tractans Can. 362. 30 addit *ἄνταλλον* et *πάραλλον*.

Vocabulorum, quae ō longum in ultima habent, unum genus huc arcessitur, illud dico, cuius casus obliqui Attice contrahuntur; primum substantiva: *ἡ εἰκὼν ἀποβολῇ τοῦ ν̄ γίνεται εἰκὼ καὶ οὐ φυλάττει τὴν αὐτὴν κλίσιν* EM. 674. 31. Hoc vero satis causae est, cur metaschematistis potius asseratur, cuius generis multa congregavi in Rhemat. 324, simulque monui, et hoc et nonnulla alia a grammaticis relata, *ἡ ἀηδώ, βληχώ*[3]) praeter obliquos casus

3) Omisi nomen matris Amazonum *ἡ Ἀμαζώ* Eust. ad Dion. 828, id enim paronymon est.

non reperiri. — Cum his Buttmannus § 56 adn. 11 not. contendit Zenodoteam scripturam trium comparativorum, quae sexies affertur, ἀμείνω Il. VII 114, γλυκίω I 249, κρείσσω I 80, III 71 et 92, XVI 688; de quatuor eiusdem generis ἀρείων, κακίων, χείρων, ἥσσων nihil adnotatum est; postremo horum XVI 722 si ν deesset, hiatus existeret. Qui in loco controverso X 252 παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων scripserunt πλέω, id non pro comparativo amputato habuisse videntur, sed aut pro neutro pluralis numeri τὰ πλείονα, aut pro feminino adiectivi πλέος, ut in schol. Vict. dicitur πλέω κατὰ τροπὴν τοῦ η εἰς ω[4]), quod sequitur Aristonicus IX 71 πλεῖαι ἀντὶ τοῦ πλήρεις πρὸς τὸ „παρῴχηκεν δὲ πλέω νύξ“ ἀντὶ τοῦ πλήρης. Hoc repudiato insolentior aliquis dativum πλέῳ substitui iussit: τουτέστι τῷ πλείονι καὶ μείζονι μέρει· cuius figurae dativum nusquam vidimus. Similis videri potest ille, quem EM. 82. 42 producit, sed ab alio nominativo repetit: ἀμείνω χωρὶς τοῦ ν καὶ ι αἰτιατικὴ γένους θηλυκοῦ· ἔστι γὰρ ἀμείνονα καὶ ἀμείνοα καὶ κατὰ κρᾶσιν ἀμείνω ὡς ἐλάσσω. Τὸ δὲ ἀμείνῳ μετὰ τοῦ ι ἐστὶ δοτικὴ ἀπὸ τῆς ἡ ἀμείνως τῆς ἀμείνω. Si ἀμείνως sincere scriptum est, fuit qui hoc adiectivum Attice conformaret ut πλέως πλέῳ, sed fide abhorret. Quare coniecturam feci, illum sic scripsisse: ἀπὸ τῆς Ἀμεινὼ (εὐθείας) τῆς Ἀμεινῶς, τῇ Ἀμεινῷ secundum Choerobosci canonem p. 332. 18 ἡ Σαπφώ, τῆς Σαπφῶς, τῇ Σαπφῷ. Illud mulieris nomen cognovimus ex Anth. VI 356. Comparativos, quos Zenodotus Homero infersit, Buttmannus suspicatur in quibusdam dialectis proprium habuisse domicilium; et hinc fortasse librariis advolarunt scripturae vitia, quae in aliorum scriptorum libris aliquoties deprehenduntur, primum in Demosth. Symmor. 166. 27 (185. R.) πλείω ἔσται γέλως, quod unus melioris notae codex praebet pro πλείων, tum in Aristaeneti I 7. 33 ἄγρα βελτίω et I 11. 54 κόμη καλλίω, quae Mercerus olim tanquam indeclinabilia defendit, posteriores correxerunt, neque erit qui secus factum velit. Sed minus iusta est repudiatio casuum pluralium neutrius generis, si

---

4) Spitznerus πλέων corrigit, quod sententiae alienum.

adiunguntur nominibus masculinis vel femininis: *οἱ ἀπὸ ποταμῶν ἄνεμοι ὑγρότεροι τούτων καὶ τοῦ χειμῶνος κακίω, θέρους δὲ βελτίω* Galen. de Humor. III 13. 401 T. XVI, et sic saepius *πλείω* pro *πλέονες* et *πλέονας* ut Lucian. Asin. § 10 *μὴ πληγὰς ἔτι πλείω λάβῃς*. Plura huius modi collegit Dindorfius ad Diod. I 92, sed corrigenda putat. Equidem scriptoribus minus limatis, quorum est Galenus, talia facile concesserim. Quae vero ex Platone et Xenophonte afferuntur huius confusionis exempla, aut mendosa videntur aut ad aliud genus pertinent, quale hoc est Plat. Menex. 235 B *παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς* et Xenoph. Hell. II 1. 16 *τρεῖς μῆνας ἢ πλείω*, quod Dindorfius in *πλεῖον* mutat, sed Sauppius docte demonstrat, *πλείω* hoc loco et aliis, quos viri eruditi a Bachmanno ad Lycophr. 774 et Matthiae gramm. § 437 adn. 2 b appellati huc immiscent, pro *πλέονα* sive *πλέον* positum esse intellectu adverbiali, ut Latine dicitur *plus trecenti equites**). — Sed haec disputatio excurrit longius quam propositum erat. Neque iam devertam ad imperativos Doricos *ὄντω*, *ἐχόντω*, Latinosque *legunto*, *amanto*, qui si ex communibus aestimantur, detruncatos assimulant, sed plerisque nativi videntur.

§ 2. Duorum nominum affinium *λίπα* et *ἄλειφα* originem Herodianus ita explicuit, ut illud ex *λίπας* corruptum diceret, huius autem duplicem redderet causam: *ἐκ τοῦ ἀλείφω ἄλειφαρ ἢ ἄλειφας καὶ ὑποστολῇ τοῦ ῥ ἢ τοῦ σ* etc.' Verba ipsa apposui in Rhemat. 313 — 316. — Sigma mobile habent adverbia quaedam, quae Choeroboscus affert

*) *Vario adnotamentorum genere mixta haec sunt in mscto.*: „'*Ημέρας πλείω ἢ τρεῖς* adverbialiter sic ut *ἐλάττω* Stallb. Plat. Menex 235 B. *οὐκ, ἔστ' ἄλεξις, οὔ, χρόνῳ πλέω* Agam. 1258 Herm. emend. *χρόνον*. *Τὸ ἀγήρω* not. ad Thuc. II 44. 3. *ἀγγεῖον περιπλέω* Plut. v. Alex 85 p. 158 T VI. Reisk. *περιπλέων*. *Ἀγήρω ὄνομα* Himer. Declam. II 442. *τὸ ἀξίχρεων* etc. EM. 116. *μούνυχον δίκερων οὐθέν* Antig. Car. LXXII Xyl. *δίκερω*. *Ὅπῃ οἴει βέλτιον σκέψασθαι, ταύτῃ σκόπει* Plat. Charmid. 158 E Stallb. cum Heind. et Bekk. pro *βελτίω*. *Ἡ οὐσία πλείω ταύτης ἐστίν* Isae. de Hagn. 294 R., 137. 44 Bekk. et Schoem. nil mutant, hic citat Bernhard. p. 335, qui aliena miscet. *Πλείω* Thes. VI 1429. [*Alia quaedam omisi ne lectores aut irrito quaerendi labore fatigarent, aut vana fiducia deciperent.*] *Μείζω* fortasse ut *εἰκώ*, quod Thes. nullum esse dicit, v. Rhem. 324."

Can. 853. 8 τὰ ἀποβαλόντα τὸ σ ὅταν φυλάξωσι τὸ αὐτὸ σημαινόμενον, τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττουσιν οἷον πολλάκι, μέχρι, εἰ μὴ ὁ χαρακτὴρ κωλύσῃ διὰ τὸ χωρίς χῶρι. Πρόσκειται „ἐὰν φυλάξωσι τὸ αὐτὸ σημαινόμενον" διὰ τὸ ἄντικρυς ἀντικρύ. De μέχρι in Diss. VII pag. 210 dictum est. Adverbiorum derivativorum pars maxima constat e numeralibus, quae poetae inde a principe Homero dupliciter terminant, scriptores vero uno modo, non Attici solum, sed etiam extranei, et id tam fixum et perpetuum est, ut aliter scripta nonnihil suspicionis moveant, ut δεκάκι Artemid. II 70. 252 bis repetitum, cui repugnant proxima p. 255 τετράκις, ἑξάκις, ἑπτάκις, ὀκτάκις, et τετράκι Appian. Civ. 1 74 p. 104, pro quo edd. nonnullae antiquiores τετράκις praebent. Hanc autem veram esse horum adverbiorum speciem docet Apollonius 614. 9 τὰ κατ' ἀποβολὴν τοῦ σ βαρύνεται: πολλάκι, ἑπτάκι, τοντάκι. — Eorum, quae ypsilon in catalexi habent, unum a communi usu remotum est, μεσηγύ et μεσηγύς, quibus praeter poetas Hippocrates quoque et Aretaeus utuntur [v. supra p. 163]. Si vero natura adiectivum est duorum generum, affectione caret, id quod nonnulli etiam de εὐθύς et εὐθύ suspicati sunt, eademque tollitur significationis discrimine quamvis tenui et saepe non observato [Parall. 120 et n. 48]. Ad haec accedit accentus differentia in altero dicatalectorum: ἄντικρυς ἀποβολῇ τοῦ σ ἀπέβαλε καὶ τὸν τόνον Epim. I 174. 30 et Apollon. Adv. 614. 7. Si vero ex ἀντικάρα, ut in EM. dicitur, contractum est, sigma extrinsecus accessit, accentu characteris causa, ut grammatici dicunt, ad ultimam translato. Homerus tamen illud nunquam addit excluso barytono; posteriores utroque utuntur, sed plerique distincte [1]). Eiusdem vicissitudinis exempla ἀτρέμα

1) De utroque adverbio quae disserui ad Phryn. [444], copiosius exsequutus est Poppo ad Thuc. II 4. 5. Εὐθύ temporale L. Dindorfius in Thes. Vol. III 1291 neque Aristoteli concedit neque Theophrasto; utrique reliquerunt Bekkerus in Probl. XXVI 12 p. 941. 9 et Wimmerus Hist. Plant. I 13, III 4. 2 et nonnunquam eodem loco utrumque: καρπὸν εὐθὺ ἐκφέρει II 6. 6, sed paulo post καρποφοροῦσιν εὐθύς. Pro κατ' εὐθύς, quod ad Phryn. 145 ex Apollon. Lex. citavi, nunc recte scribitur κατ' εὐθύ et hoc rectius quam hyphen κατευθύ, v. Bornemann, ad Xen.

ἀτρέμας, ἔμπα ἔμπας, χῶρι χωρίς in Diss. VII p. 205 (212) exposita sunt. — Vocativi *ὦ Ἑρμόγενε* etc. metaplastis adnumerantur, v. Parall. 182, add. Ahrens. Dor. 511. — Schol. Eur. Hipp. 1062 *τὸ εἶμι τὸ πορεύομαι καὶ τὸ εἰμί τὸ ὑπάρχω ἐν τῇ συνηθείᾳ κατὰ τὸ δεύτερον πρόσωπον ἀποβολὴν πάσχουσι τοῦ σ παραλόγως· φασὶ γὰρ ποῖ ἄπει καὶ ποῦ εἶ*, et Choeroboscus Can. 854. 23 *ὁ Χάραξ λέγει, ὅτι κατὰ πάθος γέγονε τὸ εἶ τοῦ εἷς ὀξυνομένου, ἐπειδὴ εἰς χαρακτῆρα ἐνέπεσεν ἀπαιτοῦντα τὴν περισπωμένην τάσιν*, sed eodem loco affert Apollonii sententiam, a medio *ἔομαι* declinatam esse personam secundam *ἔῃ ὥσπερ βούλῃ, ἀττικῶς δὲ ἔει καὶ λοιπὸν κατὰ κρᾶσιν εἶ*, quod repetit EM. 300. 43. Buttmannus vero § 108 adn. 15 pronior ad apobolen. — Relinquitur vocalium ultima, cui sigma subtractum esse comperit idem Choeroboscus p. 360. 16 *τὸ αἰδώς Φιλίππας (Φιλητᾶς) χωρὶς τοῦ σ προηνέγκατο κατὰ τὸ „Ἀγαθὴ δ' ἐπὶ ἤθεσιν αἰδώ."* Hoc qui finxit, sequutus est analogiam nominum in usu positorum *λεχώ, πειθώ, ἠχώ*, quorum universam copiam ad intuendum proposui in Rhem. 317 sqq. Ab hac duo tantum desciscunt *αἰδώς* et *ἠώς*. — Homericum *ἄνεω* adverbium esse ab *ἄναυος* vel *ἄνεος* derivatum quum alii crediderunt, tum etiam Apollonius, nec tamen dissimulat contra analogiam peccare: *ἐπεὶ ἀντίκειται τὸ μὴ εἰς ω περατοῦσθαι τὰ ἀπὸ τριγενῶν ὀνομάτων, ἀπὸ δὲ μονογενῶν· οὐ γὰρ δή γε τῷ φίλος παράκειται ἐπίῤῥημα εἰς ω, εἰς δὲ ως, τῷ μέντοι τόνος μονογενεῖ ὄντι παράκειται τὸ τόνῳ (κύκλος κύκλῳ)* Adv. 555. 28 et 618. 28. — De *ἄφνω* et *ἄφνως* actum est in Diss. VII p. 163.

Consonarum duplicium secundam tribus vocabulis eximi, quae alpha vel *αι* in exitu habeant, plus semel accipimus. Choeroboscus Can. 367. 10 ex dativo *γάλαξι* concludit, nominativum *γάλαξ* dicendum fuisse, *ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ξ οὐκ ἔστι τελικὸν τῶν οὐδετέρων, τούτου χάριν ἀπεβλήθη*, restitui autem iis, quae sint duorum generum, *ἀρτιγάλαξ, νεογάλαξ*. Eandem abjectionis causam reddit Apollonius 549. 14 cum-

---

Symp. 161, sunt enim duae partes; una vero *κατιθύς* Quint. VII 136. — Hermann. ad Orph. Arg. 1041. [*Pathol. I* 616 *sq.*]

que illo nomine paullo ante componit vocativos ἄνα et γύναι adverbiumque ὑπόδρα, quod Herodianus quoque ἐκ τοῦ ὑποδράξ natum esse statuit, v. Dissert. VII p. 222. De γάλαξ dictum est in Parall. 95, de γύναιξ p. 278 [2]). Adverbium ὑπόδρα ad δράω retuli, ὑποδράξ ad δέρκομαι in Rhem. 63.

Caput III.

De apocope complurium literarum, quae vel syllabam conficiunt vel partem eius.

§ 1. Hic mihi ex intervallo regustanda est materies in Paralipomenon dissertatione secunda studiose tractata. Nam quae veteres nobis subiiciunt apocopae syllabicae exempla, pleraque monosyllaba sunt, de quibus illa inscripta est. Ad eam igitur, ne tractata retractem, lectores subinde delegabo; quae vero nunc instat, alio ordine procedet et ad alium finem dirigetur. Aristoteles igitur eo loco, quo vocabulorum mutationes attingit, aphaeresis, quam vocat, tria expromit exempla: δῶ, κρῖ et ὄψ. Horum primum nullo modo pro incorrupto haberi potest, non solum propter terminationem ω̄, quam generis neutrius nomina in totum respuunt *), sed multo magis quia secundum leges, quas Graeci in derivando sequuntur, neque a δέμω, quo nihil propinquius est, neque ab alio quo themate repeti potest. Hic igitur locus ad tergiversandum nullus est. Causam autem corruptionis vel nominis ubique oculis animoque occurentis crebritas vel quaedam commoditas metrica attulit; nam δῶ nusquam legitur nisi in clausula versus ac plerumque post epitheton: ἐμὸν δῶ, ἡμέτερον δῶ, quos fines egressus Hesiodus χρύσεα δῶ usurpavit. Post hunc vox prodigiosa exolevit **). — De altero res minime explorata est. Argumentum levissimum affert

2) Hic error mihi subrepsit; pro: γύναιξ, *quod nuper innotuit Choerobosci testimonio* scrib.: *quod uno inn. Hesychii test.* Choeroboscus Can. 306. 32 γύναιξ propterea dici negat, quia in αιξ quae exeant nomina aut unius sint masculini generis aut neutrius.

*) „δῶ ἄκλιτον, quia nullum neutrum in ω Epim. I 106. 23.“ *adn.*

**) „ἡμέτερον δῶ Parmenid. 25“. *alibi adn.*

Epim. I 245 *τὸ κρῖ πέπονθεν ὡς τὸ δῶ· πᾶν γὰρ ὄνομα οὐδέτερον μὴ ὄνομα στοιχείου εἰς φωνῆεν λῆγον συνεσταλμένον αὐτὸ ἔχει·* quo nihil efficitur, quia monosyllaba huius mensurae nulla sunt praeter *τί*, unde regula duci non potest. Et praegravat auctor Aristotele in eiusmodi causa non tenuior Aristarchus. Is enim *κρῖ* idem quidem ac *κριθή* significare affirmavit, *εἰρῆσθαι δὲ οὐ κατ' ἀποκοπήν, ἀλλὰ μετεσχηματίσθαι τὸ θηλυκὸν εἰς οὐδέτερον*, v. Parall. 115. Apion vero ne synonyma quidem esse concessit, sed *κρῖ* speciem quandam (*γένος τι*) hordei appellari; quod nisi ab Homero ipso didicit, quum animam eius ab inferis evocasset, mirum est unde acceperit; nam *κρῖ* illud vix alibi legit. Quibusnam argumentis Aristarchus adversus Aristotelem usus sit, incompertum habemus; nonnullos offendit differentia generis, quare aliud substituerunt etymon: *ὅτι τὸ κρῖ ἀπὸ τοῦ κρίμνον ἀποκέκοπται, οὐ μὴν ἀπὸ τῆς κριθῆς, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί* Eust. 1218. 29, schol. Il. V 196; sed hoc quoque effugium praecluditur eo quod Favorinus in Ecl. 278 refert antiquiores sequutus: *τὸ κρῖ εἴτε ἀπὸ τοῦ κριθή γέγονεν, εἴτε ἀπὸ τοῦ κρίμνον, δοκεῖ παραλόγως εἶναι· εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ κριθή, οὐκ ὤφειλεν εἶναι τὸ κρῖ οὐδέτερον, αἱ γὰρ* *) *ἀποκοπαὶ τὸ αὐτὸ γένος φυλάττουσιν οἷον τὸ δῶ, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω.* Altera pars eclogae excidit; cur enim *κρίμνον* quoque admitti nequeat, non addocemur; Aristarchus fortasse usus est argumento solito: *τὸ κρίμνον οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής.* Aliud sumi poterat a diversitate prolationis, de qua idem Favorinus in proximis loquitur: *τὸ κρῖ ἐκτείνει τὸ ῑ, ἐπεὶ πᾶν οὐδέτερον μονοσύλλαβον μονογενὲς μακροκαταληκτεῖ,* nec est qui dissentiat [1]). De neutro illo nihil singil-

---

1) Arcadius in libro decimo nono, qui de tono adverbiorum inscriptus est, p. 182 circumflecti dicit monosyllaba, quae ancipitem habeant productam: *ᾱ, νῦν, κρῖ, ὁπότε ἐκτείνεται, ὁπότε δὲ συστέλλεται, ὀξύνεται.* Substantivum *κρῖ* ab hoc loco alienissimum est, sed significatur fortasse vox facticia *κρι*, unde verbum *κρίζω, κρίκε* repetunt, vel potius in *βρῦ* mutanda ex Choerob. in Psalm. 95. 10 *πᾶν ἐπίῤῥημα μονοσύλλαβον δίχρονον ἐκτείνει αὐτὸ καὶ περισπᾶται οἷον νῦν, γρῦ, βρῦ· τὸ δὲ ῥά συστέλλεται.*

*) *Reliqua huius paragr. pars deest in msc., sed integra videtur extare in progr. XVIII Jan. a. 1856 p. 6—8.*

latim praecipitur, neque extat aliud huius generis nomen bisyllabum in easdem literas exiens;. sed masculina et feminina, quae ancipitem ante catalexin $\overline{\nu o \varsigma}$ habent μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου, penultimam brevem habere et accentus ostendit: ῥάμνος, πρύμνος, ὕμνος, πρύμνα, et consentiunt grammatici, v Herod. de Dichr. 361 Lehrs., neque aliter pronunciantur verba κάμνω, μίμνω. Itaque pro κρῖμνον, quod bis terve sic scriptum reperitur, ubique restitui oportet paroxytonon, cuius exempla plurima exstant. Haec autem prosodiae discrepantia obstat, quominus κρῖ a κρίμνον ortum existimetur. Ad κριθή ne revolvamur, interponit se Epim. I 255 argumento spinoso: κρῖ ἡ κριθή. οὐ κατὰ ἀποκοπήν, ἐπεὶ οὐ περιεσπᾶτο (ἄν), ἀλλὰ κατὰ διώνυμον ὥςπερ ἦμαρ καὶ ἡμέρα. Hic cum verbis ἐπεὶ οὐ — nescio quid aliud comprehendi possit quam contrarium ἀλλὰ περισπᾶται, διὸ οὐκ ἀποκοπή ἐστι. Quod igitur vulgo edicitur, substantiva generis neutrius monosyllaba eademque macrocatalecta circumflecti, id ille vocabulis nativis et integris adstrinxisse, imminuta autem, quae ab oxytonis orta essent, accentu itidem acuto signasse videtur. Haec si ejus fuit opinio, eam confirmaré potuit exemplo adiectivi λισσή, λίς, contrarium autem βρῖ aut non circumflexit aut non accisum, sed plenum illibatumque esse statuit. Verum huic distinctioni repugnat Arcadii canon: πᾶν μονοσύλλαβον οὐδέτερον (μονογενὲς) εἴτε ἀπαθὲς εἴη, εἴτε πεπονθός, περισπᾶται, cui succinit Choeroboscus Orthogr. 226. 28. Haec igitur pro eorum sententia dici possunt, qui κρῖ, quo Homerus in utroque carmine sexies utitur, primitivum, κριθή autem, quo tribus in locis et pluraliter tantum, derivatum putant. Vulgatae vero opinionis auctores hoc rationis habuisse videntur, quod substantivorum in vocalem exeuntium nullum invenissent unius syllabae; quare principatum dederunt ei voci, quae in usu praevaluisset et certe aliquas sui similes haberet: Ἴθη ἡ εὐφροσύνη, Πεύθη ἡ πεῦσις, Ὄθη ἡ φροντίς, quae Hesychius asservavit, et notiora μέθη, ποθή, πάθη, σάθη, σπάθη [2]). Causam cor-

2) Justo parcior Theognostus Can. 109. 17 duo tantum affert: Σίθη βαρύτονον καὶ κριθή ὀξύτονον, quod Arcadius 106. 4 solum esse dicit macroparalectum acuto sono finitum.

ruptionis repetere potuerunt ab imperio vulgi vocabula rerum in assiduo usu positarum, cuiusmodi est *κριθή*, violenter abrumpentis et maxime ea quae res viliores significant. — Hoc in numero duco quod Photius affert *Ψό ἀπόκομμα λεξειδίου· ψόθον*, et *Κνῦ τὸ ἐλάχιστον, Κνυθόν σμικρόν* Hes., v. Rhem. 287, hisque simile *γρῦ* fortasse non id quod vulgo sumitur, sed proprie *γρύτην*, hoc est scruta et minutias significat. *Βρῦ τὸ ὑποκόρισμα, ὅ ἐστι τοῖς παιδίοις σύμβολον τοῦ πιεῖν* Phryn. App. 31 non longe dissidet a genere potulenti, quod *βρῦτον* vocant. Hi sunt quasi ineffigiati foetus, quos consuetudo significantiae gratia sibi reservavit integros. — Eodem vergunt illa prima vocis humanae conamina *πᾶ* et *μᾶ* id est *πάπας, μάμμη*. [Vol. I 172 sq.] — Alia iam adulta omnibusque partibus expressa mutilavit affectus loquentium vocabula raptim praecipitans ut *παῦ*, de quo p. 275, et vocativus, quem Graecia deflorescens peperit: *ὦ κῦρ*, v. Parall. 77. Id genus barbarismi contubernia militaria personuisse apparet ex Palladae Epigr. XCII, in quo aliquem de *gente hircosa centurionum* sic loquentem inducit: *τὰν θῶ καὶ τὰς κνῆ τὰν ἀσπί τε καὶ κόρυ*³) *καὶ κρᾶ**). Hic autem Jacobsius Animadv. II 3 p. 247 lectoribus in memoriam revocat apocopae exempla a Strabone collecta, a quibus illa castrensis eloquentiae lumina tantum distant, quantum barbara ab affectis. Sed effectu paria sunt, nam utroque modo vocabula breviantur, atque hac similitudine illectus Plutarchus junior de Poes. Hom. II 9. 1075 T. V apocopas Homericas a breviloquentiae studio profectas dicit: *Δωριέων τῇ συνήθει τῆς βραχυλογίας ἐλλείψει κέχρηται* (*Ὅμηρος*) *τὸ δῶμα λέγων δῶ καὶ τὸ ὅτι ὅ καὶ τὸ ὀπίσω ἄψ καὶ τὸ ἄλλοτε ἄλλο*, quibus Eustathius 187. 28 *ῥά* et *κρῖ* addit. Hic ea Aeolicae tribuit dialecto apocopen cum syncope confundens, ille Doricae⁴), colligatis duobus, ut modo dixi brachy-

---

3) Sic scripsi pro *τάν τ' ἀσπίδα, καὶ δόρυ*, quo similiora essent continentibus.

4) Sic illi nasuti omnium fere affectiouum sedes et domicilia commonstrare gestiunt: *ἡ μὲν πρόσθεσις ἀττική ἐστιν, ἡ δὲ ἀφαίρεσις ἰω-*

*) „*Δόρ — δόρυ* Parall. 76." *adnot* [*ib.* 116].

logiae generibus, rhetorico et grammatico. Et huic subiecta sunt *δῶ* et *κρῖ*, specie quidem paria, sed non eiusdem licentiae; nam illud ratio respuit, hoc consuetudo. Utrinque distat tertium Empedocleum *ὄψ*, cui non integra syllaba decessit sed pars syllabae. Id vero ab analogia non longius recedit quam *λίψ*, *στύξ* et alia monosyllaba, quorum plerisque sermo maturescens substituit magis articulata, solaque raritas vocabuli et reliquorum casuum defectus Aristotelem induxisse videtur, ut ab usitato detortum putaret. [Parall. 113 sqq.]

§ 2. Penum ab Aristotele modice instructum multis partibus auxerunt grammatici, quorum copias incondite profusas disponam pro numero et ordine literarum, quas illi decidisse putant. Pro unius literae defectu affertur unum *γλήν*, quod Herodianus in Mon. 16. 14 auctor est ab Hermesianacte dictum esse in exitu versus heroici: *ἐφλέγετο γλήν*. Ille enim quum vocabula *μονήρη* ex professo tractaret, inter monosyllaba in *ην* exeuntia unum invenit a via depulsum idque in omnium usu positum et immutabile: *φρήν*; nam *μήν*, *χήν*, cetera aut masculini generis esse aut communia; hoc autem ab usitato *γλήνη* adeo nihil differre, ut ab eo profectum videri debeat. At enim, si naturae cursum attendimus, quae a brevioribus ad ampliora ascendere amat, *γλήν* dicendum est prius natum esse quam *γλήνη* et *γλῆνος*. Si vero novitatem auctoris reputamus, concedemus, fieri posse, quod Herodianus dicit. Nam quae paullo post de Phileta Hermesianactis praeceptore et Euphorione afferentur, ostentui sunt, semel excitata apocopae opinione, poetas literatos, quales multos tulit Alexandrina aetas, et in palaestra grammatica probe exercitatos idem sibi iuris arrogasse, quod prioribus concessum putarent, ut vocabulorum exitus intrepide depascerent. — Insigne huius licentiae specimen edidit is

---

νικὴ, προσχηματισμὸς ἀττικὸς, ἀποκοπὴ δὲ δωρική τε ὁμοῦ καὶ ἀττική etc. Draco p. 160 sq Probabilor est distinctio in Excc. Paris. Bastii p. 681 *ἀποκοπὴ ἀττικὴ μέν ἐστιν ἐν τῷ Ἀπόλλω καὶ Μίνω, ποιητικὴ δὲ ἐν τῷ ἱδρῶ καὶ τῷ δῶ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς.*

quem proxime nominavi Euphorio, singularium cupitor, qui quum versum ita clauderet: *δαιμόνιος ἧλ*, procul dubio imitatus est exempla antiquiorum *ἡμέτερον δῶ, ἀμφοτέρων ὄψ, ἐφλέγετο γλήν*, sed perverse et contra regulam a grammaticis fixam, *ὡς γὰρ ὁ Ἀπολλώνιός φησιν, οὐδέποτε ἀποκοπὴ εἰς ἀνεκφώνητον τέλος γίνεται* Choerob. Can. 773. 22. Ille igitur duas decerpsit literas $\overline{ος}$, quod grammatici, si antecedat una consonarum finalium, minime improbant [Parall. 70 et 116]. — Ita Apollonius ipse nomen *μάρτυρος* integrum esse dicit, *μάρτυρ* autem, cuius obliqui solum casus apud antiquos reperiuntur, duabus literis minus habere, Pron. p. 113. Sed de hoc Herodianus dissentit, usitatum *μάρτυς* primitivo loco ponens, huius autem consonam ultimam in rho mutatam esse more Aeolico, v. Parall. 217 *). — Neque magis assensus est iis, qui casibus pluralibus *Κέρκυρες. Ἴλλυρες* ex analogia affingerent nominativos *Κέρκυρ, Ἴλλυρ*, hisque easdem literas $\overline{ος}$ abrasas dicerent, sed contra disputavit in EM. 506. 20 *αἱ εὐθεῖαι οὐκ εἴρηνται, οὐδὲ πρόκειται ἡμῖν, εἰ ἄρα δύναται γενέσθαι, ἀλλὰ τί εἰρήκασιν Ἕλληνες; Οὐκ ἄρα ἔχεται ἀποκοπῆς, ἀλλὰ (πλάνη) κλίσεώς ἐστιν οὐ (ἢ) μεταπλασμός*, hoc est *Κέρκυρες* dictum esse pro *Κέρκυροι*, cuius singularem *Κέρκυρος* apud Alcmanem reperiri ait. Neque secus, puto, existimavit de alio nomine gentilicio, quod a Prisciano huc relatum est VII 4. 298 T. I *Iber Iberis per apocopen prolatum;* nam hoc genus universum in ore populi huc illuc trahitur. — Adiectivum eodem modo detruncatum profert Stephanus s. *Βέχειρ - χρυσοέθειρ παρ᾽ Ἀρχιλόχῳ ἀποκέκοπται ἐκ τοῦ χρυσοέθειρος.* Id in Parall. 210 potius cum *ἔθειρ* compositum esse statui confisus Suidae testimonio *ἔθειρ — ἡ αἰτιατικὴ ἔθειρα.* Sed hoc Bernhardy grammatici commentum esse iudicat, neque ego opponam idem in EM. 107. 37 coniuncte cum similibus *φθείρ, Βέχειρ* etc. proferri; nam Arcadius 20. 17, Choeroboscus 86. 18 et 345. 30 atque Theognostus 41. 25 in longo catalogo nominum huius figurae ab Herodiano, ut videtur, pertexto *ἔθειρ* praetermittunt, neque addunt exceptionem solemnem: *τὸ δὲ ἔθειρ*

*) *Adn.:* „*μάρτῡρ* Arcad. [193] ut *ἀλάστορος, ἐκδέκτορος.*"

πέπονθεν. Sed si hoc propter tenuitatem testium ad explicandum *χρυσοέθειρος* uti veremur, tamen commodius quam apocope suffugium praebet metaschematismus, ad quem poeta Parius recordatione nominum cum *χείρ* compositorum traductus videtur. — Contraria ratio convenit duobus adiectivis, quae ipsa specie priscam sermonis aetatem referunt, *πῖαρ* *) et *πέλωρ*, uni utrumque generi, numero et casui adstrictum; sed defectum explent paragogae *πιαρός* et *πέλωρος*, quanquam ne haec quidem in communem usum pervenerunt, eaque fortasse causa fuit, cur illa apocopae suspicionem effugerint [v. cap. VII adn. III]. — Eadem societate coniuncta sunt *φῆρ* *far* et *φῆρος*, v. Rhem. 304 adn. [Parall. 74], *μάρμαρ*, quod Hesychius *στερεόν* interpretatur, et *μάρμαρον*, v. Parall. 205 [1]), atque aliter terminata appellativa et propria, quorum magnam vim coacervavi in eodem libro p. 138 et 148; unum *Ἠδῶνες* et *Ἠδωνοί* Herodianus recte metaplastis adnumerat, alterum *Γηρυών* et *Γηρυόνης* minus recte apocopae tribuit. Neque auscultamus Aristoteli *ὄψ* mutilatum dicenti omniumque, quae pro hac causa afferuntur, unum admittimus *ἧλ*.

§. 3. Largius fluit tertium genus, quo syllabae attenuantur integrae. Sed hic statim praecidenda sunt, quae Geographus proponit, *Δωδώ* **) et *Μέσση* [Patholog. I 353.], hoc Homeri, ut ait, proprium, illud Simmiae. Nam de locorum nominibus idem valet, quod de gentiliciis dixi, et universe de propriis omnibus; haec enim arbitrio loquentium huc illuc flectuntur. — Idem ille Hesiodum *βρῖ* pro *βριθύ* dixisse testatur, Apollonius vero pro *βριθέως*, unde colligitur adverbialiter positum esse ut *ταχύ*. Id sine du-

---

1) In Theognosti l. c. pro *Νόαρ* (Herm. ad Suppl. 754) fortasse scribendum est *Ζόαρ* ex Suidae glossa *Ζόαρ τόπος*, qua urbs *τὰ Ζόαρα* significari videtur. Quod deinde ex Hesychio attuli *Ἴκμαρ νοτίς* accentus ostendit Aeolicum esse pro *ἰκμάς*. Pro *ἄλειφαρ* 204 lin. antepen. scribere volui *κάρηαρ*.

*) „*Πῖαρ* substant. Buttmann. Lexil. II 51 sq." *adn.*

**) *Adn.*: „*Δωδών ἄῤῥητον* (*ἀποκοπὴν* addit Schubart) *πεπονθός* Steph." *Alibi*: „*Γύρτων* - *Γυρτώνη* ὡς *Ἰτώνη Ἰτών* Steph." *Alibi*: „*Adon* Anthol. Lat., *Ἄδων* Mein. Theocr., v. Proll. 504." *Al.*: „*Ἄρφα ἀῤῥα?ών* Hesych. (arrha)."

bio neutrum est adiectivi evanidi βρίς [Parall. 119 sq., Path. I 201], nec dubitasset quisquam, nisi canon esset a grammaticis promulgatus: τὰ εἰς ῑς ἁπλᾶ οὐκ ἔχει οὐδετέρον παρασχηματισμόν Choerob. Can. 185. 20, EM. 769. 43. Ac si βρίς alicubi invenissent, masculine vel feminine positum, id quoque nihil cunctati essent attenuatum dicere, sicut λίς κατ' ἀποκοπὴν τοῦ λισή (sic) fictum esse affirmant Choerob. 181. 25. cf. Parall. 86 [infra p. 297 ex.] Nos vero nulla religio retinet, quominus Ptolemaeo assentiamur, Homerum vocem ab aurium approbatione minime alienam a maioribus accepisse atque hinc etiam casus declinasse obliquos λιτί, λῖτα, licet nominum monosyllaborum in ῑς exeuntium nullum reperiatur per τ declinatum; quae res Herodianum adduxit, ut metaplasmum fingeret. — Idem κάρα sive κάρη, quia nullum generis neutrius nomen in ᾱ et η̄ desinit, pro κάρανον sive κάρηνον dictum esse sumsit de Dichr. 354, quod sequitur grex grammaticorum Choerob. 162. 4, 268. 31, Theogn. 78. 30, Cram. Anecd. IV 337 sq., Epim. I 226 sq., schol. Il. Π 443*) — Eodem vocum incomparabilium fastidio ductus τὸ τρόφι κατ' ἀποκοπὴν τοῦ τρόφιμον φησί schol. Il. XI 307, quod ex catholica retulit Arcadius 118. 18. Alii non ultimam syllabam abscissam esse opinantur, sed primam παρὰ τὸ εὔτροφι κατ' ἀφαίρεσιν EM. 769. 40, scilicet ut στάδα λίμην pro εὔσταδα, quod Apollonius cum aliis incredibilibus ad probandam aphaeresin affert, τρόφι praetermittens, v. Parall. 165, Path. I 146. Naturae cursum sequentibus primitivum est τρόφις a τρέφω derivatum ut a τρέχω τρόχις, idque duas complexum significationes, activam et passivam, sicut *alumnus* et *altilis* nonnunquam altorem et alibilem significant; hinc autem nascitur τρόφι, exemplo sane quam unico, quare reclamat Choeroboscus μηδεὶς οἰέσθω τὸ τρόφι ἀπὸ τοῦ ὁ τρόφις ἀρσενικοῦ εἶναι p. 193. 32, negatque omnino nomina in ῑς simplicia genus neutrum habere. Sed quum ea fere omnia sint hominum epitheta, στρόφις, ἴδρις,

---

*) *Adn.*: „Ὦ γλαύκων κάρα Sannyr. Com. Fr. II 873 Dind. plural. putat. — Ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει H. H. [*Cer.* 12] v. Voss. c. Ruhnk. Fortasse κέρατα ut δέπα ἠδὲ τραπέζας Od. XVI 466. — Ὕφα ἀπὸ τοῦ ὕφασμα κατὰ ἀποκοπὴν Choer. 366. 34“ [cf. *Parall.* 132].

τρόχις etc., v. Proll. 507, genus tertium res ipsa excludit, τρόφις vero ad res inanimatas translatum earum genus sequi cogitur; ac si huius motionis exempla desunt, non minoris insolentiae est apocope adiectivi τρόφιμος, quo ipso Homerus nunquam utitur. — Sed longius etiam quam τρόφι ab affectionis specie seiunctum est ἄλφι, quod a Strabone et glossographis huc refertur; nam illud semel legitur, hoc saepius, et ab homoeocatalecto μέλι hoc unum differt, quod caret casibus imparibus. — Nominum heteroclitorum, quae inter $\overline{\eta}$ et $\overline{\eta\sigma\iota\varsigma}$ fluctuant, copia ingens, sed unum solum cum hac quaestione implicitum est: τὸ αὖξη οἱ μὲν βαρυτονοῦσι λέγοντες ἀποκεκόφθαι. Ἡρωδιανὸς δὲ συνηγορεῖ τοῖς ὀξυτονοῦσι Theogn. Can. 116. 4; oxytonesis autem directe excludit apocopen, qua repudiata succedit metaschematismus, ex quo idem in Anecd. Oxon. T. III 249. 5 trisyllaba αὔξησις, ἄνθησις cetera orta putat. Plura de hoc toto genere dicta sunt in Proll. 16 et Rhem. 267 seq., cf. Bernhardy ad Dionys. p. 1015, Nitzsch. ad Odyss. IX 8. — Γλάφυ, quod nonnulli huc inculcarunt, iam Moschopolus una cum vicino σκέπα circumscripsit ad Hes. Opp. 531 τὸ γλάφυ οὐ δοκεῖ ἀποκοπὴν ἔχειν, ἀλλ' ἐσχηματίσθαι ἀπὸ τοῦ γλάφω ὡς τὸ δάκρυ ἀπὸ τοῦ δακρύω, neque ego meminissem, nisi hinc esset transitus ad alterum genus terminationum, quod ex vocali et consona constat*). Ad hoc enim pertinet posterius nomen, de quo Eustathius 217. 3 sic disputat: τὸ δάκρυ ἀποκοπὴν παθὸν οὐκέτι κινεῖται εἰς κλίσιν ὡς οὐδὲ τὸ δῶ οὐδὲ τὸ κρῖ οὐδὲ τὸ ἦλ, subtilius vero Epim. I 120. 22 τὸ δάκρυ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ δάκρυον κατὰ ἀποβολήν, ἀλλὰ κατὰ σχηματισμὸν χρῆται ὁ ποιητής. De aclisia quod ille dicit, refellunt casus plurales, nominativus δάκρεα, qui in EM. 245. 59 cum πώεα, ἄστεα comparatur, et hinc contractus δάκρη, quem Schneidewinus ad Eust. Proeom. p. 38 in Pindari scolio (88) restituit, dativusque δάκρυσι, quo Attici quoque in sermone soluto utuntur. Hos casus Epim. 120. 32 affert, sed perperam interpretatur: τὸ δάκρυ, δάκρεος, δάκρεϊ, τὸ πλη-

---

*) *v. Parall.* 132. — *Adn.*: „γλάφυ a γλαφύς ὡς δασύς δασύ Eust. [?*EM.* 233. 55] sic et Buttm.“ [§ 56 *adn.* 13 *p.* 213.] *De* σκέπα *v. infra cap. V* § 1.

θυντικὸν δάκρεα καὶ κατὰ συναλιφὴν δάκρη „ξανθὰ δάκρη." Τὸ δὲ δάκρυσιν ἀπὸ τοῦ δακρύοις κατὰ μεταπλασμόν. Illi singularis numeri casus a technicis ficti videri possunt, sed dubitatio nulla de pluralibus. Iam in EM. 246, 2 triplex via ostenditur, δάκρυ aut plurale esse pro δάκρυα κατὰ συγκοπήν, id est apocopen vocalis, aut singulare παρὰ τὸ δάκρυον abrásis duabus literis; tertia haec: ἔστιν ἀπὸ συνθέτου λέξις ἁπλῆ· ἔστι γὰρ ἀρίδακρυς καὶ πολύδακρυς· οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Haec est mirifica illa anadrome sive a composito ad simplex regressio, quae Apollonio quoque ita arrisit, ut στάδα ex εὔσταδα natum diceret. Multo autem assumtione dignior est metaschematismus et huius vocabuli et consimilium γῆθυ γῆθυον, δίκτυ δίκτυον, quanquam hoc quoque in controversiam adducitur: παρὰ τὸ δίκτυον γίνεται δίκτυ κατ' ἀποκοπήν EM. 275 25, quem fugisse videtur dativus, quo carmen Orphicum inscriptum fuisse Suidas s. Νισαῖος docet Ὀρφεὺς ἐν Δίκτυϊ, cf. Aglaoph. 379, 465. — Sed apocopae vinculis vix eximi potest vox a Phileta in exitu versus pentametri collocata ἔρι. Id si apud Homerum legeretur sicut δῶ et κρῖ, in incunabilis sermonis Graeci negligentius deformatum in vitae quotidianae commerciis occulte serpsisse, Philetam autem hunc quasi forte neglectum foetum e tenebris evocasse dicerem. Sed propter cetera Alexandrinorum periclitamenta dubito an ille glossarum venator idem sibi permiserit, quod Aristoteles antiquiores poetas ausos esse credidit, ut syllabam a natura infixam vel metri vel novitatis gratia avelleret. Aristoteles quidem ipse, quum diceret tria, non amplius, esse substantiva in iota desinentia: κόμμι, πέπερι, μέλι, duo eiusdem fili ἔρι et ἄλφι aut non legit omnino, aut lectorum oblitus est, aut a poetis fabricata putavit. Peregrina huiusmodi plurima sunt, v. Parall. 200; sed unum μέλι pro Graeco habetur: παρατετήρηται Ἀπολλοδώρῳ, ὅτι οὐδὲν ὄνομα οὐδέτερον εἰς ι λήγει, εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι, Nicephorus ait in fragm. Lex. ab Hermanno editi c. 31 p. 323*). —

---

*) Adn.: „Τῶν εἰς ι ἓν μόνον ἀπαρασχημάτιστον, τὸ μέλι· τὸ δὲ τρόφι κατὰ ἀποκοπήν, τὸ κρῖ καὶ ἄλφι ἐκ πάθους, τὸ σίνηπι καὶ πέπερι οὐχ ἑλληνικά Cram. An. Ox. IV 338. 6".

Adiectivum ἥμισυ compositione corrumpi complures testantur, v. Path. I 366, sed ἡμί ipsum, quo Byzantiorum aliqui utuntur, aut ignorarunt aut aspernati sunt.

Caput IV.

De apocope indeclinabilium syllabica.

Quum verborum positiones primae ω, μαι, μι nunquam labantur, proximae ad disserendum sunt eae, quae sub casuum rationem non succedunt. De adverbiorum detruncatione primus suspicionem intulit Aristarchus, sed parum persuasit: τὸ ἁμαρτῇ Ἀρίσταρχος ἀποκοπὴν εἶναι βούλεται, διὸ καὶ χωρὶς τοῦ ι γράφει schol. Il. XXI 162. Ἁμαρτῇ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἐκ τοῦ ἁμαρτήδην λέγει κατὰ συγκοπήν (sic), καὶ ὀξύνεται (ὀξύνει)· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐκ τοῦ ἅμα καὶ τοῦ ἀρτῶ EM. 78. 21. Cur hic ab Aristarcho recedat, rationem nullam habet praeter scripturae tralaticiae auctoritatem: διελέγχει τὸν Ἀρίσταρχον ἡ παράδοσις ἔχουσα τὸ ι schol. l. c., quo gravius est, quod adverbia in ηδην non a verbis perispomenis oriuntur, sed a barytonis: τμήδην, κλήδην, διαῤῥήδην, ὑποβλήδην [cf. ad Ai. v. 915]. — Adverbia in ει exeuntia Joannes 36. 32 docet aut oxytona esse aut barytona, perispomenon nullum praeter topica Doricae dialecti τηνεῖ, τουτεῖ, πεῖ, αὐτεῖ· τὸ δὲ ἐκεῖ ἀποκέκοπται, eodemque fert Apollonii sententia Adv. 624. 19 ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθε καὶ ἐκεῖσε χρὴ νοεῖν ἀποκοπὴν γεγενῆσθαι τὴν ἐκεῖ, ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν τόπῳ σημαίνει καὶ εἰς τόπον. Sed suppetit ratio simplicior, ἐκεῖ sive κεῖ (Pathol. I 48) idem esse ac Doricum τεῖ, quod critici Theocrito restituerunt, Ahrens. Dor. 371. — Τὸ πώποτε οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ πόθεν ἀποκοπῇ τῆς θεν καὶ ἐπεκτάσει τοῦ ου εἰς ω· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ποῦ συνδέσμου παραπληρωματικοῦ κατὰ τροπὴν τῆς ου εἰς ω· οἱ γὰρ Δωριεῖς βῶν Epim. II 398. 29. Haec est vetus opinio ab Apollonio proseminata: τὰ τῷ ο παρεδρευόμενα παρὰ Δωριεῦσι τῶν ἐπιῤῥημάτων ἀπειράκις ἐν ἀποκοπῇ γίνεται τοῦ θεν καὶ ἐν μεταθέσει τοῦ ο εἰς ω: αὐτόθεν αὐτῶ, τουτόθεν τουτῶ, πόθεν πῶ Adv. 604, quae saepius ingerit, 622. 22, 598. 9. Dorica illa praetereo et missa facio. Sed πώ orthotonumenon et encliticum huc re-

cipiendum est propter Attica *πώποτε* et *πώμαλα*[1]), quae est vox interrogativa vulgo negationis instar obtinens ut *πόθεν*. v. Schaefer. ad Dem. Fals. Leg. 357. 2, eademque vi positum *πῶ πῶ* in quodam Aeschyli cantico Ag. 1475, quod Hermannus *qua ratione* interpretatur, et mihi quoque ex *πῶς* ortum videtur, quod ipsum Dindorfius Dorismum fugiens hoc loco reponendum putabat. — Ista ectasis opinio obhaesit etiam Eustathio 1888. 43 haec scribenti: *ἀκέων* (*δαίνυσθε*) *γίνεται ἐκ τοῦ ἀκεόντως ἀποκοπὴν παθὸν, εἶτα ἔκτασιν τοῦ ō εἰς ω̄*, quibus meliora suadet Apollonius, *ἀκέων* solum typum habere participialem, natura autem adverbium esse ex *ἄκην* ortum, v. Pathol. Elemm. I 415. — *Προτέρω* ex *προσωτέρω* factum dicunt *κατὰ συγκοπὴν τῆς σω̄ συλλαβῆς* schol. Od. IV 667, Epim. 357. Promtius accederem, si ad syncopen syllabae σε̄ praevertissent, sed obstitit fortasse, quod similibus *ποτέρωσε, ἑτέρωσε, ἑκατέρωσε* nulla praecedunt adverbia in ω̄. — Quod Eustathius in prooem. Pind. 13 refert: *τὸ ἐπεί, ἀντὶ τοῦ ἔπειτα ἡ ἀποκοπὴ παρ' αὐτῷ* (Pindaro) *καινὸν ποιεῖ*, curiose quaerentes effugit, nec valent exempla ab Hoogeveno excussa, v. Hermann. ad Vig. 784, quare ampliandum est.

Iam ad aliam orationis partem progrediar, de qua generatim praecipit Plutarchus Quaest. Plat. X c. VII 284 T. XIII Hutt. *αἱ προθέσεις κόμμασι καὶ θραύσμασιν ὀνομάτων ἐοίκασι· τὸ γὰρ ἐμβῆναι καὶ ἐκβῆναι συγκοπὴ προφανής ἐστι*

---

1) Ex EM. s. h. v. *τοῦτο ὁ Ἀπολλώνιος ὀξύνει, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς περισπᾷ* colligi licet, illum *πώμαλα* scripsisse hyphen, hunc *πῶ μάλα*. *Adnot.*: „*πώμαλα ὑφ' ἓν* Anecd. [193. 4; *ἀντὶ τοῦ πόθεν· ὅθεν ἐστὶν οὐδαμῶς*] 289. 3. *Πώ ποτε* Lehrs. Quaest. 129. *Πόθεν πῶ* EM. 365. 17. *Οὐδέ τί πώ μοι* Il. I 542 „*τὸ πώ ὀξύνεται ὡς φημί σοι, σοί φημι* et cetera enclitica, quare etiam *πώποτε* ut *πώμαλα*, non recte *πῶποτε*“ Eust. 147. 20. *Οὔπω περισσὸν τὸ πῶ* schol. Il. ψ 463, [ω] 411. *οὔπω* pro *οὐ* Jac. Philostr. 357. *μηδέ τί πω δειδίσσεο* Il. IV 184 et 234 [*μήπω τι μεθίετε*]. *Οὔπω* semel pro *οὔπως* III 306, in ceteris locum suum retinet, XIV 143, ubi schol. male *παρέλκει τὸ πῶ* [*item ut XXIII* 463, *quo loco οὔπη scribitur, et XXIV* 411 *οὔπω τόνγε κύνες φάγον, ἀλλ' ἔτι κεῖται: ne quis de his Lobeckium scholiastae assensum arbitretur. v. Buttm.* § 116 *adn.* 23.] Doederlein Reden und Aufsätze T. II 268“. *Alibi adnot.*: „*Ἐμπρός* Paul. Aeg. etc. Thes.“ [III 916 D.]

τοῦ ἐντὸς καὶ ἐκτὸς βῆναι καὶ τὸ προγενέσθαι τοῦ πρότερον γενέσθαι καὶ τὸ καθίζειν τοῦ κάτω ἵζειν etc., cui contrarius est error eorum, qui praepositiones ex vocabulis longioribus extitisse censent. — In Il. VII 334, ubi nunc *ἀποπρό* receptum est, schol. tradit, nonnullos *ἀπόπρο* scripsisse praepositione per pleonasmum addita: *τινὲς δὲ τοῦ ἀπόπροθι ἀποκοπὴν αὐτὸ νομίζουσιν.* — Praepositionem *ὑπαί* Tyrannio gravandam censuit *ἡγούμενος ἀπὸ τοῦ ὕπαιθα εἶναι κατὰ πάθος τὸ τῆς ἀποκοπῆς* schol. Il. XV 4, neque dissentire videtur Epim. I 418 *ἡ ὑπαί λέγεται καὶ ἄνευ τῆς θα παρ' Ἀλκμᾶνι.* Sed illum deprecatur Herodianus, ipsamque apocopen excludit diversitas merismi [p. 244].

Coniunctiones huius passionis minime expertes esse Apollonius vociferatur 490. 20 *τὸ γοῦν „ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ" οὐκ ἄν ποτε ἀποδεξαίμην, καθά τινες ᾠήθησαν, ἄρθρον ἀντὶ συνδέσμου παρειλῆφθαι, μᾶλλον δὲ ἀποκοπὴν εἶναι ἀντὶ τοῦ ὅτι.* Sed ne eodem modo coniunctionem dubitativam *ἦ* ex *ἦρα* (*ἄρα*) concisam putet *ὡσεὶ δῶμα δῶ*, diversitate significationis impediri se ait. Huius rationes illustravit Lehrsius Quaest. 58. Ac de priore quod dicit, diu pro explorato fuit: *τὸ ὅ ἀποκοπὴ τοῦ ὅτι* schol. Il. I 120, Od. III 146; sed hodie iacet, neque quisquam dubium habet, coniunctionem causalem et in Graeco sermone et in Latino nostroque Germanico et aequalibus pronomen esse relativum. De altero disserere supervacaneum est. — Quod auctor Synagogae in Bekk. Anecd. 353. 18 expromit: *αἶ τὸ ὄφελον σημαίνει κατ' ἀποκοπὴν τοῦ αἴθε* in Proschematismo p. 245 breviter perstrinxi. — De adverbio *λί*, quod Epicharmus pro *λίαν* posuisse dicitur, idem quod de consimili *βρί* suspicatus sum, poetas ex synthetis *λιπόνηρος* et *βριήπυος* occasionem captasse fingendi simplicia, natura autem neutra esse adiectivorum *βρίς* et *λίς*, quod si cum substantivo *λίς leo* componimus, proprie *fortem* significasse videtur. [p. 292, cap. VII, I 200 sq., Parall. 120.]

Caput V.

De apocope terminationum casualium syllabica.

§ 1. Antea dictum est de orthoptotis. Obliquorum casuum primus num syllabam cliticam destituere possit, in deliberationcm venit. Herodianus Mon. 10. 17 *οὐδὲν*, inquit, *περισπώμενον ἀποκόπτεται κατὰ γενικὴν πτῶσιν· (τὸ δὲ Ποσειδῶ) ἐξεκόπη παρ' Ἀριστίᾳ, ἔνθα φησὶν Ἀνταῖος „Αἰγαίου Ποσειδῶ παῖς, πατὴρ δ' ἐμός“* (Triebel Satyrogr. p. 67). Hic si nominativum verbo *φησί* postpositum, quem Lehrsius delevit, retinemus, sententia hoc vel simili modo reconcinnari potest: *ἔνθα φησὶν Ἀνταῖος: „Ἔνθ' ἔναιεν Αἰγαίων ποτὲ || ἄναξ, Ποσειδῶ παῖς, πατὴρ δ' ἐμός —“*, quo admisso Antaeus, qui vulgo Neptuni filius dicitur, hic se Aegaeone natum perhibet, Neptuni filio; Aegaeon autem idem est Briareus Neptuni filius, ut dicit schol. Il. I 404 et 405 nomen diverse inflectens: *Αἰγεὺς ἐνάλιος δαίμων — Ποσειδῶνος υἱός.* — Cum genitivo illo Nauckius in Mus. Rhen. T VI 489 confert similiter exeuntem *τοῦ Τυφῶ*; sed hunc Choeroboscus Can. 291 aptius a recto *Τυφῶς* (*Τυφώς*) repetit, quod declinationi Atticae adscribit ut *ὁ ταώς, τοῦ ταῶ, ὁ ὀρφώς, τοῦ ὀρφῶ*, ab hac autem illud Neptuni nomen excluditur. — In Nic. Ther. 877 *πολυανθέα γλήχων* vitiosus epitheti accentus, quem notavi in Proll. 43 adn. 50, scholiographum induxit, ut *γλήχων* pro *γλήχωνος* dictum putaret; recte vero accepit Eutecnius. — Aristophanes *ὁ λεξίθηρ* inter alias lexes et raritates retulit genitivum *τοῦ γάλα* a Platone comico usurpatum, sed apocopae mentionem nullam iniicit, v. Nauck. Aristoph. p. 210. Ac mea sententia est, eum non syllabam intervertisse, sed studio archaismi in ore vulgi et in gynaeceis durantis voce illa pro indeclinabili usum esse.

Et huic genitivo addiderim dativum, quem mihi agnoscere videor in Erotiani glossa *Γάλα καὶ λίπα τέγγειν ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς ἐμβρέχειν.* His enim quod adiunctum est verbum vix dubium relinquit, quin *λίπα* sit casus tertius, qui a scriptoribus Ionicis plene dicitur *λίπαϊ*, omissa autem vo-

cali casuali in formulis Homericis *λίπ' ἐλαίῳ* et *λίπ' ἀλείψασθαι*, sive hic duo, ut Herodianus censet Eustath. 1560. 26, substantiva iuncta sunt, *γενικόν* et *εἰδικόν*, sive, quod alii suspicantur, *ἔλαιον* natura adiectivum est. — Huius figurae aclita EM. 60. 53 quatuor numerat: *κάρα, λίπα, ἄλειφα, ὕφα*, quorum ultimum solis grammaticis nosse contigit, duo huic proxima duos casus isosyllabos habent, *κάρα* triptoton est, nam et dativus legitur apud poetas tragicos et is iota subscripto, quod omitti oportet, si nomen hoc a grammatico illo iure inter aclita relatum est, cui numero etiam *σκέπα* adnumerandum videtur, v. Rhem. 316[1]). — Verum dativi *μέλι*, quem Bergkius et Meinekius in Com. Vol. III 642 Philoxeno attribuunt, fidem non facit Hesychii glossa in cod. sic scripta: *Μέλι ἔοικε με* (λ) *ὅμοιε*, quae huc diffingi potest: *μελιείκελε, μέλιτι ὅμοιε.* — De aliis dativus disceptatur Atticene declinati sint an succisi: EM. 437. 54 *ἥρῳ Δημοδόκῳ δοτική ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἥρωϊ· κλίσις, καὶ οὐκ ἀποκοπή.* Pendet animi Eustathius 691. 12 *τὸ ἥρω ἀποκέκοπται ἐκ τῆς ἥρωϊ δοτικῆς ἢ ἀπὸ ἰσοσυλλάβου κλίσεως γέγονεν.* Hoc praefert Choeroboscus: *τὸ γὰρ ἥρως καὶ ἔρως καὶ γέλως οἱ Ἀθηναῖοι ἰσοσολλάβως κλίνουσι: τοῦ ἥρω* etc. Can. 262. 1, et de proximo casu idem p. 258. 10 *καὶ τὴν δοτικὴν οἱ Ἀττικοὶ εἰς* ι *ἀνεκφώνητον ποιοῦσιν: ἥρῳ Δημοδόκῳ.* Huic Hermannus de Em. Gramm. p. 38 Moerin opponit tanquam contrariae sententiae auctorem: *ἥρω χωρὶς τοῦ* ι *ὡς Ὅμηρος ἥρω Δημοδόκῳ, ἥρωϊ δὲ μετὰ τοῦ* ι *ἑλληνικῶς.* Is vero nihil aliud contendere videtur, quam vocalem cliticam, quae in trisyllabo *ἥρωϊ* clare auditur, plane obmutescere, qua ratione ducti multi, ut Strabo ait, primae quoque et secundae declinationis dativis iota subscribere destiterunt. Tertiam corruptionis causam affert schol. Harl. Od. XIII·35. Hic

---

1) *Κάρη* absolute positum in Theognidis versu Buttmannus I p. 228 eidem generi neutro adscribit.

Adn.: „*σκέπα* metaplasm. ut *φύγαδε, οἴκαδε* [*videtur scholiastae ad*] Il. IX 137 [VIII 157 *potius: φυγὴν φύγα εἶπε κατὰ μεταπλασμὸν ὡς τὴν σκέπην σκέπα. v.* Rhem. *l. l. n.* 46 *et Pathol. I* 232.] *et:* [*ἄλειφα*] „Muetzell. [*Theog.*] 58 sqq., Rhem. 313“.

enim quum dativum Ὀδυσῆ᾽ ἀσπαστὸν ἔδυ φάος sine apostropho scriptum invenisset, hoc ita interpretatur: τὸ πλῆρες Ὀδυσῆι (καὶ κράσει Ὀδυσῆ) ὡς ἥρωι (ἥρῳ) Λαομέδοντι. Ergo controversia consistit inter clisin Atticam et crasin. Iudicium detrectat Aristonicus, qui de Il. VII 453 nihil aliud expromit, nisi diplen appositam esse, ὅτι δισυλλάβως τὸ ἥρῳ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ, idque in utroque Homeri loco et Arist. Avv. 1490 codices nonnulli et editiones veteres plene scriptum exhibent, in Platonis autem versu, quem designavi ad Phryn. 159, iota mutum, ut Moeris iubet, omittunt. His locis trisyllabum metro excluditur, ac Poppo ne Thucydidi quidem concedit, sed in I 11. 1 ἥρωΐ τε dubitat, an ἥρῳ τε scribendum sit. [v. Diss. VI p. 48]. — Dubitationem illam Eustathius 1607. 19 transfert ad nomen non pure declinatum: τοιούτου λόγου ἐστὶ καὶ τὸ „γέλω ἔκθανον“, sed p. 1697. 17 magis ad apocopen inclinat, qua quum iota excludi dicit, ab aliquibus adscriptum esse significat; idque legitur in margine ed. Basil. Od. XVIII 99 (100), neque aliter fieri potest, sive ab Attico γέλως, τοῦ γέλω derivatum est, sive, quod Buttmannus praeoptat, ab Aeolico γέλος; sed Wolfius et Bekkerus a tralaticia scriptura non recesserunt. — Simillimum vero nomen in eiusdem libri v. 211 (212) ille ἔρω scripsit, hic ἔρῳ, de quo EM. 379. 52 ἔρω εἰ μὲν χωρὶς τοῦ ῑ, ἀποκοπή ἐστιν ἀπὸ τῆς ἔρωτος γενικῆς καὶ ἔρωτι δοτικῆς· εἰ δὲ μετὰ τοῦ ῑ, ὁ ἔρος, τοῦ ἔρου, τῷ ἔρῳ, et hoc Eustathius amplectitur, τὸ γὰρ ἔρως ἔρωτος οὐ δοκεῖ γνωστὸν Ὁμήρῳ. — Ambo autem editores consentiunt in ἱδρῷ Il. XVII 385, sed dissentit Choeroboscus 255, 15 εὑρίσκεται ἡ δοτικὴ τοῦ ἱδρώς κατὰ ἀποκοπὴν τοῦ τι καὶ ἡ αἰτιατικὴ ἱδρῶ, et EM. 466. 46 ἱδρῶτα καὶ συγκοπῇ ἱδρῶ· εἰ δὲ δοτική, μετὰ τοῦ ῑ.

Nominum generis neutri, quae genitivum in αος mittunt, unum in schol. Vict. ad VIII 563 ad affectionem revocatur: σέλαι (scr. σέλα) γραπτέον, οὐ σέλας (scr. σέλᾳ)· ἀποκοπὴ γάρ ἐστι τοῦ σέλαϊ. Hoc loco et Od. XXI 246 editiones veteres exhibent σέλα πυρὸς αἰθομένοιο alpha simplici, cui Ernestius iota subscripsit, quomodo vulgo legitur Hes. Theog. 867 adiunctis verbis iisdem, sed hic duo codices σέλαι, unus σέλα praebent. Pariter Il. XI 385 κέρα ἀγλαέ in Vind.,

Eust. et vett. editt. sine iota scriptum est. Tertium huius figurae est *χρυσέῳ δέπαι ὄφρα πίοιμι* Od. X 316 in Rom., Arg., Basil., quae in margine *δέπα'* habet cum apostropho a Barnesio recepta. Quartum *γήρᾳ ὕπο* — Od. XXIII 283 in Basil. iota adscriptum habet cum punctis diacriticis: *γήραϊ*, in Arg. subscriptum, sed cum adnotatione *γρ. γῆραι*, et id properispomenon, ne pro *γήρᾳ* positum accipiamus. Wolfius *σέλᾳ*, *κέρᾳ* edidit, duobus alteris apostrophum largitus: *δέπα'*, *γήρα'*. Bekkerus vero sicut Thierschius suasit omnia quatuor uno eodem modo: *γήραι*, *δέπαι*, *σέλαι*, *κέραι*. His accedit *σφέλᾳ* Nicand. Iam iota dativi characteristicum cum vocalibus brevibus in diphthongum contrahi propriam: *τείχει*, *αἰδοῖ*, inter omnes convenit; sed quaeritur, num eandem legem sequantur ancipites, ubi unius sunt temporis. Cum iota brevi iota finale in syllabam longam coit: *μήτι*, ypsilo brevi quum subscribi non possit, adscribitur: *νέκυι*, *πληθυῖ*, *ἰξυῖ*, *θρήνυι*, quae si exempla sequimur, *σέλαι* scribamus oportet. Sed haec perfecta analogia non est. Illi, qui *σέλα* scripserunt, si alpha natura breve solaque arsi aliquando productum putarunt, apocopae assensi sunt; si longum, diphthongo debitae ᾳ substituerunt alpha simplex subtracto iota inaudibili — *πολλοὶ γὰρ χωρὶς τοῦ ι γράφουσι τὰς δοτικάς* — quem ad morem *γένυ* in libris quibusdam Pindari scriptum est, v. Parall. 143 adn. [2]). Contractioni Nitzschius ad Od. XI 136 elisionem

---

2) *Πληθῦ* Hermanno probatum minime confirmatur a grammaticis, qui *ἐκδυῖμεν* et similia reiiciunt [*v. p.* 22 *sqq.*].

Adn: „*γήραι ὕπο λιπαρῷ* Od. XI 136 et XXIII 283 iisdem verbis Bekk., Od. X 316 *δέπαϊ* [*schol.*] *ἐν ἄλλῳ γήραϊ ὕπο λιπ* , Pors. emend.: *ἐν ἄλλῳ δέπα ὡς γήρα' ὕπο λιπ.*, Buttm. utrobique *δέπᾳ*, *γήρᾳ* ut [*immo: quem enim scribere* —?] *ἐν σάκε' Ἀντιλόχοιο* Il. XIII 565, *τείχε' ὕπο* XVII 404. *Γήραι* etc. Mehlh. 89 sq. *Δαΐς δᾴς* Buttm. p. 105. *αι* breve ante vocales: *δέπᾳ*, *ὄφρα πίοιμι* Od. X 316 Dind., *δέπαι* Bekk.; *γήρᾳ ὕπο λιπ.* XI 136 Dind., *γήραι* Bekk.; *γήραϊ δὴ πολέμοιο* Il. III 150 Dind. et Bekk. [*γήραι*], *γήραϊ γράφεται καὶ γήρεϊ ὡς οὔδεϊ· ἐντελῶς δὲ τὸ γήραϊ ἀσυνάπτως* [*ἀσυναλείπτως Pluyg.*] *τὸ γήραϊ ἀναγνωστέον*. *Σέλᾳ πυρὸς αἰθ.* Il. VIII 563 Dind., sed Bekk. *σέλαι*. *Γήραι* Stesich. II 5 [*Ibyc. II* 4] Bergk. pro *γήραϊ* cum Huschk. [*in ed. I, in II γήραϊ*], *ὀνείραϊ* Quint. XII 109 etiam Koechly. Herm. Opusc. T. III [*p.* 73] confert *τείχει* cum *γήραι*. Herod. Il. XI 385 *τινὲς κέρᾳ δοτικῇ ὡς δέπᾳ καὶ γήρᾳ*, *ἄλλοι*

praefert: *γήρα', δέπα'*, sed haec parum convenit cum macrocatalecto *σέλᾳ πυρός*, neque satis probatur dativis *κερκίδ', ἀσπίδ'*. Equidem acquiescam scriptura pristina, cui auxiliatur frequentissimum *γήρᾳ*. Huic simile *κέρᾳ* Ellendtius Arrian. II 8. 14 e codicibus substituit vulgato *κέρατι*.

His adiicienda sunt duo illa monosyllaba, quae ad Ai. 786 ob aliam causam attigi, *ἐν χρῷ* et *ἐν φῷ*. Illius duplex ratio proponitur in Etym. Gud. *ἐν χρῷ ἀττικῶς· ὁ χρώς γάρ, τοῦ χρῶ, τῷ χρῷ, τὸν χρῶν* (sic) *ὡς ὁ γέλως, τοῦ γέλω· καὶ ἔχει τὸ ῑ· μὴ προσγραφομένου δὲ ἀποκοπὴ γέγονε τῆς τι.* Illa Choerobosci sententia est 254. 25 *οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρήσαντο καὶ μονοσυλλάβως· τὸν χρῶ* (sic) *γὰρ εἰρήκασι.* Hic accusativus semel inventus est in Sapphus Fragm. II 10, cui Ahrensius *χρῶν* substituit tanquam Aeolicum ut *τὴν Λήτων, τὴν Σάπφων*; sed haec dissimilia sunt. Genitivi exempla desunt; saepe vero legitur tertius casus, quem ne quis ex *χροΐ* contractum putet adhibita ectasi, prohibet regula contractioni contraria, qua *βοΐ* excluditur: *οὐδέποτε δοτικὴ ἑνικὴ μονοσύλλαβος ἐκφωνεῖ τὸ ῑ* EM. 203. 3. Illius vero dictionis *ἐν χρῷ* usus perfrequens nescio an Euripidem induxerit, ut fallacem analogiae speciem sequens fingeret *ἐν φῷ μετὰ τοῦ ῑ* *). — Dativum *τυφῷ* schol. Arist. Lys 973 recte ad Atticum *τυφώς* refert. — Ad Theocr. VIII 51 *καὶ λέγε Μίλω ὡς Πρωτεὺς ἔνεμε* adnotatum est: *Μίλω εἶπεν ἀντὶ τοῦ Μίλωνι.* Sed de hoc loco nullus unus interpretum cum altero consentit; Toupius *Μίλω - ν'* scribi iubet syllaba postrema in alterum versum translata ut in Homerico versu *Ζῆ - ν'*, Meinekius *καὶ λέγε „Μίλων, ὁ Πρωτεύς*, aliter alii. Apocopen illam defendit nemo, neque ea probatur Hesiodi exemplo Theog. 970 *Ἰασίῳ*, quo nomine hic Jasion significatur Cereris amator. Id enim satis

---

κέρα plurale vel brevi vel longo *ᾱ*. *Τῷ δεξιῷ κέρᾳ* Thuc. I 50, V 67. *Θρήνει* — his et ceteris, quae Jacobs Anth. 477 [*affert*], librarii consuetum habent puncta addere diaeretica ut *γήραϊ*; sed illa in prosa nunquam contrahuntur, ut *γήρᾳ*.“

*) *Adn.*: „Pro usitato *πῆμα ἐπὶ πήματι* alicubi mihi legisse videor *πῆμ' ἐπὶ πῆμα* et nescio cuius adnotationem: *ἀποκοπὴ ἀντὶ τοῦ πήματι·* sed locus quaerentem fugit, nec multum refert, nam fallitur.“

excusatur nominum propriorum metaschematismo multiplici, de quo dixi in Proll. 505 [v. Cap. VII]. Jasion ille in Dionys. Antt. I 61. 154 ter Ἴασος vocatur, *Jasius* Serv. Aen. I 380, III 15 et vicissim Atalantae pater Jasus ab Aeliano V. Hist. XIII Ἰασίων. — Praeterea appellativorum quorundam dativi diverse terminati in discrimen venerunt, ut Homericum δαΐ, quod Herodianus Il. XIV 387 iniudicatum relinquit, εἴτε ἀποκέκοπται, εἴτε συγκέκοπται, hoc est, utrum duae ultimae literae exciderint, an tertia et quarta. Apocopae suffragatur schol. Hes. Theog. 650, eandemque syncopae nomine significant Epim. I 115. 24 et EM. 245. 2, neque opus est correctione Fischero et Sturzio placita. Hic quidem effugium nullum est, quin Homerum viam rectam deseruisse confiteamur [Vol. I 375 sq.]. — Sed διχόμηνι, quod nonnulli eadem syllaba privatum crediderunt, quanam alia ratione solvi possit, ostendi in Path. Elemm. I 376. — Μάστι crasi affectum esse ut Θέτι, μῆτι, παρακοίτι consentiunt veteres Homeri interpretes, sed fefellit Suidan Μάστι κατ' ἀποκοπὴν [p. 59]. — Λιμνᾶτι Anth. VI 380 non dativum esse, ut Brunckio visum, sed vocativum monui ad Phryn. 429. Praetermissis exoticis Λυγδάμι Κνωσσίῳ in Inscr. Corcyraea N. 1840 aliisque a Boeckhio additis (Ahrens Dor. 184) ad reliquos me accingo casus.

§ 2. Hic primum obvagantur accusativi dativis illis, quos enumeravi, similes parique technicorum dissensione exagitati, unus nominis pure declinati: ἥρω Εὐρύπυλον Od. XI 520, de quo Eustathius 1697. 17 οἱ μὲν ἥρωα νοοῦσι κατ' ἔκθλιψιν· οἱ δὲ ἥρω δισυλλάβως ἢ κατὰ κλίσιν ἰσοσύλλαβον ἢ μᾶλλον κατ' ἀποκοπὴν ὡς τὸ γέλω. Alter non puri: ἱδρῶθ', ὃν ἵδρωσα Il. IV 27, de quo Herodianus αἰτιατική ἐστι κατ' ἔκθλιψιν· δύναται μέντοι καὶ ἱδρῶ τε εἶναι τὸ πλῆρες, ἐπειδὴ σύνηθες αὐτῷ οὕτως τὴν αἰτιατικὴν προφέρεσθαι. Hoc nostri comprobarunt critici, quia ἱδρῶ quinquies apud poetam legitur, trisyllaborum casuum nullus, sive hi illis temporibus incelebres fuere, seu ob rationem metricam, cui obsequentes epici posteriores modo ἱδρῶ dixerunt, modo ἱδρῶτα, sed hoc multo rarius, nunquam, ut mea memoria est, ἱδρῶτ' nec magis γέλωτ' vel ἔρωτ', sed aut

γέλων, ἔρων, aut *γέλω, ἔρω*, quae sola probat Meinekius Anall. 222 et 405 reiiciens tertiam formam a Buttmanno commendatam *ἔρον, γέλον* *). Accusativus *ἔρω* grammaticis aut ignotus fuit aut forte casuque praetermissus est. — Sed idemtidem praecipiunt de substantivis in ῶν exeuntibus, alii apocopen causantes, alii clisin Atticam. Primum in schol. Il. XI 641 *κυκειῶ περισπαστέον· τοῦ γὰρ κυκεῶνά ἐστιν ἀποκοπή*, et copiosius Ioannes p. 12 *αἱ εἰς ῶ αἰτιατικαὶ πᾶσαι πεπόνθασιν· ἡ μὲν γὰρ Ἀπόλλω καὶ Ποσειδῶ καὶ αἱ παραπλήσιαι ἀποκοπεῖσαι οὐκ ἤμειψαν τῶν ὁλοκλήρων τὸν τόνον*, quae Theodosius p. 200 auget diversis: *τὸ Ποσειδῶ, κυκειῶ, ἱδρῶ, ταῶ οὐ τελικὸν ἔχει τὸ ῶ, ἀλλ' ἐξ ἀποκοπῆς*, neque aliud significat Choeroboscus syncopae nomine 95. 30. Ad hunc locum sola illa pertinent, quibus Ioannes utitur, eaque a tribus, quae per τος declinantur, hanc differentiam habent, quod neque poetarum finibus inclusa, sed in usu omnium posita sunt proprieque Atticis assignantur, neque plus quam unum casum ab ordine deflexum ostendunt; nam genitivus *Ποσειδῶ* insolentior est, quam qui sic ut *ταῶ* pro exemplo declinationis isosyllabae haberi possit [p. 298.] — His addamus licet poeticum *αἰῶ*, quod Hermannus ex lexigraphi cuiusdam indicio Aeschylo restituit, et proprium *Ἀσκάλω* pro *Ἀσκάλωνα* in Richteri Inscr. a Franckio editis p. 169. — Rho literam huius generis unum in exitu habet *ἰχώρ* — *ἰχῶρα καὶ κατ' ἀποκοπὴν ἰχῶ* EM. 480. 56, de quo schol. B ad Il. V 416 *ἀττικόν ἐστι κατ' ἀποκοπὴν τοῦ ρ καὶ α, ἢ κατὰ συναίρεσιν ἰχῶρα ἰχῶ*, hoc est *κατὰ ἐξαίρεσιν τοῦ ρ ἰχῶα καὶ συναιρέσει ἰχῶ*. Id dubito, num usquam invenerit praeter Homericum locum, sed Atticum dicere videtur propter *Ἀπόλλω, κυκεῶ*, quae Eustathius cum illo contendit. Herodianus in Mon. 32. 15 omnium in ωρ exeuntium hoc unum sono acuto finiri docet et, cur ita sit, alibi a se explicatum esse profitetur. Equidem causam nullam

---

*) *Adn.*: „*Ὡς παρὰ τὸ εἰκώ εἰκώς, αἰδῶ αἰδώς, οὕτως ἱδρῶ· ὅθεν καὶ ἀναλογώτερον Αἰολεῖς θηλυκῶς λέγουσι* schol. Il. XXII 2, (ubi: *τὸν ἱδρῶ*). Fortasse: *παρὰ τὸ εἰκών εἰκώ, αἰδώς αἰδῶ, οὕτως ἱδρώς ἱδρῶ*." *Paulo post*: „*Ἀπόλλω* et *Ποσειδῶ* Homero et Hesiodo ignota."

reperi, nisi idem illud feminine appellatum esse ἡ ἰχώ, τὴν ἰχῶ ut τὴν ἐλδῶ [Parall. 219] *). Verum hoc accuratius disseruit Lehrsius. — Hesiodum accusativum *Θόαν* usurpasse, Alcaeum *Αἶαν* Choeroboscus docet 95. 15 πάντα ταῦτα κατὰ ποιητικὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου ἰσοσυλλάβως ἐκλίθη· ὅθεν μέμφομαι τοὺς πεζολόγους, ὅσοι τὰ τοιαῦτα ἰσοσυλλάβως ἔκλιναν. Atque hanc unam rationem ei reliquit canon ab ipso praescriptus 95. 28 οὐδέποτε γενικὴ διὰ τοῦ ντ κλινομένη πάσχει ἀποκοπὴν κατὰ τὴν αἰτιατικήν. Idem alii de Abantis nomine praedicant: Ἡρωδιανός φησι, ὅτι τὸ κύριον καὶ ἰσοσυλλάβως κλίνεται καὶ περιττοσυλλάβως Steph. Ex hoc similibusque multis, quae collegi in Parall. 172 sqq., manifesto apparet, huius figurae nomina saepe dupliciter declinata esse vel in uno alterove casu vel in omnibus, ut *Calchas*, quod grammatici Latini ex poetis priscis afferunt [p. 278]. — De accusativis nominum in ευς Ὀδυσῆ, Τυδῆ mirum est Herodianum ipsum haesitasse: Μηκιστῆ ὁμοίως τῷ Τυδῆ· ἤτοι ἀπεκόπη ἢ δωρικῶς κέκλιται in schol. Il. XV 339 [v. p. 83 sq. et 273]. — Eundem auctorem habere videtur Ioannes p. 12. 18, quum νίφα apocopae subiiceret, de quo postea dicetur p. 316. — Quod Suidas dicit εἰκῶ τὴν εἰκόνα κατὰ ἀποκοπήν, si sciens volensque perispomenon fecit, grammaticos illos sequutus est, qui apocopae ectasin accedere docent **).

De numero duali nihil praecipiunt, nisi quod Apollonius Pron. 117 refert: τὸ ἄμμε ἀποκεκόφθαι φασὶν ἀπὸ τοῦ ἀμμέας, sed a nostra causa seiunctum est.

Omnium, quae de pluralibus afferuntur, maxime notabile est illud, quo Strabo ad demonstrandam apocopae frequentiam utitur: Ἐπίχαρμος Συρακώ λέγει τὰς Συρακούσσας, quod nisi Συρακώσας scribatur, praeposito parum convenit;

---

*) *Adn.*: „Cetera in ωρ disyllab. per ορος et oxyt. [*baryt.*] Choerob. [320. 30, 87. 4]. Thiersch. § 188 p. 296 ἰχῶ omisso ρ, idem Πυθῶδε ex Πυθῶναδε ut γέλω ex γέλωα p. 295. Matthiae p. 209 sq. ἰχῶ, Ἀπόλλω apocop. — ν eximi potest, sed non ρ." *De accus. in αν adn.*: „Herm. ad Prom. 428."

**) *Adn.*: „Εἰκώ non reperiri Thes., sed fortasse ut ὁ μείζω." *V. supra p.* 282 *adn.* — *De ectasi apocope coniuncta p.* 310.

sed huius scripturae auctor nullus. Quare poeta non *Συρακώ* dixisse videtur, sed *Συρακούς*. Id autem quum nominativum habeat *Συρακώ* [Aglaoph. 733], Strabo commode dicere potuit, eum urbem Syracusarum appellasse *Συρακώ*. Illum ipsum accusativum exhibet EM. 736. 26 *Συρακοῦς· καὶ τὰς κλεινὰς Συρακοῦς ἀποβολῇ ἐκ τοῦ Συρακούσας (Συρακούσσας)*, quae iam Maittairius Strabonis loco adhibuit. Hic Holstenius quidem genitivum supposuit, idque et alii virorum doctorum amplexi sunt (v. Ahrens. ad Epich. Fr. 166 p. 463) et novissime Meinekius in Vind. Strab. p. 114, sed mihi non persuasit. Accentus enim articuli et epitheti clare indicant accusativum, eodemque signandum est nomen proprium, si valet scholae regula, nomina in ῶ in plurali non aliter scribi quam oxytona secundae declinationis: *αἱ Σαπφοί, τὰς Σαπφούς* Choerob. 338. 25. Huius numeri pauca sunt exempla et auctorum novitiorum, sed canoni accommodata: *Κατακλῶθες μεταπλασμός ἐστιν ἐκ τοῦ κλωθοί ὡς Σαπφοί* schol. margin. ad Od. VII 197 et Eust. 1576. 40, *αἱ λεχοί* Orph. H. II 10, *ταῖς λεχοῖς* Diosc. Mat. III 44. 391 (nisi hic *λοχοῖς* scripsit ut III 4. 343) et schol. Apoll. I 1010, quem ad locum Schaeferus ex antiquioribus affert *τὰς εἰκούς* et *τὰς Γοργούς* cum reprehensione eorum, qui haec perispomena fecerunt, tanquam contracta sint ad modum genitivi *τῆς εἰκοῦς* *). Itaque *τὰς Συρακοῦς* in EM. aut corrigi oportet aut excusari potest. — Cetera, quae a grammaticis iactantur apocopae exempla, in alio volumine, quum de syncope dissererem, excussa sunt; *ἔται*, unde derivatum est *ἑταῖροι*, non contra, I 356, *ἦρα* sive *ἐπίηρα* p. 376, *κρέα* et *τέρα* p. 231 sq. [Vol. II Diss. VI p. 49]. Pro *γυναῖ* apud Menandrum potius *γυναί* scribendum esse remota apocopae suspicione ne Choeroboscum quidem praeteriit, cuius locum emendavit Meinekius Com. II 2. 834. — Hinc paulum progressi ad eum locum pervenimus, quo verba continentur.

---

*) *Adn.*: „(*ταῖς*) *λεχοῖς* Hippocr. Matth. p. 223, *λεχοῖ* Littré Epid. II 5. 3 p. 128 T. V, *λέχοις* vulg., *λεχοῖς* Lind.; *Λατούς* Choer. p. 117 sq.“

Caput VI.

De apocope inclinamentorum verbalium syllabica.

Temporis praesentis modus primarius syllabae finalis iacturam fecisse dicitur in una persona, quae numeri singularis tertia est, et in uno tantum verborum genere, quo verba in $\overline{\mu\iota}$ continentur: ἔστι χρῆμι χρῆς χρῆσι καὶ κατὰ ἀποκοπὴν γίνεται χρή ὀξυτονούμενον Choerob. 494. 36. Sententiae fundus omnibus notus est Apollonius (Adv. 543. 8, Synt. III 15. 238) unum huic simile afferens φρή ab Anacreonte dictum (Ahrens. Dor. 295), quod quantum a communi sermone abhorret, tantum hinc remotum est χρῆσι. Neque Apollonio confidit Bredovius Dial. Her. 379, sed potius Buttmanno, ut videtur, assentitur, qui χρή ex usitato χρῇ natum esse putat attenuato sono et accentu, pariterque syntheton ἀπόχρη ex ἀποχρῇ. De hoc amplius nos edocet Zenobius in EM. 127. 57 τὸ χρῆ παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀθηναίοις καὶ περισπωμένως σὺν τῷ $\overline{\iota}$ γράφεται — παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις βαρύνεται καὶ χωρὶς τοῦ $\overline{\iota}$ γράφεται, χρῆμι χρῆς χρῆσι καὶ κατὰ ἀποκοπὴν χρή καὶ ἐν συνθέσει ἀπόχρη. Illam antiquam, ut dicitur, verbi compositi scripturam, quae cum ἀποσμῇ convenit, Elmsleius ad Eurip. Iph. T. 310 not. a Blomfieldio in Agam. 1584 restitutum iri sperabat, sed hic eius ne mentionem quidem fecit (1564), neque meminit Hermannus (1542). Sed totius verbi tam inordinati sunt motus, ut consuetis grammaticorum remediis sisti non possint *). — Alterum eiusdem classis verbum ab Hesiodo Opp. 526 decurtatum esse affirmat EM. 260. 57 οὕτως ἀναγνώσεις οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομόν — ἀντὶ τοῦ δείκνυσι ἀποκοπῇ. Ὅσοι δὲ ἀνέγνωσαν δεικνύ (hoc accentu) βουλόμενοι ἐκ τοῦ δεικνύς παραλαμβάνειν κατὰ συστολήν, ἥμαρτον· ἀσύστατον γάρ. Hi nescio quid aliud scribi voluerint quam δεικνύει correpta, quod nemo concedet, antepenultima. Goettlingius ad Theodos. p. 249 Aeolice figuratum esse autumat ut a γέλαιμι γέλαις

*) *Adn.:* „Pro ἐὰν χρῇ Soph. Phil. 987 optimi quique codd. praebent χρή, quasi immobile ut ἐὰν δεῖ.“

γέλαι. Hoc quidem dissimile est; geminum eiusdem verborum ordinis profert Choeroboscus 856. 22 οἱ Αἰολεῖς ἀποβολῇ τοῦ σ τὰ τρίτα ποιοῦσι τίθημι τίθης τίθη, ζεύγνυμι ζεύγνυς ζεύγνυ, sed testem tamen non subiungit, neque nos reperimus, quem Hesiodo addere possimus.

De indicativo passivae formae, qui legitur Od. XI 221 πυρὸς μένος δαμνᾷ, ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ — vetus interpres sic sermocinatur: δαμνᾷ ὡς κιρνᾷ· οἱ δὲ δάμναται ὥς κεν πρῶτα λίπῃ, ὡς Κράτης· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης συνεδάμνα (scr. συνεσταλμένως δάμνα). Ἢ τοῦ δαμνᾶται ἀποκοπὴ ἔξοδον δὲ (scr. ὅθεν δεῖ) ἀναγινώσκειν περισπωμένως ἀπὸ τοῦ δαμνῶμαι ὡς πειρῶμαι πειρᾷ καὶ ἐκφωνουμένου τοῦ ι ὡς τὸ δύναι παρ' Ἀττικοῖς. Fuit igitur scriptura triplex, uno vulgo recepta, sed Crateti reprobata δαμνᾷ ἐπεὶ —, altera Ptolemaeum fautorem nacta δάμνα ἐπεὶ — cum apocope pro δάμναται, tertia Cratetea δάμναται ὥς κεν. Quae sequuntur verba ἀπὸ τοῦ δαμνῶμαι ὡς πειρῶμαι πειρᾷ (πειραῖ), huc tendunt, ne quis vulgatum δαμνᾷ reiiciat propter eam causam, quia huius verbi nullum extet apud poetam exemplum; nam certe, inquit, utitur forma secundae personae media Il. XIV 199 σὺ πάντας δαμνᾷ ἀθανάτους ut πειρᾷ ἐμεῖο γεραιέ, quod schol. Vict. hoc loco apponit: οἱ μὲν ὁμοίως τῷ πειρᾷ ἐμεῖο, οἱ δὲ Δώριον ἀντὶ τοῦ δάμνασαι. Οὕτως Ἀρίσταρχός φησιν ἐπίστᾳ, δύνᾳ, quae Heynius in Add. ad h. l. ἐπίστῃ, δύνῃ scribi vult parum attendens, sic scripta proposito δάμνᾳ non convenire *).

Sequitur his coniuncta et continens quaestio de temporibus praeteritis. Herodianus in schol. Il. V 256, ubi de ἔα (εἶα) disserit, huc egreditur: οὐκ ἄηθες καὶ ἐνεστῶτας ἀποκόπτεσθαι καὶ ἄλλους χρόνους ὡς ἔχει τὸ οὖτα κατὰ λαπάρην. Hic utrum aoristo οὔτασε syllabam, an imperfecto οὔταε vocalem detractam putaverit, non satis liquet; sed quia quum maxime de ἔα agitur, imperfectum significare videtur, quare supra cap. I p. 275 inserui. — Cur Zenodotus ἔπλε Il. XII 11 pro ἔπλετο positum statuerit κατ' ἀποκοπήν, haec una reddi potest ratio, quod hoc in carminibus

*) cf. p. 122 sq.

frequentissimum est, alterum nullo alio loco legitur, sed modo πέλε et ἔπελε [v. p. 175].

Desipit vero schol. Theocr. III 11 ἐκέλευσας καὶ κατ' ἀποκοπὴν δωρικὴν ἐκέλευ. Et non minus ineptum est, quod de aoristo ἐπέπλως Od. III 15 proponitur: πλῶ πλώσω ἔπλωσας καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ἔπλως καὶ ἐπέπλως, quod scholiographo ignobili facilius indulgemus quam grammatico superioris ordinis, cui idem tribuitur in schol. Il. III 47 ὁ Ἀπολλώνιος τὸ ἐπιπλώσας σχηματίζει οὕτως· τοῦ ἐπιπλώω ὁ ἀόριστος ἐπέπλωσα, ἡ μετοχὴ ἐπιπλώσας, εἶτα ἀποκοπῇ ἐπιπλώς· καὶ τὸ ἐπέπλως ὁμοίως ἐκ τοῦ ἐπέπλωσας. De participio illo hoc addit amplius: ὅτι δὲ οὐκ ἔστι ἀπὸ τοῦ θέματος τοῦ πλῶμι, δῆλον ἐκ τοῦ μηδὲν εἶναι ὡς ἀπὸ τῶν εἰς μι κίνημα — ἔδει δὲ καὶ ἐπιπλούς εἶναι ὡς βιούς καὶ γνούς, quo artificio idem de Pron. 113 participium γηράς enodare conatur. De utroque quae dici possunt, exposui in Pathol. Elemm. T. I 383 sq.

Eadem corruptionis suspicio afflata est tribus modis obliquis. Primum imperativo verbi ἵστημι, cuius duae formae discordes apud Homerum extant, καθίστα in exitu versus Il. IX 202 et ἵστη XXI 313, ubi spondeo opus est. De illo schol. A sic loquitur: ὡς καθίστανε τὸ πλῆρες (sc. βραχὺ ἔχει τὸ α), οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ἀποκοπῆς· εἰσὶ δὲ οἳ ἐκτείνουσιν ἐκ τοῦ ἱστῶ τὴν κλίσιν παραλαμβάνοντες. Alii in EM. 477. 56 utrumque quidem apocopae subiectum, sed a diverso principio profectum dicunt: οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι, ὅταν ἀποκοπῇ γένηται τῶν εἰς θι προστακτικῶν, ἐπαύξησις ἀκολουθεῖ ὡς ἵσταθι καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ἵστα καὶ ἐκτάσει ἵστη. Hoc ἵστη autem Herodianus l. c. cum Dorico ὅρη etc. confert, nec tamen, ut equidem puto, verbum ἱστᾷν Homero tribuit, sed imperativum solum ad speciem eius animo informatam transmigrasse sumsit terminatione propria modo servata: καθίστα, modo in Doricam conversa: ἵστη. Atque hic metaplasmus mihi probabilior videtur quam apocope verbi ἱστάνω, quod diu post Homerum inolevit, licet illa Thierschii suffragio commendata sit gramm. § 223 p. 336. — Eodem Moschopulus in Anecd. Bachmanni T. II 381. 30 revocat imperativos aoristi ἀνάβα καὶ κατάβα (καὶ ἐπίβα) καὶ ἀνάστα

κατὰ μεταπλασμὸν ἀττικῶς, neque causa est, cur ἀνάβα et proxima potius a verbo circumflexo βῶ deflexa credantur, cuius alii quoque modi noscuntur, v. Rhem. 5*). Simplicium vestigia nulla sunt praeter barbarum illud στᾶ στᾶ, οὐ λούει, quod Athenis olim tironibus lavacro scholastico initiandis acclamatum est. Sed postquam semel aliquis coniecturam fecit, Homerum ἴστα et ἴστη usurpasse pro ἴσταθι, illico inventi sunt, qui eadem machina solitarium illud τέττα amoliri conarentur adhibita correctione perfacili: τέτλα δεῖ γράφειν τῆς ἐπὶ τέλους συλλαβῆς ἀποκοπείσης τοῦ τέτλαθι Hellad. 868 H.; et, quod idem refert, inventiuncula Arato tantopere placuit, ut eundem imperativum uni suorum carminum insereret tanquam gemmam. Quamnam mensuram ei dederit, nescimus; sed correctores illos apparet alpha finale pro brevi habuisse contra axioma scholicum, quod Oppiani interpres refert Hal. I 332 (329) σκέπας μακρὸν, ὅτι πᾶσα ἀποκοπὴ μακροκαταληκτός ἐστιν, ἐνταῦθα δὲ τὸ ᾱ βραχὺ διὰ τὸ μέτρον. Hic quod σκέπα [p. 299 m.] ex σκέπασμα natum dicit, vix dignum relatu habuissem, nisi id, quod de ectasi addit, nobiliores haberet auctores, quos indicta causa praetermittere nefas. Eorum unum producit EM. 231. 12 Γηρυὼν καὶ κατὰ μεταπλασμὸν Γηρυόνης· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν λέγει αὐτὸ ἀπὸ τοῦ Γηρυόνης εἶναι κατ' ἀποκοπὴν τῆς ῆς συλλαβῆς καὶ ἐκτάσει τοῦ ο ὡς πόθεν πῶς (scr. πῶ). Eodem utitur Epim. I 245. 25 ad explicandum κρῖ — μακρὸν τὸ ῑ· μετὰ γὰρ τὰς ἀποκοπὰς ἐκτάσεις ἀκολουθοῦσιν: ἔνια (scr. ἐνιαχόθεν) ἐνιαχοῦ, πόθεν πῶ, αὐτόθεν αὐτῶ (αὐτῶ) παρὰ Συρακουσίοις οὕτω λεγόμενα. Apollonius Adv. 604 generatim dicit, Dores adverbia in οθεν exeuntia in ω vertere ἀποκοπῇ τοῦ θεν καὶ μεταθέσει τοῦ ο εἰς ω, τουτόθεν τουτῶ etc., quae ad nostrum propositum nihil pertinent; sed communia illa ποῦ, ἀγχοῦ etc. apocopae nulla ratione subiici possunt propterea, quod haec natura aliud significant quam quae in θεν exeunt, significationis autem diversitas, ut idem ille dicit, excludit affectionem: τὰ γὰρ πάθη τῶν φωνῶν ἐστιν, οὐ τῶν σημαινομένων. Quin illam ipsam de ectasi apocopen conse-

---

*) *Adn.*: „κατάβα, ἀνάστα etc. Nauck. Arist. 211".

quente persuasionem ii certe amplexi non sunt, qui ἔρι et τρόφι ex trisyllabis mutilata esse crediderunt. Ac si exempla, quae pro ea afferuntur, excutimus singula, nullum est, cui fidem habere possimus.

Quod superest, Matthiae gramm. p. 484 imperativo σάω quasi fundamentum substernit σάωθι a σάωμι, puta, derivatum ut δίδωθι, quae originatio nihilo probabilior Eustathatii coniectura ad σάωζε refugientis 1740. 4. Verius fortasse ille in EM. 708. 38 σάου in σάω mutatum esse dicit trope Dorica ut ῥιγῶντες et βῶν [v. p. 111]. Verum satis de hoc. — Infinitivos activae formae Homerum constat pro metri ratione variare ἀξέμεν et ἀξέμεναι, θέμεν et θέμεναι etc., sed non aeque constat, utra sit antiquior terminatio. Plerique prolixiori principatum dant: τὸ εἶναι κατὰ ἐπένθεσιν εἴμεναι καὶ κατὰ ἀποκοπὴν αἰολικὴν ἐξέμεν Eust. 836. 34 et alii in Pathol. I 486 citati, qua de causa ἐκδύμεναι a schol. Il. XVI 99 πλῆρες vocatur, ζευγνύμεναι — τέλειον v. 146. Alii Graecos a brevioribus gradatim processisse statutum habent: ἀπὸ τοῦ ἀλκεῖν ἐγένετο ἀλκέν κατὰ συστολὴν καὶ ἐκβολῇ τοῦ ν καὶ προσθέσει τῆς μεν ἀλκέμεν καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀλκέμεναι καὶ ἀλαλκέμεναι schol. Od. III 237, ἐνεγκέν ἐνεγκεῖν ἐνεγκέμεν ἐνεγκέμεναι Eust. 1179. 36, nec temere invenias, in quo omnes consentiant, cf. Ahrens. Dor. 502. Sed si quid decernendum est, bisyllaba terminatio antiquior eademque a verbis in μι profecta, deinde labante analogia ad alias coniugationis formas translata videtur. — Allatis Eustathius l. c. adnectit infinitivum ἀποχρῆν—ἴσως ἀποκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἀποχρῆναι. Huic vero dubitationi occurrit iota subscriptum, quod quum Matthiae p. 677 locis Demosthenis tacite detraheret, Wolfii praescriptum sequutus est deserta paradosi, cuius patrocinium suscepi in Rhem. 188 adn. 9. — Infinitivi δοῦν, quem Naekius Choer. 231 in quodam Phoenicis versu pro χεῖρα δοῦν' ἐπαιτούσῃ scribendum esse dicit suffragante Meinekio Anall. 140*), ille perpauca exempla reperiri fatetur, equidem nullum cognovi praeter φῦν, quod ipsum suspicione non

---

*) *Hoc non inveni, sed p.* 131 φῦν, πῖν, βάν, κτάν *comparata cum* τλ, δῶ, πῶ.

caret*). — Optativum ne credamus grammaticorum curiositatem effugisse, cavet schol. Il. IX 393 *τὸ σαῶσαι Τυραννίων περισπᾷ ὡς ἀπὸ τοῦ σαῶ. ἐπεί, φησί, καὶ τὸ εὐκτικὸν κατὰ ἀποκοπὴν εἶπε Σόῳ,* hoc est *σοῷ*, ut Lehrsius scripsit. Hoc igitur ille pro *σοῴη* dictum statuit, sed nemo suffragatur [v. p. 276.] — Subiunctivi in hoc actu fabulae partes nullae sunt.

Caput VII.

De apocope duarum triumve syllabarum.

Postquam illa de syllabae finalis mobilitate opinio semel doctorum animos pervasit, ab hoc aditu nonnulli ulterius progrssi longiores quoque terminationes attentare coeperunt. Quo quam cito decursum sit, indicium praebet illa Strabonis digressio, qua probare conatur, Sophoclem et Ionem *ῥᾷ* pro *ῥᾴδιον*, Aratum *πηδά* pro *πηδάλια* Homerumque ipsum *μάψ* dixisse pro *μαψιδίως*, quod ne Eustathio quidem persuasit: *μάψ ἐκ τοῦ μάτην* 187. 28, quam doctrinam si ab Homeri interpretibus antiquis proseminatam dicam, haud multum erravero. Iisdem vestigiis ingreditur Apollonius 567. 12 *ἀπὸ τοῦ ῥᾴδιον κατὰ ἀποκοπὴν ῥᾷ ἐγένετο καθὸ καὶ τὸ βριθέως***) *βρί· ὅτι γὰρ καὶ δύο συλλαβῶν ἀποκοπαὶ γίνονται, ἐν τῷ περὶ παθῶν ἐδείχθη· τὸ γὰρ πρόπαρ οὕτως ἔχει καὶ τὸ μάκαρ, πηδά, ἱμέν παρὰ Καλλιμάχῳ.* Subscriptores eius nominat EM. 210. 43 *βρᾶ* (sic) *ἀπὸ τοῦ ῥᾴδιον κατὰ συγκοπήν* (sic). *Οὕτως Ἡρωδιανὸς καὶ Χοιροβοσκός*, quo in loco *ῥᾳδίως* scribi oportet; nam in Alcmanis versu *ῥᾷ* adverbium est, apocope autem merismum non mutat. Utrumque autem non de hoc uno disputasse, sed omnia illa eodem apocopae titulo complexum esse, dubitandi causa nulla. Nobis hoc remedium violentissimum videtur, et a veterum quoque

---

*) *Adn.:* „*φῦν* Parmen. 67, Rhem. 5 n. 5, fort. *φῦ‖ν' οὕτως* ut *Ζῆ‖ν'—ὡς* [*v. p.* 273 *(302) et* 333 *n.* 3]. *Τοῦ μεταδοῦν' ἐθέλει* Theogn. 104 em. pro — *δοῦναι θέλει*". *Infinitivos χριμφθῆν, κλυσθῆν, δῦν a se e Lud. fratre Aeschylo restitutos ait G. Dind. in praef. ed. IV Teubn. p. LXIX.*

**) *Sic correctum βριθύως in Vol. I p.* 201 *et supra p.* 291 *ex., cfr. p.* 297 *ex.*

nonnullis repudiatum esse apparet ex Eustathii verbis 1542. 27 *τὸ μάκαρ οὐκ ἔσχεν ἀποκοπὴν ἐκ τοῦ μακάριος· οὐ γὰρ ἂν ἀποκοπὲν ἐκλίνετο. Τὰ γὰρ οὕτω παθόντα μένουσιν ἀμετάβατα εἰς κλίσιν· τὸ γὰρ δῶ καὶ τὸ κρῖ καὶ ὁ παρὰ τῷ γεωγράφῳ ἧλ οὐκέτι κινοῦνται. Οὕτω καὶ τὸ νίφα καὶ σκέπα τὸ τοῦ Ἡσιόδου. Οὔκουν ὁ μάκαρ ἀπεκόπη, ἀλλὰ πρωτότυπον αὐτὸ ἐκείνου ἐστί.* Hoc illi quoque, puto, amplexi essent, nisi in mentem venisset, praeter illud nullum esse duorum generum vocabulum simplex in liquidam exiens, quare ab Helladio *λέξις μονήρης* vocatur, v. Parall. 207. Huiusmodi vero vocum numerum analogiae sectatores quantum possent circumscribere annisi sunt, contraque venientia non integra esse constituerunt, sed corrupta quum aliis affectionibus, tum etiam apocope, unde crebra illa insolentium excusatio: *αἴτιον δὲ τὸ πάθος.* Hoc *ῥᾴ**) macrosyllabum et simile *βρί* supra absoluta sunt. De *μάψ* quod dicitur, hoc ipso nomine dignum est, eiusdemque levitatis adverbii *πρόπαρ* derivatio, cui *προπάροιθεν* non ex toto simile est; nam hoc etiam adverbii locum obtinet, illud autem semper casum sibi adiunctum habet. — Quintum adiicit schol. B Il. I 416 *μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν — καὶ ἀποκοπὴν τοῦ μινυνθάδιος.* Eodem iure diceres *δήν* ex *δηναιόν* natum esse, *ἐντυπάς* ex *ἐντυπαδίως*, quo utitur interpres Il. XXIV 163. Rectius alii paragogen appellant, v. Prolegg. 351. — Acervum auget schol. B ad Il. XVI 392 *ἐπίκαρ — τὸ τέλειον ἐπὶ κάρα· ὄμεινον δὲ ἐπικαρσίως διὰ τὸ σύνηθες τῶν ἀποκοπῶν.* Hactenus de adverbiis.— *Πηδόν* Latinumque *pedum* et *πηδάλιον* commune etymon habent *πούς* et similes, sed non easdem res significant, quare id quoque ad productionem revocavi Path. I 390. [Par. 115, Rhem. 159]. — Nec momentum facit epiphonema nuptiale, de quo Helladius l. c. *ὑμέναιε γέγονεν ἀποκοπὲν ὑμέν.* Vocem integram *Ὑμὴν ὦ Ὑμέναιε* servant Euripides in cantico Tr. 314, Aristo-

*) *Adn.:* „*ῥᾶ* cod. A Strab., sed Eust. [?] *ὀξύνεσθαι* [*ait*]. Apollonius 566. 14 *ῥά* longo *ᾱ* non ob monosyllabiam, nam *ἅ* i. q. *ὡς* breve est ut *πυκνά* et *ἠΰτε πέσατε* (*ἅτε*?). In antigraphis nonnullis sine iota, quia ex *ῥέα* [*contractum*] putarent, sed hoc improbat, quia non *περισπᾶται* et quia cum *ι* quoque reperitur". *v. Diss. VI p.* 81, *cf. p.* 34.

phanes in exodio Pacis et Avium, Theocritus in epithalamio Helenae, Ὑμὴν Ὑμέναιε Nonn. XVI 290. Callimachus autem fortasse metro obsequens scripsit Ὑμὲν ἴθ' ὦ Ὑμέναιε ultima correpta contra regulam nominum oxytonorum in ην exeuntium; sed acclamationes, quibus docti indoctique pariter utuntur, naturae impetum sequi par est, non artis praecepta, quibus vocabula meditata adstricta tenentur. Appellativum membranam significans per casus movetur; ex interiectione fictum est cantilenae nomen ὑμήν καὶ ὑμέναιος τὸ γαμήλιον ᾆσμα Poll. III 37 et proprium dei sicut Ἐλελεύς, Ἰήιος, Εὔιος, *Euan*. Illo pro indeclinabili utitur Oppianus ὑμὴν ὑμέναιον ἀείδειν, v. Path. Elemm. I 473 adn. Nominis divini unus reperitur vocativus eodem quo nominativus exitu ut Doricum ὦ ποιμάν in Catulli epithalamiis *Hymen ades o Hymenaee*. — Ab interiectionum similitudine non longe absunt vocativi, quorum unum βασιλεῦ Aesch. Suppl. 857 in βᾶ deflexum esse et alii statuerunt et nuper Hermannus. Veteres solum adverbium βᾶ cognitum habent. — In Il. XVII 201 Herodianus quaesitum esse dicit, quonam accentu scribendum sit, ἆ δεῖλ' an ἆ δειλ'· τὸ γὰρ πλῆρές ἐστιν ἆ δειλέ· οὐ γάρ, ὡς οἱ ἐξηγησάμενοι, τοῦ δείλαιε ἀποκοπή ἐστιν. Addere poterat, adiectum δείλαιος ab Homeri et epicorum usu omnino alienum esse [v. p. 332 et 334]. — Temere et inconsiderate Strabo pro causa sua profert nomen herois Homerici Ἄλκιμος ἀντὶ τοῦ Ἀλκιμέδων, quod meruit diplen Aristarcheam ad Il. XIX 392. Id propius ad syncopen accedit, sed re et veritate nullo genere affectionum contractum est, neque magis Ἄμφις et alia, quae Herodianus recte iudicat: ταῦτα μετασχηματισμοὶ καλοῦνται, οὐ συγκοπαί, οὐδὲ πάλιν δυνάμεθα ἀποκοπὴν εἰπεῖν· ὅπου γὰρ τῆς τελευταίας συλλαβῆς τηρηθῇ τὸ στοιχεῖον, οὐ λέγεται ἀποκοπή, ὥστε μετασχηματισμός ἐστιν. Περὶ παθῶν. EM. 93. 54. Huiusmodi nominum propriorum transfigurationes attuli in Proll. 507 [504 sqq., ib. 147, 204, 282, 489, Pathol. 1 394 sq., 326 n. 6, Aglaoph. p. 996 not. pp., supra p. 303 cet.] et Techn. 317*).

---

*) *Adn.*: προβατήματα πρόβατα Hesych. Κῆλα Pind. κηλήματα [κατὰ συναίρεσιν *schol. ad Pyth. I* 21, *v. Path. I* 393,] *lucida tela* dici

Iam breve quiddam restat de praepositionibus. Quod in schol. Il. IX 247 Didymo adscribitur ἄνα ἀνάστηθι· ἀποκοπή, non novitii cuiusdam Byzantii esse inventum, ostendit Apollonii castigatio Synt. I 2. 12 (6) πρoῦπτον, ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀποκοπαί εἰσιν, ὥς τινες ὑπέλαβον „Ἀλλ' ἄνα εἰ μέμονας, Πάρα δ' ἀνὴρ ὃς καταθήσει", ἀλλὰ πάθη λόγου ἐλλείποντος ῥήματι, quam ellipsin detractionis nomine significat Herodianus in EM. 95. 47 ἄνα ἀντὶ τοῦ ἀνάστηθι· ὅλη ἡ λέξις ἀπεσπάσθη· οὐκ ἔστιν ἀποκοπὴ ἐπὶ τῶν τοιούτων. Alio nomine verbi substantivi defectum signat schol. Il. XIV 141 ἔνι ἔνεισιν· ὁ δὲ τρόπος μετατύπωσις· ἐκ συνθήκης γὰρ ἁπλοῦν ἐποίησε, et Eustathius 75. 2 ἔνι, ἔπι, πάρα ἀντὶ τοῦ ἔνεστι — τὸ σχῆμα τοῦτο οἱ παλαιοὶ μετατύπωσιν καλοῦσιν· οὐδὲ καινὸν τοῦτο. — καινότερον δέ, ἐὰν ἄνα λαμβάνηται ἀντὶ ῥήματος τοῦ ἀνάστηθι.

Sed iam res eo deducta est, ut perorari possit. Comportatis enim undique omnibus, quae veteres de hoc genere affectionum commentati sunt, clare intelligitur, quantopere illi in hoc campo exsultaverint et ex quanto exemplorum numero quam pauca approbatione digna sint. Neque tamen defuisse, qui infinitae illi licentiae obviam irent, ostentui est illud de apocope duarum triumve syllabarum ab Eustathio notitiae nostrae traditum. Apollonius ipse, qui sibi saepe plus nimio indulsit, tamen hanc regionem terminavit edicto illo universali: τὰ πάθη τῶν φωνῶν ἐστιν, οὐ τῶν σημαινομένων de Coni. 522 9, sive aliis verbis: πᾶσα λέξις ὁτιδήποτε παθοῦσα ἔχει τὸ ἴδιον δηλούμενον 490. 26, quo argumento in Adv. 624. 11 et Coni. 490. 18 eos refellit, qui ἐκεῖ ex ἐκεῖσε et qui ἦ ex ἦρα consisum putarent. — Diversitate generis apocopen excludi declarant ii, qui neutrum κρῖ a feminino κριθή profectum esse negant, v. cap. III § 1. — Tertiam notam praebet accentus, quem voces imminutae retinent immutatum: αἱ συγκοπαὶ (ἀποκοπαὶ) ἡνίκα φυλάσσωσι τὸ αὐτὸ

[*videntur*]. *Πόσιν τριπετῆ οἱονεὶ τριπέτηλον* schol. Nic. Al. 347 (em. *δρυπ?*)". *Alibi*: „*πέλωρ ἢ πρωτότυπόν ἐστι τοῦ πελώριος ἢ ἀπὸ τοῦ πελώριος ἀποκέκοπται* Eust. 1150. 62". *cf. p.* 291. *Alibi*: „*κόρι — κορίαννον* Parall. 200." [*cf. Path. I* 387].

μέρος τοῦ λόγου, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάσσουσιν οἷον δῶμα δῶ, ἐκεῖνος (ἐκεῖσε) ἐκεῖ EM. 321. 37. Eandem regulam Herodianus ad Il. XVI 99 praescribit infinitivis: ἐκδύμεν παροξυτονητέον· τὸ γὰρ πλῆρές ἐστιν ἐκδύμεναι ὁμοίως τῷ ζευγνύμεν, et vocibus apostropho succisis schol. Arist. Plut. 143 ὅτε ἀναβιβάζεται ὀξεῖα, πάλιν ὀξεῖα ὀφείλει τίθεσθαι, οὐ μὴν περισπωμένη: φημ' ἐγώ, δεῖν' ἅττα [p. 332 n. 1]. Properispomena accentum suum servare per se intelligitur, nec monuisset Apollonius Coni. 491. 7 et Pron. 111—112: βαρεῖα ἀποκοπτομένη τὸν αὐτὸν τηρεῖ τόνον: δῶμα δῶ, ἧλος ἧλ, nisi intelligi voluisset, id non obstare, quominus duales Attici νώ et σφώ ex communibus νῶι et σφῶι orti credantur; hic enim intercedere characterem dualem perispasi reluctantem [p. 276]. Eadem characteris excusatione, sed loco parum opportuno utitur Joannes 12. 19, Choerob. 419. 25 οὐδεμία εἰς $\bar{α}$ λήγουσα αἰτιατικὴ ὀξύνεται, ἔνθεν ἡ νιφάδα ἀποκοπεῖσα ἀνεβιβάσθη. Nam νίφα ex obsoleto quodam nominativo pendet v. Parall. 114. De accentu autem consentit Epim. 433. 29 sqq., EM. 814. 54 τὸ χρή ὀξύνεται, ὅτι πᾶσα λέξις δισύλλαβος ἐν ῥήμασιν, εἰ μὲν ἔχει τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀποκοπτομένην, τὴν καταλιμπανομένην περισπᾷ (βῆ, φρῆ), εἰ δὲ ἀπὸ τέλους, ὀξύνει. Herodianus satis habuit χρή inter σεσημειωμένα referre Arc. 148. 19; alii eo temeritatis provecti sunt, ut illud adverbium esse dicerent eodem tono, quo ὠή, ὀτιή, ὁμαρτή, δηλαδή Eust. 751. 62, EM. 814. 51 χρή ὀξυτόνως ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ δεῖ (non ὡς δεῖ), περισπωμένως δὲ ῥῆμα. Regulam sequutus est is, qui κρῖ pro κριθή positum esse negavit, quia diversum ab hoc accentum habeat, eademque ratione apotrocta illa in Palladae epigrammmate κνή et θώ rectius nunc sic scribuntur, quam in priore Jacobsii editione T. III p. 133 n. 91. κνῆ et θῶ [p. 288].—Non fidissima apocopae comes est aclisia, quam Priscianus VI 5. 254 ei adiungit: *nihil indeclinabile est, quia per apocopen ab eo, quod est nihilum, prolatum est.* Hoc ex Graecis fontibus delibatum habet: δῶ ἀπὸ τοῦ δῶμα κατὰ ἀποκοπήν· καὶ ἔμεινεν ἄκλιτον· οὐδὲν γὰρ οὐδέτερον εἰς $\bar{ω}$ εὕρηται Epim. I 106. 22, λίς κατ' ἀποκοπὴν τοῦ $\bar{η}$· καί ἐστι πάντῃ ἄκλιτον Choerob. 181. 25, τὸ δάκρυ ἀποκοπὴν παθὸν οὐκέτι κινεῖται

εἰς κλίσιν ὡς οὐδὲ τὸ δῶ καὶ κρῖ καὶ ἦλ καὶ ὅσα τοιαῦτα Eust. 217. 5. Sed hoc commune est multis, quae omnes suos numeros habent, vicissimque multa, quae in amputatis numerantur, libere per omnes casus commeant, nec ignoravit hoc Apollonius Pron. 113 *αἱ ἀποκοπαὶ, ὅταν τύχωσι πτωτικῆς καταλήξεως, κλίνονται: μάκαρ, μάρτυρ,* qua exceptione fortasse usi sunt illi, qui *αὖξη* et *ἄνθη* in hoc numero habuerunt*).

---

*) *Ne haec quidem disseriatio ad finem perducta est, quamquam pauca desiderari videntur. Quae sequuntur in mscr., de productione extremae vocalis, iam supra cap. VI dicta sunt.*

EPILOGUS

DE

INTERPUNCTIONE CUM ENCLISI

ET SYNALOEPHE CONIUNCTA.

Epilogus

de

interpunctione cum enclisi et synaloephe coniuncta.

---

§ 1. Signis interpunctionum adnumeranda sunt ea, quibus parenthesin denotamus, quum impropriam, quam rhetorici ad *σχήματα διανοίας* referunt atque sic definiunt: *ἔστιν ἕνωσις λόγου τὸ ἀκόλουθον ἀφαιρουμένη ἑτέρου τινὸς παραθέσει λόγου, οἷον „Σφῶι μὲν, οὐ γὰρ ἔοικ' ὀτρυνέμεν, οὔτι κελεύω“* Herod. de Fig. 54. 22 Dind., sive, ut Jul. Rufinianus dicit p. 40 ed. Caper.: *quum ordinata ac legitima sententia interrumpitur per alienam extrinsecus diversamque sententiam*, tum eam, quae proprie ita dici solet, hoc est interpositio vocum quarundam absolute dictarum: *οἶδα* et prolixius *εὖ οἶδ' ἐγώ, φημί, οἶμαι, inquam, mihi crede* cetera. Haec si vocalem in principio habent, vocali antecedentis vocabuli *νῦ* adiicitur: *εἰ τὰ χείρω κρατήσειεν, ἔφη* — Plut. v. Anton. XXXV 13 [1]), sin in exitu, ipsa recipiunt: *ἐμὲ, εἶπεν, οὐ κωλύει* v. Dion. XIV 27, *δέχου, φησὶν, ὦ φιλτάτη* Aristaen. I Ep. 5 p. 26, *ἐγώ σοι, φησὶν, εὕρηκα* Plut. v. Cat. Mai. XXIV 19 p. 152 Sint. etc., quod male neglectum est de Fac. Lun. XXVI 940 F *ἐπίσχες, εἶπε, ὦ Λαμπρία·* sed idem vitiose intruditur ante consonantes: *ὦ μιαρὰ, εἶπεν, κεφαλὴ* — Xenoph. Eph. II 6 p. 39. 4, *τῆς σῆς, φασὶν, Καδμείας νίκης* Aristaen. I Ep. VII 149, *πάλαι γὰρ, εἶπεν, λέγω* Dion. Chr. IV 160 (77 Emp.), et sic in codd.

---

1) Haec et alia aeque trita tantummodo exempli gratia propono.

Plat. Civ. II 363 B *ὄϊες, φησὶν, καταβεβρίθασι*, quod Schneiderus non repudiat. Si vero communem usum sequimur, illa non aliter scribenda sunt, quam si nulla esset interpunctio, hoc est ny ante consonas omisso.

Verum longe difficilior est illa quaestio, num **accentus in parenthesi** alius ponendus sit quam extra eam. Facillimum est interpunctionis signa undique tollere, quo facto enclisis ordinaria succedit. Sic Bekkerus fecit Demosth. Cor. 235. 113 (264. 11 R.) *ἐπῄνεσεν αὐτόν φησιν (Αἰσχίνης) ὑπεύθυνον*, et cum eo non pauci alii. Sed hoc modo sensus saepe ambiguus redditur, de quo infra dicam. Retentis vero illis de accentu ambigitur primum eius vocis, quae in parenthesi posita est, tum earum, quae hanc proxime vel antecedunt vel sequuntur. Frequentissime verbum *φημί* accentum suum remittit in vocabulum, quod antecedit, quamvis commate separatum: *πολλάκις γάρ, φησι, τοῦτο* — Liban. Declam. T. I 191, *τὸ πρᾶγμα αὐτό, φησι, δείξει* Iulian. Ep. LIX 112, *προσώφειλε τριάκοντά, φασι, δραχμάς* Lucian. de Sacrif. § 4 p. 308 T. I, *Μίκυλλέ, φησι, θυγατρὸς* — Somn. s. Gall. § 9 p. 11 T. III, *ἐγώ, φησιν, ὑμῖν δώσω* Aesch. c. Ctes. 633. 1 (464. 238 Bekk.), sed in h. l. et apud Lucianum nunc suus verbo accentus redditus est. Et hic quidem in editionibus antiquioribus gravis est ut in sermone continuato: *ταῦτα, φημὶ, ὡς θεόπεμπτα ἔσπασε* Longin. XXXIV 122. 4, *ἐγὼ, φησὶν, ᾖδον* Himer. Ecl. XXIII 280, *ἀλλὰ, φησὶν, ἐλευθέρα* Charit. V 7. 120, *ἐμαυτῷ, φασὶ, καὶ ταῖς Μούσαις ᾄδω* Themist. Or. XXX 366 C. (442 Dind.), *ἄξει σοι, φησὶν, εἴκοσι* Plut. v. Dem. XXV 16, nec mutat Sintenis p. 533 T. 1; sed plerique nunc acutum praeferunt, velut Jacobsius in Philostr. Imagg. I 7. 14. 2 *τοῦτον κτείνει, φασίν, ὁ τοῦ Πηλέως*, Jacobitzius in Lucian. Deor. Conc. § 3 p. 576 T. II *πολλοὶ γάρ, φημί, οὐκ ἀγαπῶντες*, Bergkius Arist. Rann. 1156 *ἥκω γὰρ εἰς γῆν, φησί, καὶ κατέρχομαι*, Meinekius in Alciphr. I Ep. 39 p. 26 *σκόπει τὸ χρῶμα. φησίν, ὡς ἀκριβές* et proxime ante *ἐγώ, φησίν, ἀγωνιοῦμαι* *). Tantum de vocabulis in parenthesi positis.

---

*) *In vacua pag. adscript.:* „*βαρύ, φησιν, ἆρον αὐτό· ὁ δ' Ἔρως, ἔχ' αὐτό, φησιν* Anacr. Od. 29. 16 [27 *A Bergk. II*]; *ὁ δ' Ἔρως, ἀν-*

Sed non minus controversus est accentus eorum, quae eam antecedunt. Acuuntur nunc monosyllaba illa non solum in locis citatis, sed multo saepius: *τί γάρ, φασίν, ὄφελος;* Arist. Nicom. VIII 16 p. 1163 a. 33, *τῶν ἵππων ὁ μέν, φαμέν, ἀγαθὸς* Plat. Phaedr. 253 D., *ἡμεῖς δέ, φησί, δηλώσομεν* Strab. X 5. 456, *ἔχει γάρ, φησίν, ἕτερον φάρμακον* Achill. Tat. IV 15 p. 97, *ἐπεὶ καί, φασί, τὸν πρώτιστον ἀπώλεσε* Aelian. Hist. Ann. IV 2. 228, et sic Wolfius scripsit Od VIII 413 *καὶ σύ, φίλος, μάλα χαῖρε* pro *σὺ*, et Bekkerus Plat. Euthyd. 298 D *καὶ σύ, ἔφη*, Hermannusque Aesch. Pers. 840 *μόνης γάρ, οἶδα, σοῦ — ἀνέξεται*, Prom. 506 *οὐδείς, σάφ' οἶδα, μή* — etc. Sed priores editiones plerumque gravem retinent, exempli causa *σμικρὸν, ἔφη, ἀπόκριναι* Plat. Euthyd. 298 E, *εἰκὸς, πῶς γὰρ οὔ; βούλεσθαι πάντα* Legg. VI 796 E (Turicc. *εἰκός*), *νὴ τοὺς θεοὺς, εἶπε, φαίνῃ* Plut. v. Dion. V 11 p. 90, *ὡς ἡδὺς, ἔφασκεν, εἶ* v. Artax. XVII 29, *τίνες εἰσὶν, ἔφη, ὡς* — Dio Chrys. I 67, nec quidquam mutarunt Sintenis et Emperius, quibuscum facit G. Dindorfius in Sophoclis editione novissima Oed. C. 852 *χρόνῳ γὰρ, οἶδ' ἐγὼ, γνώσει* et Trach. 242 *αὗται δὲ, πρὸς θεῶν, τοῦ ποτ' εἰσί;* Illarum autem auctoritas hoc minor est, quo saepius in sermone non interpuncto quoque enclisin negligunt et quo apud veteres ipsos incertior fuit encliticarum descriptio.— Ita scimus fuisse, qui verbum *φημί* huic generi subtraherent, v. Lehrs. Quaest. 126, Hofm. Quaest. p. 6, hisque assensi Wolfius et Bekkerus post perispomenon retinuerunt accentum a Spitznero omissum Il. VI 98 *Ἀχαιῶν φημί* et XIII 817 *αὐτῷ φημί.* In Aristoph. Eqq. 512 *ὑμῶν φησί*, Pac. 1315 *ὑμῖν φημί*, Rann. 802 *βασανιεῖν φησί* sustulit Bergkius; idem vero et Dindorfius post proparoxytonon *ἀπέδεσθαί φησι* Avv. 26 scripserunt, et vulgo sic legitur post properispomena: *εἶναί φημι* Rann. 831; sed *τὼ παῖδε φημὶ* Antig. 561. Oxytona non ubique ad se reci-

---

οιγέ, φησι 34. 10 [31 *Bergk.*]; *φέρε, φησι, πειράσωμεν* v. 24; *ὁ ἵππος αὐτόματος, φαμὲν, ἦλθε* Arist. Auscult. Phys. II 6. 197 b. 15; *εὐνῆς, φησὶν Ὅμηρος, ὁ νέος ἐπιθυμεῖ* Nicom. III 14. 1118 b. 11. Antiquissimum exemplum huius generis: *ἤδη μὲν σέγε, φημὶ, καὶ ἄλλοτε δουρὶ φόβησα* Il. XX 187, sed Bekk. *σέ γέ φημι — φοβῆσαι*, neque extat alterum."

piunt: γυναιξὶ φημί Eccles. 210 et saepissime καί φημί Agam. 798 (830), Oed. C. 317, Rann. 1066, Eqq. 279, Isocr. Panath. 237 Ald., 264. 19 Bekk., ἐγώ φημί Busir. 228 Ald., 255. 34. B., Turicenses vero sub uno accentu ut Schneiderus quoque Plat. Civ. I 334 B καί φησιν a Bekkero dissentiens. Homerica exempla οὐδέ μι φησίν Il. V 119, ἀλλά σε φημί X 331, οὔ τινα φησίν IX 305 et all. Wolfius ad unam formam redegit [2]). Personas numeri pluralis nonnullos encliticorum numero eximere Charax refert et factum improbat. Sed hae quoque reperiuntur admodum saepe orthotonumenae: ὡς φαμὲν — Plat. Phaedon. 79 D, Epin. 973 E, ὡς δὴ φαμέν Polit. 301 D, ἡμεῖς φαμέν Legg. III 691 A, Soph. Phil. 1073, καὶ φαμέν Eur. Med. 862 (891), τὴν γαλῆν φαμέν Arist. Thesm. 559, ὡς φατέ Theaet. 178 B, sed ὥς φατε Tim. 24 E, ὑμεῖς φατέ Ar. Plut. 200, παῖδας φασί 153, καὶ φασί Isocr. Plat. 338. 25 (321), αὐτοὶ φαμέν Thuc. I 38. 1 et ξύμμαχοι φασίν I 85. 2 tacite correxit Poppo relicto contrario καὶ φασί I 39. 1. Et Stallbaumius vulgatum οὐ γὰρ φασί Plat. Phaedon. 61 C et alia sic scripta regulae tralaticiae accommodavit, sed praetermisit καὶ φατέ Symp. 198 E: Bekkerus in Aristotelicis ὡς φαμέν Nicom. V 4. 1130 a. 15, ὡς φασίν VII 15. 1154 b. 9, εἶναι φαμέν V 2. 1229, Polit. III 3. 1276. 5, τὰς γυναῖκας φασί II 9. 1270 a. 4 etc. silentio transiit quamvis dissidentia a vulgo receptis εἶναί φαμεν, εἶναί φασιν. Et his consentaneum ὥς φαμεν Polit. I 2 n. 10 Goettlingius ex editionibus veteribus revocavit; sed quod idem de Accent. 392 affirmat, enclisin ubique obtinere, refellitur istis exemplis, quae pauca sunt ex ingenti copia excerpta. Elmsleius ad Bacch. 242 nihil decernit. Neque futurum arbitror, ut omnes et de hoc consentiant et de similibus εἰμί, ποτέ etc., quorum non minor in editionibus inconstantia. Sed certe res attentione digna

---

2) In una Sophoclis fabula pugnant φονέα σε φημί Oed. T. 362, λεληθέναι σε φημί 366 et φονέα μέ φησι 703, sed huic Dindorfius accentum inscripsit. [*Characis locum v. apud Lehrs. Quaest. p.* 127.]

est; nam hinc saepe pendet quaestio de interpunctione. Id clarius apparebit paullum progressis.

§ 2. Verbo enclitico, quod hactenus tractavimus, similem inconstantiam prae se ferunt pronominis personalis casus monosyllabi. Hi enim post vocabula paroxytona in parenthesi posita non aliter scribuntur quam in sermone non interrupto hoc est accentu nullo: *οὐ γάρ, ἔφη, μου καταμαρτυροῦσι* Plutarch. Ser. Num. Vind. c. VIII 553 E, *ὁ γάρ Ζεύς, ἔφη, μοι φανεὶς προσέταξε* v. Crass. XII 19 p. 550 T. II Sint., *ὡς Μάνην, ἔφη, με θεράπευε* Muson. Stob. Flor. XVII 44 p. 101, *χαλεπῶς, ἔφη, με ἂν ἴδοις* Dion. Chrys. IV 148 Reisk., p. 70. 18 Emp. Haec et talia fortasse Graeci ipsi celerius quam nos solemus pronuntiarunt, vix ut audiretur interpositio.— Atque idem suspicari licet de tritissimo illo parenthesis exemplo *μοι δοκεῖ*, quarum vocum prior non solum post paroxytona accentu caret interpunctionis nota plerumque apposita: *παροιμίαν παλαιὰν δείσας, μοι δοκεῖ, τὸ δύσφημον αὐτῆς διατίθεται* Plutarch. v. Arat. c. I, *ὅτε, μοι δοκεῖ, συνετίθει τὸν λόγον* Plat. Menex. 236 B, sed hic omittit Stallbaumius in edit. Goth. in huiusmodi locis, *quia parenthesis cum primaria enuntiatione quasi in unum corpus coalescat, interpunctionem tollendam* iudicans. Et Tollius quoque in Longin. c. II fin. *οὐκ ἂν ἔτι, μοι δοκεῖ, περρισσὴν ἡγήσαιτο* — abdicavit cancellos Weiskio et Eggero probatos. Verum etiam si voces eiusmodi antecedunt, quae tonum encliticae ad se recipere possint, ad eas non transfert: *ἐξέρχεται, ἵνα προαναβάληται, μοι δοκεῖ* Arist. Pac. 1260 (1267), ubi Bergkius scripsit *προαναβάληταί μοι*, sed sine enclisi et cum stigme: *σοφιστῇ νεωστὶ, μοι δοκεῖ, καταπεπλευκότι* Plat. Euthyd. 296 C, *διὰ τοῦτο, μοι δοκεῖ, τὰς τελετὰς κατέδειξαν* Plut. de Educ. XIV 10 et paulo ante *ἐρωτήσαντος αὐτὸν, μοι δοκεῖ, Γοργίου* VIII 6 A. Wyttenbachins hic et alibi pronomini accentum gravem indidit stigme retenta, eundemque Sintenis in v. Publ. XVII 31 p. 217 *οὐ τοσοῦτο, μοὶ δοκεῖ, φόβῳ* — et Jacobitzius in Lucian. Pisc. § 31 p. 360 *οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο, ἀλλὰ, μοὶ δοκεῖ, ἐπιτρίψαι* atque Jacobsius Philostr. Imagg. III 866 (115. 15) *τὸν ἑαυτοῦ, μοὶ δοκεῖν, ἆθλον ἀφηγούμενος*, uterque verba olim

continuata dirimens addito pronomini accentu gravi *). De hoc dicetur postea.

§ 3. Plus negotii nobis exhibent encliticae extra parenthesin positae, maxime pronominis, de quo agimus, casus tertius quartusque. Illum constat saepe vocativis adiungi pro vocativo adiectivi possessivi *ἐμέ*, quo Graeci carent [1]): *ὦ πόσι μοι, σύγγονέ μοι* et in plurali: *ὦ κλεινὸς ἡμὶν πόσις* Eur. Hec. 1400 (1420) omniumque frequentissimum *ὦ τέκνον μοι*. Horum exempla ex poetis tragicis excerpta proposuit Skrzezka in disputatione perscienter elaborata de pronominibus orthotonumenis in *Jahn. Neue Jahrbb. für Philol.* T. VII et maxime in ea pârte, quae inscripta est *de pronominibus encliticis eo loco positis, ubi vulgo distingui solet* p. 198 sq. Horum nonnulla hic reponere cogor universam quaestionem copiosius explicaturus. Primum dubitatur, num pronomen cum vocativo cohaereat, an cum iis, quae subsequuntur. In Alc. 314 (323) *σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, πῶς χορευθήσει καλῶς*; Hermannus illud transposito commate per hyperbaton interpretatur *πῶς μοι*. Idem Andr. 734 (748) *ἡγοῦ, τέκνον μοι, δεῦρ' ὑπ' ἀγκάλαις σταθείς* ter interpungit: *ἡγοῦ, τέκνον, μοι, δεῦρ'* — pronomen imperativo applicans. Mea sententia dativus vocativo blandae appellationis causa adiectus est. — Ab

1) Ad Od. XIX 406 p. 1871. 23 Eustathius *τὸ „γαμβρὸς ἐμὸς θύγατέρ τε“ ἀντὶ τοῦ ὦ γαμβρέ μοι· κωλύει δὲ τὸ εἰπεῖν γαμβρέ κατὰ κλητικὴν ἡ ἐμός ἀντωνυμία, ἧς οὐκ ἔστι κλητική διὰ τὴν συνέμπτωσιν τὴν πρὸς ἑτέραν ἀντωνυμίαν αἰτιατικήν*. Hic vocativi defectus dubiam reddit Seidleri coniecturam elegantissimam de Philodemi Epigr. V n. 132 *ὦ ποδὸς, ὦ κνήμης — ὦ τῶν θυεμε φωναρίων*, quae ita corrigit: *ὦ τῶν „θύμ' ἐμέ“ φωναρίων*, idque dictum esse ut Latinum *anime mi*, v. Relatt. Act. Societ. Lips. ann. 1846 p. 120. Equidem vereor, ne hic barbarismus gentilitate loquentis (mulierculae enim Romanae illa sunt verba) non satis excusetur, praetereaque a blandientibus non *θυμός* appellatur, sed *ψυχή*: *ὦ φίλη ψυχή*. Nec deerat effugium: *φίλ' ἐμέ* i. q. *φίλει με basia me*, quod legitur Anth. V 158; nisi forte poeta ausus est *κύσσ' ἐμέ* dicere pro *κύσον* ut *λῦσε* pro *λῦσον*, v. adn. ad Buttm p. 488. — Alio modo Homerus vocativum novitium *ὦ θεέ* declinavit Od. II 262 *κλῦθί μευ, ὃ χθιζὸς θεὸς ἤλυθες*, id est *ὦ θεέ, ὃς χθιζὸς ἤλυθες*.

*) *Adn.*: „*ἔνθεν δὲ, μοὶ δοκεῖ, πόλις οὖσα τὰ Ἄρβηλα ἀπηνέγκατο* Arrian. Alex. VI 11. 10, v. Ellendt.“ [*δέ μοι δοκεῖ* *Krueger*. § 6.]

hoc nonnihil differt ethicus, qui imperativis se insinuat: *μηδέ μοι οὕτω θῦνε διὰ προμάχων* Il. V 250, *μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε* Phoenn. 631 (618). Sed de hoc quoque multiplex est doctorum dissensio: *σὺ δ', ὦ γύναι μοι, σύλλογον ψυχῆς λαβέ* Herc. 620, *σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, σπεῦδε* Orest. 124, *ἴθ', ὦ τέκνον μοι, λεῖπε πωλικοὺς ὄχους* Iph. A. 615 Barnes. et Hermannus sic ut scripsi, Matthiae vero et Kirchhof. post *τέκνον* interpungunt. Initium disceptandi attulit Homeri locus Il. XIX 287, quem editiones Rom., Basil. et aliae sic ut Wolfius et Bekkerus exhibent non interpunctum: *Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ*, Eustathius autem 1184. 42 hoc modo *Πάτροκλέ, μοι δ. π.* ut Clarckius quoque et proximi ante Wolfium. Diversam sententiam professus Apollonius dativum vocativo adstringit: *ἡ κλητικὴ αὐτοτελὴς οὖσα στιγμὴν ἀπαιτεῖ, διὸ οὐδέποτε ἐγκλινόμεναι μετὰ κλητικῆς τίθενται*[2]) *ὅτι μὴ ἡ μοί κατὰ φιλοφρόνησιν „Πάτροκλέ μοι δειλῇ"*[3]). Natura quidem hic casus est *αὐτοτελής*, hoc est sine ulla additione intelligitur, quod nulli alteri accidit: *Ξανθία! Pamphile!* ideoque in colloquiis, ubi dictio sequitur, pausa unius temporis existit, quae stigme significatur: *ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε*; Il. VI 164, *Ἕκτορ, σοὶ δὲ μάλιστα* II 802, *ὦ Ἀχιλεῦ, περὶ μὲν κρατέεις* XXI 214 etc., et in medio sermone: *ἐπεὶ οὖν, Πάτροκλε, σεῦ ὕστερος* XVIII 333, quod nescio, cur neget Friedlaender. ad Nican. 40[4]). Haec vero *αὐτοτέλεια* tollitur subnexo epitheto: *Πάτροκλε φίλτατε* vel, quod idem sonat, *Πάτροκλέ μοι, o mi Patrocle*. Verum tamen si haec duo nomina sic ut Apollonius stigme dissepimus,

---

2) Huic praecepto non repugnat particula copulativa, qua duo pluresve vocativi consociantur: *Αἶαν Ἰδομενεῦ τε* Il. XXIII 493, *Ξάνθε τε καὶ σὺ, Πόδαργε* VIII 185, *ὦ Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία* Plat. Legg. VII 683 B.

3) Hoc schol. Eur. Or. 144 adhibet alienissimo loco: *ἀλλ', ὦ φίλη, φώνει μοι — τὸ μοι* (sine acc.) *διαθέσεως ἐμφαντικὸν ὡς τὸ Πάτροκλέ μοι.* [*Apollonii locum Pron.* 67 *C Lehrsius attulit Quaest.* 109. *Bekkerum de hac ipsa re disserere in* Monatsber. der Berl. Acad. der Wissensch. 1861 *p.* 581 *sqq. idem me docuit.*]

4) Bekkerus quoque omissis posituris *ἀλλ' Ἀχιλεῦ δάμασον* Il. IX 496, *ἀλλ' Ὀδυσεῦ σὺν σοί* 346, sed multo saepius relictis: *ἄγε δεῦρ', Ὀδυσεῦ, ἵνα* Od. IX 517, *τίπτε τόσον, Πολύφημ', ἀρήμενος* 403 etc.

deficit nomen personae, cui ille *carus* esse dicitur. Quare huc deducimur, vim pronominis utroqueversum commeare et proprie loquenti sic dicendum fuisse: *Πάτροκλέ μοι, κεχαρισμένε μοι*, poetam autem maluisse ambigue loqui quam ineleganter [5]). Eustathio ne accedamus, prohibet Schaeferi praeceptio ad Orest. 124 *enclisis usum commatum apertissime damnat*. Hoc continetur generali Hermanni edicto ad Vig. 893 de Homerico loco sic disserentis: *Quum sciamus, nomina compellationi apta sola poni, ita ut pausa quadam a sequentibus dirimantur: ea ratio non sinit pronomen encliticum adiungi, quod eo modo in initio orationis foret, in quo non potest poni. Eiusdem modi est illud Eurip. Iph. A.* 1445 *παῦσαί με μὴ κάκιζε*, quippe in utroque attractio. Huc congruit disputatio viri docti, quam supra indicavi. Is enim pronomen encliticum, quod non a vocativo, sed a verbo regitur, aut funditus evellit ut Cycl. 676 *ὁ ξένος, ἵν' ὀρθῶς ἐκμάθῃς, μ' ἀπώλεσεν*, aut in orthotonumenon mutat: *παῦσαι· 'μὲ μὴ κάκιζε*, quo remedio Porsonus quoque hoc loco utitur [6]) et Brunckius Arist. Ach. 431 *δὸς, ἀντιβολῶ σ', ἐμοὶ τὰ σπάργανα* pro *σέ μοι*, Monckiusque Hipp. 1141 *γυναῖκες, εἴπερ ἴστ', ἐμοὶ σημήνατε*, saepissime autem interpunctionem penitus tollit tanquam enclisi contrariam: *ὅδ' ὦ ξένοι με — ἕλκει* Heracl. 78, ubi accentus pronominis quasi sub umbra praecedentis vocabuli delitescit, *οἴκτειρε δ' ὦ μῆτέρ με* Bacch. 1118, *ἄγετ' ὦ πομποί με* ib. 1379, *κόμιζ' Ὀδυσσεῦ μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις* Hec. 432, *μή τοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσῃς* Antig. 544 etc., nec dubito, quin Arist. Thesm. 508 *ἤδη γὰρ, ὦνέρ, μοι δοκῶ τέξειν* et Nonn. V 432 *αἴθε, πάτερ, με φυλάξας* et

5) Nullum dubitationi locum reliquisset, si pronomine usus esset erecto: *Πάτροκλ', ἐμοὶ δειλῇ* ut in versu identidem repetito: *Τυδείδη Διόμηδες, ἐμοὶ κεχαρισμένε θυμῷ* et: *Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε* Theocr. III 3, quae ex duabus constant partibus, appellatione et enuntiato.

6) Quod Matthiae opponit, pronomen hic nullam vim habere, elevatur crebra utriusque vocis confusione.

Adn.: „*τί δ', ὦ τάλας, σε τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος*; Ach. 454; *δὸς, ὦ Κυλλήνιέ, μοι χάριν* Lucian. Contempl. § 1 p. 31 T. III Bip., *ἄνδρες τοίνυν φῶμεν* Plat. Legg. IV 715 E Ast. sine comma".

si quid simile occursat, eodem modo corrigi voluerit. Atque haec scriptura nuper in tragicorum percrebuit editionibus, potissimum Nauckiana.—Pronominis secundae personae accentus significatione regitur, de qua non ubique convenit. In Iph. T. 326 *εὔχου δὲ τοιάδ', ὦ νεᾶνι, σοὶ ξένων σφάγια παρεῖναι* unus Kirchhofius scripsit: *νεᾶνί, σοι,* sed Iph. A. 1445 *ἀλλ' ὦ τέκνον, σοι πείσομαι* pronomen acuit, quod plerique fecerunt Troadd. 322 deserta Aldina scriptura *ἀναφλέγω πυρὸς φῶς, ὦ Ὑμέναιέ, σοι.* Skrzezka his locis orthotonumenon tuetur, in aliis encliticum praefert interpunctione abolita. Eadem post Brunckium recepta est Arist. Lys. 79 *οἷον τὸ κάλλος, γλυκυτάτη, σοῦ φαίνεται.* — Pronominis tertiae personae (*νίν*) exempla certa desunt; indefiniti ille unum affert Oed. C. 1272 *φώνησον, ὦ πάτερ, τι,* quod ceteris adaequat. Apud Platonem Legg. III 683 B legimus *τί γοῦν, ὦ ξένε, τις ἡμῖν ὑπόσχοιτο;* ubi Astius in edit. pr. *τὶς* praebet accentu gravi, quem in II delevit, et hoc utitur etiam Schneiderus Civ. I 337 E *πῶς γὰρ ἄν, ὦ βέλτιστε, τὶς ἀποκρίναιτο;* Turicenses nullo, sed servata tamen hypostigme *βέλτιστε, τις,* Bekkerus et Stallbaumius inclinato *βέλτιστέ τις.* Et post alias voces in parenthesi positas: *ἦν γάρ, ὡς ἔοικε, τὶς ἔρως* Plutarch. Praecc. Coni. XLIII 144 C (425 Hutt.), *Μάξιμος, εἶπε, τὶς ἐστὶ τῶν πρεσβυτέρων* Eunap. v. Max. p. 50 (p. 72 ed. Commel.), *ὁ δέ, οἶμαι, τινὰ ὑφαίνει μῦθον* Philostr. Imagg. L. I c. III 8. 9 (768 Olear.). Libanii verba *ἐν τῷ θεάτρῳ ποτὲ συμβάν, οἶμαί, τι τὸν δῆμον ἄφωνον ἐκάθισε* affert Schaeferus ad Gregor. 221, sed corrigenda putat: *mira est,* inquit, *haec aut interpunctio aut accentus positio; scribo aut: συμβάν, οἶμαί τι τὸν—aut: συμβάν, οἶμαι, τὶ. Vis enim encliticae nequit ultra comma extendi; hoc enim vocabula dirimit, illa consociat.* — Ab his omnibus differt encliticum *τὶ* in initio coli medio sermoni inserti Theocr. I 32 *ἔντοσθεν δὲ γυνά, τι θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται.* Sic Calliergus edidit; Ahrensius accentum accumulavit: *γυνά, τὶ—*, Buttm. gramm. § 14 adn. 7 et Meinekius uno tenore colligant *γυνά τι*[7]).

---

7) Verbum inclinabile deprehendimus non inclinatum Eur. Bach. 1116 *ἐγώ τοι, μῆτερ, εἰμὶ παῖς σέθεν.* [*Adn.*: „*τὶς* initio Thes. s. *Τὶς* 2225 C."]

Quid hic et ubique praeferendum sit, quaestio est summe difficilis. Quod viro doctissimo placuit: ὦ μῆτέρ με — certe contrarium est scholae decreto, vocativis absolute positis stigmen comitem asserentis et naturae ipsi, quam sequentes hodie quoque casum emphaticum elatiore quodam sono efferimus. Quare dubito, an enclisis potius posthabenda sit, pronomine erecto: μῆτερ, μέ — πάτερ, τί, neque secus, si imperativus praecedit: παῖσαι· μὲ μὴ —, sed hoc per hyperbaton pro μή με, quo encliticaʼ primum in dictione locum accipit[8]). Idem supra dixi post alia parenthesis genera faciendum esse, ne qua obrepat ambiguitas. Sed huius tamen diversa est pro cuiusque sensu existimatio. In Soph. El. 648 καὶ μή, με πλούτου εἴ τινες βουλεύουσιν ἐκβαλεῖν, ἐφῇς Herm. et Dind. incisionem sustulerunt minime necessariam, neque verendum est, ne quis Iph. T. 646 Πυλάδη, πέπονθας ταὐτὸ, πρὸς θεῶν, ἐμοί illa demta sic accipiat ut v. 692 πράσσων ἃ πράσσω πρὸς θεῶν. Et quis non libenter renunciet ternis stigmis in Machon. versu Athen. XIII 580 C εἰ φησὶν, ᾔδειν, ἡ Γνάθαινα, τοῦτ᾽ ἐγώ, Plut. Cons. ad Apoll. XIII 108 A μυρίας γάρ, φησὶν, ἡμῖν, Πλάτων, ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα? De aliis dubitari potest. Euripidis verba Bacch. 510 (491) ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις si indiscrete scribimus ut duo novissimi editores, dubium erit, utrum participium cum ἡμᾶς, an ut Sluiterus cum κεῖνον consociari velimus. Et illa Machonis verba Athen. XIII 582 D ἀπόκριναι, φησὶν, ὦ ποιητά, μοι si sic disiungimus, significant id quod interpres expressit: *responde mihi, o poeta;* sin, ut vulgo: *responde, o poeta mi,* quo intellectu alibi legitur genitivus pronominis: ὦ καλέ μου

8) Cum hoc simplici et pertrito transgressionis genere, quo pronomen hypotacticum anteponitur, Matthiae et Buttmannus § 14 adn. 7 parum apposite conferunt hyperbati speciem ita perplexam, ut nullo loco interpungi possit: τὴν σήν ὅπου σοι μητέρ᾽ ἐστὶ νουθέτει Ion. 1321. Nec commode dispescitur Demetr. de Eloc. LXI 30 Νιρεύς, γάρ φησί, τρεῖς νῆας ἄγει, nam γάρ cum φησί cohaeret, hoc autem ad antecedens Ὅμηρος refertur. Et Plat. Phaedr. 258 A ἔδοξέ που, φησί, τῇ βουλῇ, quod pro ἔδοξε, φησί που dictum est ideoque nunc sine commate scribitur. Similia hic affert Stallbaum. in edit. Goth. II.

λογιστὰ Οὐλπιανέ XIV 649 B, ὦ καλέ μου ἑταῖρε XV 698 A. Si qua igitur obrepit ambiguitas evitabilis[9]), aut si vox quaedam supra ceteras notabiliter eminet ut vocativi, imperativi, interiectiones φεῦ, παπαῖ etc., interpunctionem potius exprimendam puto quam enclisin, cuius ratio perquam fallax et instabilis. Nam praeceptorum, quae in nostris compendiis traduntur, vix ullum in editionibus observatur, et de compluribus grammatici ipsi inter se magnopere dissident.

Huc autem excedere coacti intricamur quaestiuncula pertenui, sed quae nobis Graece scribentibus ita crebro incidit, ut praeteriri non possit, de accentu encliticarum interclusionem subsequentium. In editionibus antiquioribus, ut supra ostendi, persaepe negligitur. Figura gravis utitur Bernhardy Synt. 275: παῦσαι· μὲ μὴ κάκιζε. Et sic vulgo scribitur Plut. Conv. Sap. II 146 E ἕρμαιον τὸ βιβλίον, ἔφη, μοὶ γέγονε[10]). His convenienter Hermannus in principio versus Choeph. 640 τίς ἔνδον ἐν δόμοις; cum Robert. mutavit in τὶς et saepe alibi neutrum τὶ sententiam exordiens: τὶ τῶν ἀπόντων —, τὶ δῆτ' ἔτ' ἡμῖν —, quod plerique improbant, v. Ellendt. Lex. Soph. T. II 825. Neque aliter indefinitum ab interrogativo distingui potest. Sed idem Ion. 578 scripsit ὦ μῆτερ, πότ' ἄρα σ' ὄψομαι; ad significandum ἆρά ποτε, et Boeckhius ad Pind. Nem. VI 47 in Dem. c. Phorm. 959. 24 ὁρᾷς τὸν Ἀρχίλοχον; ποτ' εἶχεν ἀγρὸν — coniunctioni atono addidit accentus notam dextrorsum inclinatam. In Ol. I 13. 6 pro vulgato τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ταῦτα λέγεις; Bekkerus re-

---

9) Inevitabilis est in Homerico loco: εἰ δ' ἄγε μοι τόδε εἰπέ, nescimus enim, quo loco poeta interpungi voluerit, num post ἄγε, sic ut μοι εἰπέ per hyperbaton accipiatur, an ἄγε μοι coniunxerit ut δεῦρό μοι in Mus. carm. 248. Et quod Aristoteles dicit Rhet. III 50 τὰ τοῦ Ἡρακλείτου χαλεπὸν διαστίξαι διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ ὑπόκειται, τῷ ὕστερον ἢ τῷ πρότερον, de multis, puto, aliis dici potuit.

Adn.: „Demetr. de Eloc. c. 192. 78 asyndeta Heracliti". *Ad interiectiones et vocativos et imperativos pertinet hoc:* „quae partes hiatum quoque facillime ferunt, v. Matth. p. 131 sq., Mehlh. 103."

10) In dictione continenti Tryphiod. 405 ὤφελέν τις — ὀλέσαι με καὶ αὐτήν Schaeferus, quantum ex Wernickii verbis intelligo, pronomen

cepit, τί οὖν, τις ἂν εἴποι; accentu destitutum; Turicenses hic quoque posituram amoliti sunt[11]). Vellem ad haec prius attendissem; sed, si quid ad rem enodandam deest, supplebunt alii.

§ 4. Verum non enclisin modo interpunctio sibi adversantem habet, sed etiam synaloephen. Initium disputandi rursus ducendum est a vocativo, cuius bina sunt exempla grammaticis observata, unum epitheti: ἆ δείλ' ἦ μάλα δή σε Il. XI 441, alterum proprii: ὦ Σῶχ' Ἱππάσου υἱέ ib. 450. De hoc nihil legimus nisi schol. Vict.: ὦ Σῶκε ἐντελῶς αἱ Ἀριστάρχου. Illud Herodianus Aristarcho assensus a sequentibus distinxit: ἆ δείλ', ἦ — addita ratione, ἐπεὶ μετὰ τὰς προσαγορευτικὰς ἀνάγκη στίζειν[1]). De altero tacet et non aequa est utriusque continentia. Nam verba Ἱππάσου υἱέ nihil aliud sunt quam periphrasis patronymici Ἱππασίδη, quomodo saepius legitur ὦ Νέστορ Νηληιάδη, pro patronymicis autem non raro usurpantur adiectiva possessiva: Αἶαν Τελαμώνιε. Quanto autem longius hoc ab interpunctione abhorret, tanto alacrius suffragamur Bekkero comma delenti non solum illo loco, sed etiam aliis eiusdem figurae: Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο Il. XI 200, Μηριόνη Μόλου υἱέ XIII 249 etc.,

---

epitagmatico praefixum acuit μέ, quo loco orthotonumenon convenit, v. Lehrs. Quaest. 112 sq., et hoc ille accentu significasse videtur.

11) Ἄν praepositum quum aliis locis legitur, tum in Plat. Phaed. 87 A τί οὖν, ἂν φαίη ὁ λόγος, ἔτι ἀπιστεῖς; ubi Stallbaumius *interpunctionem in talibus intolerabilem tollendam* iudicat.

1) Quod de accentu vocativi dicit, non omnibus probatum esse ostendunt exempla contraria, quae hac demum aetate correcta sunt: λεῦκ', Σπέρχει' et saepius εἴπ' *dic* Od. IX 279, XV 347, XVI 131, Aesch. Choeph. 915 (902), κῆφ' Theocr. II 101, φῆσ' in Machonis versu Athen. XIII 578 E, ipsumque ἆ δείλ' Quint. VI 41 et 414, quod nunc ex Wolfii decreto immutatum est, sed adhuc manet Anthol. VII 466 et Apollon. II 244 [*v. p.* 314 *et* 316, *Vol. I* 284 *n.* 12]. His simile foret γαλῆν' ὁρῶ in Euripidis versu, et sic fortasse Hegelochus pronunciaturus erat, si durasset spiritus, sed animae interclusione paullulum substitit post γαλῆν', sic ut cavillatores sibi integrum γαλῆν audire viderentur. [*Parall.* 198 *et Addend. ad Pathol. I* 604 *adn.* 32.]

ubi *αὐτοτέλεια* vocativi tollitur adiectione ·epitheti[2]). Vera scriptura perstitit in Quint. VI 41 *ἆ δείλ' Ἀτρέος υἱέ*, unde *ἆ δείλ', οὔ νύ τοι ἦτορ ἀρηράμενον* v. 414 tantum differt, quantum *ἆ δείλ', ἦ μάλα* ab *ὦ Σῶχ' Ἱππάσου* —. Illud enim nihil aliud valet quam *ἆ δειλὲ Μενέλαε*, huius autem duae sunt partes, quae per se constant, appellatio *αὐτοτελής*, et enuntiatio, qualis in versu sexies repetito *ὦ φίλ', ἐπεὶ* — et similibus: *Νέστορ, ἔμ' ὀτρύνει* X 220, *Εὐρύπυλ', οὐκέτι τοι* XV 399 etc. Verum hinc illud instauratur synaloephae cum interpunctione certamen. Obstrepit enim dogma scholicum, *ὅτι τὸ πρὸ τῆς ἀποστρόφου σύμφωνον συνάπτεται τῷ ἐπιφερομένῳ φωνήεντι* schol. Il. VIII 207, v. Friedlaend. ad Nican. 124, ex quo scribi oportet *δεί—λ', ἦ* literis, quae unam syllabam conficiant *λῆ*, interpunctione divulsis[3]).

Haec literarum apostrophi vinculo constrictarum distractio naturae non minus contraria videtur quam earum, quae enclisi consociantur, sed accidit saepissime et *ἄλογος* quidem dicitur Nicanori l. c., nec tamen unquam addubitata est non solum in carminibus, sed ne in oratione quidem, quanquam hinc prohibere conatur Schaeferus, primum ad Demosth. p. 232 Appar. T. II 46 his verbis: „*pro διὰ ταῦτα, οὐ δι' ἐμὲ ἐπράχθη Bekkerus ταῦτ'. Apostrophum non admittit vox post h. v. paulisper subsistens*", et disertius ad Ol. I 16 App. T. I 219: „*pro αἰσχύνεσθ', εἰ aut αἰσχύνεσθε, εἰ, quod editiones exhibent, scribendum aut comma post αἰσχύνεσθ' delendum; neque enim vox, post quam interpungitur, elisionem pati potest. Contra hanc regulam vix dici potest, quoties peccatum sit.*" Verum enim ne peccatum esse credamus, prohibet infinita exemplorum copia, prohibent hiatus, quos

---

2) Aeque arcta est devinctio, qua epitheta homoeoptota cum vocativis continentur: *πάππα φίλ'* — *ὦ πάτερ ἡμέτερε* — *Αἶαν ἁμαρτοεπὲς* —, quae ab interpunctione haud dubie longe magis abhorrent quam illa *ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον*.

3) Insolitus nobis videtur hic syllabarum merismus: *die Lie—b', ich glaub' es wohl, ist blind.* Sed veteres statuerunt, consonas, in quas vocabula integra exire non possunt, ne elisis quidem concedendas esse. *Ζῆν' ὡς* [p. 312 n.] eos offendere non potuit nisi propter apostrophum in exitu versus positam, cf. Skrzeska de Orthot. 212.

critici hoc uno modo ab Isocrate eiusque imitatoribus arcent[4]). De poetis quidem nulla esse potest dubitatio, quin fas habuerint vocales vocabulorum ultimas ante comma opprimere consonamque ei antecedentem, si tenuis est, adaequare aspiratae proxime sequenti: *ὣς ἔφαθ᾽· Ἕκτωρ δὲ — ὁ μάντις εἶφ᾽. ὁ δ᾽ εὐθὺς* —. Nec solum simplices consonas in proximam syllabam transferunt, sed etiam in syllepsi positas: *φεῦγον ἐς ἄναχθ᾽· ὁ δέ μ᾽ ὑπέδεκτο* Il. IX 480, *μὴ θνῆσχ᾽· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων* Eur. Rhes. 870. Quin eo progrediuntur, ut in dialogis scenicis consonas in diastasi positas inter diversas personas dividant: *τί πρὸς ταῦτ᾽ εἶφ᾽; Ὅ τι;* Arist. Vesp. 793, *ἕρφ᾽. Ὑφηγοῦ* Soph. El. 1502, ubi *φ* litera, si rationem sequimur, dictionem Orestae finit, si regulam grammaticorum, responsionem Aegisthi orditur; quod non minus repugnat, quam si poeta scenicus Germanice loquentium voces ita ordinet: *Nimm die Geschen—K. Ich nehme sie.* Herodianus forsitan dixerit, *ἕρπε* pronunciandum esse epsilo non prorsus abolito, sed obscurius subtinniente. Ita certa de Homerico *δειλ᾽* sermocinatur, quod si quis *δειλ* scribere audeat quasi apocope affectum, contra monet (quod vix opus erat), hinc sonum existere barbarum[5]). Itaque Aristarcho obsequitur *δειλέ* plene scribenti cum vocali finali additque hoc incremento metrum non perverti; nam et *ἐπεὶ οὖν* in duas contrahi syllabas, *μὴ οὐ* in unam. Sed hoc est satis consuetum synecphonesis genus. Propositi similiores sunt dativi, quos Spitznerus Exc. VI p. XVI et Lehrsius Quaest. 49 sq. tractant: *ἤματι ὀπωρίνῳ, κανόνεσσι ἀραρυῖα*, quod idem Aristarchus *ἐκ πλήρους* scripsisse dicitur, non ut stigmae occurreret, quae hic nulla subest, sed ob alias causas. Ac fuerunt fortasse, qui exitum Hesiodei versus *ὄπ᾽ ἱεῖσαι* eo-

4) His Sintenis adnumeravit Plutarchum, cuius hiatus plurimos elisione sustulit: *εἶτ᾽, ὦ βέλτιστε* v. Arat. VIII 19, *ἐκεῖνο δ᾽, εἶπεν* XVII 12 etc. etc. [*Polybium Hultschius in Philol. XIV p.* 298 *sqq.*

5) Spitznerus ad Il. V 104 barbarismum in accentu positum putat, nam neque acutum neque inflexum sequente distinctione poni posse. Id vero refellunt exempla plurima: *ἑσταότ᾽, ἀμφὶ δὲ* — Il. IV 90, *ἕλχ᾽· ἡ δ᾽ ἕσπετο* XII 398, *δεῦρ᾽ ἴθ᾽. Ἀλέξανδρος* III 390, *ἑστᾶσ᾽· οὐδ᾽ ἄρα* IV 245, *ὦ κοῦρ᾽, ἀθανάτοισι* Parmenid. 24, *χαῖρ᾽, ἐπεὶ* — 26.

dem artificio ad regulam revocarent, Pythiique illius apud Herod. VII 220 ἄστυ ἐρικυδές, cui nonnulli aphaeresin adhibent: ἄστυ 'ρικυδές. Ac propius etiam huc accedunt vocativi, qui in libris obscure serpunt stigme distincti: βουκόλε, ἐπεὶ— Od. XX 227 in Flor., Ald. et schol. Il. XI 441 et Γλαῦκε, ὅρα—in Archilochi tetrametro Fr. XIX [LVI Bergk. II], cf. Schneidewin. ad Eust. Prooem. 45. Sed eorum omnium scriptura incertissima est neque mentio fit a grammaticis versus προκοιλίους comminiscentibus. Nihilo tamen secius, nisi illud Aristarchi consilium ad omnes huiusmodi locos transferimus, discidii, de quo iam diu loquor, componendi spes abiicienda erit.

§ 5. Altera elisionis species, qua vocalis depascitur initialis, pernotuit exemplo Homerico μήτε σύ, Πηλείδη,"θελ' ἐριζέμεναι Il. I 277, sic enim olim edebatur cum apostropho ut ἢ 'κεῖνος in prosa, sed hoc interpunctionis expers. Et hac sublata nonnulli scripserunt κατὰ κρᾶσιν, ut Herodianus dicit, Πηλείδῆθελε accentu geminato, quod genus nonnulla nunc in Aristophanis fabulis legimus: μέντοὔφασκε, καίτοὖστί, οἰμώξἄρα, κλαύσἄρα, sed et haec Wolfio propemodum monstruosa videntur et non vexantur interpunctione eademque vacant Homerica exempla crasis: μὴ 'μοὶ σύγχει θυμὸν — et ἢ "μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ, quae hodie derelicta sunt *). Wolfius illo loco substituit Πηλείδη, ἔθελ' — assumto epsilo isto semipleno, de quo antea dixi. Ea igitur recta veraque nominari poterit synecphonesis et huic plane similis Acharn. 437 Εὐριπίδη, ἐπειδήπερ, cuius locum nuper invasit elisio sive, ut quidam vocant, prodelisio 'πειδήπερ. — Eundem cum vocativo illo exitum habet particula μή, atque haec quoque vocalibus praemittitur sequente post stigmen particula vel negativa: εἰ δὲ μή, οὐ καλά Androm. 242, εἰ δὲ μή, οὐ λήψω ib. 254, εἰ δὲ μή, οὐ σεσώσμεθα Iph. A. 916, εἰ δὲ μή, οὐκ ἐάσομεν carm. Chelidon. in Bergk. Lyr. 883 [p. 1035 v. 13 ed. II], vel adversativa: εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νῦν λαθεῖν Thesm. 288, et in principio responsionis, ut saepe οὔκ· ἀλλὰ —, sic illud legitur, sed vi diversa, si quis postulatum abnuit ut in Plat. Men. 75 B

*) Adn.: „ἢ 'μ' ἑλεῖν Philoct. 347."

Meno sententiam expromere iussus deprecabundus respondet μή, ἀλλὰ σύ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ et Alcib. I 114 E μή· ἀλλὰ σὺ αὐτὸς λέγε, item Ar. Acharn. 458 μή, ἀλλά μοι δός, Aesch. Ag. 915 μή, ἀλλ' εἴφ' ὁμοίως, ubi Hermannus μή exclusit. In his omnibus libri consentiunt, sed Rann. 103 et Avv. 109 μἀλλὰ exhibere videntur per crasin, quam novissimi editores adoptarunt. Sic tamen incurritur in similitudinem pronominis, quod eidem coniunctioni praeponitur Eur. Rhes. 145 ὡς οὐ μενοῦντά μ', ἀλλὰ προσμίξω. Equidem suspicior, μή, ἀλλά in oratione plene expressa esse, in metris vero sic, ut eta clarius audiretur quam alpha. Et fuit sine dubio quoddam discrimen inter illud μή, οὐ et indistinctum μὴ οὐ, quod Ellendtius in Lex. Soph. II 112 iure ab illo discernit. Illi coniunctius est εἰ δὲ μή, ἡμεῖς ψιλώσομεν Thesm. 536 et οὐ τὼ σιώ, οὐχὶ πάντα Lys. 1171, quae pariter a crasi alienantur hypostigmae accessione. Haec ubi locum non habet, vocalis, unde vocabulum postpositum orditur, codices plerique exhibent integrum: μὴ ἀδικεῖν, μὴ ἀποδώσω etc., v. Elmsl. ad Heracl. 460, idemque praescribit schol. Aesch. Eum. 85 μὴ ἀδικεῖν συνίζησις ὡς καὶ μὴ ἀμελεῖν, et nuper probavit Hermannus ad Hec. 1218 et Eum. l. c. (88), prius in praef. Bacch. XIV elisionem sequutus μὴ 'δικεῖν, et ubique Matthiae; Dindorfius vero et Bergkius praetulerunt crasin μἀποδώσεις Nubb. 1278. Interpunctio convenit illius modi enuntiatis, quae ex protasi et apodosi constant, ne quis εἰ μὴ ἡμεῖς ψιλώσομεν sibi audire videatur, quod ab altero solo accentu particulae dignosci potest. Atque haec ubi subit, perspicuitatis ratio nescio an gravior videri debeat quam quae interpunctioni contraria videntur, enclysis et synaloephe.

[*Hactenus explanata tractatio. Restat, ut ex ea, quae reliquam manuscripti partem explet, copia additamentorum, exemplorum, breviorum inchoatarumque sententiarum, id excerptum subiiciamus, quod iustae perorationis aliquam similitudinem habere videatur, quamvis id ipsum festinanter exaratum atque in extremas duarum pagellarum oras relegatum.*] Equidem veterem morem servandum puto, non veterum editionum superstitione ductus, quas constat commata

inutilissime infercire, sed rationibus iis, quas supra explicui. Nec quaero, quid fecerint antiquorum ii, qui his signis uti coeperunt, sed ea ad intellectus dirigo facilitatem, ut hodie aliis signis utimur prosodiae, modo cancellis vel virgulis circumscribentes interposita, modo, si alius verba interponimus, maiusculis literis utentes. Aequalitatem et constantiam non magnopere requiro nec desidero illa adminicula, ubi res ipsa indicat. Veteres ipsi omnia ad aures referentes parenthetica *νὴ Δία, οἶμαι, οἶδα* sine ulla vocis distinctione pronunciasse videntur, sed graviores [*sic*] praecise: *νὴ τὸν Ἀπόλλω καὶ τοὺς θεούς*.

DE

ORTHOGRAPHIAE GRAECAE

INCONSTANTIA.

De orthographiae Graecae inconstantia.

§ 1. Percensenti mihi varia illa vocabulorum in principio augmenta et in exitu detrimenta plus semel taedium obrepsit suscepti laboris et consumtae in his minutiis operae, neque non vereor, ne idem saepius acciderit lectoribus ad grammaticam patentiam nondum satis eduratis. Sed detrectari tamen haec quaestio non potuit, quia pars est doctrinae pathologicae, hac autem universa technologia nititur tanquam fundamento. Ac si vir summae in republica auctoritatis rerumque maximarum administratione distentus, si, inquam, Valerius Messala persona sua non indignum putavit de litera S librum conscribere singularem, quid tandem nos umbraticos pudeat quaerere et disputare, utrum prius natum sit *κάρη* an *κάρηνον*, rectiusne *ἀτρέμα* scribatur ante consonam an *ἀτρέμας*? Si quis autem non tam hoc miretur, quod tantum curae vocabulorum segmentis et apicibus impenderimus, quam quod quaestionis institutae saepe nullus exitus repertus sit, huic respondeam, hoc incommodo non solum illud genus vocabulorum, quod a me tractatum est, laborare, sed universae fere Graecorum orthographiae, quantum ex nostris libris cognosci possit, eam inconstantiam esse, ut quid quoque loco scribendum sit in incerto relinquere cogamur non solum propter librariorum multiplices dissensiones, sed etiam quia scriptores ipsi eadem vocabula alibi aliter conformasse reperiuntur non modo metri invitatu et impulsu, sed etiam hoc vinculo soluti. Quibusnam autem finibus haec libertas regatur, non inter omnes convenit. Angli quidem critici Dawesii signa sequuti et nonnulli nostrorum in scenicorum fabulis, si quid in eodem versuum genere reperissent diverse dictum,

continuo id quod crebrius legeretur substituendum putarunt semel vel rarius lecto: *σμικρός* pro *μικρός*, *ἐς*, *ἔσω*, *κάειν* etc. Hermannus vero ad Med. v. 2 contra Elmsleium disputans, qui pro *σύν*, ubicunque metrum admitteret, *ξύν* reponi iusserat, hanc morosam subtilitatem longe respuit: *omnino cogitare debemus multo facilius huiusmodi constantiam in Thucydidem quam in tragicos cadere. — Quis hodie a poetis exigat, ut huiusmodi in rebus sibi constent?* Sed Thucydidem quoque ceterosque scriptores Atticos nonnulli ad aequalitem stili revocare conati sunt spreto Apollonii iudicio Pron. 63 *οὐκ ἐξωμάλισται τὰ τῶν διαλέκτων καὶ μάλιστα τὰ τῶν Ἀττικῶν.* Verum hic impetus paulum defervet, neque offendit amplius quenquam, si nonnulla vocabula apud eosdem scriptores diverse figurata invenerit: *σκότου* et *σκότους*, v. Stallbaum. ad Phaedon. 99 B ed. III, *πλεύσομαι* et *πλευσοῦμαι* Popp. ad Xen. Anab. V 1. 10, Schaefer. ad Dem. c. Polycl. 1218. 10, *εἴησαν* et *εἶεν* Popp. ad Anab. I 1. 5, Kuehner. ad Mem. I 4. 19, *σκοποίη* et *σκοποῖ* Schneider. ad Civ. IV 428 D, Rueckert. ad Symp. 196 C aliaque heteroclisiae et heterozygiae exempla: *κνέειν* et *κνεῖν* v. Parall. 556, *δεικνύειν* et *δεικνύναι*, v. Ruediger ad Philipp. T. 1 97, quae modo speciminis loco proposui, ut proluderem suspectioribus. Etenim illorum similia reperiuntur etiam in Latino sermone et in nostro vernaculo: *er rief-er rufte*, *frug-fragte*, *ward-wurde*, *Orte-Oerter* etc. Sed quo arctius talia colligantur, hoc notabilior fit discrepantia et hoc crebrior criticorum haesitatio. In Philostr. Her. 672, ubi sententiae primariae *τοιόνδε ἐπὶ τοῖς δένδρεσιν ἔγραψαν νόμον* duae supponuntur partes et in altera scriptum est *τῷ ἑτέρῳ μέρει ζῇ τὸ δένδρον*, graviter offendit Boissonadius p. 369: *certus sum, inquit, non hic δένδρεσι et infra δένδρον scripsisse Philostratum.* Sed Aristaenetus quoque I Ep. III p. 13 formae antiquae et Ionicae *δένδρη*, quae vulgo adhaesit dativo, post paucos versus supposuit vulgarem *δένδρα*. Huius transgressionis exempla plurima attuli ad Phryn. 762: *τὸ νάπος—ἡ νάπη*, *στάδιοι -στάδια* etc., quibus addi licet *ἀτέραμνοι—ἀτέραμονες* Plutarch. Symp. L. VII Qu. II 3 p. 701 C. Nec solum flexus mutantur, sed etiam literae singulae

ut in Demosth. Ol. II 22. 4 *ἡ Μακεδονικὴ δύναμίς ἐστί τις οὐ σμικρά* et paucis interiectis v. 10 *ὅποι τις ἂν προσθῇ κἂν μικρὰν δύναμιν*, nec quidquam novavit Bekkerus; sed minus patientem se praebet Schaeferus App. T. I 253: *quis credat oratorem hic scripsisse μικράν, qui paullo ante scripserit σμικρά?* Ac Turicenses quoque sigma in nonnullis codd. omissum deleverunt Bremium ut videtur sequentes, qui hanc literam ab oratoribus abiudicavit, idemque de Thucydide affirmat Popp. ad Thuc. IV 13 ed. nov. Platonem nonnulli pro loci cuiusque sono variasse putant, v. Schneider. ad Civ. III 406 D. Et vero etiam nobis Germanice scribentibus nonnunquam accidit, ut alio loco *Belege* scribamus, alio *Belaege*, vel *aecht* et *echt*, *gescheidt*—*gescheut*, *sein*—*seyn*, prout in stilum venerit. Neque tamen unquam factum puto, ut aliquis illud Hamleti dictum sic scriberet: *Sein oder Nichtseyn.* Sed in Graecorum scriptis undique exuberant et redundant huius stribliginis exempla, quae editores aut parum animadvertunt, aut animadversa corrigunt.

Ac de huiusmodi vocabulis, quae non in diversis locis, sed in eadem periodo diverse scripta sunt, hac in digressione disputaturus sum. Ac primum dicam de iis, quae singulis literis inter se discrepant, ut ante dicta μικρός et σμικρός, quorum inconstantiam sequitur substantivum: *ἐν τοῖς μικροῖς διὰ λεπτότητα καὶ σμικρότητα* Aristot. H. Ann. II 15 p. 506 a 7, ubi duo codd. sigma omittunt, sed Bekkerus aequo animo pertulit, parique indulgentia propagavit dissonantia πλεύμων et πνεύμων III p. 312 b 27 et 30 p. 513 b 13 et 22 p. 514 a 6 et in uno adeo versu *αἷμα πλεῖστον ὁ πλεύμων ἔχει τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων τοῖς ἔχουσι πνεύμονα* I 17 b 1. Hic Schneiderus p. 35 § 4 *ὁ πνεύμων* edidit, sed ille id quod dixi sine ulla diversae scripturae mentione[1]), sed hanc facilitatem reprehendit Idelerus ad Meteor. T. I 223: *mira est Bekkeri inconstantia; quis enim ferat, quod dedit ille* p. 372 a *γίνεται μέν, ὀλι-*

---

1) Quantopere alibi in hoc libri dissideant notum est; pro *πνεύμονι* Il. IV 528 Eustathius testatur, veterum aliquem *πλεύμονι* scripsisse. Hoc Hermannus repudiatum Aesch. Choeph. 629 aequavit alteri Sept. 61.

γάκις δὲ γίγνεται.? At enim eadem commutantur in Polit. VII 13 p. 1332 a 35 *γίνεται* et quatuor versibus post *γίγνονται*. Et pariter consonae affines *ἐγὼ ξυνῆν μὲν ἡλικιώταις ἡδομένοις ἐμοί, συνῆν δὲ ἐμαυτῷ* Xen. Hier. VI 2. Frequentissime vero *οὐδείς* et *οὐθείς* iam inde ab Aristotele: *αὐχένα οὐδεὶς ἔχοι ἰχθὺς οὐδὲ κῶλον οὐθέν* Hist. Ann. II 13 b 504. Et apud alios: *οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν μηθενός γε κακοῦ παρόντος* Plut. de Notitt. Comm. XIII 1065 B, *οὐδέν ἐστιν αὐτῷ χρήσιμον, οὐθὲν οἰκεῖον, οὐδὲν ἁρμόττον* XX 1068 A, *οὐδὲν — οὐθένα —* Cons. ad Apoll. XV 110 A, *οὐθὲν οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ* Dio Chr. XI 352. 27, *ὅτι μηθὲν παθόντες ἐστρατεύσαντο — καὶ Ἀλέξανδρον διέφθειραν οὐδὲν ὑπ' αὐτοῦ παθόντες* 353. 40. Discrimen autem significationis, quod Goettlingius ad Polit. p. 278 intercedere statuit, *οὐδέν* substantive, *οὐθέν* adiective dici sumens, neque illis locis similibusque ad Phryn. 182 allatis confirmatur minimeque convenit derivatis *οὐδενία, ἐξουδενίζω*, quae eadem per *θ* scribuntur.

Non minus crebra confusio vocum, quas Attici per alpha purum, ceteri per diphthongum efferre solent: *τὸν αἰετὸν οὐ μόνον ζῶντα δέδοικε τὰ ὄρνεα, ἀλλὰ καὶ τὰ πτερὰ ἐκείνου, ἐάν τις τῶν ἄλλων ἀναμίξῃ, τὰ μὲν τοῦ ἀετοῦ μένει ὁλόκληρα* etc. Aelian. Hist. Ann. IX c. 2. 196. 22, ut Jacobsius illud scripsit consensu codd. omnium pro vulgato *τὸν ἀετόν*. In L. XII c. 21. 273. 3 primum *αἰετός* legitur, tum compluribus verbis interpositis *ὁ ἀετός*, et rursus in fine capitis *αἰετοῦ*. Unius periodi terminis continentur *ἔκαον κατὰ δώματα δαΐδας ἐκ λιβανώτου συγκειμένας, ὥστε ἅμα καίεσθαι καὶ θυμιᾶσθαι* Aristaen. I Ep. 10. 50, et longius diducta *οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ἰδὼν Κάλανον καόμενόν φησιν· ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι — ἐπιβάντες καίονται* Lucian. Peregr. § 25 p. 430 T. III ed. Jac. In Achill. Tat. IV I. 82 *ὅτε ἔκλαον μέλλουσα σφαγήσεσθαι, μὴ νῦν, ἔφη, κλαῖε* Jacobsius e codd. rescripsit pro *ἔκλαιον*. — Diphthongus *οι* cum vocali simplici certat Theophr. Hist. Pl. III 13. 1 *φύλλον ὅμοιον τῷ — ὥστε τῇ χροιᾷ — φανερὸν εἶναι — φλοιοῦ δὲ τὴν λειότητα καὶ τὴν χρόαν ὅμοιον φιλύρᾳ*, utrumque

constanter in omnibus. Et eadem Themist. Or. XXXII 359 C ἐδυσχέραινε πρὸς τὴν χρόαν — ὡς δὲ ἔμαθεν, ὅτι ἡ χροιὰ φύσις ἦν, Aretaeus Morb. Chron. I 15. 117 χροιή — χρόη, v. ad Phryn. 496. — Alius nominis formam non Atticam ναούς cum Attica νεώς brevissimo intervallo miscuit Lucian. Prom. § 14 p. 197, λαγωός et τοῦ λαγώ Philostr. Imagg. II 26 p. 95 Jac. — Eadem libertate commutantur particulae: δύο ποιοῦσιν ἀεὶ τὴν πόλιν μαχόμενοι τοῖς εὐπόροις, δεῖ δὲ τοὐναντίον αἰεὶ λέγειν ὑπὲρ τῶν εὐπόρων Aristot. Pol. V 9. 1310 a 5, τὸ μὲν — ἀεὶ δοκεῖ διαμένειν — — — αἰεὶ γὰρ ἐπίφυσιν λαμβάνει Theophr. Hist. Pl. I 1. 2. Item VIII 2. 5. Ἐὰν μὲν κολάσητε, δόξετε σώφρονες εἶναι καὶ μισοπόνηροι, ἂν δ' ἀφῆτε, ἄλλου τινὸς ἡττᾶσθαι Demosth. c. Mid. 526. 218 Bk., 584 11 R., πᾶσα διήγησις ἂν μὲν ἀναπαύσεις τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν — ἡδέως διατίθησιν, ἐὰν δὲ — μένῃ, λυπεῖ — Dionys. Epist. de Histor. III 771. 15 R., τὰς — τῆς ψυχῆς διαθέσεις, ἐὰν ὦσι μέτριαι, μηδὲν ἔχειν μέγα, ἂν δὲ ὑπερβάλλωσι, φορτικὰς φαίνεσθαι Plutarch. Non suav. viv. Epic. IX 1097 D (p. 95 T. XIV Hutt.), quae Reiskius exaequare studuit utroque loco ἐάν scribens; sed praetermisit eodem modo scripta: ἡ πεντάς, ἂν μὲν ἀρτιάκις λαμβάνηται, τὸν δέκα ποιεῖ τέλειον, ἐὰν δὲ περισσάκις, ἑαυτὸν — de Def. Orac. XXXVI 429 D (p. 357 H.), ἀγαθοῖς γονεῦσιν, ἄνπερ ὦσι, πρόσπτυστον, ἐὰν δὲ φαῦλοι — de S. N. V. XXII 565 B, τοὺς φίλους καταισχύνει, ἐάν τε ἐν ἰδιώτου σχήματι λάβῃ, ἄν τε ἐν βασιλέως Dio Chr. Or. IV 171, quae Reiskius ad unam eandemque formam revocavit, et assentitur Emperius p. 85, neque negari potest, hos omnes multo saepius paria componere: ἐάν τε — ἐάν τε vel ἂν μὲν — ἂν δὲ etc. — Particulam temporalem variat Plutarchus de Terrestr. an Aquat. c. II 960 A τῶν χθὲς ἡμῖν γεγονότων — καὶ γὰρ ἐχθὲς ὡς οἶσθα. — Frequentissime autem haec vocalis fluctuat in verbo volendi: τοὺς μὲν παραδιδόντας μὴ ἐθέλειν ἐλέγχειν, τοὺς δὲ μὴ θέλοντας ἀναγκάζειν Andoc. de Myst. 92. 22 Bk., 11. 12 R., τὸν μὲν θέλοντα ἀπιέναι, τὸν δὲ ἐθέλοντα μένειν Xen. Anab. V 6. 20, quorum participiorum priori cod. Par. epsilon addidit a Zeunio et Kruegero aequalitatis causa receptum; sed neminem

offendit Memm. Π 6. 27 *οἱ συμμαχεῖν ἐθέλοντες εὖ ποιητέοι, ἵνα θέλωσι προθυμεῖσθαι**).

§ 2. Hinc procedimus ad alia vocabula, quae non una litera differunt sed pluribus. Ac primum **contracta cum non contractis** copulari ostendemus. Adiectivorum materialium formae non contractae ex Atticorum scriptis numero solutis et codicum auctoritate et monitis praeceptisque Atticistarum undique relegatae sunt, sed extra hanc regionem catervatim grassantur, vix ut sciri possit, quid librarii peccaverint, quid auctores ipsi, non solum ubi singulae in conspectum veniunt, sed etiam ubi ex utroque mixtae ut *πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργύρεα* Plut. Vitt. X Oratt. Psephism. III 852 B, sive a Plutarcho hoc profectum est, sive a scriba Attico; *στέφανον χρύσεον καὶ πορφυρᾶν ἐσθῆτα* Dionys. Ant. III 62. 570, *τὰ χάλκεα τῶν ὅπλων οὐχ ἧττον ἢ τὰ χρυσᾶ παρεῖχε χρείαν* Plutarch. de Notitt. comm. XI 1663, *χρυσοῖ καὶ ἀργύρεοι* Aelian. Hist. Ann. II 11 p. 35. 4, *ἀγγείοις ἢ κεραμέοις ἢ ἀργυροῖς* Athen. IV 152 C (ex Posidonio), *οἱ ὄφεις ἦσαν τὴν ὕλην χρυσοῖ, τὴν δὲ χροιὰν κυάνεοι* Heliod. III 4. 113, *λεκάνην χρυσέαν ἢ ἀργυρᾶν* Artem. III 30. 287, *χρυσέῳ στεφάνῳ* Inscr. Att. Franz. Elemm. p. 178 lin. 34, *εἰκόνα χαλκῆν* ib. lin. 40, *ἵπποι κυάνεοι — χαίτην δὲ ἀμφιλαφῆ κυανῶν ἀπαιωροῦντες αὐχένων* Philostr. Iun. Imag. c. IX 874 (123 Jac.), sed suspectat Jacobsius [v. ad Phryn. p. 107 sq.]. — Substantivorum tertiae declinationis, quae in declinatu modo integras servant vocales, modo synaeresi miscent, unum seligam in eodem loco diverse scriptum: *ἡ μεγίστη ἀνάβασις γίνεται εἴκοσι πήχεων, ἡ δὲ περὶ Μένδητα πήχεων ἕξ, ἡ δὲ μέση — δεκατεσσάρων πηχῶν* Plutarch. de Is. XLIII 368 B et in eadem pagina Aristaen. I Ep. XVI 18 primum *τῶν χειλῶν* et non multo post *τῶν χειλέων*. De illo et similiter contractis *ἀνθῶν, βελῶν* etc. quid grammatici praecipiant, notum est [Phryn. 245 sq.]. — Nomen eiusdem declinationis *ἔαρ* scriptores Attici et qui communes vocantur non contrahunt, sed casus eius obliquos et adiectivum hinc derivatum, ac nonnunquam

---

*) *V. ad Aiac. p.* 81, *Pathol. I* 47 *sq. et Addend.*

alteram speciem alteri subiiciunt ut Theophr. Caus. Pl. III 2. 6 *τοῦτο γίνεται τοῖς δένδροις ἔαρι καὶ μετοπώρῳ, καθ' ἃς καὶ φυτεύουσι, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ ἦρι.* — Secundo loco producam comparativos anomalos, quibus Attici ipsi promiscue utuntur: *νομίζω ἀμείνονας καὶ κρείττους εἶναι* Xen. Anab. I 7. 3, *κρείττονες* — *ἥττους* Hier. IV 1 (§ 6), *καλλίονα* — *καλλίω* VIII 4 (5), *ἐὰν μείζονά τινα φῇς εἶναι καὶ ἐλάττω* Plat. Phaedon. 101 A, *οὐ καλλίονα οὔτ' αἰσχίω* Legg. II 657 A, *τὸν κρείττονα μὲν ἄρχειν, τὸν ἥττω δὲ ἄρχεσθαι* III 690 B, *πλείονας ἡμέρας καὶ ἐλάττους* Aristot. H. Ann. VI 20. 574 a 22, in quibus vox longior praemittitur, sed non perpetuo: *ἔχουσιν ἀεὶ πλείω ἢ ἐλάττονα* H. Ann. VI 14. 568 a 16, *μὴ χείρους ὀργὴν εἶναι τῶν κακιόνων τοὺς κρείττονας* Dionys. Antt. VI 47. 4 p. 1147, *εἰδότα τοὺς κρείττους εἶτα αἱρεῖσθαι τοὺς χείρονας* de Compos. XVIII 122. 7, qui hoc loco ipse monet, multum referre quo loco dactylus ponatur, an pes alius. Sed haec cura propior poetis ut Od. II 277 *οἱ πλέονες κακίους.* — Cum his conferendum est substantivum, quod in Plat. Tim. 37 D nunc e codd. restitutum est forma duplici, *εἰκὼ δ' ἐπινοεῖ τινα—ποιῆσαι καὶ—ποιεῖ μένοντος αἰῶνος—αἰώνιον εἰκόνα.*

Eadem est vicissitudo participiorum: *τοῦ μὲν πρώτου τεθνηκότος, τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν ἐφῃρημένου ἐν τοῖς νεκροῖς κειμένου ὡς τεθνεῶτος* Thuc. IV 38. 1, *Ἀθηναῖοι καταλαμβάνουσι τὴν Ποτίδαιαν καὶ τἆλλα ἀφεστηκότα· νομίσαντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἀδύνατα εἶναι πρός τε Περδίκκαν πολεμεῖν καὶ τὰ ξυναφεστῶτα, τρέπονται ἐπὶ* — I 59. — Proximus locus dabitur pronomini reciproco: *τὰ μὲν αὐτὸν ἡγεῖται τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ* Plat. Theaet. 170 A, *ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἀφ' αὑτοῦ* Critias 120 B, *σὺ ἠξίωσας σεαυτῷ τούτους κριτὰς γενέσθαι καὶ ἔγραψας κατὰ σαυτοῦ τὸ ψήφισμα* Dinarch. c. Dem. 98 p. 163. 61 Bekk., *ὁ αὑτοῦ καταγνοὺς τίν' ἂν ἑαυτὸν αἰτίαν αἰτιάσαιτο;* Dem. pro Phorm. 952 p. 217. 20 Bk., et sic saepe in seqq. Nec aliter posteriores: *σεαυτὸν* — *σαυτόν* Lucian. de Merc. Cond. § 23 p. 420, *σεαυτοῦ* — *σαυτόν* Plut. de Tranq. VIII 469 B, *πρὸς αὑτὴν—ἑαυτῇ* Them. XXII 270 C etc., quae corrigere nemini in mentem venit.—In cumulum accedunt verba cum praeposi-

tione *πρό* composita, quae epsilon vel a natura habent vel in declinatu accipiunt: *οὐ προὔλεγον, οὐ προεσήμαινον ἡμῖν;* Aesch. c. Ctes. p. 749, p. 425. 130 Bk., *προεκαλεῖτο καὶ προὔτρεπε* Plut. v. Nic. IX 509. 27, illud contra Schaeferi decretum in Appar. T. I 595: *Atthis solutam in talibus formam aversatur;* quare *προέδοσαν* hoc loco et *προεπηλάκιζον* p. 126. 8 reiicit, sed reperiuntur plurima alia apud Thucydidem (v. Poppo Proll. I 216) et aequales, partim contractis vicina ut *προὐδίδοσαν* Lys. c. Polystr. p. 158. 24 R., p. 323. 5 B., et in enuntiato proximo *προέδωκε*, pars longius separata. — Optativi passivae formae speciem duplicem ne Isocrates quidem uno loco coniungere veritus est Archidam. c. 19 p. 139. 47 B. *τῶν περὶ Θήβας εἰ μνησθείημεν, ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἂν λυπηθεῖμεν*, quod e codd. substitutum est vulgato *λυπηθείημεν*. Nunc recepto convenit Xen. Hell. IV 8. 15 · *οἵ τε Ἀθηναῖοι ἐφοβοῦντο, μὴ Λήμνου στερηθεῖεν, οἵ τε Θηβαῖοι, μὴ ἀναγκασθείησαν.* — Hinc ipsa rerum series nos deducit ad optativos eiusdem temporis, quorum duplex forma, communis Aeolicaque in unum locum compingitur: *ἔλεγεν, ὡς Λακεδαιμόνιοι πολεμήσειαν αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἐθελήσαιεν — ἐλθεῖν ἐπ' αὐτὸν οὐδὲ θῦσαι ἐάσαιεν αὐτούς* Xen. Hell. VII I 34, *κινδυνεύσειαν — κινδυνεύσαιεν* VII 4. 34, *οὐθεὶς ἂν ὀνειδίσειε τυφλῷ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεήσαι* Arist. Nicom. III 7 p. 1114 a 26, *οὐκ ἂν ἀγαπήσειεν ὄψει καρπωσόμενος οὐδ' ἂν ὑπομεῖναι* Lucian. de Dom. § 2. 304 T. III, et saepissime in Theophrasti Hist. Pl. *δόξειαν ἂν εἶναι ῥίζαι — οὐκ ἂν δόξαιεν* I 6. 8, quo loco in Urb. utrumque eodem modo scriptum est *δόξαιεν,* sed in sequentibus multifariam miscentur *δόξειε* et plurale *δόξειαν* contrariumque huic *δόξαιεν.* Haec Schneiderus aequo pede, ut aiunt, transscendit, sed adhaesit ad Xen. de rep. Athen. II 15 *νῦν γὰρ στασιάσαιεν, ἐλπίδα ἂν ἔχοντες τοῖς πολεμίοις στασιάσειαν· mira est,* inquit, *haec variatio orationis;* quae eius verba Schaeferus affert in Dem. Fals. Leg. 351, ubi codd. inter *δόξαι* et *δόξειε* fluctuant, nec tamen aut approbationis aut improbationis signum mittit, sed rem absolvit facete dicto: *facile tollet τὸ ὁμάλιστρον nostrorum criticorum* App. T. II 452. Est sane anceps et periculosum hoc instrumentum non solum in rebus publicis,

quod Germani nuper experti sunt, sed etiam in iudiciis vocabulorum, quorum discrimina non minus concertata sunt quam privilegia civium. — Confidentius loquitur vir eximius de duplici aoristo Dem. c. Neaer. 1387. 29 *εἴ τι ἐκ τῶν βασάνων βλαφθείησαν οἱ ἄνθρωποι, ἀποτίνειν ὅτι βλαβείησαν· mirum ambo aoristos in tantulo spatio deinceps poni, ut malim alterutram formam bis esse positam* T. V 599. Ex simili genere est Liban. Or. XVI 503. 9 T. I *οὐκ ἤνεγκαν ἄρχοντα ἀγαθὸν οἱ τῶν μὴ τοιούτων γενεὰν ἐνεγκόντες*, idemque participii species commiscuit diversis declinationibus adscriptas Or. II 171 *ὁ ἐπαγγέλλων ἣν ὀμνύς, ἐπιστεύετο δ' ἂν καὶ οὐκ ὀμνύων.* — Ad Phryn. l. c. attuli etiam infinitivos dispari augmento Plat. Theaet. 198 D *διττὴ ἦν ἡ θήρα, ἡ μὲν πρὶν ἐκτῆσθαι τοῦ κεκτῆσθαι ἕνεκα*, quorum priori Heindorfius kappa praefixit *inconstantiam huiusmodi* ferri posse negans; equidem defendi olim consensu codicum nixus necdum cognita librorum recens collatorum scriptura, quorum unus praestantissimus Lobcav. *κεκτῆσθαι* exhibet Schneidero probatum ad Civ. V 464 D.

Significationis discrimen ubique nullum cernitur excepto quod Thomas tradit: *οἱ ἀκριβεῖς τεχνικοὶ τὸ οἶμαι ἐπὶ ὁμολογουμένου τίθενται, τὸ δὲ οἴομαι ἐπὶ ἀμφιβόλου.* His suffragatur Buttmannus in Ind. Anom. s. h. v., fidem derogat Weberus ad Dem. c. Aristocr. p. 177 plurimum in hac re *numeri rationem valere* affirmans. Schaefero App. T. IV p. 102 inter utrumque nihil interesse videtur, nisi quod *οἶμαι* sermoni aptius putat, *οἴομαι* orationi. Nec litem dirimunt ceteri oratorum Atticorum interpretes, quos Ruedigerus nominat ad Dem. Phil. T. I 61. — Poetae metri potissimum gratia disparia copulant ut Od. V 397

ἀσπάσιον δ' ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν,
ὣς Ὀδυσεῖ ἀσπαστὸν ἐείσατο γαῖα καὶ ὕλη,

et XXIII 238

ἀσπάσιοι δ' ἐπέβαν γαίης, κακότητα φυγόντες·
ὣς ἄρα τῇ ἀσπαστὸς ἔην πόσις εἰσοροώσῃ,

et cum adverbio XIII 33

ἀσπασίως δ' ἄρα τῷ κατέδυ φάος ἠελίοιο,
ὣς Ὀδυσεῖ ἀσπαστὸν ἔδυ φάος ἠελίοιο.

Item Il. IV 122

ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια
νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν —.

Euripides in uno versu Heracl. 824

πλευραῖς ἔχριπτον πλευρ'· Ἀθηναῖοι δ' ἄναξ —,

quae mihi in memoriam revocant Nonni dictionem X 365

πλευρὰ δὲ δοχμώσας — ἐπ' ἀντιπάλου δέμας κάπρου
λοξὸς ἐπὶ πλευρῇσι[1].

Et sic alia VII 365

— μετὰ λυσσαλέης μινυώρου υἱὸν Ἀγαύης
ἄφθιτον υἷα λίπεσκε —
υἱέα κυσσαμένη βροτέης ἐπίληθον ἀνίης etc.

Horum omnium ratio in aperto est: sed in Aristoph. Eccles. 658, ubi interroganti cuidam *τοῦ γὰρ, τάλαν, οὕνεκ' ἔσονται;* respondet alter *πολλῶν ἕνεκεν, πρῶτον δ' ἑνὸς εἵνεκα δήπου* Brunckius sibi temperare non potuit, quin his *οὕνεκα* scriberet contra codices et probante nemine, etsi causa disparilitatis appareat nulla. Namque hic nihil opis afferunt machinae illae, quibus quum alii veterum indulgent tum Gellius XIII 20 (21) Virgilii versus adornat

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema
et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit.

Tres illic, inquit, *tris hic posuit ea iudicii subtilitate, ut si aliter dixeris, sentias suavitatem sonitus claudicare.* Quaenam in re haec posita sit suavitas, dissimulat; Reisigius in gramm. § 69 p. 97 eam a nobis *sentiri* dicit, sed huius sensus expers Cicero *Decem et tres* scripsit et saepe, puto, alii. Hodie in Virgilii edd. omnibus utroque loco *tres* legitur, et certe soni mutandi causa hic nobis quidem nulla apparet; sed idem fatendum est de aliis locis, quorum scriptura minime addubitari potest. Cuius generis hic unum addam exemplum adiectivi, quod cum Homerico illo *ἀσπάσιος — τός* ma-

1) *τὴν ἱερὰν πλευρὰν* Strab. III 1 § 3. 137, et proxime post *τὸ ἱερὸν πλευρὸν* et *ἑσπέριον πλευρόν*, et saepe alibi, VI 2. 266, IX 2. 391.

ximam habet similitudinem: *ἧττον ταῦτα θαυμαστὰ καίπερ ὄντα θαυμάσια* Plutarch. de Terrestr. an Aquat. XXI 974 D, *θαυμαστὸν μὲν καὶ τοῦτο ἅπασιν ἐφάνη — — πολλῷ δ' ἔτι τούτου θαυμασιώτερον τὸ* — Dionys. Antt. V 8. 861, *οἷς ὑπερεῖδες θαυμαστὸς ὤν, οἷς μετέδωκας ἐφάνης θαυμασιώτερος* Themist. Or. XVI 203, et ordine inverso :*ἐβλέπομεν πρὸς αὐτὸν ὡς ἀκουσόμενοι θαυμασίους τινὰς λόγους· ὅπερ καὶ συνέβη, θαυμαστὸν γάρ τινα — κατῆρχε λόγον* Plat. Euthyd. 283 A, *θαυμασιώτερον — ἧττον θαυμαστόν* Theophr. H. Pl. I 7. 3, *μεγάλοι καὶ θαυμάσιοι ἄνδρες* Theaet. 210 C Heind. malit *θαυμαστοί* [Phryn. 762]*)

§ 3. Ex magna exemplorum copia pauca selegi, quae forte legenti occurrebant, omissis omnibus, quorum differentia aliorum verborum interiectu obscuratur. Illorum pleraque inveniuntur apud scriptores posteriores, sed nonnulla ipsum ver sermonis in lucem protulit. Quaeritur vero, quae fuerit fluctuationis causa. A nonnullis hoc modo cautum esse, ne idem sonus auribus saepius accideret, non negaverim quidem, sed ne hanc rationem apud omnes valuisse credam, impedior collatione locorum, in quibus idem vocabulum repetitur nulla parte mutatum ut Il. XXII 317

οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

---

*) *Adn.*:„ *Πρέσβεων καὶ πρεσβευτῶν* Phot., *πρεσβευτὰς οὖν πάντας ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ποιοῦμεν* Andoc. de Pac. 109 T. IV, Polyb. V 67. 356 *τῶν πρέσβεων ἀφικομένων* et in proxima periodo *παραγενομένων τῶν πρεσβευτῶν*. *Τοὺς πρεσβευτὰς — πρέσβεις* Polyaen. Strat. V 2. 7 p. 155, *τοὺς πρεσβευτὰς παρεκάλει συγχωρῆσαι καὶ τοῦτο· οἱ δὲ πρέσβεις — παρῆσαν* Dionys. VI 87. 1242 [*Phryn.* 762]. — *Ἐπιμελόμενος — ἐπιμελεῖ* Plat. Apol. 29 D, *ἐπιμελομένῳ* Xen. Oec. XI 12, *ἐπιμελουμ.* ib. 13. — *Ἡσυχαίτατος — ἡσυχώτατος* Plat. Charm. 160. A. — *Ἀνδρείως — ἀνδρικῶς* Charm. 76. 77 ed. Heind. [160 *E*]. — *Ἀπόλλω* etc. Buttm. p. 198 not., Mehlh. ad Anacr. p. 86. — *Τοὺς καλούς τε κἀγαθούς — τοὺς καλούς τε καὶ ἀγαθούς* Euthyd. 284 D. — *Ἐλθεῖν' ἐκεῖθεν* Lucian. Jup. Trag. 45. 687, mox *τινὰ κεῖθι*. — Inscr. Plotheensium (sive Plotheorum) Boeckh. N. 82 (Sauppe Mus. Rhen. Nov. Ser. IV 289) *Πλωθειεῦσι*, *Πλωθεῦσι*, *Πλωθέας*, (*οἱ*) *Πλωθῆς*." *E cetera exemplorum copia haud exigua a Lobeckio quo loco et ordine fors tulit adscriptorum suo quodque generi subieci.*

Aesch. Eum. 566

— — — ἐστὶ γὰρ δόμων
ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος.

Eur. Hec. 526

σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν
ἕσποντο, πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως.

et paulum dissimile Soph. Ai. 1071

κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστιν ἄνδρα δημότην
. μηδὲν δικαιοῦν — .

Nec solum poetae sed etiam Theopompus alioqui nimiam ut Quintilianus ait IX 4. 35 Isocratis sollicitudinem aemulatus nomen iterat apud Athen. VI 232 A πέμψαντες εἰς θεὸν ἐπηρώτων τὸν θεόν, et Strab. IV 4. 199 μετὰ τὰ λεχθέντα ἔθνη τὰ λοιπὰ τῶν Βελγῶν ἐστιν ἔθνη, et saepius mutatis casibus: οἱ Μῆδοι παρῆσαν, ἃ μὲν οἱ μάγοι ἔφασαν τοῖς θεοῖς ἐξελεῖν, ἀποδόντες τοῖς μάγοις Xen. Cyr. IV 6. 11, ὁ ἐλάττω τουτονὶ ἀγῶνος ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος Plat. Apol. 34 C, κοινοποιούμενοι τὴν ἀποικίαν τῷ μετέχειν βουλομένῳ τῆς ἀποικίας Diod. XII 28, ἐς τὴν θάλασσάν ἐστιν ἄβατον ἀγριαινούσης τῆς θαλάσσης Aelian. Hist. An. I 41 p. 45, cuius generis multa collegit Ellendtius ad Arrian. I 11. 8, et qui ab hoc nominantur*). — Modo etiam vocabulorum diversorum exitus inter se congruentes: ἀκροτάτης κορυφῆς πολυπίδακος Ἴδης Il. XIV 157, ἡμετέρας Χάριτος πετάσας Theocr. XVI 6, ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας Oed. T. 1481, οὐδεὶς ἂν γένοιτο, ὡς δείξειεν, οὕτως ἀδαμάντινος, ὃν ἂν μείνειεν — καὶ τολμήσειεν ἀπέχεσθαι Plat. Civ. II 360 B, ἀποκτείνειε δ' ἂν ἢ ἐξελάσειεν ἢ ἀτιμήσειεν Apol. 30 D, ὅπως, οὗ ἂν λάθωσι, πλέον ἔχωσιν, ἢν δέ πού τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντῶσι Thuc. I 37. 4, quibus multo insigniora propo-

*) Adn.: „τὴν θυγατέρα — ἀφανίσαι ταύτην καὶ — ῥῖψαι ταύτην Diod. IV 106, μιχθέντα ταύτῃ V 373 abest a codd., τῆς Ἀθηνᾶς — ἀποφαινομένης ἀπιστήσας ταύτῃ IV 100, τὸν γοῦν πατέρα, ὅτι — ἐξέβαλεν αὐτόν Dem. c. Conon. 1264 Reisk. αὐτόν excludit; ἀποστήσαντες αὐτὸν — ἐζημίωσαν αὐτόν Diod. XII 95, τούτῳ pro αὐτῷ XII 51 saep., ταύτην pro αὐτήν Heliod. I 33."

sui in Diss. *de Praecc. euph.* p. 16 et 53, cf. ad Ai. p. 335, eorumque nullum aut parechesis causa quaesitum aut alia qua oratoria virtute commendatum est. Itaque haec causa esse nequit, cur iidem alibi voces diversum sonantes iunxerint. Plerique nostrorum hoc modo cautum esse opinantur, ne literae vel antecedentes vel subsequentes cum voce interposita asperius coirent; quam ob causam etiam consonas proschematisticas nunc additas, nunc omissas esse dictitant. Dionysius de Comp. XXII Thucydidem affirmat in prooemio nescio qua fragosae dictionis affectatione iuxta se posuisse consonas, quae una syllaba comprehendi non possunt, primum σ et ξ: *Θουκυδίδης ξυνέγραψε*, tum ν et π: *τὸν πόλεμον* etc., quorum similia multa ipse admisit insciens: *τῆς ἀποστολῆς ξενικοῦ στρατεύματος* De vi Demosth. IV 724 etc. Illae merae argutiae sunt, sed prope tamen subit suspicio, scriptorum delicatiorum aliquos consonam refractariam vel emollivisse assimilando: *ἐμ μέσῳ* etc., de quo alibi dixi ex professo (cf. Mehlh. gramm. § 48), vel, omitti si posset, omisisse: *τοσοῦτο ζῶον*, *Δημοσθένης μικρὸν* etc. Verum tamen nullus est locus, quo demonstrari possit, hanc fuisse variatae scripturae causam, et omnino Graecos in ordinandis literis non tam scrupulosos fuisse quam nonnullis videntur, probant alia inconsequentiae exempla, primum in syntaxi: *ἐξ ὀξέος* Plat. Tim. 74 C, *ἐξ ἓξ τοῦ ἀριθμοῦ γέγονε* ib. 74 E, *καθάπαξ ξείνῳ* Od. XXI 349, quod veteres adnotatione dignum habuerunt: *ὅτι κατάληξις εἰς ξ καὶ ἀρχὴ αὖθις ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑτέρωθί που οὐκ ἔστι παρὰ τῷ ποιητῇ* Eust. 1912. 15. Nimis fastidiose Schneiderus *καί κέν τις* Oppian. Hal. IV 343 *valde cacophonon* esse iudicat, quamvis inoffensus praeteriit monosyllaba huic similia: *οὐ μέν μιν μοῦνον* V 505, *οὐ μὴν δὴν* II 454. Plura huiusmodi attuli in *Praecc. euph.* 53, simulque ostendi ν et μ in confiniis vocum inveniri saepius, quomodo Plato quoque dixit *μέν μοι* Apol. 26 A, *τοίνυν μοι* Laches 194 C; sed in parathesi hunc conflictum evitavit assimilatione consonae finalis poetica: *ξύμ μοι λάβεσθε*, v. Elem. Path. I 602 sq. Aequius illo iudicat Schaeferus Appar. T. I 196 *concursus duarum vocum ἥνπερ ὑπὲρ non mirer, si cuius delicatioris aures offendat. Sed quum alia non suavioris soni*

occurrunt tum quod simillimum εἴπερ ὑπὲρ, de quo v. Buttmannum ad Mid. p. 20. Hic tamen illud nequaquam probat, sed *insuavem sonum* facere censet. Veteres rhetorici persuasum habent, in vocabulis collocandis potissimum numerorum rationem habitam esse multumque referre putant, utrum sententia claudatur his syllabis: ὡς νέφος, an auctis temporibus: ὥσπερ νέφος et amplius: ὡσπερεὶ νέφος, v. Taylor. ad Dem. Cor. p. 167 T. I ed. Reisk., qua in re nobis plerumque argutari videntur. Ac si antiquos eloquentiae auctores non negamus id sibi curae habuisse, ut verba apte et numerose caderent, tamen longe abest, ut vocalitatis leges scribentium animo obscure impressas coniectura assequi possimus, cf. ad Phryn. 708. Hactenus de syntaxi vocum iuxta positarum.

In synthesi nonnumquam obstrigillat praepositio ξὺν — ξύζυγος Eur., ξύζευξις Plat., quae nonnullos offendisse ostendit crebra librorum titubatio, v. Parall. p. 32. Tres mutas in una voce coniungere vetat regula catholica, cuius partem proponit Priscianus I 8. 44. (T. I 42) *non potest duplicari consona alia subsequente consona, quomodo nec antecedente, nisi sit muta ante liquidam ut suffragor, supplex, quomodo etiam apud Graecos Φθέγγμα.* Hac de voce discrepant grammaticorum sententiae: Φθέγμα ὁ μὲν Ὦρος δι' ἑνὸς γ λέγει γράφεσθαι, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διὰ δύο EM. 792. 34, quae scriptura non repugnat canoni, quia gamma liquidae instar habetur, sed nunc ubique legitur φθέγμα, idque nostro ori accommodatius. Non minus offendunt tres liquidae verbi συμμνημονεύειν, nec sinem olimento quodam pronunciamus ἐκπτόμενος Arist. Avv. 788, ἔκπτωμα, ἔκπτωτος, sed excusantur synthesi ut ἐνζεῦξαι et μελάνζοφος, quae in EM. 370. 19 ob hoc ipsum afferuntur. Eadem ratione defendi poterit καπφθίμενος, si Euripides ita scripsit Rhes. 368. Δύσστομος plerique emolliverunt omisso sigma, quomodo etiam verbo προσσχεῖν succurritur [p. 143 n. 1]; sed invictum se praebet ἐξείρξειε (Parall. 36) quamvis nostris auribus intolerandum. Sed haec sonorum Graecorum ex nostro sensu aestimatio toto genere fallax et precaria est propter summam veteris novaeque prolationis differentiam. Quid enim a nostra consuetudine longius abhorret quam voces huiusmodi: βδάλλω, κτῆμα, μνῆμα,

πτῶμα, *δμώς*, *δνόφος*, *ἐρίγδουπος*, et vicissim quam facile nos Germani connectimus consonas Graecis insociabiles: *zwei*, *Schnee* et plures etiam in synthetis: *Brustschmerz*, *Erbkönig*, *Herbstfrüchte*, *Angstschweiss*, quae si audivissent Graeci, dictum factum ablegassent ad Cares. Maxima utriusque sermonis diversitas apparet in eo, quod Graeci tribus modo consonis vocabula terminare fas habent, nos utimur omnibus. Si vero rationum illarum, quas nostri docti vel ex numerorum dispositione vel ex literarum sese contingentium concentu repetere solent, nulla satis explorata videri potest, unum receptum habemus sed non tutissimum ad codices; sed hos quoque saepe deserimus falsa suadentes: *ϑρυλλεῖν*, *ἀένναος*, *ἀνύτειν*, *ἀρύτειν*, *ἐσήμηνα*, *Ὀλυμπιᾶσι* etc. Quid scriptores ipsi quoque in loco posuerint, quid deinceps ab exceptoribus, postea a collatoribus et correctoribus codicum immutatum sit, multorum seculorum interiectu occluditur.

DE

EPITHETIS OTIOSIS.

De epithetis otiosis.

Nuper quum in scholis publicis schematologiam proponerem partemque tractarem eam quae nunc *de appositione* inscribitur, non omisi nomen hocce apud veteres multo alium intellectum habere atque *apposita* ab iis dici epitheta id est adiectiva. Haec data occasione quasi appendicis loco tractabimus non universe neque sic ut viri eruditi, qui his novissimis annis hunc locum docte sciteque exsequuti sunt, sed accommodate ad nostras rationes nulli illorum propositas.

Primum constituimus duo epithetorum genera, unum propriorum, alterum communium. Illi assignanda sunt cognomina deorum, quae vel natura sua uni eorum soli conveniunt, τερπικέραυνος, ἐννοσίγαιος, quae Apollonius Adv. 530. 22 ἰδίᾳ τεταγμένα vocat, tum Ἀργειφόντης, Τριτογένεια, vel privilegio quodam usus publici certis adhaeserunt personis, ἑκατηβόλος, διάκτορος, ἀγελείη, γλαυκῶπις. Haec si adiectivorum modo, ut re vera sunt, ad alias atque alias res transferuntur, id etsi merismo nativo convenit, tamen catachresi imputatur. Communium item duae species sunt, quarum una magnopere ad intellectum pertinet omnibusque trita et quotidiana est, altera poetis celebrata vel ad ornandum sermonem vel ad complendos versus. Hoc in numero habentur epitheta, quae vulgo ornantia appellamus, et otiosa discrimine neque nullo neque ita claro, ut ubivis agnosci possit. Hoc genus unus veterum adumbravit schol. Eur. Hec. 1121. Hic scriptum est παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον, quod schol. primum sic interpretatur: μόρος οὐ μόνον ὁ θάνατος, ἀλλὰ καὶ ἡ τύχη, οὐ γάρ ἐστι λέγειν θανάσιμον θάνατον, tum vero quodammodo retractat: τὰ ἐπίθετα ἢ ἕτερον δηλοῦσι τῶν ὀνομάτων, ἐφ' ὧν λέγονται, ἢ εἰ τὴν αὐτὴν τούτοις ἔχουσι

σημασίαν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρου σημαινομένου λέγονται, ἢ ἑτέραν τινὰ αἰτίαν ἔχει, ὡς ἐνταῦθα τὸ θανάσιμος ἐπιθετικῶς λεγόμενον, οὔτε ἕτερόν τι σημαίνει ἢ ὁ θάνατος ἐσήμαινεν (ἂν), οὔτε τὸ αὐτὸ σημαῖνον πρὸς ἀντιδιαστολὴν λέγεται. Οὐ γάρ ἐστι ποτὲ θάνατος μὴ θάνατον ἐμποιῶν. Οὔτε ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἔχει, ὥστε ἀρκοῦντος τοῦ θανάτου τὸ θανάσιμος περιττῶς κεῖται κατὰ ποιητικὴν ἐξουσίαν. Hic primo loco significat epitheta substantivorum species complures continentium, quarum illa unam certam nominatim designant ut ἵππος λευκός. Neque alio, ut opinor, retulit ἵππος ποτάμιος, etsi hoc non ut σῦς ἄγριος speciem equi denotat, sed animal ob similitudinem ab equo denominatum. Quod vero his subiicit: ἢ εἰ τὴν αὐτὴν σημασίαν ἔχουσι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρου σημαινομένου λέγεται, spectare videtur voces, quas grammatici medias vocant velut κῦδος, ἀρά, ὀργή, τρόπος, πότμος, τύχη, μοῖρα. Horum significatio per se vaga et late patens circumscribitur addito adiectivo qualitatis; atque hoc in numero sine dubio habendum est μόρος, idque huc refertur etiam in exordio scholii: μόρος οὐ μόνον ὁ θάνατος, ἀλλὰ καὶ ἡ τύχη· neque secus in alio loco Euripidis θανατόεις μόρος dictum est, apud Sophoclem τύχαι θανάσιμοι, in Epigr. μοιρίδιος θάνατος. Hac igitur ratione epitheton illud ex ordine otiosorum eximitur. Sed fuisse tamen qui θάνατος θανάσιμος vel μόρος μορόεις non respuerent, colligere nobis videmur ex postrema parte scholii: ἢ ἑτέραν αἰτίαν ἔχει etc. hoc est perissologiam epitheti redundantur adiecti. Sed minime persuadet. Neque fidem huius pleonasmi faciunt alia epitheta cum substantivis eiusdem stirpis iuncta: οἶνος οἰνώδης Hippocr., quod Erotianus interpretatur αὐστηρός, εὔτονος, ἀνὴρ ἀνδρεῖος, *homo humanissimus* Cic. etc., v. Parall. 535. Nam his omnibus declaratur qualitas rei, quam substantivum indicat. Idem existimandum est de vocibus non congeneratis, unde Quintilianus VIII 6. 40 exempla epithetorum repetit: *ornat epitheton, quod recte dicimus appositum; eo poetae et frequentius et liberius utuntur. Namque illis satis est convenire verbo, cui apponitur; itaque dentes albos, humida vina in iis non reprehendemus.* Haec Virgilii verba sunt gentium septentrio-

nalium hiemes saevissimas enarrantis: *caedunt securibus humida vina,* quae Servius verissime interpretatur: *etiam vinum naturaliter calidum illic congelatur.* Ovidius eadem *uda* appellat, uterque nativum opponens corrupto. *Dentes albi* interpretamentum est Homerici λευκοὶ ὀδόντες, quod bis legitur, in Il. V 291, ubi Diomedis hasta in faciem Pandari coniecta dentes eius perfregisse dicitur, nihil aliud quam naturam omnium dentium designat, item ut Arist. Pac. 1310 οὐδὲν λευκῶν ὀδόντων ἔργον ἐστ', ἢν μή τι καὶ μασῶνται. Sed multo significantius XI 416 apro tribuuntur λευκοὶ ὀδόντες, quia hi maxime conspicui sunt atque occurrentibus primum in oculos incurrunt. Eandem causam habet Plautina dictio *albis dentibus ridere,* namque risu dentes denudari solent. Homericorum exemplorum primum Eustathius 547. 44 εἰς ἰδιότητα positum dicit, ὡς καὶ ὀστέα λευκὰ καὶ γάλα λευκὸν καὶ χιὼν λευκή. Aristophaneum vero illud οὐδὲν λευκῶν ὀδόντων ἔργον κ. τ. λ. facile circumscribitur, si ita interpretamur: *ne integri quidem et validi dentes* (quos color candidus probat) *iuvant quenquam, si cibo careat.* Sed nemo non miraretur, si Homerus illo loco ὅς κε πίῃ καὶ ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων addidisset λευκῶν.

Interim sunt, quae pleonasmi suspicione eximi omnino non possint. Cur Pindarus Nem. III 134 carmen suum gloriabundus appellet μέλι γάλακτι λευκῷ μεμιγμένον, et quare Ovidius Met. XIII 829 Polyphemum Galateae divitias suas iactantem inducat: *Lac mihi semper adest niveum,* multo facilius intelligitur, quam cur Homerus IX 246 λευκὸν appellet illud, quo Cyclops ad caseos conficiendos utitur. Veteres hoc ad schema referunt, quod χαριεντισμόν vocant, neque negari potest, hanc adiectionem attributi omnium oculis occurrentis nativam prisci sermonis simplicitatem prae se ferre; cuius generis reliquias nonnullas infra proponemus. Poetis Latinis non insolitum est dicere *nix alba, candida,* et similiter Graeci χιὼν λευκή, quia oculos praestringit; quo intellectu Pindarus Pyth. I 20 ὀξεῖα χιὼν et Euripides Bacch. 661 λευκῆς χιόνος εὐαυγεῖς βολαί, sed sine ullo effectu idem Hel. 3 Νεῖλος λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας, nec facile intellectu, quam vim habeat in Hes. Opp. 535, ubi senes

decrepiti per hiemem viis nive contectis ambulare dicuntur ἀλευόμενοι νίφα λευκήν. Homerica exempla Porphyrius in longa expositione Il. l. c. pleonasmo eximere annititur: primum γάλα λευκόν dici, ὅτι σκιὰν οὐκ ἐπιδέχεται, quod nihil valet; nec persuadet, ἔλαιον ὑγρόν appellari, quia alii humores brevi tempore arescant et siccentur, oleum vero difficillime. Sed patet alia defensionis ratio. Etenim ex eo quod ἔλαιον et ἄλειφαρ et specie similia et ab Hippocrate promiscue usurpata sunt: χηνὸς ἔλαιον Mul. I 695 T. II, ὑὸς ἔλαιον et alia talia in proximis paginis, v. Foes. 197, hinc adducimur ἔλαιον antiquitus nomen adipis fuisse generale et propterea speciem eius diversam ab iis, quae ἄλειφαρ et στέαρ *sebum* vocantur, appellatione propria distinctam esse ὑγρὸν ἔλαιον, sensim vero hanc olei significationem ita invaluisse, ut adiectivum supprimeretur [cf. p. 299]. — Tertio loco ille commemorat τάφρος ὀρυκτή, de quo idem quod nos iudicat, sic fossam χειροποίητον distingui a naturali. — Ultimum est Ξάνθος ῥέων, de quo dubitat, utrum antidiastolae causa dictum sit, ne quis de homonymo quodam vel etiam de Xantho urbe cogitet, an (quod probabilius) ad significandum τὸν εὖ ῥέοντα, nam idem alibi δινήεις et ἐυρρείτης vocatur, et propterea illa dictio referri solet inter exempla ellipsis adverbii εὖ, cf. Parall. 165; sed vis eius satis exprimitur verbo simplici ῥεῖν, quod haud omnibus convenit fluviis minimeque nostro inquilino ita lente labenti, ut propemodum redarguat Heracliti effatum: οὐκ ἔστι δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ἐμβῆναι ποταμόν. — Alia praetermisit fortasse sciens, quia iam a prioribus satis explanata putavit; primum γυναῖκες θήλειαι sive θηλύτεραι hoc est quod nos dicimus *zarte Frauen*, ut Sophocles quoque accepit γυνὴ θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν etc. — Longius a nostro sensu discedit ἰχθύες ἐλλοί, si illud significavit, quod Sophocles sumsit, ἰχθύες ἄναυδοι et Lycophro adiectivum in substantivum convertens μυνδὸς ἔλλοψ. Sed delectat tamen legentes illa piscini generis nota propria et singularis, de qua vulgo cogitare non solemus. — Diversa ratione nititur βόες εἰλίποδες, nam illa pedum posticorum fluctuatio, qua boves ab aliis animantibus differunt, cuivis quidem ante oculos posita

est, sed nemo facile attendit; admonitus autem quodammodo gaudet tanquam re nova et incogitata. — Sed hac laude carent epitheta obvia et trivialia κεραοὶ βόες Theocr. XVI 37, Anthol. VII 174, ἰχθύες νηκτοί Anth. VI 4, μόσχος τετρασκελής, πτηνοὶ ὄρνιθες etc., v. ad Ai. v. 139. Haec sermonis condimenta sive potius versus complementa poetae non ignobiles priscae simplicitatis observantia studiose propagarunt, sed nobis otiosa et supervacanea videntur neque placent adhuc *blaue Veilchen* et his consentanea, quibus nostri avi delectati sunt. — Meliore iure est Homericum π ῦ ρ α ἰ θ ό μ ε ν ο ν, quod Pindarus καιόμενον dixit Pyth. IV 400, Sophocles θερμόν Ant. 615, *calidi ignes* Lucret. I 1088, II 431; id enim emphasis speciem habet rei significatae aptum ac proprie accedit ad schema ἐκ παραλλήλου alias ex professo tractandum.

Ab adiectivorum usu pleonastico non longe distat appositio substantivorum. Natura quidem et ratio ita fert, ut vocabulis disemis et polysemis adiiciatur nomen generis, cui quidque subiectum est, exempla causa ἀσπίδες τὰ ζῷα Aristot. Mir. Ausc. c. CXXII p. 842, ἀράχνη τὸ ζῷον Dioscor. Mat. II 68. 193 et nomine magis circumscripto τὰ θηρία αἱ ἀσπίδες Paus. IX 22. 265, quae nobis non admodum necessaria videtur adiectio neque nos dicimus *lupus animal*, etsi lupi nomen permultis rebus tribuitur; sed Graeci ea utuntur, ubi ne minimina quidem causa est: θὴρ λέων, θῆρες πορδάλιες non solum apud poetas, quos in Parall. 266 nominavi, sed etiam in prosa: τὴν Καδμείαν διέφθειρεν ἀλώπηξ τὸ θηρίον Apollod. I 4. 6, etsi nemo de ave vel pisce sic dicto cogitabit, nedum de morbo. Similiter ubi aves memorantur: αἰετὸς ὄρνις Od. XIX 548, Aristoph. Avv. 515, λάρος ὄρνις Od. V 51, ὄρνιθες αἰγυπιοί Il. VII 59, ὄρνιθος ἀηδοῦς Soph. Ai. 628 atque adeo in sermone populari: περιστερὰ ἡ ὄρνις Paus. VIII 4. 3, ἡ κύμινδις τὸ ὄρνεον Dio Chr. Or. X p. 303 Reisk. (172. Emp.), *aquila avis* et multa eiusdem generis, v. Parall. l. c., quae haud aliter quam adiectiva partim ad explendos numeros poeticos rhetoricosve, partim ornatus causa, vel ad usurpationem antiquitatis adiuncta vi-

dentur, cuius vestigia quaedam nostra quoque lingua servat animalibus nonnullis nomen generis appendens vel synthesi vel parathesi: *Pantherthier*, *Elenthier*, *der Vogel Greif* (γρύψ). Ac si species quaedam animalium plures differentias habet, ad has distinguendas illa tanquam nota generalior de industria indicatur. Sic δράκων et ὄφις vulgo quidem synonyma sunt, sed nihilo secius Hesiodus Theog. 322 et 825 alterum altero circumscripsit: ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος, quod et alii et Hermannus ipse olim pro mendoso damnavit; sed quid inter haec et similia serpentum nomina differat, docet schol. Eur. Or. 469 εἶδος ἀντὶ γένους ἔλαβεν· γένος μὲν γὰρ ὁ ὄφις, εἶδος δὲ ὁ δράκων καὶ ἔχις καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὄφεων, quo significari videtur aspidis nomen: ὄφις ἡ ἀσπὶς καλουμένη Arist. H. Ann. IX 6 (7), idemque alibi discernit duo genera: ἀπόλλυται ὑπὸ δράκοντος τοῦ ὄφεως id est τοῦ ὄφεως καλουμένου VIII 20. 602. 25, cf. Schneider. adnot. T. III 648. — Hesiodeo illi similia sunt duo Homerica, quae in Parall. 344 attuli: ἴρηξ κίρκος et σῦς κάπρος [1]), quorum nominum illud quod antecedit generalius est altero, quare γενικόν dici potest et ob hoc ipsum primo loco poni solet ut βοῦς ταῦρος Il. II 480; ac si ordo invertitur, grammatici notam apponunt ut schol. Vat. Il. XVII 389 ἔδει βοὸς ταύροιο προτάσσειν τὸ γενικὸν τοῦ εἰδικοῦ ὡς ἠΰτε βοῦς ταῦρος (II 480)· ἔστι δὲ ἀττικὸν τὸ οὕτω συντάττειν.

Versificatores certa lege adstringi non patiuntur, sed Attici ceterique scriptores quid sequuti sint scire refert. Difficultas autem in eo duplex; una quod saepe nescimus, utrum duo substantiva sine copula iuncta ἐκ παραλλήλου posita aequoque inter se iure sint, an alterum alteri distinctionis causa subiectum sit. Illa dubitatio attingit Heleni epitheton duplex Il. XIII 582 ἥρως ἄναξ, nisi ita dicimus *heroes* quoslibet dici viros honoratos, cantores, praecones, ἄνακτες vero reges modo eosque qui regio sanguine orti sunt sicut ille Priami filius; quo accedit quod ἥρως absolute dicitur, alterum vero cum genitivo construitur nominis hominem superiori cuipiam

1) Haec differunt aliquid a superius allatis ὄρνιθες αἰγυπιοί etc., quae Elmsleius ad Bacch. 1025 cum his confert.

subiectum et obnoxium significantis; quanquam hic insignis titulus succedente tempore eviluit. Sed de parallelismo aliquando universe dicetur. Hic in disceptationem veniunt vocabula diversae potestatis, quibus aut aetas aut sexus aut ordo aut conditio indicatur. Si tibicen *αὐλητὴς ἀνήρ* vocatur Dem. c. Mid. 565. 6, significatur procul dubio aetas hominis; nam qui in ludis publicis concertabant, secundum aetates dispescebantur: *παῖδες, ἀγένειοι, ἄνδρες*. Eodemque modo *παῖς σταδιεύς* dicitur, sicut tres Pindari odae inscriptae sunt *παιδὶ σταδιεῖ* et *παιδὶ παλαιστῇ*, et pariter discriminantur filii et filiae familias: *υἱεῖς ἢ θυγατέρες παῖδες* id est aetate pueri Plat. et alii, v. Proll. 54. Liberorum utriusque sexus nomen commune est *παῖς*, sed hoc si ad feminam transfertur, ambiguum nuptamne significet an coelibem, quae propria huius conditionis nota adiungitur Arrian. Alex. IV 19. 8 (5) *Ὀξυάρτου παῖς παρθένος Ῥωξάνη ὄνομα* ut *θυγάτηρ παρθένος ἐν ἡλικίᾳ γάμου* Plutarch. Ages. XI 3, eodemque intellectu in Soph. Trach. 637 *κόρη* contra ponitur *τῇ ἐζευγμένῃ, virgo maritae;* Plat. Legg. VII 813 E *τοὺς υἱεῖς ἐν τῇ πόλει παῖδας καὶ ἄνδρας καὶ κόρας καὶ γυναῖκας*, ubi quatuor substantivorum unumquodque suam vim obtinet. Sed ad pleonasmum accedunt asyndeta Paus. IV 19 *ἐνταῦθα ᾤκει κόρη σὺν μητρὶ παρθένος*, isque non tollitur eo, quod cum virginis appellatione plerumque notionem incorruptae castitatis comprehendimus, quae ab illa abest.

ADDENDA*) ET CORRIGENDA**)

IN

TOM. I.

---

*) *excerpta ex eo exemplo, quo ipse Lob. usus est, quod una cum ceteris eius libris et manuscriptorum copia incredibili servatur in bibliotheca regia.*

**) *Cheroboscum*, Ἀπωλλώνιον, *laballa, rudimenda, propriora*, ἰχθῦς *et similes operarum errores missos feci, notavi graviores tantum ac molestiores, quos vel ipse correxisset vel ne ipse quidem animadvertisse videretur.*

Addenda et corrigenda
in Tom. I.

P. 2 lin. 17: *Κεῖνος οὐκ ἔστι σχῆμα* (Zonar. 1183 *σχηματισμός*)· *θεματικὴ γάρ· τὸ γὰρ ε πέφυκε πλεονάζειν* EM. 508. 40. — *Θεόφιν τὸ σχῆμα τοῦτο πληθύνει, πασσαλόφιν, ζυγόφιν* Hesych. — Buttmann. gramm. I p. 497 adn. 7 negat schema aliter dici quam de syntact. — Ib. fin.: *adiectio, detractio, mutatio* Quintil. IX 4. 147. — Ib. adn. 2: Schmidt Didym. 15 sq.

P. 9 adn. 2 lin. 2 pro: *μηνᾶ* scr.: *Μηνᾶ*.

P. 15 adn. 4: *Ἀστραπή* a *στρέφω* ut *ὄστλιγξ* de fulgure et de convolvulis, cincinnis. Iupiter Minervae dat *στεροπὴν θοήν, κεραυνόν, βροντήν* Quint. XIV 449. *Ἐρισμάραγος ἀστραπή, βαρύβρομος βροντή, σμερδαλέος καὶ ἀργήεις κεραυνός* Lucian. Tim. § 1. 42. Iupiter in manu tenet *κεραυνόν* Luc. Iup. Conf. 15. 466, unde *συγκεραυνοῦν*. *Ἐειδόμενα στεροπῆσιν* Quint. XI 411 fortasse *ἐειδόμεν' ἀστεροπῆσιν*.

P. 16 adn. 6: *Μυδῶντα κεῖται παρθενίων* Anthol. V 199 [*Br., κεῖνται Iac.*]

P. 18 lin. 17: Barritus *ἀλαλά, πολέμου θύγατερ*, v. Proll. 91 not. *Λάλη* solus Lexiphanes Lucianeus novit. Et anabibasm. insolit.

P 21. adn. 13: Arcad. 44. 5.

P. 23 lin. 15: *Ἄ βάλε δύο μέρη ὁμοιόσημα ἐκ παραλλήλου* schol. Dion. 946. 9, v. Thes. *ἆ βάλε*, Naek. Hecal. p. 156. Duae partes *ᾱ εὐχὴν* significans (longum) et *βάλε* Herod. [*Dichron.* 297 *in., Lehrs. p.* 368.]

P. 122 lin. 10: Prolegg. 364 pro: Parall. — Ib. adn. 43: Quod in Thes.

P. 123: *Σφόγγος fungus* etc. Parall. 84 adn. — Ib. lin. 11: *οὕνεκά σφιν μέγα πῆμα* Quint. XII 564, sed corrig.

P. 124 in.: *Ἄσφηλος ἀσθενής· σφηλόν γὰρ τὸ ἰσχυρόν. Σφηλόν εὐκίνητον, ἄσφηλον τὸ ἀκίνητον* [*Hes.*], quae Alberti conciliari posse ait.

P. 126 lin. 15 scr.: Proll. 294 pro: Parall.*) — Ib. lin. 10 a fin.: Proll. 91 pro: 97.

P. 127: *Νέφος, κνέφας, ἀπεσκνίφωσε* Empedocl.

P. 133 adn. 57: quasi *ἧ ὅτε ἥντε*. Buttmanno assentitur Hartung. Part. I 301, sed potius ab *ᾗ qua* sc. *die* (Hartung. *ὅτε* suppl.)

P. 134 adn. 58: *Ἀγυρτάζειν*.

P. 136 lin. 8: *Φῆ ῥα θεά* H. H. in Cer. 145, non *ῆ*.

P. 137 lin. 6 scr.: adn. 2. — *Υι* ante conson. Hermann. admittit Opusc. III 71. *Ὑϊκός* Xen. Mem. I 2. 30, *ὑΐδιον* ib.

P. 138 lin. 19: *Χλωρὴ ἐέρση* Pind. pro *χλιαρά* (*λιαρός*?)

P. 144 lin. 9: Schmidt Didym. 345.

P. 145: *Ῥαδές τὸ ἀμφοτέρω* (-ωσε) *ἐγκεκλιμένον* Hes. *Περιῤῥήδην ἔπεσε* pro *ἐνεπ*. Nicand. — Ib. adn. 70: *Ἔξοχα καὶ ἀφαιρέσει τῆς προθέσεως ὄχα* Epim. I 319. 21.

P. 146 med.: *Ἐχώμεθα δηϊοτῆτος* pro *ἀπεχ* Nonn. XIV 129. *Ruere* pro *eruere, temnere* pro *cont.* Lex. Freund s. Aphaeresis. *Δῆριν ἔθεντο* Il. XVII 158 — *Ἄτλας οὐρανὸν ἔχει* pro *ἀνέχει* Hes. Theog. 517, 746. *Τρωσμός abortus. Οὐ σχήσομαι* pro *ἀνασχ.* vel *ἀποσχ.* Apoll. III 514. *Ἐλθοῦσα* pro *ἀπελθ. Ἰκμῆναι* Nicand. pro *ἐξικμ. aus-*

---

*) *Joh. Vorst. ad Sulp. Sev. Hist. Sacr.* I 14. 4: Vocem *cinifes* ex versione Latina Exod. VIII mutuatus videtur. — Versio Graeca autem habet *σκνίφες*, ex qua voce Graeca Latina *cinifes* exiit; ita quidem, ut *σ*, quod per prosthesin additum, neglectum sit et *i* insertum. Dicunt vulgo *κνίψ, κνιπός*, et deinde per prosthesin *σκνίψ*, ut pro *μικρός* dicitur *σμικρός*. Quid insecti autem intelligatur, non adeo liquet. De vocabulo Graeco Hesychius: *Κνίψ, ζῶον πτηνόν, ὅμοιον κώνωπι.* — *V. Phryn. p.* 399 *sq.*

duensten lassen, evaporare. *Σχήσειν* pro *ἀποσχ.* Orph. Arg. 1170 (1177). *Μάττει καθαρίζει* Hes. pro *ἀπομ.* *Κρινοῦμαι* pro *ἀποκρ.* Eur. Med. 606. *Βαλών* pro *ἀποβ.* Nonn. XII 266. *Λιβάσεις* pro *ἀπολ.* Hes. *Πληγάσι* pro *Συμπλ.* Apollon. Mein. [*Anall.* 402, *ib. p.* 97 *πλόμενος, τελλόμενος, ἠνεκές cet.*]

P. 153 lin. 11 a fin.: aliquanto pro aliquando.

P, 173 lin. 2: EM. 651. 4.

P. 174 fin.: *Ἵππων καὶ ἀνθρώπων πόδες πολλοὶ ὡς ἐξιόντων φαίνονται* Thuc. V 10, 2. —

P. 177 in.: *Proporro.*

P. 189 med.: *Θνάναι* Hes. pro *τεθνάναι.* — Ib. lin. 8 a fin.: e Lysiae loco p. 214. 44.

P. 192 lin. 9 a fin. add.: Sic et Apollon. Adv. 555.

P. 193 lin. 7 a fin.: de Antiphr. p. 305 pro: 306.

P. 194 lin. 15: Schneidew. in Iahn. Jahrbb. 1855 p. 507.

P. 205 lin. 4 a fin.: *Ναυστολεῖν χθόνα.*

P. 209 lin. 4: Praepositionum.

P. 212 adn. 34: *Ἑπτάμυχος θάλαμος* Nonn. IV 14, *ἑπτάπυλοι δόμοι* Opp. Cyn. III 452.

P. 213 lin. 18: Stallb. ad Phaedon. p. 209 ed. tert.

P. 214: *Ἀπεφεισμένως* Meinek. Vind. Strab. 231, (sed non *ἀναραρότως, ἀπεφροντικότως* etc.)

P. 218: *Ἀμφόνον* etc. male Buttm. § 117 adn. 4, Fischer. T. I 170, sed *μ* non est *τελικόν.* *Κὰν νόμον* Pind. Ol. VIII 78 nunc pro *καννόμ.* [*Path. II* 274]. *Καμ μὲν*— sine accentu Bergk. Sapph. Fr. II 9 [*praef. ed. II p. VI not.*]

P. 220 lin. 2 add.: Parall. p. 96. — Ib. lin. 6 pro: (Parall.) 145 scr.: 125.

P. 221 § 2 lin. 9 scr.: *κρήδεμνον.*

P. 223 lin. 14: *Ἐνεστός* Plat. Theaet. 183 E Stallb. et Bekk. e codd., *ἑστός* Soph. 249 A e codd., *τὸ παρεστός* pro — *στώς* Ar. Eqq. 567, *τὸ καθεστώς* Thuc. III 8 cod. — *στός*, v. schol. et not. et IV 10, *τὸ διεστός* Max. Tyr. VIII 2. 131, XV 5. 278, *τὸ παρεστὼς δέος* Iul. Enc. Const. 24 B, *τὸ ἐνεστώς* Plut. Praecc. Coni. 110 B, *Πάναχιον οὐχ ἑστός* Plut. Alcib. XIV 18. 393, *πρὸς*

τὸ ἐφεστὸς δέος Longin. p. 84, τὸ παρεστώς p. 134, τὸ περιεστώς Plat. Tim. 33 C, τὸ ἀφεστώς Critias 113 C, Dionys. Antt. T. I p. 37, ad Buttm. II 208' not.

P. 229 adn. 17: *Διαμπὰξ πληγεὶς* Arrian. Alex. IV 4. 7 *transfixus*.

P. 231: *Κρέα δαίνυται* Theogn. 293.

P. 232 in. add.: v. p. 260, Lehrs. ad (schol. Il. IV 109). — Ib. lin. 6 add.: Buttm. gramm. I p. 197.

P. 236 11 a fin.: *Ἄπλετος μάχη* Plat. Soph. 246 C, Euseb. ἄπλητος, quod est poetarum, v. ad Moer. 24. Ruhnk. H. H. Cer. 83. Stallb.

P. 242 fin. sq.: Si ᾰ breve est, debet εὔκλεἴα, si longum, εὐκλεία. Περιδέεια Suid. a δέος. Ὀλιγόδεια Phil. de Merc. Meretr. 863. 267 T. II [*Phryn.* 493].

P. 243 fin. scr.: Menand. p. 206 et add.: Matth. gramm. p. 151.

P. 244 lin. 9 scr.: repudiavit. vid. Vater. — Ib. § 3 lin. 11: Schol. Ar. Lys. ἄμπρον τὸ διῆκον σχοινίον. Ἐξαμπρεύειν τῷ ἕλκοντι ζεύγει βοηθεῖν Gloss. Gr. Lat. Ἔξαμπρον *protelum*, unde *protelare*, *in die Laenge ziehen* (*extrahere* etiam de tempore, unde *protelare* pro *prolatare*. *Protelo continuato* Lucr.) Ἀμπρεύειν ἕλκειν EM. — Περῶ, πέρνημι, πρίαμαι, διαπρύσιος, Thiersch. p. 254 § 166 n. 9 a διαπρό.

P. 248 lin. 6 a fin.: *Τέρθρον summitas, apex*, τέρμα.

P. 249 fin.: *Κανά* cod. pro κανᾶ Xen. Eph. I 2 p. 4, κανοῦν Buttm. — P. 250 in.: *Μονοστός* em. μονοστοῦς Thes. — Ὁλόστεος.

P. 251 fin. Φιάλη ἀργυρά Iulian. Epist. LXIX 138. Φοινικὰ ἄνθη Diosc. Mat. 323. Λεοντῇ Lucian. Menipp. 262 multi λεοντῇ, τριπλοῦν unus τριπλόν 290 [*v. p.* 300 *in.*, *Lehrs. Quaest. p.* 306]. Φοινικοῖ τὴν χρόαν Strab. XVII 19. 778 cod. φοινικοί. Χιτῶνας φοινικοῦς Xen. Anab. p. 16 Schneid. not. Φοινικοὺς πολέμους Dionys. Antt. T. I p. 18 et 22 not. Reisk. Τοὺς ἀδελφιδοὺς ib. L. V 862. Τοὺς υἱδοὺς καὶ θυγατριδοὺς Alciphr. III Epist. 23. Φακῇ Liban. T. I 124. Λεοντῇ Diod. I c. 24 p. 68. Χρυσᾶς πε-

ῥόνας Plut. Symp. VI Q. VII 2. 963 C. [*χρυσά Babr. fab.* 123. 1 *Roeper in Philol. X* 551.]

P. 254 lin. 6: A *Πύλας Πυλάδης* non patron. *Ἀθηνᾶ* — *Ἀθηνάδης* vel ab *Ἀθηναῖος* ut *Φοιβάδης*, *Ἱπποτάδης*.

P. 255: *Σκεπεινή* Scymn. 336.

P. 256 in.: Franz. Epigr. 145. *Πυθέας* (-*έης*) *Πύθου* Paus., *Πύθεω* Herod. (pro *Πυθέεω*). *Ἀλωπεκεεύς* Franz. Epigr. p. 151. — Ib. adn. 33: *Ἀνθιέων* pro *ἀνθιήων* ut *γονέες* etc. Lehrs. praef. ad Oppian. Paris. p. V sqq.

P. 258 lin. 7 a fin.: Iph. A. 914 (898 Matth.), El. 1243 et 1267, Hercul. 843 *μητέρος, θυγατέρος* Orest 739, Hermann. ad H. H. [*Cer.* 99].

P, 261 adn. 39: *Νηρηΐδες καὶ Νηρεΐδες* Thom. [*Diss. VI p.* 41].

P. 262 lin. 2: Quint. X 47 *ὄσσε δέρκετ'*, Nic. Alex. 435 *ἀναπίτναται*. — Ib. lin. 16 scr.: Choerob. Orth. 267. 31.— Ib. adn. 30 lin. 2 scr.: pro *ἐξεφαάνθη*. Sic Aristarchus *δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν*. — Ib. fin.: *Πλευρὰ ἐξεφαάνθη* Il. IV 468, *δοῦρα ἐξεφαάνθη* Od. XII 441 sine var., *ἀμφεφαάνθη* [*ἄλλα φαάνθη ed. Teubn.*] *σήματα* Quint. XII 519.

P. 274 lin. 8: *Ἀνακοίνεο* et — *έο* Theognis 73 Bergk. — Ib. fin.: *Λέξεο* et *λέξο* Nitsch. Od. X 320.

P. 278: *Ἀργειάν*, v. Parall. [190 *adn.* 2, *ubi quod dictum est*: „*τὰ εἰς αν οὐ παραλήγονται τῇ ει* nisi ex primitivo ut *Ἀργειάν* et *Δαρειάν* (Choerob.)“ *valet ad supplenda ea, quae in extr. hac pag. de illo vocabulorum genere exponuntur.*]

P. 279 lin. 5 a fin.: *Ταμεῖον* Plut. de Fratr. Am. XI 484 A, saepe alibi. *Ὑγεία* [*v. Diss. VI p.* 134] in codd. Schneid. Plat. Civ. I 332 D, *ὑγιείας* Lucian. Navig. 372 em. pro *ὑγείας*.

P. 280 adn. lin. ult. scr.: v. Diss. III C. *IV.* § 7 p. 458 sq.

P. 281 lin. 15 scr.: *βαθράδιον* pro: *βαδράδιον*.

P. 282 lin. 23 add.: v. Prolegg. [*p.* 358].

P. 283 adn. 10: *Γαῖται γεωργοί* Hes. pro *γαῖται*. *Γαῖος* et *Γάϊος βοῦς ἐργάτης*.

P. 289 adn. 19: *Ἰσοβοῆϊ νέην ποτίβαλλε κορώνην*.

P. 250 lin. 15: *Περιόντι τῷ θέρει* Thuc. I 30. 3 not. [*v. Schneidew. ad Hyperid. p. 66, vol. II p. 61 et 277 sq. not.*]

P. 299 lin. ult. add.: *διπλῶ*.

P. 309 § 5 lin. 12: *Ἔικτο δὲ θέσκελον αὐτῷ valde* Il. XXIII 107.

P. 310 fin.: *Ἀλοσάνθινος οἶνος σκευάζεται δι' ἀλὸς ἄνθους* Diosc. Mat. 734. — Ib. adn. 20: Et. Gud. 249. 55. Epim. I 185. 28.

P. 311 lin. 12: *Θεοῖς ἐχθρός* (semper hoc ordine) multis locis (Weber. Aristocr. 372). Qui *θεοῖς ἐχθρίαν* dixerunt, finxerunt substantivum inauditum *ἐχθρία*, Dind. Vesp. 418. — Ib. lin. 11 scr.: Phryn. 692.

P. 313 lin. 15: *Πολισσονόμος* etc. Goettl. ad. Polit. 498.

P. 314 lin. 5 a fin.: *Ἐρύλαος* Quint. VIII 121 (Buttm. *Εὐρύλ.*). — Ib. adn. 28: *Ἔντοθεν* pro *ἔντοσθεν* Bekker. Anecd. 945. 27, Cramer. I 177 (*ἀθέμιτος*).

P. 315 § 6 lin. 19: EM. [576. 15] — Ib. lin. 10 a fin. scr.: Parall. 256 pro: Proll.

P. 317: *Πόλυβος, ὠκύπος, χείμαῤῥος*.

P. 323 lin. 4 a fin.: *περσινός* scrib.

P. 326 adn. 6: *Παρθένις* Mein. ad Scymn. Index p. 163 [*v. p.* 300 *et n.* 8, *cf. Ritschl. de declin. quad. Lat. reconditiore progr. Bonn.* 22 *Mart.* 1861.]

P. 327 lin. 11 scr.: EM. 294. 25 pro: 234. 57.

P. 331 lin. 15 add.: et XXIV 264. — Ib. lin. 7 a fin.: Elmsl. probat *μεθεῖο* ut Brunck.

P. 332 in.: Meinck. Vind. Strab. 194.

P. 337 lin. 16: *Πρωϊαίτερον* Xen. An. III 4. 1 cod. Vat. F *πρωΐτερον* non male; praefert saltem hoc ubique Thucyd., quanquam utrumque ei tribuit Thom., et Bekk. adeo in solemni formula *πρωαίτατα* ei intulit Popp. ad Anab. p. 156.

P. 341 lin. 8 a fin.: *Ἤισαν norant* Eur. Rhes. 855, *ᾔσμεν* Heraclid. 658. *Ἐδεδίεσαν* Thuc. IV 55. 3 not.

P. 344 lin. 2 a fin. scr.: Schol. Apoll. II 406.

P. 355 lin. 16: Lehrs. Arist. p. 109.

P. 357 lin. 2 a fin.: *Αὖθι extemplo, illico* Goettl. Hes.

Opp. 35. — Ib. lin. 9 a fin.: Lehrs. ad Herod. p. 95.— Ib. adn. 4: EM. [169. 20].

P. 358 lin. 2: *Ἀγχόθι κατὰ συγκοπὴν ἄγχι* Apoll. Adv. 606. 8.

P. 363 lin. 17 scr.: *ἁμάδρυα* pro: *ἀμ.*

P. 366 lin. 19 scr.: *πῇ* pro: *πῆ.*

P. 367: *Κομψευριπικῶς*, v. Parall. 50.

P. 368 lin. 13: *Ἀρχεθεωρός* et *ἀρχιθεωρός* (oxyt.) Keil. Sched. Epigr. 31.

P. 372 § 6 lin. 5 a fin.: Merkel. Prolegg. Apoll. CLXXX.— Ib. lin. 2 a fin. scr.: P. I c. IV § 3 p. 305.

P. 373: *Ἀκηρότατος* pro *ἀκηρατώτατος* Jacobs. Anthol. [*XII* 249. *T. II* 379 *Br.*]

P. 374 in.: *Ὀπίστερος* Arat.

P. 376 lin. 7 a fin.: *Ἐπίκλησιν παρὰ τοῖς ὕστερον τὸ ἐπίκλην ἐπίῤῥημα πεποίηκε* Eust. 672. 1.

P. 379 lin. 13 a fin.: *Ἦν* '*erant* ut *ἔσσυθεν* pro *ἐσσύθησαν* Goettl. ad Theog. 183. — Ib. fin.: *Ὅπλ' ἀνέθεντο* Anthol. VI 215 fort. *ἄνεθεν*, Buttm. gramm. I 509 adn. 12.

P. 381 lin. 11: Pro non Attico *οἴδατε* Bergk. *Zeitschr. fuer Alterth.* IX 1851 N. 69. 545 emend. *ἀκούσατ' ἀλλ' ἀκούσατε* [*in Arist. Ach.* 292].

P. 385 in.: *Ἔστων* - *ἔστωσαν* Bredov. Dial. Herod. 338.

P. 391 § 2 in.: v. ad Phryn. [669] et Parall. 173 adn. 21.

P. 392 lin. 2 a fin. scr.: Goettl. ad Hes. Theog. pro: Opp.— *Κυάρης* pro *Κυαξάρης* Ibyc. EM.

P. 409 adn. 9 lin. 5 add.: v. Poppo ed. nov. — Ead. adn. p. 410 add.: *Τὴν προτέραν ἡμέραν — ὑστεραίαν* Dem. Fals. Leg. 348. 2.

P. 419 lin. ult.: *Νεικεογεννήτης* Empedocl.

P. 432: *Κληδών* [*ἀπὸ δὲ αὐτοῦ*] *κληηδών* [*καθ' ὁμοιότητά τινα τοῦ κρῆναι κρηῆναι*] Eust. [1497. 53].

P. 433 lin. 25: *Βασιλίς* et *βασιληΐς* Herm. Antig. [932].

P. 436 lin. 2: *Στήωσι* EM. 727. 31.

P. 440: *Ἀθῷον* Dem. Fals. Leg. 423. 28, *ἀθῷον* Reisk. et Bekk. [384. 258], *ἀθῶος* Lysias 206. 4. Si sine ῑ esset, deberet *ἄθωος* ut *ἄχωρος*, cum ῑ *ἀθῷος* ut

ἀχρῆος, ἀδῆος. Ἀθῷοι Lys. 214. 44, ἀθῷος Matth. Lex. Eur. s. h. v. et sub Ἀχελῷος. Θωή Spitzn. Il. XIII 669.

P. 441 fin.: Ὁ ζωός sed τὸ ζῷον Elmsl. Med 946.

P. 442 med.: Ὠϊον cod. Vat. Diod. I 57, sed saepe ᾠόν, Plut. centies ᾠόν. — Τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος Plut. Gryll. VII 990 D.

P. 446 § 4 lin. 10 scr.: Κώιος (Κῷος).

P. 447 lin. 5: Μυρτῷον πέλαγος Strabo II c. 5. 21 p. 124 et Maxim. Tyr. XXX 250. Ἑῷτου Ἀπόλλωνος Apoll. II 686, mox de eodem ἠοῖος μετιών 688, cod. ἑῴου [*v. p.* 450 *lin.* 14]. — Ib. lin. 12: Τοὺς Ἀθῴους Lucian. Macrob. § 5 p. 320 T. III. — Ib. adn. 20: Ἁλῷα ἔργα Nicand.

P. 449 § 5: Πάτρως καὶ μήτρως πατρὸς ἀδελφός· πατρωός δὲ ὁ πατρυιός etc. Anecd. Bachm. T. II 373 fin. et 362. 28.

P. 451 med.: Ἑρμῆς κερδῷος Lucian. Navig. § 17.

P. 452 in.: Ἀργῷος sine iota Matthiae gramm. p. 285. — Ib. adn. 29 lin. 1 scr.: ῷον pro: ῶον.

P. 454 § 6: Ἀχελῶος Diod. I 39. — Ib. lin. 17 a fin.: Meineke h. l. (Scymn. 469) sine iota, sed Κῷος 949, Μυρτῷον idem Dionys. v. 133.

P. 456 § 6: Γελῴων Lucian. Dial. Mort. X 4 ex uno cod. pro: Γελώων. Γελῷοι Plut. Dion. c. XXVI 12 p. 109 T. IV, v. Sinten.

P. 464 § 9 in.: Schmidt Didym. 318.

P. 466 in.: Διονυσόδωρος Lucian. Conviv. § 17 cod. A Διονυσίδωρος.

P. 469 lin. 14: Σειρηνοῖιν Hom., ποδοῖιν Theocr. XXV 69, τοῖιν *his ambobus* Orph. Lith. 145.

P. 471 lin. 14: Buttmann. gramm. I 234 in.

P. 473 fin.: Schmidt ad Didym. 337.

P. 475 lin. 5: Δεῖν αὐτὸν μετὰ τῶν ὁπλιτῶν κινδυνεύειν, εἵλετο ἱππεύειν Lysias or. XIV 285. 7. — Ib. adn. 4: Νειλέου καὶ Ἀνδρόκλου Plut. de Glor. Ath. c. VII 349 E pro Νείλεω. Νείλεω καὶ Κόδρου de Exsil. X 603 B.

P. 477 lin. 2 a fin.: πλεονασμῷ τοῖ ῡ pro: πλ. τοῦ ō.

P. 486 lin. 19 post: Epim. I 200. 11 add.: Zonar. 567. —

Ib. lin. 8 a fin.: *Τετυφέμεναι* Buttm. [§ 88 *adn.* 9 *not. invenisse se*] negat; sed *ἴδμεναι* pro *εἰδέμεναι* ab *οἶδα* [§ 109 *adn.* 12].

P. 200 in.: *Κρόσσος τὸ ἄκρον τοῦ πύργου καὶ τὸ ἱματίου, ὅπερ οἱ κοινοὶ ἀκρόσιον λέγουσι* schol. Theocr. XII 46.

P. 501 lin. 10: *Πόῤῥω πρόσω,* *πράσον porrum, ψώρα prurigo* [*tarpezita Ritschl. Rh. Mus. XII* 112]. *Πρόσωθεν πόῤῥωθεν* Kuehner. ad Xen. Mem. p. 120. Discrimen, quod Buttmann. inter *πρόσω* et *πόῤῥω* statuit II 304, falsum est, Poppo Anab. II 2. 15. *Πόρσωθεν* Thes. s. *πόῤῥωθεν.*

P. 518 lin. 8: *Ἄγλαυρος* Arist. Thesm. 533 Brunck. pro vulg. *Ἄγραυλος*, quod et codd., sed vitiose, ut Brunck. ait.

P. 529 lin. 10 a fin.: *Ἕως ὡς* v. supra p. 64. Nitzsch. ad Od. V 365.

P. 548: *Πομπηϊόπολις* Athen. XIV 657 e Strab. 169. *Μιλητουπόλεως* Strab. XIII c. 1. 611 (58) codd. *Μιλήτου πόλεως*, quod antiquius foret, v. not., Mein. Vind. Strab. p. 113. *Κωνσταντινούπολις* et divis. Heyler. ad Julian. Epist. p. 429, Eunap. v. Maxim. 56 et 62, *ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν* ib 97. *Ἀλεξανδρούπολις* Scymn. 924.

P. 551: *Τῷ τοῦ Διὸς δὲ λεγομένῳ Διοσκόρῳ* Eur. Hel. 284. *Διὸς κόρη* Hipp. 15, Iph. A 1147 et all.

P. 559 adn. 19: *Ὀαριστὺς πάρφασις* Nonn. VIII 121. Friedlaend. Nican. p. 99 sq. *Λίπα* (i. e. *λίπας ὡς ὕδας*) *τὸ γένος, ἔλαιον τὸ εἶδος* Eust. 1560. 28, schol. Il. X 577, *Λίπα Ὅμηρος ἐπιθετικῶς λέγει, οὗτος δὲ* (*ὀνοματικῶς*) *αὐτὸ ὀνομάζει* schol. Thuc. I 6 [*supra p.* 299 *et* 362].

P. 562: *Megalepolis* „alt", *Megalopolis* „neuer" Curt. Pelop. p. 281 et 332, *τῆς Μεγάλης πόλεως* Polyb. II 55. 1 tres codd. *Μεγαλόπ.* et mox *Μεγάλῃ πόλει* tres alii *Μεγαλοπ.* et II 62. 1 v. Bekk., *τὴν Μεγάλην πόλιν* IV 77. 25 Bekk. sine codd. *Μεγάλη πόλις* — Attici seriores *Μεγαλήπ.* Bremi ad Aesch. c. Ctesiph. T. II p. 140. *Νέα πόλις* Sinten. ad Plut. Dion. c. XLIX. *Νέαν πόλιν* v. Cic. VIII 8. *Ἐν τῇ Ἱερᾷ πόλει* v. Crass. p. 556. *Νέαν πόλιν* Sicil. et *Νεάπ.* Thuc. VII 50 not.

Καινὴ πόλις Polyb. III 13. *Νεαπόλεως* Dionys. Antt. I 44 p. 111 [*cf. Phryn.* 665, *Ὑάμπολιν ad Aiac. p.* 367 *n.* 3.].

P. 563 lin. 9 a fin.: v. Parall. [372 *sq.*].

P. 574: *Τρισκαίδεκα* pro *τρεισκαίδ.*, quia ει non ante σκ Choerob. Orth. 268. *Δείσω διδείσκω ὑπερθέσει δειδίσκω*, quia nunquam ante σκ *ἐν ἁπλῇ καὶ ἀκινήτῳ λέξει* Theognost. Can. 139. 20. *Τρισκαίδεκα, τρισσόζωος* Nauck. Philol. I 354. *Τεσσαρεςκαίδεκα ἔθνη* Strab. VII 323.

P. 576 adn. 13: Bekk. Anecd. 414. 20. — *Ὀδεῖν* (Sophro p. 467 Ahr.) *βέλτιον θέμα ἢ ἀποκοπή* [*Apoll. Pron.* 76 *a*].

P. 582 fin.: *Τρῖς* pro *τρεῖς* Ahrens. Dor. 184.

P. 588 lin 10 a fin.: Meinek. ad Theocr. XV 129.

P. 593 lin. 8: *Ὀψὲ δύοντα Βοώτην* Themist. Or. IV 50 A, v. Koechly praef. Maneth. p. XXII b.

P. 596 in.: *Ἀνάλογος* Hase ad Leon. Diac. p. 401.

P. 598 lin. 5: cf. *πρὸς χρῶτα* Anth. V 128. — Ib. lin. 9 a fin. scr.: Od. XX 387 pro: XX 68. — *Παρὰ τὸ ἀντῶ ἀντήσω ἄντησις καὶ πλεονασμῷ τοῦ τ ἄντηστις* EM. l. c., Eustath. cum *προμνηστῖνοι* confert [1896. 63], v. Thes. IV 1178 E: *κατάντηστιν e regione* Od. —, unde corrig. Hesych. *Κατάντησιν ἀντικρὺς τοῦ ἀνδρῶνος ἐν τῇ γυναικωνίτιδι* schol. Ox. XX 387. — *Προμνηστῖναι — ἐπάλληλοι· ἔστι δὲ κατὰ τὸ ἔτυμον προμνηστίναι* (sic) *ἀπὸ τοῦ προσμένειν* schol. Ox. XI 233 [*v. p.* 603 *adn.* 31]. — *Μνῆστις* nil differt a *κνῆσις*, sed *κνῆστις* instruenti nomen a *κνῆσις*, et hoc a *κνήθω* esse potest ut *πείθω πεῖσις*; *πυνθάνομαι πίστις*. — Wolf. et Bekk. *κατ' ἄντηστιν*, sed hic in edit. II versus octo omisit.

P. 599 § 5: *Ἐξ εὐωνύμων — ἐκ δεξιῶν* Polyb. V 22 36, *ἐκ δεξιῶν — ἐξ εὐωνύμων* Strab. XVII 805 fin., *ἐν δεξιᾷ* 809. *Ἐνδεξιά* oxyt. *σχῆμα Βοιώτιον ὡς ἐν χορόν* pro *ἐν χορῷ*, sed *ἐνδέξια* adverb. pro *ἐνδεξίως* Epim. I 176 [*cf. A. Lentz. Philol. XVIII* 185].

P. 600 adn. 28 lin. 2 a fin.: *ἐξαυτῆς* Arat. 641.

P. 602 lin. 20: *Σύντρεις* Plut. de Ser. Num. Vind. XXII 594 E.

P. 603 fin.: *Ἐφ' ᾧ* i. e. *ἐπὶ τῷδε ἵνα* Dev. I 87 sq. II 364. *ὥτε* Schneidew. Pind. 67, *εἰς ὅ* pro *ἕως* Il. II 332.

P. 604: *Ἀνθ' ὧν* Matth. § 480 c, *ἐφ' ᾧτε* § 479. — Adn. 32:

Ἐφῷ suppresso spiritu ut *ἀνθῶν*, quod tamen grammatici reprehendunt, quia cum participio nimis congruit, sed in vocibus diversis exprimitur — *γαλῆν̓ ὁρῶ* [*v. Epil. de Interp. p.* 332. *n.* 1].

P. 605 in.: Nullum pronomen componitur except. *ἔπειτα* (*ἐπίταδε*?) *καὶ ἐπέκεινα* Cram. I 164. [*Phryn.* 259]. — Ib. lin. 15: *Παρ᾽ αὐτά* Julian. Enc. Const. p. 22 B. *Παραυτά* Schaefer. Apparat. T. IV 121 etiam in classicis repertum iri sperat. *Πάραυτα* non *παραυτά* Hermann. ad Agam. 711. — Ib. fin. *Συνευφράσσασθαι* Apollon. Merkel. [*Phryn.* 624]. *Ἀντ᾽ εὖ ποιεῖν* Ar. Plut. 1029. *Κατουνέβαλεν* scrib. cum *E R* Rann. 1047 ut *καπωνέχθομαι* Epich. apud Athen. VI 236 A, v. ad Greg. 446. — *Προευπάσχειν* Thes., *εὐπροπαθών* Dionys. VI 44. 1139, *τοὺς εὖ τι πεποιηκότας ὑμᾶς* Dem. 451. 138, sed *ἀντευποιεῖ* 452. 141, *εὖ τι ποιοῦντες* 457. 159, *εὖ πεπονθότες εὖ πεποιήκατε* ib., *συνευπεπονθώς* 136. 67 bis sine var., *κἂν τι εὖ πάσχειν ἠξίου* Dio Cass. XXXVIII 44. 73, Bekk. *κἀντευπάσχ.* § 3, v. Buttm. Lexil. I 154, *ἀντέπαθον κακῶς* Themist. Or. VII 98 D, *ἀντ᾽ εὖ ποιοῦντες* Lucian. Abdic. § 19. 143 T. III, hic *ἀντί* est adverbium.

P. 606: *Πρὸς εὖ παθεῖν* Jambl. v. Pyth. 33. 238 p. 464, *καὶ προσδιωρίσατο* Plut. v. Nic. c. VII, *προσλαβὼν δέ*, non *πρὸς δὲ λαβών* v. Pomp. XXX, *καὶ πρὸς ἠτιμασμένος* Eur. Phoenn. 837, *καὶ χάριν πρὸς εἴσομαι* Ar. Vesp. 1420, *πρός* adverb. Pac. 19, *τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν προσεξηνδραπόδισται* Dem. Fals. Leg. 338. 12, *ἄλλα προσεξειργάσαντο* 495. 109, *διηγήσατο καὶ προσηπείλησε* Isae. p. 11. 32, *καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν* Ar. Plut. 1001, *ἔτι προσοφείλειν* Thuc. VII 48. 6. — Lin. 3 a fin. scr.: Choerob. Orth. 199. 3 pro: Epim. II.

P. 607 lin. 3: *Ἔνια* et *ἔνιον* Aristot. et Theophr. — Ib. cap. III fin.: *Τουτέστι* Plut. discr. Adul. c. XXIII p. 64 C. *Σὸν γὰρ τοῦτ᾽ ἔστι* Epictet. c. XVII p. 70 Schw., Hafn. et Stob. *γάρ ἐστι. Πῶς οὖν τοῦτ᾽ ἔστιν ἀτιμία*; ib. XXIV 88 unus cod. *τοῦτό ἐστι*, alii *τοῦτο*

ἐστί. *Τὸ γὰρ οἰκεῖον αὐτοῦ τέλος τοῦτ' ἔστι, πίστιν ἐνεργάσασθαι* Plut. Garrul. c. III 503 D, *τῶν περιττῶν, τουτέστιν ὧν οὐ δέονται* Plut. de Cupid. Div. c. III 524 D, *μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα* Epict. V 30, *τουτέστι* Plut. de *Ei* c. VIII 388 E. Differt a: *ὃ μάλιστά με ἀποπνίγει, τοῦτ' ἐστίν* Lucian Prometh. § 17. 87 hoc sensu *τοῦτό ἐστι*: *ist dieses. Τῷ θεῷ ἀπειθεῖν τοῦτ' ἐστί* Plat. Apol. 37 E, *τοῦτο ἐστὶ τὸ ποιοῦν* Plut. de Ira Cohib. I 453 A, *τὸ τινὰς—γέμειν τοῦτ' ἔστιν, ὃ τὴν ἀθυμίαν πεποίηκε* Liban. T. I 495. *Ἕτερα ταῦτ' ἐστί* Plut. de *Ei* c. XV 391, *ταῦτ' ἐστὶν, ἐφ' οἷς ταραττόμεθα* de Cohib. Ira XI 460 A.

P. 610 lin. 5 a fin.: *Ἐκ δὲ τόθεν* Apoll. II 531, IV 627. *Ἐκποθεν* Christod. Ecphr. 129. — Ib. lin. 3 a fin. sqq.: Quint. IX 420 *μοῖραι — — ἔκποθε κυδαίνουσαι* [*v. II p.* 149 *ex.*], quo loco Koechly scripsit *ἔκποθι*, idemque cum Rhodomanno II 418 *ὃν ἔκποθι — — θρέψαντο παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο* pro *ἔκτοθι*, sed poeta hic —. Ib. adn. 3: composuerunt pro: confuderunt.

P. 611 lin. 2 scr.: pro illo *ἔκποθι*.

P. 612 med.: *Νιρεὺς κεῖτο παρ' αὐτόθι* Quint. VI 440 Koechly corr. *παραυτόθι*, item VII 437, v. Thes. s. *κατ-αυτόθι*. — v. schol. Apoll. I 1356. — *καθ' αὖθι* Apoll. I 1079. — Ib. lin. ult.: Julian. Epist. subditiva.

P. 615 § 4: *Εἶσοκε ἐπυργώθησαν* Nonn. II 372 *κε* pleonast.

P. 617 lin. 4 scr.: Quint. VII 136 pro: 36. — Ib. lin. 10 a fin.: *Ἐξέτι κείνου ἐξότε* Callim. Apoll. 47, Hermann. ad H. H. 508. — Ib. lin. 11 a fin. scr.: Apoll. 104 pro: 114.

P. 618 § 5 lin. 7: Phryn. 47 pro: 42.

P. 621 fin.: *Διὰ τρίχα* Blomf. Callim. Jov. 61.

P. 624 med.: *Ἀντιπέρας* et *ἀντιπέραν* variat Xenoph. Poppo ad Anab. 230, *ἀντιπέρα* Strab. X 2. 10. 453 codd. *ἀντιπέραν* [*v. Proschem. p.* 206].

P. 625 fin. sq.: *Κύκλῳ νῆσον πέριξ* Aesch. Pers. 363, *ἐν κύκλῳ πέριξ* Ellendt ad Arrian. I 128, *κύκλῳ* et *ἐν κύκλῳ* Thuc. III 18 not., *ἡ κύκλῳ περιδίνησις* Plut. de

Fac. Lun. c. VI 923 D, *περισταδὸν κύκλῳ* Eur. Andr. 1113, *κύκλῳ περιστάς* Thuc. IV 126, *κύκλον ταξάμενοι* III 78. 1, *κύκλῳ περιχορεύειν* Dio Chrys. XII 388, *φεύγειν κύκλῳ τῆς πόλεως* IX 349, *ἐτάξαντο κύκλον τῶν νεῶν* Thuc. II 83, *τούτων ἐν κύκλῳ ἐχόμενοι* Xen. Cyr. VIII 5. 8, *κύκλῳ πάντων εἶχε* ib. 11, *τὰ κύκλῳ τῆς πόλεως* Strab. VI 2. 6. 273, *κύκλῳ ἔσκαπτον τάφρον περὶ τὸ ἱερόν* Thuc. IV 90, *τὸ πῦρ κύκλῳ τὸν τόπον περιῤῥεῖ* Lycurg. 222. 6.

P. 626 lin. 2 scr.: Apoll. Synt. II 8. 114 (109) pro: 18. 114.— Ib. lin. 7 a fin.: Keil Sched. Epigr. 6.

P. 627 in.: *Τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον* Aristot. Polit. IV 16. 1300 b 28 [*v. de Proschematismo p.* 253].

P. 629 med.: *Ἀμωσγέπως* Lysias c. Agorat. 264. 7 sine var., *ἀμῶς γέ πως* Aristot. Phys. Auscult. II 4. 196 a 16, *ἀλλωσγέπως* Plut. de Audit. c. XIII p. 44 F, mox *ἀμηγέπη*. De *ἀμωσγέπως* v. supra p. 44.

P. 630 lin. 9: *Μεγαλωστί* brevi iota, alia longo Hofmann. Quaestt. I 107. *Τὶ* additur adverbiis: *σχέδον τι, οὕτω τι, ὁμοῦ τι.* Tria adverbia iungit schol. Il. XVIII 26 *μεγαλωστί, ἱερωστί* Anacr. et *ταχεωστί* Pherecr. (p. 358 Vol. II). — *Νεωστί ἐπέκτασις ἀττική* Cram. I 574. — *Οὔτι nequaquam, nicht etwa. Οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσῃ;* Plat. Gorg. 493 C, *οὐδέν τι συντεταγμένῳ τῷ στρατῷ* Xen. Cyr. pro *οὔτι. Ἐπ' αὐτῆς περισσῶς δή τι* Paus. VIII 394. *Ποῖός τίς ἐστι; πῶς τι ἔσται; πηλίκον τι;* Ar. Lysistr. — Ad p. 631: Non *πῶς τι* scribend., sed *πῶς τί* dupl. interrog. Stallb. Plat. Hipp. Mai. 298 A, *πῶς τι* Schaefer. Appar. T II 656 mavult quam *πῶς τί* citans Heind. Phaed. p. 39, *πῶς τι παρεσκευάσθαι δοκοῦσι;* Plut. Phocion. XXIII 15 not., *ποῦ τι* Dem. c. Spud. 1315. 25, *οἱ τί πεποιηκότες πῶς αὐτῷ κέχρηνται;* 656. 8, *τι καὶ πῶς λέγουσι;* Plat. Phaedr. 261 A. *Πηνίκ' ἄττα* [*p.* 631 *lin.* 13 *a fin.*] (non *πηνίχ' ἄττα*) *quando temporis* pro *πηνίκα τινά* Herm. Vig. p. 713, Buttm. gramm. I 301.

P. 632: *Τὴν ἀπεναντίον ἄκραν* Strab. XIII 622 in.

INDICES.

I. INDEX RERUM.

25*

B.

Γ.

Δ.

E.

θ.

I.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

P.

Σ.

T.

Φ.

Χ.

II. INDEX GRAMMATICORUM.

Lehrs, K., de Aristarchi Studiis Homericis, ad praeparandum Homericorum Carminum textum Aristarcheum. 8. maj. 1834. 2 Thlr. 5 Sgr.

— — Quaestiones Epicae. 8. maj. 1837. 1 Thlr. 20 Sgr.

Lobeck, Christ. Aug., *PHMATIKON* sive verborum graecorum et nominum verbalium technologia. 8. maj. 1846. n. 2 Thlr.

— — Pathologia graeci Sermonis elementa. Vol. I. 1852. 8. maj. n. 3 Thlr. 18 Sgr.

Nesselmann, Dr., litthauisches Wörterbuch. gr. 8. 1850. 1851. Complet in 1 Bande Brosch. n. 3 Thlr. 22 Sgr.

Schubert, F. W. Prof., de Romanorum Aedilibus libri IV. quibus praemittitur de similibus magistratibus apud potentiores populos antiquos Diss. duae. 8. maj. 1828. 3 Thlr.

Struwe, K. L., über die lateinische Declination und Conjugation, eine grammatische Untersuchung. gr. 8. 1823. geh. 1 Thlr. 25 Sgr.

— — Quaestiones de dialecto Herodoti Spec. I., II. et III. 4. maj. 1828—1830. n. 1 Thlr.

Wannowski, Antiquitates Romanas e Graecis fontibus explicatus. 8. maj. 1846. 1 Thlr. 18 Sgr.

Wichert, Dr. G., Gymnasial-Director. Die lateinisshe Stillehre, ihren wichtigsten Momenten nach, wissenschaftlich erläutert.

1r Band enthält: 1) über die Verhältnisse und Formen des Nachsatzes. 2) über die practischen Stellungen. gr. 8. 1856. Broschirt. n. 2 Thlr. 20 Sgr.

Zu herabgesetzten Preisen werden abgegeben:

Apollonii Citiensis, Stephani, Palladii, Theophili, Meletii, Damascii, Joannis, aliorum Scholia in Hippocratem et Galenum e Codd. Mss. Vindobonens. Monacens. Florentin. Medionalens. Escorialens. etc. primum graece ed. F. R. Dietz. II. Vol. 8. maj. 1834. Ladenpreis 4 Thlr. 25 Sgr. Herabgesetzter Preis n. 2 Thlr.

REGIMONTII, TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.

er 7 days

..onn, W.
der rew